This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Stanford University Libraries
3 6105 121 178 458

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

281.1
N635a

281.1
M635a

PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT: GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS EMAT INTEGRE SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXLVIII.

NICEPHORUS GREGORAS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

[illegible]
P4
v. 148

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV, ANNUS 1340.

—

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΙ ΛΖ'.

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBRI XXXVII,

POST HIERONYMI WOLFII, DU CANGII, JOANNIS BOIVINI, IMMANUELIS BEKKERI CURAS IN UNUM COLLECTI,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR.

STANFORD LIBRARY

VENEUNT 2 VOLUMINA 23 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

—

1865

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1340.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXLVIII CONTINENTUR.

NICEPHORUS GREGORAS.

PROLEGOMENA.

Joannis Boivini Dedicatio ad Ludovicum XIV. Col. 9

Ejusdem Præfatio. 9

Nicephori Gregoræ Vita, Scripta, Elogia. 19

Hieronymi Wolfii Præfatio. 97

Notitia ex Bibliotheca Græca Fabricii. 99

Immanuelis Bekkeri Præfatio ad Nicephori Gregoræ libros postremos qui, ex codd Vatic. et Paris. exscripti, anno 1855 tandem lucem viderunt in Byzantina Bonnensi. 115

NICEPHORI GREGORÆ *Byzantinæ Historiæ* libri XXXVII, cum variorum notis, Wolfii scilicet, Du Cangii, Boivini et Caperonii. — In hoc tomo continentur libri XXIII cum parte priori vicesimi quarti (in qua desinebat editio Boivini) et parte posteriori ejusdem libri quæ ex codice Vaticano descripta est. 119

256454

STANFORD LIBRARY

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

JOANNIS BOIVINI DEDICATIO.

—

LUDOVICO MAGNO.

Res gerere et leges dare populis regium est. At non cætera omnia, tametsi minus illustria sunt, sic principes magnos dedecent, ut artium quoque et scientiarum curam negligere, litterasque et libros aspernari debeant. Hoc certe apud omnes constat, Historiarum lectionem utilem admodum et frugiferam esse imperantibus. Itaque, Rex Augustissime, qui hujus generis libros oblatum Tibi veniunt, iis justa ratio non deest, qua audaciam suam excusent; neque adeo mirum cuiquam esse debet, quod ego hos rerum Byzantinarum Commentarios Majestati Tuæ ausim offerre. Enimvero me, id ut facerem, privatæ etiam rationes, ac eæ quidem graves, timidum ancipitemque perpulerunt. Eccui enim laboris mei fructum hunc et has velut studiorum primitias potius consecrassem quam Tibi, a quo id omne habui quod affero? Tu otium, Tu libros, Tu facultates suppeditasti. Regiis typis, Regiis sumptibus tuis perfecta hæc editio. Opus ipsum magna sui parte ex Bibliotheca Tua prodit. Quod ad Historiam his libris comprehensam attinet, ea est ejusmodi, ut Francici nominis non hæredem modo ac vindicem, sed quemcunque amatorem, vel primo narrationis exordio statim allectet. Initium quippe est, capta a nostris Constantinopolis : divisum gentilibus Tuis, Balduino Flandro et Ludovico Blesensi, nobilissimum imperium : Comnenorum opes accisæ; vires attritæ ac dispersæ. Magna hæc et præclara. Sed ulterius deinde progressis non minora occurrunt : Francorum ingens exercitus, sub Christi signis militans, Asia subacta, res terra et mari a Carolo, divi Ludovici fratre, contra Michaelem Palæologum fortiter gestæ : Catalanorum denique (nam et horum gloria ad nos pertinet) victoriæ incredibiles de Turcis, de Byzantiis, de Achæis. His, Rex Maxime, ornamentis insignem, et virtutis Francicæ quibusdam quasi luminibus illustratam, Nicephori Gregoræ Historiam benigne, ut spero, excepturus es. Habet vero historicus ipse laudes proprias, quarum commendatione optimum principem facile sibi conciliet; nobile apud suos *Philosophi* nomen, omnium fere doctrinarum professionem publicam, imperatorum familiaritatem : supremæ in Ecclesia Græca dignitatis insignia repudiata : et (quo nihil apud Te, religionis veræ defensorem, majus futurum est) labores pro recta fidei doctrina ad extremum spiritum exhaustos. Sed quid ego hæc Tecum, Rex Augustissime, alieno plane tempore? cum omnes cogitationes Tuas tot et tanta negotia sibi vindicant; cum cogendæ undecunque legiones, classes armandæ, munienda oppida; hostes non nostris solum, sed et sociorum finibus arcendi; cum denique et populorum salus, et regum tutela, et totius pene orbis terrarum cura providentiam Tuam ad se revocant. Plura desino. At Tu, regum Maxime, tum sapientibus consiliis, tum armis victricibus bella compone; ut, pace hostibus imperata, Tibi et Tuis longum vivas. Hæc sunt vota publica. Hoc religio, hoc alumnæ tuæ, artes et scientiæ; hoc novis quotidie per Te opibus florentes, Bibliotheca Regia et Luparæa Typographia mecum vovent.

JOANNIS BOIVINI PRÆFATIO.

Annus hic decimus quartus est, ex quo Carolus Ducangius, vir de litteris præclare meritus, mihi auctor fuit, ut Nicephori Gregoræ libros sex historicos, qui in Bibliotheca Regia manuscripti exstarent, Latine verterem ; ut postquam absoluta esset editio Chronici Paschalis, cui ille manum extremam

imponebat, ii sex libri, ad eos quos Wolfius vulgavisset adjuncti, Regiis typis mandarentur. Eram tum ego colligendis Libanii Epistolis intentus, et Latinas jam e Græcis feceram non paucas. Senis doctissimi consilio juvenem me et novitium parere æquum fuit. Tametsi igitur humanitatibus et elegantiis Libanianis mire delectabar, et ab iis ægre discedebam, tamen illi sum obsecutus; idque eo maxime, quod ad ipsius adhortationes accedebat voluntas illustrissimi Abbatis Camilli Tellerii, eximia indole præstantis et supra ætatem docti adolescentis, cui me et mea omnia studia voveram, bibliothecæ Regiæ præfecto, atque eo munere jam tum sese dignum probanti. Hic ut laborem impositum alacriore animo susciperem, etiam patris, viri summi, auctoritatem interposuit, non belli solum, sed et scientiarum bonarumque artium curam demandatam a Rege tunc sustinentis.

His auspiciis ad libros Gregoræ interpretandos aggressus læta et fausta omnia mihi spondebam: sed res ipsa opinionem meam multum fefellit. Etenim paucis post diebus obiit is qui mihi novum iter ingresso præire ac prælucere unus maxime omnium poterat, optimus et eruditissimus Ducangius. Hac Byzantinæ historiæ face exstincta, viæ non satis gnarus laborem ac diligentiam subsidio mihi comparavi; et eorum sex librorum, quorum ille vix unum Latine versum proximus morti relegerat, interpretationem integram post obitum ejus utcumque absolvi. Bello demum atroci per universam Europam sæviente interrupta pacis opera. Itaque et Gregoræ nostri editio in aliud tempus dilata: cui deinde mora alia funestissima accidit, marchionis Tellerii Luvoisii mors repentina; quæ præclaras illas cogitationum mearum spes omnino fere evertit.

Cæterum ex iis ipsis publicis privatisque calamitatibus fructum hunc cepi, quod mihi per decem annos ea quæ scripsissem corrigere et accurare, ac prætereа alios Gregoræ libros eruere e tenebris et ad illos quos primum habuissem addere vacavit. Variis nempe codicum manuscriptorum catalogis perlectis intellexi, editos fuisse a Nicephoro Gregora *Historiæ Byzantinæ* libros multo plures, quam quot sive impressi sive manu scripti in pluteis Regiis exstarent. Docuit me Labbeus, repositos latere in bibliotheca Scorialensi libros ejus auctoris historicos undetriginta: nec multo post in codicem Regium incidi, qui vicesimum octavum et vicesimum nonum historicos habebat, cum quatuor dogmaticis conjunctos. Didici ex *Apparatu sacro* Antonii Possevini et ex veteri catalogo ms., asservari in bibliotheca Vaticana Historiam ejusdem Gregoræ ecclesiasticam, et Acta concilii, seu (ut ibidem vocatur) ΛΗΣΤΡΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ, ac narrationem persecutionis in orthodoxos motæ a Palamitis. Demum R. P. D. Joannes Mabillonius, qui nostra hæc studia adjuvandi nullam occasionem prætermittit, communicavit mecum indicem accuratum librorum XXI, in uno codice Vaticano exstantium; quorum primus esset δευτέρου βιβλίου λόγος ζʹ, id est, *Secundæ Partis liber septimus*, seu totius historiæ decimus octavus; ultimus vero inscriberetur, Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας λη', seu *Byzantinæ Historiæ liber XXXVIII*.

Peropportune autem accidit, ut Romæ per id tempus commoraretur vir humanitate singulari præditus I. Vivantius, S. T. Doctor Parisiensis, idemque Socius Sorbonicus. Hujus cura et officiosa R. P. D. Stephanotii sedulitate, sumptibus autem Ill. Abbatis Camilli Tellerii, libros novem ex codice Vaticano descriptos et Roma ad me allatos cum avide legissem, animadverti eam ipsam esse *Historiam ecclesiasticam*, cujus mentio facta esset a Possevino in *Apparatu sacro*. Hi novem libri, ad undecim Wolfianos et ad illos sex, qui penes me erant, adjecti, librorum viginti sex numerum efficiebant. Post vicesimum sextum deerat adhuc nobis vicesimus septimus. Cæteros in bibliotheca Regia habebamus, exceptis quinque ultimis. Tandem et hi quoque, una cum vicesimo septimo, integri ad nos pervenerunt, Friderici Rostgaardii nobilis Dani opera et sumptibus; qua quidem de re infra fusius.

Inter hæc æquitate et moderatione victoris Ludovici Magni pax Europæ restituta est. Solutus jam urgentibus difficilium temporum curis regni administer (nunc Franciæ cancellarius) Ludovicus Ponchartrænius ad ea quæ sibi commendata a rege erant, pacis ornamenta amplificanda totum se animo et cogitatione convertit.

Luparææ officinæ typos Græcos, omnium qui unquam fuerunt elegantissimos, inutiles et otiosos vacare ægre ferebat Joannes Paulus Bignonius, abbas nobilissimus, comes hodie consistorianus: qui ipso belli tempore, cum avunculus Ponchartrænius infinitis negotiis distringeretur, reip. litterariæ et academiarum jura sic tutatus fuerat, ut et suus litteris honos perpetuo tum constiterit, et viris academicis præmia de more persoluta sint. Ei igitur, pacatis jam et tranquillis rebus, cura hæc fuit non postrema, Græcos libros typorum Regiorum luce illustrare. Unde et me, longo familiaritatis usu conjunctum, hortatus est, ut Nicephori Gregoræ scripta, quæ parata habere me sæpius dixissem, Regii typographei prælis committerem quamprimum. Ego vero permittentibus, imo jubentibus iis quorum summa est apud me auctoritas, oblatam occasionem statim arripui; et paucis post diebus tomi primi editio cœpta est. Qua in parte, quoniam Wolfius mihi præivit, quid privatim ipse præstiterim exponam.

Inter codices manuscriptos bibliothecæ Regiæ unus chartaceus, cui inscriptus est numerus 2558, præter historiam omnem Pachymerianam, libros Gregoræ historicos undecim complectitur, eos videlicet qui a Wolfio primum editi sunt. In eo codice, bonæ alioqui notæ et satis antiquo (nam scriptus

est ante captam a Turcis Constantinopolin), hoc singulare est, quod quæ in libris editis manca sunt et imperfecta, ea ibi integra reperiantur. Deerant autem in libris editis tria illa fragmenta, quæ Petavius a Frontone Ducæo accepta primus vulgavit, et Nicephori patriarchæ Breviario historico subjunxit. Deerant et alia non minora; quale est insigne illud de Athanasii patriarchæ severitate, et de monachorum moribus emendatis; item quæ pertinent ad ejusdem libri caput septimum, ad libri noni caput secundum, et ad libri undecimi caput item secundum. Denique in singulis fere paginis dictio aliqua aut etiam plures desiderabantur. Eos omnes defectus ex codice illo Regio supplevimus in hac editione. Majora supplementa in marginibus indicata: minora cancellis inclusa; mendæ præterea, quæ innumeræ erant, ope ejusdem codicis sublatæ.

Rursus in eo ipso codice hoc notatu dignissimum est, quod quæ Gregoras libris quatuor postremis plurima inseruit, variis temporibus a se elucubrata, ea fere omnia ibidem desint; sic autem suis quæque locis recisa fuerint, ut narrationis contextus nullo hiatu abruptus sit, sed omnibus partibus apte cohærentibus integer et continuus procedat. Id Gregoræ ipsius judicio factum velim: neque a vero abhorret, cum primæ editionis amore refrigerato suum opus recognovisse, ac ea quæ ostentandi ingenii causa assuerat, monodias, orationes, aliaque id genus resecuisse. Vereor tamen, ne et gloriæ paulo avidior eos pannos, in prima scriptione omissos, repetito deinde operi intertexuerit. Hæc ipsa certe, quæ a codice Regio abesse dicimus, nihil ad historiam pertinent: imo historicam rerum seriem interrumpunt, et lectori ad majora festinanti moram objiciunt. Tamen quia in illo, quo usus est Wolfius, codice manuscripto eum locum obtinebant quem in libris editis habent, non ausi sumus ea loco movere et alio relegare: sed eadem, et alia quædam uncis inclusa, non comparere in codice Regio, lectorem admoneri satis esse putavimus.

Varias lectiones plerasque suppeditavit idem bibliothecæ Regiæ codex; paucas vero is cujus numerus est 2078, parum ab editis diversus, nisi quod in librorum et capitum divisione discrepat: libros autem non plures continet quam quatuor, tametsi præfixus est index librorum sex. Monodiæ duæ, eæ scilicet quæ initium libri decimi constituunt, castigatæ et aliquot lectionibus illustratæ fuerunt ex codice Colbertino 4950; cujus nobis copiam fecit Vir quam doctus tam amabilis, Stephanus Baluzius. Habuimus præterea lectiones nonnullas, ex Vaticano codice descriptas Friderici Rostgaardii studio et diligentia. Sed eas, quia sero allatæ sunt, perfectis nempe et jam sub prælo multiplicatis iis paginis ad quas pertinebant, idcirco

A hujus voluminis appendicibus annectendas reservavimus. Constat ex bibliothecæ Seguierianæ catalogo, exstare illic, inter codices manuscriptos Græcos, *Nicephori Syntaxin historiæ Romanæ*, cum *Chronico* Zonaræ conjunctam. Eum codicem, in quo libros Nicephori Gregoræ undecim priores titulus ipse contineri innuit, operæ fuisset conferre cum impressis. Sed mihi ad eam bibliothecam aditus nondum patuit.

Latinam interpretationem, cujus auctor esset Hieronymus Wolfius, magnum apud eruditos nomen, sinceram et intactam summa fide repræsentare initio decreveram: consilii deinde hujus mutandi B causæ plures fuerunt. Gregoras multijugæ eruditionis et artis rhetoricæ ostentator sæpe aberrat a proposito, et ad ea quæ parum aut nihil ad rem pertinent digreditur. In iis πάρέργοις mirum est quam sit verbosus. Ea Wolfius, rebus magis quam verbis intentus, breviora facere studuit. Itaque et luxuriantia compescuit, et quæ omnino redundabant suppressit. Ego vero facturum me operæ pretium putavi, si auctoris Græci vestigiis inhærerem, atque ejus verba lectoribus, si minus adnumerarem, saltem religiose et fideliter appenderem; quæ, ut opinor, optima est ratio interpretandi. In quibusdam etiam a vero sensu deflexisse mihi visus est interpres doctissimus; aut sententiam auctoris obscure et contorte expressisse. C Nihil dico de minoribus vitiis, quibus nullum opus, quantumvis tersum et limatum, carere omnino potest: quæ quidem vitia ut plerumque nos in lucubrationibus nostris fallunt, ita in alienis vix unquam fugiunt. Equidem eos nævos, corpori alioquin egregio inspersos, ut eximerem sedulo operam dedi: nec me ea re injuriam Wolfio fecisse arbitror, sed de eo bene meruisse aio et contendo. Nec enim quia illum identidem lapsum corrigo, idcirco me vel doctiorem statuo vel diligentiorem; neque ei propterea

detrahere ausim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.

D In hunc modum tam Græca quam Latina a nobis aucta et recognita fuerunt. Ad hæc libri nova ratione divisi; quoniam in prioribus editionibus capita, temere et inconcinne prorsus digesta, etiam numeris carebant. Additæ minores sectiones. Præfixa singulis capitibus argumenta, seu breviaria, vulgatis accuratiora et ad sectionum numeros accommodata. Anni, menses, dies, siderum ortus et obitus, solis et lunæ defectus, et varii temporum characteres subinde adnotati. Sententias, et crebra de moribus judicia, item alia quædam levioris momenti, ne oneri essent marginibus, omittere visum est. Notæ breves, ubi opus fuit, adjectæ: uberiores rejectæ ad calcem tomi secundi. Porro in his primas tenent doctissimi Ducangii Notæ posthumæ; quas paulo post illius mor-

tem meæ fidei commendaverat optimi patris filius dignissimus Philippus Ducangius, Franciæ quæstor apud Pictavos. His partibus ac numeris editio hæc Regia differt a vulgatis : quas ego ad hunc diem usque non plures vidi quam quatuor; sex tamen prodierunt, aut saltem quinque. Primam anno 1559 Græce et Latine in Germania prodiisse Fridericus Rostgaardius colligebat ex Wolfiana Præfatione, seu potius Epistola prosphonetica ad Antonium Fuggerum, illo ipso anno data. Hoc posito (*b*), secunda fuerit ea quæ Latine prodiit Basileæ a. 1562. Tertia, quæ Lat. Paris. a. 1567. Quarta, quæ Italice, interprete Lud. Dulci, accurante Augustino Ferentilli, Venet. a. 1569 in-4. Quinta, quæ Lat. Francofurti ad Mœnum, a. 1587. Sexta, quæ Græce et Latine, Coloniæ Allobrogum, a. 1615. Hankius Gregoræ Historiam Coloniæ Planicianæ etiam a. C. 1616 editam observat; Warthonus duas Francofurtenses numerat; primam a. 1568, secundam a. 1587.

In tomo secundo usi sumus duobus apographis, utroque ex veteribus exemplaribus Romæ descripto.

Primum apographum, quod in bibliotheca Regia exstat numero 2079, docta et eleganti manu ante annos plus centum et quinquaginta exaratum fuit, ut patet ex ipsius librarii testimonio, qui peracto opere hæc subscripsit : Τέλος ἔλαβεν τοῦτο τὸ σύνταγμα τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τοῦ ὀκτωβρίου, ἔτει χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τρίτῳ, σπουδῇ καὶ φιλοπονίᾳ Χριστοφόρου τοῦ Ἀουέρου Γερμανοῦ μεταγεγραμμένον· δαψιλείᾳ δὲ καὶ φλογερῷ πρὸς τὰ μαθήματα πόθῳ Γεωργίου τοῦ Ἀρμηνιακοῦ, τοῦ Ῥουθένων καὶ Βάβρων ἐπισκόπου, πρὸς Παῦλον τὸν τρίτον, τὰ τῆς ἱερωσύνης οἰκονομοῦντα, παρὰ Κελτῶν βασιλέως ἐν τῇ Ῥώμῃ τῇ πάνυ πρεσβεύσαντος. id est · *Absolutum est hoc opus Octobris die 18, anno 1543 Christophori Aweri Germani opera ac diligentia transcriptum ; munificentia autem et studio in litteras ardentissimo Georgii Armeniaci (D'Armagnac) Rutenorum et Vabrorum episcopi, a Gallorum rege ad summum pontificem Paulum III legati Romam missi.* Ex hoc cod. libros Tomi istius secundi sex priores accurate descriptos (nam codicem ipsum quominus typographis committeremus religio nobis fuit), typis exprimendos curavimus.

Alterum apographum, ante hos quinque annos Romæ scriptum et a clarissimo viro J. Vivantio Lutetiam allatum, valde mendosum erat. Nec mirum : ut apud nos, ita etiam Romæ magna est paucitas eorum calligraphorum, qui manum in Græcis exercitatam habeant ; adeoque necesse est ad librarios rudes et imperitos recurrere, quotiescunque agitur de exscribendis codicibus Græcis. Ex eo apographo prodeunt hodie in lucem libri septem, qui reliquam hujus tomi secundi partem explent ; iique, ultimis tribus non totis exceptis, castigati ex Vaticano exemplari ; cum quo lectiones dubias contulimus per viros eruditissimos, quos laboris hujus per se ingrati tædium ac fastidium nostra et publicæ utilitatis causa ferre non piguit. Itaque iis hoc loco, si facile paterentur, magnas gratias ageremus ; præsertim abbatibus illustrissimis, Laurentio Alexandro Zaccagnio, et R. P. D. Delmiro ; qui bibliothecæ Vaticanæ præfecti creditum sibi pretiosissimum thesaurum ea fide integrum et illibatum custodiunt, ut tamen magnum ex eo communicato fructum omnes eruditi percipiant, atque ex illa totius litterati orbis luce conspicua clarum sibi ac suis lumen accendant. Ex illo ipso Vaticano exemplari libros, ut jam dixi, quinque integros Fridericus Rostgaardius per hominem eruditum, popularem suum, transcriptos bibliothecæ Regiæ dicavit, summque illud votum præfixis elegantibus heroeclegis consignavit. Sed de iis libris alias opportunius. Pertinent enim ad tertium tomum.

Variæ lectiones nullæ fere in hujus partis marginibus adnotatæ sunt ; quoniam eorum librorum, quibus constat hic tomus, unicum exemplar possedimus. Unicum dico : nam Vaticana exemplaria nec penes nos fuerunt, nec pro diversis reputanda sunt, cum nostra ex iis descripta sint. Quas autem ex iis lectiones a viris doctis suppeditatas habuimus, eas, ut veram et genuinam scripturam, non in margines, sed in mediam paginam et in ipsum (ut aiunt) contextum transtulimus ; exceptis iis quas ab amico charissimo Ludovico Tarnio nuper allatas ad calcem tomi secundi in notas retulimus.

Equidem hoc loco temperare mihi non possum, quin et mea et Nicephori Gregoræ causa doleam ; quod cum hic per nos posset, non modo integer, sed etiam tersus et limatus, in publicum emitti, idem tamen pluribus fortasse maculis respersus ac deformis lucem demum aspiciat. Fieri enim haud potuit, ut non multa in apographo mendosissimo oculos meos fugerint, et incorrecta remanserint. Poterat autem hic scriptor longe castigatior dari a nobis, si quæ in pluteis Vaticanis vetera exstant exemplaria, ea penes nos fuissent. Sed nimirum uni non omnia data sunt. Quod autem facere ego non potui, id quondam fortasse, si tanti res esse videbitur, felicior alterius industria præstabit.

Ad Latinam interpretationem nostram quod attinet, scriptoris Græci mentem si me ubique assecutum fuisse affirmem, arrogans sim : præsertim cum nec Wolfio ipsi, veterano et emerito interpreti, id contigerit. Possumus vero uterque hac ratione nos defendere, quod qui viam nullius gressu tritam ingrediatur, ei difficillimum sit non labi ; præsertim si ea lubrica sit et confragosa et salebris plena, quales passim objicit Nicephorus noster ; qui quoties evagari libuit (libet autem nimis sæpe), tum demum disertum se et elegantem credit, cum senten-

(*b*) Vid. Fabricium, infra col. 99 C.

tiam suam verborum ambagibus quam maxime perplexis involvere potuit. A

Tomi primi singulis paginis, quoniam temporum ratio in ea historiæ parte non satis certa esse videbatur, annum præscribere non potuimus. Itaque illic pro annis imperia, seu regnantium Imperatorum nomina, posita sunt. In tomo secundo, annos ipsos, quoniam de iis constabat, apposuimus, imperatorum autem nomina omisimus. Quippe cum per annos decem perpetuos, quos continet hic tomus, potestas imperatoria penes duos principes fuerit, Palæologum et Cantacuzenum, inutile esse duximus repetere in singulis paginis id, quod semel monuisse satis foret. Libros in capita, capita in sectiones eadem methodo divisimus, qua in tomo B primo. In breviariis quoque et in notis eamdem prorsus rationem secuti sumus.

Disputationem cum Cabasila, libris tribus non totis comprehensam (nam ea a vicesimo secundo inchoato ad vicesimum quartum fere medium excurrit), quod ad historiam haud satis pertinere videretur, ad secundi voluminis calcem rejicere animus primum fuit. Demum, ne continua librorum series abrumperetur, rectius facturum me existimavi, si suum ei ac proprium locum servarem. Una me res morabatur; quod eam disputationem nondum Latine vertissem, nec mihi otium superesset ad istud quoque pensum absolvendum. Inter hæc commodum suam mihi operam obtulit M. Claudius Capperonnerius, Licentiatus theologus Parisiensis. C Huic ego, Græce et Latine doctissimo, facile equidem adductus sum, ut eas partes traderem; eo præsertim, quod quæ ille interpretanda suscepturus foret, ea essent fere dogmatica, adeoque vix possent verbis propriis ac perspicuis a quoquam exprimi, nisi qui in rebus theologicis multum versatus et quotidiano scholarum usu subactus foret: id quod, si cui unquam, cumulatissimum certe isti contigit.

Tomum tertium constituent libri quatuordecim; historici quidem octo, dogmatici vero sex; de quibus nil necesse est præfari initio hujus voluminis.

Tomus quartus, præter poema ingens Græcobarbarum de bello sacro, item de Constantinopolitanis, Peloponnesiacis et Neapolitanis Francorum expeditionibus, selecta variorum opuscula continebit; ea scilicet, quæ Nicephori Gregoræ Historiam possunt illustrare. In iis erunt:

I. Narratio Nicetæ Choniatæ de statuis Constantinopolitanis, quas Latini, capta Urbe, confractas in monetam conflaverunt. Cujus narrationis, ex codice Bodleiano descriptæ, copia mihi a viro clarissimo Joanne Ernesto Grabio facta est.

II. Theodori Lascaris orationes duæ. 1ª. Encomium patris ejus, Joannis Ducæ imp. 2ª. Laus urbis Nicææ, ex cod. Reg.

III. Testamentum Arsenii patriarchæ, editum a Cotelerio.

IV. Athanasii patriarchæ ad seniorem Andronicum epistolæ et relationes selectæ, ex codice singulari, quem Bibliothecæ Regiæ cum aliis multis nuper donavit C. Maur. Tellerius, archiepiscopus dux Rhemensis.

V. Manuelis Philæ poema historicum de Michaelis Glabæ rebus gestis, ex alio cod. Regio (olim Telleriano) descriptum.

VI. Tomus pseudosynodi Palamiticæ, editus a Combefisio.

VII. Excerpta ex scriptis Nicephori Blemmydæ, Gregorii Cyprii, Theoduli Rhetoris, Nicephori Chumni, Barlaami, Acindyni, Palamæ, Nicolai Cabasilæ, Philothei patriarchæ, Medici Tarouitæ, Cantacuzeni, Demetrii Cydonii, ipsius Gregoræ, et aliorum, omnia, paucissimis exceptis, anecdota.

Ita quatuor tomis (c) integrum opus constabit: quod brevi, ut spero, absolvetur, favente hisce studiis nostris illustrissimo comite, cancellarii filio, Hieronymo Ponchartrænio. Nempe hic ad secretiora Regis consilia admissus, atque ipsius rei navalis administrationi præfectus, artium præterea et Academiarum rebus ordinandis incumbit, successor idem et æmulus patris; quem litterarum ac litteratorum amore et exculto liberalibus disciplinis ingenio sic refert, ut ei non tam in curas quam in laudem successisse videatur.

(c) Tomi III et IV lucem non viderunt. Ex his autem quæ hic promittebantur pleraque postea prodierunt et exstant in superioribus tomis vel proxime sequentibus nostræ collectionis. Edit. Patr.

NICEPHORI GREGORÆ

VITA. OPERA. ELOGIA.

Ad Ill. Abbatem Camillum Tellerium, Bibliothecæ Regiæ Præfectum, scripsit Joannes Boivinus.

VITA.

Gregoræ vitam, accurate enarratam, non ita pridem vulgavit Martinus Hankius, vir doctus et in historiis Græcis Latinisque haud mediocriter versatus. Sed is libros Gregoræ alios non viderat, nisi undecim priores, ab Hieronymo Wolfio editos. Ego, ut tute scis, Abbas nobilissime, integros duodequadraginta habui; item alia quædam ejusdem auctoris anecdota, ac in iis dialogum *De Sapientia*, qui et *Florentius* inscribitur. His omnibus, et aliis præterea æqualium Gregoræ scriptorum libris perlectis, plurima ad hunc diem paucis investigata didici; remque ab homine erudito, sed illis ipsis adjumentis destituto, jam (ut diximus) tractatam, de novo explicare institui. Cæterum si Hankii exemplo, alienorum operum pannis undique collatis, B quemdam veluti centonem texuissem, veritus sum, ne parvum per se argumentum in magnum sensim volumen excresceret. Malui itaque meis verbis, et continenti fere narratione, sigillatim quæque et breviter commemorare; nimirum ut cujus historici libros, per varias bibliothecas antea dispersos, tuis sumptibus tuaque, Abbas illustrissime, auctoritate collegissemus, ejus tu dicta et facta brevi per nos libello comprehensa haberes et hinc quanta apud suos celebritate Gregoras noster floruisset, facilius intelligeres; nec te navatæ huic scriptori operæ nostræ pœniteret. Non sum autem adeo iniquus, ut hac qualicunque grati animi significatione satis me tibi pro officio meo fecisse existimem: nec tuorum erga me meritorum magnitudinem sic C ignoro ut pares unquam beneficiis gratias relaturum me esse confidam.

Circiter annum Christi 1295, imperante Andronico seniore, Nicephorus Gregoras natus est in A Asia. Paphlagonem eum facit patriarcha Philotheus in Antirrheticis (1). Ipse in dialogo *De Sapientia* vocat se Heracleotam. Avunculum certe habuit Joannem (2) Heracleæ metropolitanum, ejus scilicet, quæ Heraclea Ponti dicitur et sita est in finibus Paphlagoniæ. De parentibus aliisque cognatis nihil memoriæ proditum est.

In ea urbe educatus prima puerilis doctrinæ rudimenta sub antistite avunculo posuit. Inde translatus Byzantium (3) tradidit se in disciplinam patriarchæ Joannis Glyceos, qui apud illius ævi homines disertissimus et Attici sermonis peritissimus habebatur (4). Ejus autem pontificis consuetudine studiosus juvenis (5) tantopere delectabatur, ut diu noctuque ab illius ore penderet. Vicissim ipsi B patriarchæ sic discipuli stilus placebat, ut cum, longo morbo debilitatus (6), testamentum sibi scribere et componere jusserit (7).

Ut in rhetoricis patriarcham, ita in astronomicis magnum logothetam magistrum excellentem habuit. Erat is Theodorus Metochites: qui quidem initio, sive Gregoræ adolescentis ingenium nondum pernoverat, sive arcana scientiarum temere divulgari nefas putabat, parcius cum eo colloquebatur, nec rerum cognitionem integram ei communicabat. Deinde enixis precibus et ad persuadendum composita ejusdem oratione victus perfecte et cumulate ei omnia reconditæ artis præcepta tradidit (8). Quin et cum doctrinæ hæredem a se institutum C prædicavit non semel (9); idque in iis versibus, quos exsul scripsit, apertius professus est. Tanti denique ipsum fecit, ut liberis suis pene exæquarit. Itaque monasterio Choræ magnis sumptibus instaurato, socium illic et adjutorem eum ad omnia

(1) Lib. XII, cod. reg. 1996, fol. 283.
(2) Gregoras *Hist.* lib. IX, c. 7.
(3) Anno Christi 1316.
(4) Eo patriarcha, A. C. 1317, cum Andronicus imperator Justiniani statuam equestrem, venti impetu quassatam, fulciri et columnam ipsam suppositam resarciri curavisset, Gregoras per ligneos gradus, a fabris extrinsecus circumductos, facilem ascensum nactus statuam curiose contemplatus est, atque ex mensura quarumdam partium totius colossi magnitudinem æstimavit: ea scilicet opera rem antiquariis gratam facere se arbitratus. Vide *Hist.* lib. VII, c. 12.
(5) Annos natus circiter 21. Vide lib. VII, c. 11, s. 1.
(6) Testamenti scilicet exordium quod exstat *Hist.* lib. VIII.
(7) Anno Christi 1320.
(8) Lib. VIII, c. 7.
(9) Lib. VIII, c. 5.

fere habuit (10) : rerum ibidem pretiosissimarum procurationem ei vivus commisit; moriens suam quodammodo vicem suumque in ea domo munus eidem administrandum legavit (11).

Contra Gregoras Metochitæ liberos, filium nempe et filiam, erudiit, et obscurissima quæque veterum auctorum scripta iis prælegit atque interpretatus est (12). Metochitam ipsum omni semper officii genere coluit : imminentis calamitatis metu perculsum et afflictum verbis confirmavit (13) : mortuum funebri oratione publice deflevit (14). Scitum est ejus de illo dictum. Nempe ab Andronico seniore interrogatus, quo pacto Metochites, a tenuibus initiis profectus (nam ex Bryennio præceptore perpauca didicerat), summus astronomus evasisset, *Nihil mirum*, inquit Gregoras, *ex parva lampade magnam facem accendi.* Cantacuzenus laudatum ait (15) ab imperatore acumen respondentis, qui imagine obvia ac familiari naturam rei ob oculos posuisset.

Florebat aula Byzantina studiis bonarum artium, favente viris doctis Andronico imperatore, sic ut ejus domus non modo honestatis et omnis virtutis officina, sed et litterariæ eruditionis gymnasium et dicendi certaminibus quoddam veluti curriculum apertum esse videretur (16). Itaque eo tempore maximus fuit apud Græcos oratorum, philosophorum, aliorumque eruditorum proventus. Gregoras magni Logothetæ consuetudine satiatus, expedire sibi credidit, jam annos 27 nato, usum ad doctrinam adjungere et ex umbra in lucem prodire (17). Quamobrem studiorum suorum fiducia fretus ad imperatorem ipsum se contulit, ut se, si posset, in ejus familiaritatem insinuaret. Peramanter et ultra quam speraverat benigne exceptus orationem apud eum habuit, duasque in ipso virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudavit (18). Tempore procedente ita benevolum eumdem expertus est, ut aliqui indignarentur juvenem, nulla dignitate, nullo sacerdotio commendatum, tanta apud principem gratia valere. Andronicus, ut os obstrueret obtrectatoribus, primos Ecclesiæ honores conferre ei juveni statuit, et chartophylacis dignitatem, velut pignus, statim obtulit : ac jam eidem, tanquam haud dubie accepturo, vestes et insignia dignitatis parabat. Gregoras, immaturam ætatem et studiorum suorum rationem causatus, gratiis actis, et laudato imperatore, oblatum honorem repudiavit. Repudianti vis pene illata (19).

Aliquanto post (20) orta inter eruditos nobilis controversia. Conveniebant crebro in palatium viri A sapientes et docti, atque illic certatim de rebus quibuslibet scitu dignis coram Andronico seniore disputabant. Cum igitur frequentes ibi aliquando adessent (21), Andronicus, ut Nicephoro Gregoræ, quem valde diligebat (22), dicendi occasionem præberet, mentionem injecit de astronomia. Tum Gregoras, qui de Paschate ad imperatorem referre cupiebat jampridem, astronomiam ipsam primum cœpit laudare : deinde usum ejus etiam ad Paschatis correctionem pertinere dixit. Ita sensim et sine sensu producta in medium ea quam erat præmeditatus quæstione, suam de die paschali constituendo sententiam luculenter explicuit : investigandi æquinoctii verni, item plenilunii observandi rationem tradidit : ad dies 365, qui annum solarem B constituerent, integrum unius diei quadrantem non debere addi ostendit, sed deducendam inde partem diei brevissimam, non tamen trecentesimam ipsam prorsus, ut censuisset Ptolemæus : alia denique multa in eam rem congessit, ex quibus id efficiebatur, ab anno mundi fere 6300, qui fuit Christi 792, erratum esse in ponenda temporum ratione, atque in Paschatis die observando; cum vero errorem ita posse corrigi, si de dierum summa paulo plus biduo integro detraheretur, et Paschatis observatio proxime ante diem Martii vicesimum institueretur, quæ a vicesimo secundo perperam institui soleret. Imperator consilium de Paschate corrigendo probavit; rem ipsam aggredi C noluit, quod negaret facile esse omnium nationum suffragia colligere, et receptum toto orbe usum abolere. Gregoræ sententiam alii postea astronomi chronologique defenderunt, atque in primis Isaac Argyrus. Sæculo demum decimo sexto, ea quæstione apud Latinos quoque agitata, Kalendarium ex auctoritate Gregorii XIII, eo fere modo, quem Gregoras designaverat, reformatum fuit.

Anno 1326, legatus ivit ad Cralem (23). Ejus legationis causa hæc fuit. Theodori Metochitæ filia Irene, mortuo conjuge Joanne Palæologo, qui ex Panhypersebasto Cæsar creatus novissime fuerat, apud Cralem generum morabatur, ac domum redire ad patrem recusabat. Itaque Metochites pater auctor fuit imperatori, ut eam redire cogeret. De D ea re missi ad Cralem legati, quorum unus fuit Gregoras, comes datus fratri ipsius Irenes. In ea legatione, quæ sibi et sociis suis in itinere acciderint, errores, pericula, et alios casus fuse describit in Historia. Crales audita legatione socrum Irenen dimisit. Hæc, ut viro justa persolveret, Thessalonicam inde profecta est. Gregoras vero, acceptis ab ea mandatis, Byzantium rediit.

(10) Lib. IX, c. 13.
(11) Lib. XXII, c. 2.
(12) Lib. VIII, c. 5.
(13) Lib. VIII, c. 5.
(14) Lib. X, c. 2.
(15) Cantac. *Hist.* lib. I, c. 11.
(16) Lib. VIII, c. 8.
(17) Anno Christi 1322.
(18) Lib. VIII, c. 7.
(19) Lib. VIII, c, 9.
(20) A. C. circiter 1324.
(21) *Hist.* lib. VIII, c. 13.
(22) Quantopere Gregoram dilexerit, vel ex eo apparet, quod ægrotantem visitaverit. Exstat hac de re in codice Vaticano λόγος προσφωνητικός.
(23) *Hist.* lib. VIII, c. 14.

Biennio post (24) junior Andronicus Constantinopolim noctu per proditionem ingressus est. Seniori potestas omnis abrogata. Theodori Metochitæ domus direpta : ipse Didymotichum relegatus (25), unde post biennium revocatus domum rediit. Gregoras, qui easdem partes secutus fuerat, bonis spoliatus, at non etiam in exsilium missus (26). Nimirum huic, quia otio et tranquillitati semper studuerat, nec publica negotia tractaverat, levior pœna irrogata est. Fuit quoque ei is annus (27) Joannis Heracleæ archiepiscopi morte luctuosus, avunculi scilicet optime meriti, et sui *post Deum*, ut loquitur, *ab infantia usque curatoris* : cujus de ingenio, doctrina, et moribus obiter tantum et strictim agit in Historia, quia de ejusdem vita peculiarem librum ediderat. Anno, ut apparet, proxime insecuto 1329, libelli prophetici ex Italia et ex Colchide Byzantium allati; quos Gregoras, amicis instantibus, partim refutavit, partim contempsit : refutavit autem per epistolam (28), quæ exstat *Historiæ* lib. IX, cap. 2.

Ante junioris Andronici principatum magna jam Nicephoro Gregoræ erat discipulorum frequentia. Converso rerum statu, totum se mœrori dedit; adeo ut docendi munere abjecto, et auditoribus valere jussis, silentium deinceps perpetuum agere decreverit. Ac fortasse in proposito constans permansisset, nisi eum inopina res brevi coegisset pristinam philosophandi consuetudinem repetere. Id ut acciderit, fuse ipse, sed mutatis nominibus (29), narrat in eo dialogo, qui, ut jam dixi, *Florentius* seu *De sapientia* inscribitur (30). Totius narrationis summa hæc est : Barlaamus (31) Calaber (32), cum ex Italia in Græciam commigrasset, ut Aristotelis philosophiam, quam ab interpretibus Latinis non satis puram acceperat, e Græcis fontibus sinceram et incorruptam hauriret, in Ætolia primum consedit. Ibi Latina veste exuta, habitum et morem Græcum induit, et Græce loqui didicit. Inde Thessalonicam se contulit; atque in ea urbe, in qua tum litteræ florebant, diutius commoratus sermonis Græci majorem sibi usum comparavit. Hinc superbia elatus magni facere se ipsum, cæteros autem cœpit despicere. Tandem et Byzantium appulit. Quo cum advenisset, prima ei cura hæc fuit, ut quam plurimos ad se discipulos undecunque congregaret (33). Illustre erat apud litteratos nomen Theodori Metochitæ, nuper ab exsilio revocati; nec minor Gregoram eruditionis fama commendabat. His Barlaamus obtrectando, se ipsum venditare et fucum imperitis facere instituit : ac nonnullos, morum similitudine conciliatos, ad se allexit; cum quibus diu spes vanas aluit. Demum, quia haud succedebat, et hominem ambitiosum Nicephori Gregoræ fama urebat, ideo hunc, suadentibus nonnullis, aperte lacessere et ad dialecticam pugnam provocare ausus est. Gregoras propriis cladibus ac insuper amici Metochitæ morbo gravissimo afflictus, certamen initio detrectabat. Deinde amicis rogantibus, et ut suam suorumque popularium gloriam tueretur hortantibus, jubente etiam et minis urgente nescio quo (34) magnæ auctoritatis viro, in arenam ægre descendit, de eruditionis palma cum Italo decertaturus. In ea disputatione adversarium, qui se omnia scire gloriatus fuerat, eo redegit, ut se astronomiæ, grammaticæ, rhetoricæ et poeticæ plane rudem esse fateretur : imo nec libros Aristotelis alios nosse, nisi qui de rebus physicis agerent, aut ad dialecticam pertinerent. Præterea logicam et syllogismos, quibus Itali unice gauderent, non scientiam, sed scientiæ instrumentum, adeoque humilis ingenii ornamentum esse docuit. Aristotelem vero, quem Barlaamus per omnia sibi constare affirmaret, non semel ipsum secum pugnavisse ostendit. Cedente Barlaamo, alter (35) athleta surrexit et pro Aristotele propugnavit; sed frustra ipse quoque. Gregoras victor (36) declaratus, principum benevolentia eo merito collecta, in pristinum gratiæ et honoris locum restitutus est. Barlaamus, maculam sibi inustam delere sæpius conatus, postquam omnium Byzantiorum voluntates a se aversas et in Gregoram propensas animadvertit, recepit se ad Thessalonicenses.

Ita Gregoras ad primum vitæ institutum, hoc est

(24) A. C. 1328, mense Maio. Lib. IX, c. 6 et 7.

(25) Dialog. Περὶ σοφίας cod. Reg. 3284, fol. 247.

(26) *Ibid.*

(27) Lib. IX, c. 7.

(28) Ad Pepagomen.

(29) Nomina sunt, *Nicagoras*, pro *Nicephor. Gregoras* : *Xenophanes*, pro *Barlaam* : *Metrodorus*, pro *Theodor. Metochites*, etc.

(30) Exstat in cod. Reg. 3284.

(31) De quo Cantacuzenus, *Hist.* lib. II, c. 39.

(32) Natus Seminariæ. Vide L. Allatium, *De Eccl. Occid. et Orient. perp. cons.*

(33) Ita Gregoras in dialogo. At longe aliter in libro *Historiæ* XIX, c. 1, sect. 4, ubi ait Barlaamum, cum e Calabria ad Romanos commigrasset, innotuisse principibus et, quod doctrina præstaret, charissimum eis fuisse; præsertim Cantacuzeno, qui et eum ad immodicos honores evexisset, dato ei munere interpretandi doctrinam S. Dionysii, ac theologiæ studiosos erudiendi. Cantacuzenus quoque, *Hist.* lib. II. c. 39, Μοναχός τις, inquit, ὁρμώμενος ἐκ Καλαβρίας, τοῖς Λατίνων ἤθεσι καὶ νόμοις ἐκτραφεὶς, ὄνομα Βαρλαὰμ, ἄλλως δὲ νοῆσαί τε ὀξὺς καὶ τὰ νοηθέντα ἐξηγήσασθαι ἱκανώτατος, καὶ τὰ Εὐκλείδου καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος ἐκμελετήσας, καὶ διαβόητος περὶ ταῦτα ὤν, ἐπὶ καιρῷ τῇ Ῥωμαίων ἐπεδήμησε βασιλείᾳ. Tum paulo post, Διὰ ταῦτά τε οὖν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν, τῆς τε παρὰ βασιλέως ἀπέλαυεν εὐμενείας καὶ τιμῆς, καὶ παρὰ μεγάλου Δομεστίκου οὐδὲν ἧττον ἠγαπᾶτο, καὶ προνοίας ἠξιοῦτο, καὶ οὐδὲν ἐνέδει αὐτῷ τοῦ μὴ ἐν εὐπραγίαις εἶναι.

(34) Gregoras in *dialogo* Demaratum eum vocat, ficto nomine. Fortasse is fuit Cantacuzenus.

(35) In *Dialogo* vocatur is Xenocrates, Nausiclis filius.

(36) De ea victoria passim gloriatur in *Historia* lib. XI, c. 10; lib. XVIII, c. 7; lib. XIX, c. 1, s. 4, etc.

ad publicam docendi professionem rediit. Eo autem munere plurimos omnium gentium, ordinum, conditionum, homines obstrictos et quasi mancipatos habuit; ut et parentes et liberi, et totæ civium familiæ, maximas ei gratias haberent, velut patri et ad pulcherrima quæque præeunti studiorum moderatori. Unde et nomen sibi fecit, toto fere orbe notum ac celebratum, et per antonomasiam Philosophus (37) vulgo dictus est, ut hodie in scholis Aristoteles. Neque vero imberbes solum adolescentes in ejus domum quotidie conveniebant, sed et consummatæ doctrinæ (38) philosophi, astronomi, rhetores, aliique ætatis provectæ litterati; quos videlicet Gregoræ eruditio omnigena et supellectili mathematica librariaque instructissimum (39) museum undecunque excitos alliciebant.

Interea obiit (40) senior Andronicus, utroque oculo captus, cucullatus, et ad summam redactus omnium rerum inopiam. Gregoras, qui illum coluerat imperatorem, eidem privato, ac etiam monacho, assiduus consolator adfuit, sic ut eum tertia aut quarta quaque die inviseret. Itaque eo ipso vespere, qui illius mortem antecessit, cum illo familiariter collocutus est. Consueverat autem is eruditos et graves cum Gregora sermones habere, quadam urbanitate et gratia temperatos. Ultimus sermo ultra mediam noctem productus, ad primum usque galli cantum. Demum, iis qui aderant dimissis, senex subito morbo correptus, ante exitum noctis exspiravit. Gregoras altero luctus die, Cralænæ hortatu (erat hæc mortui principis filia, et funebrem pompam ducebat), monodiam ex tempore recitavit (41). Triginta diebus ex eo elapsis, decessit (42) et magnus Logotheta Metochites, non ita pridem (43) ab exsilio reversus, et monachum mutato habitu in Choræ monasterio novissime professus. Ejus quoque mortem Gregoras, monodia publice recitata, lamentatus est; qua audita, magnus cognatorum luctus et miserabilis comploratio exstitit. Exstincto Andronico, juniorem demereri et iisdem quibus antea avum officiis iisdemque artibus conciliare sibi studuit : nec longo post apud eum, matris morte afflictum, orationem consolatoriam habuit (44). Eumdem, cum haberetur quæstio de conjuratis, acclamationibus et applausu delinivit, ac ne in Deum trium despotam inquireretur, pro virili effecit.

Fuerat senior Andronicus ab Ecclesia Romana alienissimus. Patrem Michaelem, quod Latinorum dogma approbasset, vix humari passus fuerat : in cæteros Λατινόφρονας severe animadverterat. Itaque quandiu vixit, de componendis Ecclesiarum discordiis nemo agere ausus est. Post ejus mortem res denuo tentata. Anno Christi 1333 (45) antistites duo Latini, Franciscus (46) et Ricardus, hic episcopus Chersonensis (47), ille Bospori (48) archiepiscopus, a Papa Joanne XXII legati Byzantium venerunt, de rebus controversis disceptaturi. Joannes Calecas patriarcha, qui nec ipse linguam dicendi usu exercitatam habebat, et suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cernebat, Nicephorum Gregoram, laicum quidem, sed eruditum et in primis disertum, illico advocavit, et ad ineundum cum Latinis certamen hortatus est. Hic initio silentium suadebat : mox futuras inde suspiciones et iniqua hominum judicia reveritus amplius deliberandum censuit, ac super eo negotio habita coram selectis episcopis apud patriarcham longa oratione, sententiam suam hanc esse declaravit : primo non cuivis permittendum disputare cum Italis : deinde scopum aliquem disputationi proponendum : tum constituendum esse judicem, id vero munus ad Græcos pertinere : fidei controversias omnibus Ecclesiæ præsulibus convocatis oportere definiri : syllogismum, qua argumentandi ratione plurimum Itali (49) valerent, ubi de Deo disputaretur, locum minime habere : ne ipsa quidem Patrum testimonia accipienda, nisi quæ perspicua essent : denique disputationem omnem hodie supervacaneam; eas quæstiones jampridem agitatas : definita ab antiquis doctoribus non esse in dubium revocanda, nec licere in rebus divinis temere ratiocinari. Hæc et

(37) Σοφὸν et φιλόσοφον et ἀστρονόμον vocatum fuisse, testatur Philotheus in *Antirrheticis*, cod. Reg. 1996, fol. 10 vers. Passim vero ipse Philosophum vocat. Vide *Hist.* lib. xxv, cap. ult. et epistolam Lampeni Tarchaniotæ infra.

(38) *Hist.* lib. xxii, pag. 661 C, D.

(39) Vide libellum, κατὰ τῶν τοῦ Γρηγορᾶ ληρημάτων, ubi Gregoras ridetur, eo quod ἐν γλώσσῃ μὲν οὐδὲν φέρει τῆς ἐπιστήμης· σφαιρῶν δὲ ἐμπίπλησι τὴν οἰκίαν, καὶ πάντα βιβλίων γέμει καὶ διαγραμμάτων, καὶ σκίμποδας καὶ τοὺς ὀρόφους μεστοὺς ἐπιδείκνυσι σοφίας. Cod Reg. 2965.

(40) A. C. 1332, mense Februar. *Hist.* lib. ix, c. ult. et lib. x, c. 1.

(41) *Hist.* lib. x, c. 1.

(42) Martii die 15.

(43) Biennio ante. Nam in dialogo περὶ σοφίας dicitur ἐπὶ δυοῖν ἐξοστρακισθῆναι τοῖν ἐνιαυτοῖν· ἔπειτα ἐπανελθεῖν οἴκαδε, καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς τελευτῆσαι.

(44) A. C. 1333.

(45) Exeunte.

(46) De Camerino.

(47) Vulgo Cersonensis.

(48) Vulgo Vosprensis. Vide epistolam Joannis XXII ad hunc archiepiscopum, datam Avenione A. C. 1333, vi Non. Jul. Vide et Odoricum Raynaldum ad annum 1333, num. 17, 18, 19. Item ad annum 1334, num. 4, 5.

(49) Græci Latinos theologos passim notant et vellicant, ut syllogismi nimium studiosos. Cantacuzenus in *Antirrhetico* contra Prochorum Cydonium (cod. Reg. 1990, pag. 41) : Εἰ δ' οὐκ αὐτάρκη ταῦτα, καίτοι πολλά γε ὄντα καὶ μέγιστα, καὶ τοῦ παρὰ Λατίνοις διδασκάλου Θωμᾶ, συλλογισμὸν μᾶλλον ἢ ἀέρα πνέοντος, τὴν μαρτυρίαν σοι παρεξόμεθα· πρὸς ἣν οὐκ ἂν εἴης δίκαιος ἀντιβαίνειν, τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐπιχαίρων, καὶ ταῦτα καθάπερ πλάκας ἔχων ἀνανταλύτους. Id est : *Quod si hæc, licet multa et maxima, non sufficiunt; ipsius quoque Thomæ, Latini doctoris, qui syllogismum magis quam aerem spirabat, testimonium tibi exhibebimus : cui tu certe repugnare non debes, cum et illius scriptis delecteris et ea pro inviolabilibus legum tabulis habeas.*

alia, eodem fere spectantia, cum dixisset, visus est eruditiorum episcoporum opinioni congruentia dixisse, cum aliorum, tum maxime Dyrrhachini. Horum auctoritatem cæteri, qui eloquentia minus valebant, omni contentionis studio abjecto secuti sunt. Ita Græci oblatum a Latinis certamen declinarunt (50). Tamen Barlaamus pro Græcorum dogmate multa tum scripsit (51) adversus Romani pontificis legatos : quorum pauca typis expressa, pleraque autem exstant manuscripta in codicibus regiis (52).

Annis ex eo septem elapsis (53), idem Barlaamus, Avenione, quo ab imperatore ad Papam clandestina (54) legatione missus fuerat, Thessalonicam reversus magnas turbas in Ecclesia Græca excitavit; ex quibus postea multæ in Gregoram molestiæ redundarunt. Nimirum ille advena, monachos Græcos nactus qui se divinum lumen oculis corporeis intueri dicebant, Massalianismum iis et Omphalopsychorum (55) errorem objecit. Monachorum patrocinium suscepit vir magnæ apud eos existimationis, Gregorius Palamas, jampridem ipse quoque ideo notatus, quod divinam substantiam oculis corporeis visam a se jactavisset. Nam hunc Gregoras (56), et ei cognominem Drimyn, antequam (57) Barlaamus in Græciam venisset, id de se prædicantes audierat, et acribus jam tum verbis utrumque reprehenderat : idemque eam rem magno Logothetæ et antistitibus aliquot doctis declaraverat. Hi vero eam Massalianorum hæresin esse dixerant, et ejusmodi hominum consuetudinem ut fugeret præceperant; idque eo magis, quod novam hæresin, ex aliis omnibus conflatam, olim exorituram esse, et generalis concilii decreto correctum iri, veteris cujusdam prophetiæ admonitu didicerant. Monachis igitur, Palama duce, pro suo errore propugnantibus, et lumen, quod in monte Thabor discipulos Christi circumfulsisset, increatum simul et aspectabile fuisse dictitantibus; Barlaamo autem διθεΐαν, seu duplicis Dei cultum, per eam opinionem invehi affirmante, Andronicus imperator litis dirimendæ causa concilium habendum censuit. Itaque anno Christi 1341, mense Junio, in S. Sophiæ ædem Byzantiorum lectissimi ac doctissimi convenerunt (58). Gregoram ab imperatore et a patriarcha invitatum domi detinuit capitis dolor

A vehementissimus; qui morbus (59), per intervalla et certis temporibus recurrens, tota vita eum afflictavit. Imperator illa die præclare et magno omnium plausu concionatus absentem desideravit, eoque auditore moleste caruit. Cæterum in ea synodo quid actum sit non constat, propterea quod illius ævi scriptores alii aliter, et pro suo quisque affectu, rem narrant (60). In eo tamen Cantacuzenus et Gregoras consentiunt, quod Barlaamum uterque, judicio injurioso offensum, in Italiam dicant remigrasse, et ad Latinorum instituta ac dogmata rursum se convertisse. Triduo vel quatriduo post habitam synodum imperator morti proximus ad Gregoram misit, qui ex eo sciscitarentur, facilemne curationem astra sponderent, an
B conatibus medicorum obstarent. Responso nondum accepto, in lethargum relapsus, vitam finivit Junii die 15, anno Christi 1341. Tertio luctus die Gregoras vix tum convalescens, patriarchæ et eorum qui aderant domus Augustæ principum hortatu, mortuum imperatorem flebili oratione prosecutus est.

Post hæc civili bello Byzantii laborarunt : Ecclesia ipsa dogmaticis Palamitarum et Acindynianorum rixis perturbata. Nam Gregorius Acindynus, Barlaamo in Italiam reverso, desertæ ab eo causæ patrocinium susceperat (61); et quanquam eodem quo Barlaamus tomo (62) synodico, statim fere post Andronici imperatoris mortem, esset damnatus, Palamam nihilominus variorum errorum accusare
C pergebat. Hinc magnum inter theologos certamen. Gregoras, cujus pacifica consilia nihil tum apud quemquam valebant, ab aulæ tumultu et hominum frequentia in otium et solitudinem ultro concessit, atque ab omni disputatione diu abstinuit.

Interea astrologus quidam, e Gallia profectus, Constantinopolin venit, et felicem belli exitum in aula vaticinatus est (63). Gregoras ab Augusta accitus, ac de novis illis prædictionibus quid sentiret eloqui jussus, vanas eas esse arguit. Ita refutato hariolo Augustam a se alienavit, homini illi, populari suo et placentia annuntianti, benevolam. Tamen hæc, dissimulata ira, nihil tum durius dixit; sed corum qui aderant gratia vultum hilarem in-
D duit, et ultionem in aliud tempus distulit. At Gregoras, domum reversus, omni in posterum conten-

(50) Bzov. ad ann. 1333 num. 1. Leo Allat. *De Eccles. Occid. et Orient. perp. cons.* col. 800.

(51) Cantacuz. *Hist.* lib. II, c. 39; Odoric. Rayn. ad A. C. 1333, num. 18. Vide et epistolam Barlaami ad Demetrium Thessalonicensem, quæ exstat apud Bzov. ad. ann. 1333, num. 11.

(52) Codd. 1997, 2950, 2951.

(53) A. C. 1340.

(54) Odoric. Rayn. ad ann. 1339, num. 19. Item num. 23 et 31.

(55) Umbilicanimorum.

(56) Vide *Hist. Byz.* lib. XIX, c. 1, sect. 4.

(57) Ante annum 1328.

(58) *Hist.* lib. XI, c. 20.

(59) Gregoras passim in libris suis mentionem ejusce morbi inculcat. Vide libellum, Κατὰ τῶν τοῦ Γρηγορᾶ ληρημάτων.

(60) Cantacuzenus victum Barlaamum veniam petiisse et Palamæ doctrinam approbasse scribit. Joannes patriarcha, qui synodo præfuit, de duobus tantum capitulis, nempe de Thaborio lumine et de precatione latam sententiam ait apud Leon. Allat. *De Eccles. Occid. et Orient. perp. cons.* lib. II, c. 17. Gregoras denique solam quæstionem de precatione agitatam; quod ad cætera attineret, cognitionem dilatam fuisse contendit : itaque nec de Massalianismo, nec de aliis criminibus Palamæ objectis, actum fuisse.

(61) Vide *Hist. Byz.* lib. XIV, c. 8.

(62) Συνόδου συγκροτηθείσης δευτέρας, tom. Palamit.

(63) Vide *Hist. Byz.* lib. XIV, c. 8.

tionis studio abdicato, rursum se suo otio et tranquillæ solitudinis umbra involvit.

Per illud tempus, circiter annum 1345, Joannes patriarcha, convocata synodo, Palamam ut hæreticum damnavit, ac priora illa in Barlaamum et Acindynum decreta sua abrogavit. Acindynus non longum ea victoria lætatus est. Anno quippe 1346 Palamas cum Augusta in gratiam rediit, eaque instigante patriarcham et Acindynianos continuo scriptis acribus oppugnavit (64). Tum vero Acindynus Gregoram cœpit orare, ut expergisceretur, et iambis (65) hisce parum modulatis, figurarum autem insolentia ævum et solum redolentibus, cunctantem increpavit.

Σὺ σίμβλον ἡδὺ καὶ λόγου μέλι βρύεις,
Ἄνθη συνάξας νοῦ πτεροῖς εὐοιμάτοις,
Ἐκ Πιερίας κἀξ Ἑλικῶνος λόφων,
Ταῖς τῶν προσώπων ἰκμάσι καθυγράνας,
Καὶ θερμάνας βράσμασι τοῖς ἐγκαρδίοις·
Ἀλλὰ καλύπτῃ τῆς σιγῆς τῷ πώματι.
Σὺ κῆπος ἡδύς· ἀλλὰ καρποὺς οὐ τρέφεις·
Ὁ κρύσταλλος γὰρ τῶν παθῶν σε ψυχράνας
Καταμαραίνει τοῦ λόγου σου τὴν χλόην.
Σὺ γῆ πολύχους· ἀλλὰ χαλάζης βάρος
Δεινῶς καταχλᾷ τοῦ λόγου τὸν ἄσταχυν·
Καὶ τὴν διόπτραν τῶν ἀδήλων ὀμμάτων
Ὁ τῶν δυναστῶν ἀντιφράττει πως γνόφος.
Σὺ καὶ φρέαρ πότιμον· ἀλλ' οὐκ ἐκρέεις·
Τῶν γὰρ ἀγωγῶν ἐμφραγέντων τῇ ζάλῃ
Τῶν ὑδάτων ἔκρυσιν οὐκ ἔστι βλέπειν.

Tu dulce succis alveare melleis
Ferves: volucri mente tu per arduum
Helicona perque Pierum flores legis;
Sudore deinde frontis irriguos doces
Vapore cordis igneo calescere:
Sed premeris alto conditus silentio.
Tu dulce ridens hortus, at non fructifer:
Pigro timoris quippe tardatus gelu
Florentis in te torpet eloquii vigor.
Tu fertile uber: grando sed densa irruit,
Et adulta diro contudit sata impetu;
Oculisque lumen inditum latentibus
Nubes minacis obruit potentiæ.
Tu pura fontis unda, sed non profluis:
Laticis meatum nam quia obstruxit ferox
Procella, rivum cernere liquidum haud datur.

Hæc Acindyni expostulatio quantum apud Gregoram valuerit, incertum est: sane eum ut silentium rupperet, ac ut suam de opinionibus novis sententiam publica professione declararet, majoris auctoritatis vis permovit. Anna Augusta, Palamæ (ut diximus) reconciliata, Gregoram omnibus theologis altercantibus unum tacentem ad se accivit (66); eo nempe consilio, ut si cum ipsa sentiret, tum ei quoque, veteres iras oblita, reconciliaretur; sin minus, apertum ipsi bellum indiceret. Ac initio quidem verbis mollioribus compellavit et amice allocuta est: deinde ei Palamæ dogmata proposuit. Illo autem improbante, et quamlibet opinionum novitatem omnino respuente, vehementer irritata, scriptam sententiam confestim ut traderet efflagitavit. Ex eo Gregoras Palamam et Palamitas omnes, qua scriptis, qua dictis insectari usque perstitit, exsulaturus fortasse ob eam rem, nisi Cantacuzenus Byzantium interea cepisset. Acindynus lecta oratione (67), qua Gregoras orthodoxos ad causam veræ fidei defendendam hortabatur, tanta lætitia (68) affectus est, ut his rursum iambis eum allocutus sit:

Οὕτω με τοῖς σοῖς ἐξανηρτήσω λόγοις,
Καὶ τοῖς καλοῖς ἀγῶσι τοῖς ὑπὲρ λόγου,
Ὡς καυστικοῖς ἄνθραξιν ἐξάψασί με,
Ὦ τῶν λόγων καύχημα καὶ τῶν δογμάτων,
Καὶ τοῦ λόγου σφράγισμα τοῦ παντουργέτου,
Καὶ θαῦμα τῆς γῆς τῶν σοφῶν φροντισμάτων,
Ὥστε σφαδάζειν πρὸς ξιφῶν ἀκμὰς ὅλας,
Ὡς ἂν πρὸς αὔραν καὶ καλὴν εὐωχίαν
Τίς μοι παράσχοι μουσικὴν τὴν Πινδάρου,
Ὡς τὴν ὑπερθαύμαστον ὑμνήσω χάραν,
Νικητικοῖς στέψω τε τὸν Νικηφόρον
Ἐκ καρδίας βλύζουσιν ἐνθέου λόγοις.
Ὁρῶ σε, etc.

Sic me efficacis eloquii potentia,
Sic me eruditis pro fide laboribus
Incendis, ac si facibus admotis agas,
O litterarum dogmatumque ingens decus,
Expressa imago Conditoris, omnia
Verbo creantis; orbis o miraculum,
Sapientis animi sensa quam docte explicas
Nunc nunc furentes ensibus strictis minas
Molles ut auras appeto, ut festas dapes.
O quis sonantem Pindari lyram dabit,
Tuisque meritis laudibus tollam ut caput,
Verbisque vates corde fusis entheo,
Victrice donem laurea Nicephorum!

Sub illud ipsum tempus Anna Augusta, Palamiticæ factionis antistitibus in palatium congregatis, Joanni Calecæ patriarchatum abrogavit. Nocte autem proxime subsecuta Byzantium occupatum a Cantacuzeno (69).

Hic longo ante quam esset ad supremam dignitatem evectus Nicephorum Gregoram in intimis habuerat. Litterarum quippe studiis a puero usque deditus (70) amabat viros doctos, et cum iis frequens conversabatur. Ubi rerum potitus est (71), veteris quidem familiaritatis jus integrum illi servavit: sed plus æquo in Palamitas propensus spes præclaras, quas is de ipso conceperat, omnino frustratus est. Gregoras vero de amici (ita de imperatore loquitur) salute sollicitus, in eam curam totus incubuit, ut eum aberrantem in viam reduceret. Quin etiam cognitis adversariorum machinationibus, qui ut quam primum exsilio multaretur clanculum et palam apud Cantacuzenum agebant,

(64) Quæ exstant in codice regio 2411.
(65) Eos ex cod. Vaticano descriptos communicavit mecum R. P. D. Bernardus de Montfaucon.
(66) Gregoras, *Hist.* lib. xv, c. 7.
(66) Lectis forasse prioribus Antirrheticis: de quibus infra in Indice Operum dogmaticorum.
(68) Gregoras tamen nec Barlaami nec Acindyni sectatorem sese unquam professus est. Imo, teste Philotheo patriarcha, *Antirrhet.* lib. xi: Ἀπαναίνεται σφόδρα Γρηγορᾶς καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἀρνεῖται τὴν ἐκείνων μυσταγωγίαν. Et paulo infra iisdem: Λόγοις μὲν ἀποκηρύττων καὶ ἄμφω, καὶ μηδὲ τοὔνομα προσποιούμενος ἐπαΐειν ἐθέλειν· ἔργῳ δὲ τὰ ἐκείνων ἀνακηρύττων, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκίνδυνος ὢν ἐν τοῖς γράμμασιν.
(69) A. C. 1347, mense Februar.
(70) Greg. *Hist.* lib. xix, c. 1, sect. 4.
(71) Lib. xvi, c. 5.

liberius hunc arguere instituit, ut vel convictum pudore afficeret, vel ipse Byzantio exactus Ecclesiæ oppressæ conspectu saltem careret. At ille tenax propositi, nec hominis irati verbis offensus, pari usque jure imperator cum privato disputabat; ut illius clementiam, magis quam hujus zelum, plerique admirarentur. Tandem Gregoras quoniam hæc minus succedebat, aliam viam ingreditur. Cantacuzeno Didymotichum profecto (72), Irenen ad illius uxorem, recenti filii morte afflictam. Eam cladem erroris per Cantacuzenum grassantis fructum esse affirmat, et fidem facit. Ita suas partes Augustæ patrocinio roborat. Ea re audita Palamitæ, ac in primis Isidorus patriarcha, ad Irenen accedunt, eique, ut ab omni cum Gregora consuetudine abstineat, persuadere contendunt. Repulsi Cantacuzenum Didymoticho evocant. Hic tumultum veritus Byzantium advolat et litigantes arcessit, Isidorum nempe et Gregoram. Multis ultro citroque sermonibus habitis, pervicit Gregoras, ut Isidori Canones, seu Hymnodiæ, igne delerentur, ac ut loquendi libertatem ii reciperent, quibus adempta esset. His conditionibus in concordiam reditum est, et sumptuoso convivio sancita pax. Sed eæ quidem breves induciæ fuerunt. Nam Palamas, quod illi colloquio præsens haud interfuisset, Didymoticho postmodum accitus, lites renovavit. Disputatum rursus apud imperatorem acri contentione, nullo autem successu. De toto illo negotio plura scire qui voluerint, ii Gregoram ipsum adeant, *Historiæ* libro xv, cap. 5.

Biennio fere postquam hæc gesta sunt, sub exitum anni 1349, obiit Constantinopolitanus patriarcha Isidorus. Cantacuzenus imperator et Irene Augusta Gregoræ animum blanditiis, promissis, largitionibus, aliisque artibus jam sæpe tentatum, etiam patriarchali dignitate ostentata flectere et sibi mancipare conati sunt. Gregoras ut sententiam mutaret adduci non potuit: sed et illos verbis castigatos officii admonuit, et oblatum honorem repudiavit. Itaque creatus patriarcha monachus montis Atho, nomine Callistus, vir illitteratus et Acindynianorum hostis acerrimus. Anno demum 1351 Cantacuzenus, ut Acindynianis turbantibus et Constantinopolitanam Ecclesiam criminantibus silentium imponeret, synodum convocare statuit (70), at non œcumenicam, ut sæpe et jam pridem pollicitus fuerat. Gregoras, ea re audita, privatim illum convenit, atque ut ne episcopis paucis, iisque maximam partem indoctis, judicium permitteret, enixe contendit: tum ne errori suffragaretur, multis rationibus deterrere ipsum conatus est. Sed longa et aspera admonitione (71) nihil profecit; imo hominem magis a se alienavit. Cæterum ne religioni periclitanti in ipso articulo deesset, statim se ad certamen accinxit, et ei qui pro fidei veritate pugnaturus foret convenientem armaturam induit, habitum videlicet monasticum. Id vero factum citra ullam cæremoniam, unius sacerdotis religiosi interventu; e cujus manu vestem cum acciperet, professus est, se mutato deinceps vivendi genere vitæ aulicæ prorsus renuntiaturum (72).

Ubi indictus dies advenit, convenere in aulam omnes factionis Palamiticæ episcopi (73). Eodem quoque Gregoras cum sociis et discipulis adfuit. Inter hujus socios eminebant tres pontifices: primus Ephesi, alter Gani metropolita; tertius Tyri episcopus, idemque Antiocheni patriarchæ vicem gerens; nec non viri duo eruditione præstantes, Dexius et Athanasius (74). Cum his Gregoras, circiter horam diei secundam, palatium ingressus, atque ab interioris aulæ aditu per lictores exclusus, diu mansit in vestibulo, epulantibus interea apud imperatorem Palamitis. Quibus post prandium in Alexii Triclinium (75) hora ipsa meridiana introductis, et cum Cantacuzeno quid agendum esset præmeditatis, tandem et Acindynianis impransi jussi sunt intrare. Singula hujus pseudosynodi acta recensere longum fuerit; nec vero necesse est, cum ea quivis possit ex ipsius Gregoræ libris (76) et ex Tomo Palamitico abunde cognoscere. Totius disputationis, quæ intra quindecim dies sessionibus quatuor absoluta est, exitus hic fuit. Confirmata Palamæ doctrina. In Barlaamum et Acindynum mortuos horrendi carminis (77) anathema pronuntiatum (78). Ephesi et Gani metropolitis adempta per vim insignia dignitatis; non item episcopo Tyri, qui ultimæ sessioni haud interfuit. Gregoræ discipuli alii in custodias dati, alii omnem cum magistro consuetudinem coacti ejurare. Gregoras tamen ipse nullo dicto violatus; sed ei et aliis quibusdam facile permissum est, domum ut abirent. Tomus synodicus (79) non statim, sed post duos menses promulgatus (80). Subscripsere imperatores, Joannes Cantacuzenus, et ejus gener Joannes Palæologus; tum Callistus patriarcha, et alii pontifices (81). Paulo post (82) Cantacuzenus, sumpto

(72) A. C. 1347, autumno exeunte.

(70) Cantacuz. *Hist.* lib. IV, c. 23. Greg. *Hist.* lib. XVIII, c. 3.

(71) Exstat oratio lib. XVIII, c. 4.

(72) Ibid. sect. 4.

(73) A. C. 1351, Maii die 27.

(74) Joan. Cyparissiotes *Palamic. transgression.* libro secundo, cap. ult. tres Acindynianos memorat ut illustres, Burden, Polerianitam, et Lybdiecu.

(75) Quod erat in Blachernensi palatio.

(76) XVIII, XIX, XX, XXI.

(77) Μεγίσταις καὶ φρικωδεστάταις ἀραῖς ἀποκηρυχθέντας, inquit Philotheus patriarcha, Cod. reg. 1996, fol. 319.

(78) Ut in eos quorum salus esset desperata.

(79) Editus a Combefisio Auctarii novissimi parte altera pag. 170.

(80) A. C. 1351, mense Augusto, ante festum Assumptionis.

(81) Subscripserunt metropolitani propria quidem manu viginti quinque; duo autem διὰ γνωμῶν. Adfuerunt præterea episcopi septem, ut constat ex subscriptionibus pseudosynodi Palamiticæ, a Combefisio editæ. Tamen Gregoras duos tantum et viginti arcessitos affirmat.

(82) In festo Assumptionis.

omni ornatu imperatorio, adyta ingressus, Tomum illum propriis manibus gestans altari imposuit, Palamitis applaudentibus et finium imperii propagationem ob illud meritum spondentibus. Gregoras, statim ut audivit Palamitas Cantacuzeno, si tomum suum novo illo et inusitato ritu consecraret, fausta omnia promisisse : *Imo*, inquit, *cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, cognoscite quoniam appropinquavit desolatio imperii Romani* (83). Atque hanc ejus prædictionem eventus veram fuisse comprobavit, præclara autem Palamitarum promissa ad nihilum reciderunt. Ob eam rem, item alias ob causas, silentium impositum Gregoræ cæterisque orthodoxis. Horum quidam paruere : alii, quod contumaces essent, in vincula conjecti. Illustriores inclusi suis ipsorum ædibus, ne quemquam alloqui possent. Ita metu coacti obticuerunt.

At Nicephorus Gregoras ne tum quidem linguam calamumve continuit : sed scriptis ad Trapezuntios et ad Cyprios amicos (84) litteris Byzantinam Ecclesiam perversæ doctrinæ accusavit, et ab ea, velut morbo infecta, ut secederent, eos commonefecit. Quin et principes ipsos criminari ausus est. Quamobrem ei, domus suæ parietibus septo et incluso, custodes monachi appositi sunt. Nimirum ille, etsi habitum religiosum non induit nisi post annum ætatis quinquagesimum sextum, tamen apud Choræ monachos domicilium sibi admodum juvenis constituerat, ac Theodoro Metochitæ, ut jam dictum est, commendatæ ejus monasterii administrationis socium se et vicarium addiderat. Quin et mortuo successerat in procurationem et conservationem rerum ejusdem cœnobii præcipuarum. Habebat itaque in monasterio propriam et ab aliis separatam domum; humilem quidem illam, et nulla sui parte vias publicas attingentem, si patriarchæ Philotheo (85) credimus : sed quam adeunti cuilibet multos per annos patuisse, et magna discipulorum frequentia, tum cum res tranquillæ essent, quotidie floruisse certum est.

Hic itaque incluso custodes et exploratores additi ii ipsi monachi, quorum erat jampridem convictor et contubernalis; mandatumque illis, neminem ut ad eum ingredi sinerent, caverentque, ne ejus litteræ foras ad quemquam perferrentur. Ii munere imposito diligenter atque adeo parum humaniter functi sunt (86); immemores quippe beneficiorum, quibus innumeris affecti erant ab hoc vetere hospite et altero quasi monasterii conditore. Qua de re ipsum Gregoram præstat audire acerbis-

A sime conquerentem *Historiæ* libro xxii. Hæc cum ita se haberent, tamen variis modis tentata illius constantia. Preces et minæ alternis adhibitæ, ac de concordia reconcilianda subinde actum per internuntios. Sed nec missi a Cantacuzeno senatores, nec episcopi, aliive a patriarcha oratores delegati, nec præsens ipse patriarcha, hominem movere potuerunt, ut novis decretis subscriberet, e quibus illi voces suspectas et litigiosas sublatas esse affirmabant.

Magna erat et perquam vetus Gregoram inter et Cabasilam amicitiæ studiorumque conjunctio : par amborum fama. Sed Gregoram omne eruditionis genus, Cabasilam non tam doctrina quam ingenium excellens et naturalis quædam facundia ornabat (87).
B Et hunc igitur, cum cæteris oratoribus male cessisset, ad Gregoram mitti placuit, comesque ei datus unus ex primariis Callisti patriarchæ administris. Ab his eædem rursus quæstiones agitatæ. Longi autem colloquii (88) idem qui priorum disputationum fructus exstitit. Ac illi quidem, minati extrema (nempe ejus orationes, in sanctorum festis recitari solitas, ignem esse deleturum; ipsum vero post mortem extra urbis mœnia projectum iri ac sepultura cariturum), successu desperato recesserunt. Illum autem durior quam antea circumsedit vigilum monachorum custodia.

At morosam excubitorum vigilantiam brevi fefellit veteris fidelisque amici solertia, si modo vera
C sunt ea, quæ Gregoras de Agathangelo, Callistrati filio, memorat. Nempe exeunte anno 1351, Decemb. die 8, in pervigilio Conceptionis B. Virginis Dei matris, cum in Choræ monasterii ædem magna et promiscua hominum turba convenisset, eodem cum cæteris irrepsit Agathangelus, Gregoræ quondam discipulus; ac circiter secundam noctis vigiliam in magistri cubiculum per fenestram admissus est. Ægre ab illo agnitus, propterea quod annis decem totis patria abfuerat, post amicas ultro citroque allocutiones primum res inter peregrinandum visas vel auditas, deinde et ea quæ post suum in urbem reditum ad Gregoram pertinentia didicerat, summatim exposuit. Tum ea ipsa nocte nondum elapsa dimissus domum abiit. Idem sexto post mense
D sub exitum veris reversus (89), res domi ac militiæ superiore anno gestas narravit. Ita per tres annos intervisendo effecit, ne inclusum quidquam lateret earum rerum, quas scire ejus interesset. Ex his Agathangeli narrationibus Gregoras libros quinque historicos texuit, continua orationis serie in dialo-

(83) *Hist.* lib. xxv, cap. ult.

(84) In primis ad Georgium Lapitham. Vid. Cantacuz. *Hist.* lib. iv, c. 24.

(85) Ὑπὸ δὲ τῆς ἐκεῖθεν προσγινομένης ἀθυμίας (φησὶν ὁ φιλόσοφος) ἀλγῶν τὴν ψυχὴν, καὶ συγχυθεὶς τοὺς λογισμοὺς καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ δυσχεραίνων ὡσανεὶ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν συνήθη καθέδραν καὶ τὸν οἰκίσκον, ἐξ ἀπόπτου διά τινος παρακύψας θυρίδος (καίτοι γε ψεῦδος καὶ αὐτὸ τοῦτο, τῆς οἰκίας αὐτῷ χαμαιζήλου καὶ ταπεινῆς οὔσης, καὶ μηδαμῶς πεφυκυίας πρὸς ταῦτα· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀμφόδοις τοῖς ἔξω μηδόλως προσεγγιζούσης, καθὰ δὴ καὶ ὁρᾶται) τὰς ἀγυιὰς καὶ τὰς τριόδους ἐσκόπει, παραψυχήν τινα πορίζειν τοῖς λογισμοῖς ἐκεῖθεν βουλόμενος. Philotheus, *Antirrh.* I, cod. Reg. 1996, fol. 7.

(86) Greg. *Hist.* lib. xxii, c. 2.

(87) Greg. *Hist.* lib. xxi, c. 5.

(88) Gregoræ disputatio cum Cabasila exstat *Hist.* lib. xxii, xxiii et xxiv.

(89) Junio mense.

gum mutata; eo scilicet consilio, ut posset alterius verbis tum adversarios arguere liberius, tum se ipsum minore invidia laudare, ubi res postularet: id quod alioqui turpe et indecorum, fortasse isti condonandum est, optimam causam defendenti, et cum hæreticis decertanti. Mihi quidem verisimile fit, totum illud Agathangeli subinde euntis redeuntisque episodium confictum esse ab historico ea licentia, qua philosophi et oratores plerique in dialogis uti solent: quanquam hoc satis constat, floruisse illo ævo quemdam nomine Agathangelum, qui et adversus Gregoram librum pro Aristotele apologeticum (90) scripserit.

Ab illo tempore, quo tomus Palamiticus promulgatus est, ad illum diem, quo Joannes Palæologus, Byzantium repente ingressus, summam potestatem recepit, Gregoras domo tanquam carcere inclusus multa incommoda pertulit. Ipse ad eam inopiam redactum se queritur, ut cum hiemis frigus acutissimum esset, gelidæ aquæ pocula aliter tepefacere haud potuerit, nisi solis radiis per fenestram in cubiculum intromissis (91). Idem memorat, aquam se ex puteo coactum haurire ad saxum noctu offendisse, atque hinc multis diebus pede ægrotante necesse sibi fuisse aquam pigram et putridam potare, donec Agathangeli ministerio aliam paravisset (92). Basilio Magno et aliis compluribus viris sanctis, qui persecutionis metu in speluncas et in solitudines fugissent, permissum olim fuit, ubi sacerdos abesset, sacrosanctum Christi corpus propriis manibus sumere et ori suo admovere. Illorum exemplo Gregoras, cum aliter non liceret, propterea quod nullus ad eum domo inclusum sacerdos orthodoxus accedere audebat, Eucharistiæ sacramentum sibi ipsi privatim ministravit. Nimirum habebat penes se hostiarum consecratarum copiam longo ante provisam, quas postquam omnes consumpsisset, amicum Agathangelum rogasse se ait, ut alias sibi cum Antidoris, seu panis benedicti frustis, afferret. Itaque ei ab adversariis omni fere tam animæ quam corporis solatio interdictum fuit. Ab iisdem ademptos sibi per vim sacræ Scripturæ libros (93) narrat; item anno quoque redeunte tentatum se a principibus per emissarios (quos αὐθημερινοὺς θεολόγους, seu *unius diei theologos*, vocat), ut aut captiosis argumentationibus deceptus perverteretur; aut, si eum nulla ratione flecti posse appareret, statueretur denique, utrum expediret, carcerisne ærumnis et longa veluti morte eum confici, an manu violenta subito opprimi (94).

Inter hos metus libros *Historiæ Byzantinæ* decem composuit tanta celeritate, ut vix dies quadraginta ei scriptioni impenderit (95). Ii sunt liber decimus octavus et novem deinceps continui; quibus tum alia multa continentur, tum Acta synodi Palamiticæ, et habita cum Cabasila disputatio; nec non triplex cum Agathangelo colloquium. Porro in his præcipua observatione dignum videtur testamentum ipsum auctoris (96): cujus quidem testamenti tria sunt capita. Primo jubet Gregoras illorum decem librorum exemplaria quam plurima summa cautione describi, et amicis ubique terrarum degentibus distribui. Altero fidem exponit, de Barlaamo et Acindyno Ecclesiæ decreta approbat, et in sacramento Eucharistiæ verum Christi corpus et sanguinem agnoscit. Tertio cadaver suum, quod Palamitæ insepultum projecturi sint, sepeliri vetat. Hæc vero omnia docet scripsisse se raptim ac furtim in charta vilissima, nec aut corrigere aut expolire potuisse, anxium videlicet, ac ne ab inimicis deprehenderetur perpetuo sollicitum. Non mirum itaque, si illi decem libri et minus castigati sunt, et magnam doloris acerbitatem produnt; quæ et in reliquis, ad illos postea adjectis, non minor quidem exsistit, abest autem a septemdecim prioribus; quos ex eo apparet, et aliunde etiam constat, ante synodum Palamiticam integra adhuc auctoris libertate conditos fuisse. Præterea libros decem in Tomum Palamiticum *Antirrheticos*, eodem illo domestico carcere inclusus, scripsit; manum autem huic operi tum primum admovit, cum Agathangelus, quarta vice in ejus cubiculum furtim ingressus, professionem fidei editam a Palama, et selecta ex synodico Tomo capita, ita ut mandatum ei a magistro fuerat, secum attulisset (97). Eorum librorum fragmenta exstant apud Philotheum patriarcham; qui Tomi Palamitici defensione suscepta, Antirrheticos Antirrheticis opposuit, ac mortuum Gregoram refutare Cantacuzeno hortante conatus est.

Anno Christi 1354 vere ineunte Matthæus, Cantacuzeni filius, in templo Blachernensi, Philothei patriarchæ opera ac ministerio, coronatus et solemni ritu socius imperii cooptatus est a patre (98): atque hujus missu paucis post diebus ad Gregoram accessit, animum ejus denuo tentaturus, et præmiorum spe oblata suasurus ut in aulam quemadmodum antea frequens veniret. Cumque is nec adhortationibus nec promissis ullis flecteretur, saltem hoc persuadere conatus est, publicarum calamitatum causam non Cantacuzeno imperatori, sed Providentiæ divinæ decretis et fatali necessitati attribuendam. Gregoras contra validioribus argumentis probavit, quæcunque homines facerent, ea ipsos non divina præscientia aut fato cogente, sed privatæ voluntatis

(90) Indicatum in Catalogo bibliothecæ Scorialensis.

(91) *Hist.*, lib. XXVIII.

(92) *Hist.*, lib. XXVII.

(93) Gregoras libros habuit bene multos, ut supra observatum. Quosdam in Bibliotheca Regia agnovi, ac in iis codicem 2259, qui et chirographum ejus præfert. Est autem is codex, *Flavii Josephi Historia Judaica de excidio Hierosolymitano.*

(94) *Hist.*, lib. XXVIII, *Hist.*, lib. XXVII.

(95) A. C. 1352, Julio et Augusto mensibus.

(96) *Hist. Byz.*, lib. XXVII.

(97) *Hist. Byz.*, lib. XXVII, in fine.

(98) *Hist. Byz.*, lib. XXVIII.

libero instinctu ductos facere; ac proinde frustra Cantacuzenum ea ratione excusari, quod quidquid peccavisset, id non sponte, sed fato subigente peccasset. At Matthæus, ubi illum vidit immotum et inexorabilem in sententia perstare, ac sibi plura dicturo audientiam denegare, tristis abiit: factumque inde, ut severius quam antea Gregoras custoditus, gravissimo terræ motu (99) concussis aliquanto post domus suæ parietibus, non ausus sit foras exire (1).

Eodem anno exeunte (2) Joannes Palæologus Byzantio potitus est: Gregoras, recepta libertate et custodum metu excusso, cum in aulam se contulisset, de novorum dogmatum impietate apud principem non adeo æquum (3) Palamitis liberius disseruit: hortatus est, ut religionem afflictam erigeret; paratumque se ostendit ad ea refellenda, quæ Cantacuzenus et Palamas, decretis suis per vim confirmatis, iniqua et absurda definivissent. At Joasaphus (id Cantacuzeno, monasticam disciplinam professo, nomen erat) ubi hæc agitari rescivit, Palamam, qui tum a Turcis captivus tenebatur, grandi pecunia statim redimi curavit, ut is causam suam per se ipse præsens ageret; tum filiæ Helenæ, Joanni Palæologo imperatori nuptæ, auctoritatem interposuit, ne judicium constitueretur, quod sibi futurum esset ignominiosum. Ita Gregoræ studium omne in præsens irritum fuit.

Anno proxime insecuto episcopus Latinus, Palæologi amicus, Byzantium legatus advenit. Ejus nomen silet Gregoras, doctrinam autem commendat, ut hominis in sacrarum Scripturarum commentatione versati, et exercitationibus theologicis in scholis Latinorum eruditi. Erat is procul dubio Paulus (4) archiepiscopus Smyrnensis, quem exeunte anno 1355 obsequium et debitam Romanæ sedi reverentiam a Joanne Palæologo imperatore pactum fuisse, discimus ex Annalibus ecclesiasticis. Hic cum de Ecclesiæ Græcæ opinionibus novis multa audivisset, ab imperatore postulavit, ut sibi cum Palama, earum opinionum auctore, congredi coram liceret: mox autem, facta colloquendi copia, ubi eum re ipsa multis magnisque erroribus imbutum esse comperit, ipsum quoque Gregoram cum eo disputantem velle se audire significavit (5). Itaque Gregoras, per magnum logothetam ab imperatore accitus, in aulam venit, ignarus quam ob causam vocaretur. Nam illum Helena Augusta, parentis sui Cantacuzeni amicis favens, præmoneri vetuerat, ne præmeditatus ad disputandum accederet. Vix palatium ingresso nuntiatur, Palamam illic adesse. Eo nuntio primum perculsus hæsit; et parum abfuit, quin pedem statim referret. Deinde animo obfirmato, et e re nata consilium capiens, ulterius perrexit. Aderat tum apud Palæologum generum suum Irene Augusta: aderant aulæ primores. Gregoras salutato imperatore, consedit; atque ut ne in præludiis recensendis diutius immoremur, proposita ab adversario quæstione de substantia et operationibus divinis, hæc in Deo nihil differre multis rationibus probavit. Imperator, utraque parte audita, sive incertior esset quam antehac, sive Cantacuzenum socerum suum damnato Palama nollet contristare, sententiam ferre noluit. At Palamas, benigni principis silentium prout libuit interpretatus, postridie per totam urbem discurrit, et suæ (ut aiebat) victoriæ famam ubique disseminavit. Ea re imperatorem valde offendit; aulicos vero, qui hesterno colloquio præsentes interfuerant, sic irritavit, ut ex urbe in aulam reversus male et sinistre ab iis exceptus sit. In ea disputatione quid actum, quidve a se aut ab adversario dictum fuerit, Gregoras duobus de ea re scriptis dialogis fuse tradidit (6). De Latino episcopo, cujus gratia disputatum erat, dicere oblitus est quodnam de tota illa concertatione judicium ejus exstiterit.

Cæterum Cantacuzenus ex imperatore monachus, cum novos dialogos publice lectitari et omnium manibus teri videret, sua interesse credidit, ut quam primum refellerentur (7). Statim itaque, eo urgente, varii libelli a Palamitis compositi prodierunt. Exstat nunc quoque in cod. ms. biblioth. Regiæ (8), inter opera Nic. Cabasilæ, satyricum opusculum hoc titulo: Κατὰ τῶν Γρηγορᾶ ληρημάτων, *in Gregoræ deliramenta*. Exstat in in alio cod. (9) Ἐπίτομος κατὰ τὸ δυνατὸν διήγησις τῆς ἐπὶ τοῦ παλατίου ἐνώπιον τοῦ βασιλέως γενομένης διαλέξεως τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης καὶ Γρηγορᾶ τοῦ φιλοσόφου. Id est, *Narratio quam maxime compendiaria disputationis inter sanctum Patrem nostrum Gregorium archiepiscopum Thessalonicensem et Gregoram philosophum in palatio coram imperatore habitæ*; eaque narratio dogmaticis Palamæ operibus præfixa est. Is autem qui eam texuit Gregoram argumentis futilibus et sermone inconcinno, Palamam vero non rationum vi solum, sed et verbis elegantibus sese defendentem inducit. Denique Mediolani in bibliotheca Ambrosiana libellus (10) exstat inscriptus, Περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας ὁμοῦ καὶ δυσσεβείας, *de Gregoræ scriptis mendacibus, et de ejusdem impietate*: quem qui composuit, is in ipso exordio significat, oppugnari a se τὴν τῆς διαλέξεως διήγησιν, id est, *narratio-*

(99) Eum terræ motum Villanus confert in annum 1354, Kalend. Martii.

(1) Ejusdem libri cap. ult.

(2) A. C. 1354, autumno exeunte.

(3) Cur Palamitis infensus fuerit, docet Gregoras, *Hist.*, lib. XXVII.

(4) Hic Paulus posta Constantinopolitanus patriarcha *titularis* fuit. Ejus cum Joanne Cantacuzeno disputatio manuscripta exstat in codice Regio 1999.

(5) *Hist. Byz.*, lib. XXIX, cap. ult.

(6) *Hist. Byz.*, lib. XXX et XXXI.

(7) *Hist. Byz.*, lib. XXXII.

(8) Num 2965, fol. 282.

(9) Num. 2409, fol. 41.

(10) Num. O. I.

nem disputationis. Hi sunt nimirum illi, quos Cantacuzenus Gregoræ opposuit, frivoli certe et parvi ponderis libelli; ut non immerito eos Gregoras λογάρια vocet (11), et ἀμβλωθρίδια, ὁμοῦ τῷ πληγέντι ἀέρι πρὸς τὸ ἀφανὲς ἀπιόντα, *fabellas* scilicet *et vilia quædam embrya, percusso aere statim evanescentia*.

Nihilominus idem qui eos libellos vulgaverat, Joasaphus Cantacuzenus, elapso inde anno integro et dimidio, ubi spes suas ipso eventu delusas vidit, Gregoram rursum experiri statuit, et per amicos domum invitavit (12). Gregoras, amicitiæ redintegrandæ spe allectus, et quia illum putabat, mutata forte sententia, velle errata confiteri et corrigere, non gravate paruit, et summo mane ad eum venit. Ac sermo quidem, ut inter amicos eosque veteres, blandus primum et hilaris fuit. Deinde, Palamæ mentione injecta, cum et Cantacuzenus et assentatores monachi illum laudare et admirari cœpissent, ita Gregoras excanduit, ut ex familiari colloquio ad jurgia protinus et ad convicia ventum fuerit. Tantum igitur abfuit, ut eo colloquio lites componerentur, ut novis offensionibus irritata odia recruduerint. De hac postrema disputatione Gregoras dialogos quatuor scripsit; eos videlicet, qui Historiæ libros totidem constituunt; tricesimum secundum dico, et tres deinceps continuos. Sunt autem ii mere dogmatici, primo excepto, cujus exordium historicum est.

Sub illud credo tempus Joasaphus Cantacuzenus, pervolutis *Historiæ Byzantinæ* libris, quorum Gregoras auctor esse ferebatur, cum alia multa in iis notavit (13), tum illud de se in primis, quod ibi diceretur *superstite Andronico imperatore monachos montis Atho fatidicos adiisse, et an rerum potiturus esset, ab iis sciscitatus fuisse*. Idem etiam gravissima crimina, religiosis eum montem incolentibus ab historico objecta, in iisdem libris observavit. Quæ ut falsa esse argueret, arbitros convocare et eorum judicio censuram libri permittere constituit. Acciti igitur viri illustres, et civium Byzantinorum lectissimi: qui ubi criminosas illas narrationes per lectorem recitatas audiverunt, una omnes voce *Gregoram valde mendacem et impudentem et levem esse pronuntiarunt*. Ita Gregoras absens et inauditus damnatus est. Ac hic, ubi rem rescivit, ægre admodum tulit, et Cantacuzeno convento hunc triumphum ut iniquum exprobravit: neque enim quæcunque nomen suum præferrent, ea omnia scripsisse se: *quæ contra Tomum scripta circumferrentur, sua esse; quæ contra Cantacuzenum, nescire se cujus forent: velle autem, ubi nactus esset, ea supprimere; quæ si prius accepisset, quam ad aliorum aures venirent, igni mandaturum*. Hæc ille; ad quæ Cantacuzenus ironice respondit, ut videre potius

(11) *Hist. Byz.*, lib. XXXII, circiter initium.
(12) A. C. 1357.
(13) Cantacuz. *Hist.* lib. IV, cap. 24 et 25.
(14) Vide *Hist.* lib. XIV, cap. 7.

A quam refellere videretur. Atqui Gregoras, cum negaret sua esse quæ Cantacuzenus publice arguisset, haud mentiebatur; nisi forte diversos ab iis qui supersunt *Historiæ Byzantinæ* libros considerat. Nam in his quos habemus (sunt autem duodequadraginta continui) de illis montanis oraculis a Cantacuzeno consultis nihil omnino scriptum occurrit; de montis Atho monachis multa quidem, sed non illa ipsa, quæ Cantacuzenus apud se lecta esse memorat; imo ea quæ et montem et monachos mire commendant (14).

Hinc adeo apparet, libros Gregoræ ab hominibus improbis jam tum fuisse corruptos ac depravatos; proinde vera esse, quæ hic ultimo Historiæ libro de adversariorum nequitia et malis artibus queritur,
B quod ii multa clanculum ex suis operibus ferro resecta sustulissent, et littera una vel etiam pluribus seu additis, seu invicem permutatis, verum ac rectum sensum omnino invertissent, ut φεῦ pro εὖ, κακὸν pro καλὸν, κατὰ pro περὶ, legeretur. Quamobrem etiam lectores admonet hortaturque, ut librorum suorum exemplaria conferant; quæ plurima ait exstare: quippe se, ejusmodi fraudes præmetuentem, operam dedisse, ut multa apographa discipulorum manu quam accuratissime suo vel amicorum sumptu describerentur.

Fortasse igitur, ut plerisque auctoribus, ita etiam Nicephoro Gregoræ quædam falso ascribuntur, spuria videlicet et supposititia: cujusmodi esse
C existimo somnium illud propheticum, a Philotheo patriarcha productum (15) et explosum: quod quoniam nondum typis editum est juvat hoc loco integrum apponere. Gregoras domo inclusus (16) Agathangelum furtim ingressum et mox abiturum, in epilogo Operis *Antirrhetici*, quod Philotheus refutandum suscepit, his alloquitur: Ἐπεὶ δὲ πόῤῥω νυκτῶν τὰ τῆς ὁμιλίας ἡμῖν, ὡς ὁρᾷς, ἐκτέταται, καὶ δέον ἀπιέναι σε, καθευδόντων οἷς τὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιτέτραπται φυλακῆς, φέρε καὶ περὶ τῶν συμβησομένων βραχέα τὸν ἐνόντα διέλθωμεν τρόπον. Οὐ γὰρ ἄξιον οὔτε σέ γε ἀγνοεῖν, οὔθ' οἷς μέλλεις φίλοις ἡμῶν ὁμιλεῖν καὶ συνεπάθλοις, ἵνα μὴ πρὸς τὸ τῆς ἐλπίδος ἀποβλέποντες ἄδηλον ἄχθωνται. Τετύχηκε γάρ μοι ῥιφέντι πρὸς δεσμωτή-
D ριον ἤδη τουτὶ περικεχύσθαι μακρὰν ἀθυμίαν, πάνυ κεντοῦσαν καὶ ὀδυνῶσάν μου τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, οὐχ ὅτι πάσχων αὐτὸς διετέλουν εἰργόμενος, ἀλλὰ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας ὁρῶν ὑψουμένους χειμῶνας κατὰ τῶν θείων δογμάτων καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ ἐλαυνόμενον· καὶ τὸ μὲν δεσμούμενον, τὸ δ' ἐξόριστον γενόμενον· καὶ τὸ μὲν κάμπτον γόνυ τῷ Βαὰλ διὰ τὸ τοῦ λιμοῦ βίαιον καὶ τὴν τῶν οἰκείων ἀφαίρεσιν· (17) καὶ τὸ σῶζον ἦν οὐδαμοῦ. Τηνικαῦτα μεστὸς γενόμενος λογισμῶν ἔνδακρύς τε γεγένημαι, καὶ πολλὰ τῷ Θεῷ προσευξάμενος καὶ

(15) *Antirrhet.* XII, cod. Reg. 1996, fol. 297.
(16) A. C. 1353.
(17) Deest τὸ δὲ, etc.

καθίσας κἀπὶ τῆς δεξιᾶς ἐρείσας τὴν κεφαλὴν ὕπνῳ λεπτῷ συνεσχέθην· καί μοι ἔδοξεν ὄναρ τῶν φίλων τις ἐπιστὰς, « Χαῖρε (φάσκειν) καὶ μὴ ἀθύμει, Θεὸν, ὑπὲρ οὗ τοῖς ἄθλοις ἐγκαρτερεῖς τουτοισὶ, κράτιστον ἔχων ἐπίκουρον. Ὄψει γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τουτουσὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας διώκτας, οὐχ οἷα μόνον ὑμῖν ἐπήνεγκαν πάσχοντας τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ μακρῷ σχετλιώτερα. Ἐκπολεμωθήσονται γὰρ κατ' ἀλλήλων, βασιλεὺς κατὰ πατριάρχου καὶ κατ' ἐπισκόπων· καὶ αὖ κατ' ἀλλήλων ἐπίσκοποι· καὶ τοῖς ἀλλήλων ἀναθεματισμοῖς, καὶ τοῖς οἰκείοις περιπεσοῦνται· καὶ ἐξωσθήσεται μὲν τῶν θρόνων ὁ πατριάρχης· ἀντεισαχθήσεται δ' ἕτερος· καὶ μετ' ὀλίγον τὰ ὅμοια πείσεται καὶ αὐτός· καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν βασιλείαν ἅμα ζημιώσεται σὺν ἀτιμίᾳ ποικίλῃ· καὶ πρό γε τούτων ὁ Παλαμᾶς τοῖς βαρβάροις ἁλώσεται, καὶ μὴ ὅτι τὰ ἔχθιστα, ὅτι μὴ καὶ τὰ αἴσχιστα πείσεται. Οἱ δὲ πλείους τῶν ἐπισκόπων, σεισμῷ κλονηθείσης τῆς Ῥωμαίων γῆς βιαίῳ, αὐταῖς ἐπισκοπαῖς καὶ οἰκίαις συγχωσθήσονται, καὶ αὐτάνδροις φάναι ταῖς πόλεσι. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴη καθαίρεσις ἐκ Θεοῦ σφισι δικαία, ἀνθ' ὧν αὐτοὶ καθεῖλον ἀδίκως ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνισαμένων ὀρθῶς ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ σοφῶν, καὶ ὅσοι ὁμότροποι τὴν εὐσέβειαν. » *At quoniam in multam noctem, ut vides, colloquium nostrum produximus, oportetque te custodibus nostris dormientibus domum abire; age, etiam de futuris pauca utcunque disseramus. Ea quippe nec te, nec eos quos aditurus es, amicos nostros et laborum socios, ignorare æquum est, ne in incertum exitum intuentes ancipiti spe torqueamini. Cum ego jam in hunc carcerem conjectus forem, incidi in magnam tristitiam, ac dolore circumfusus sum animum meum vehementer pungente et excruciante; non quia ipse injuriam paterer, in custodiam inclusus; sed quia adversus sacra Dei dogmata procellas alte assurgere ac multos quotidie vexari viderem, et alios quidem vinculis coerceri, alios exsulare; alios denique fame violenta et bonorum ademptione adigi ad genu flectendum coram idolo Baal; salus autem nulla appareret. His tum cogitationibus plenus illacrymavi, et multis precibus Deum oravi. Deinde cum resedissem, et capiti dextram supposuissem, levi somno correptus sum; ac mihi in somnis amicus quidam visus astare, et ave dicere, atque ut ne animum desponderem hortari. « Deum quippe, inquit, cujus causa hos labores fortiter toleras, potentissimum habes adjutorem. Itaque hos veræ fidei persecutores, non ea solum quæ vobis intulerunt, sed longe graviora mala perferentes videbis non longo post. Nam et imperator patriarchæ et episcopis, et episcopi sibi invicem evadent inimici; utrique utrorumque anathematismis, et suis propriis, obnoxii tenebuntur. Sua sede exturbabitur patriarcha : in ejus locum intrusus alius succedet : atque hic ipse mox similem fortunam experietur. Imperator vero et summa potestate excidet, et afficietur variis ignominiis. Ante autem quam hæc fiant, Palamas, captus a Barbaris, non modo acerbissima, sed et turpissima passurus est. Plerique item episcoporum, Romanis provinciis violento terræ motu concussis, cum ipsis episcopalibus et domibus et civium plenis urbibus, obruti sepelientur : eaque illis justa sacerdotii abrogatio divinitus rependetur, eo quod ipsi episcopis et presbyteris, aliisque doctis et pari pietate insignibus viris, qui pro vera religione bonum certamen certaverant, suas dignitates abrogaverint. »* Hæc si, ut apud Philotheum exstant, ita a Gregora antequam res evenissent pronuntiata sunt (id quod creditu difficile, imo prorsus incredibile est), eum oportet divinitus afflatum futura præscivisse (18). Sin eventibus posteriora, perfecto jam opeii ab ipso auctore assuta fuerunt, eum rursus necesse est, cum hæc scriberet, simpliciorum hominum credulitati voluisse illudere. Porro hoc videtur ab ingenio et moribus ejus viri alienum. Itaque istius fraudis crimen in Palamitas rejici fortasse æquius sit. Minime certe probabile est id Gregoram fecisse, quod ab aliis factum reprehenderit. Reprehendit autem in Historia (19) Isidorum patriarcham propriis somniis intentum atque ex iis futura augurantem : cæterorum Palamitarum visiones nocturnas diabolo et crapulæ ascribit (20) : passim denique astrologos, hariolos, et eos qui divinandi artem quamlibet profiteantur, exagitat ac deridet (21).

Quo tempore et ubi et qua tandem morte Gregoras supremum diem clauserit, nondum mihi compertum est. Historia quidem ejus Byzantina ad annum Christi 1359 ineuntem progreditur; atque hinc auctorem eo ipso anno decessisse credi possit : sed ea tantum conjectura est, non argumentum omnino certum. Neque vero deest suspicio, idcirco Gregoram ad annum Christi 1359 narrationem perduxisse, quo hæretici Palamæ phrenesim et exitum ex hac vita fœdissimum in fine operis describeret; ut quem virum capitali ira vivum persecutus fuerat, in ejus morte velut stadio decurso victor conquiesceret.

Ea fuit Palamitarum, in primis Callisti patriarchæ, inhumanitas, ut qui ab eorum communione separati vixissent, eos post mortem insepultos projici juberent, canibus et lupis prædæ futuros (22). Quod si qui, communis naturæ verecundia et miseratione permoti, illorum corpora humassent, novum crimen simili pœna luebatur. Eam ignominiam Palamitæ (23) jampridem Nicephoro Gregoræ denuntiaverant (24). Huic autem optatissimum in

(18) Prædixerat Cantacuzeno unum ex ejus liberis moriturum; conjectura scilicet, non divinatione. Vide *Hist.* lib. XVIII, c. 4, sect. 2.

(19) *Hist.* lib. XVIII, c. 1.

(20) Lib. XXI, c. ult.; lib. XXV, c. ult.

(21) Lib. IX, c. 11; lib. XIV, c. 8, etc.

(22) Lib. XVIII, c. 1.

(23) Lib. XXIV.

(24) Ac ipsi etiam Ignatio, patriarchæ Antiocheno. Vide Joan. Cyparissiotam Palamicarum transgressionum serm. 4, c. ult.

τοῦ ψυχὴν εἰργασμένος, εὐδαιμονεῖν ἔχεις τῇ μακαριότητι τῶν νοήσεων. Ἐπεὶ δὲ ψυχὴν τοῖς θείοις εἴδεσι μορφωθεῖσαν (τοῦτο γὰρ ἡ ἐπιστήμη) πολὺ πρότερον εἰκὸς καὶ τὴν ἔφεσιν ἠγαθύνθαι· τοῦτο γὰρ πάντως τοῦ πρωτοτύπου ἐκμάττεται, ἥκιστα πιστευομένου ἀγαθοῦ τινος μετασχεῖν τοῦ βασκανίαν νοσοῦντος) ὁμοίους σεαυτῷ, ὅσους οἷόν τε ποιεῖν ἑκάστοτε, ἐν μεγίστῃ σοι γενέσθαι σπουδῇ, ἢ ταῦτα μὲν βέλτιος (79) αὐτὸς πάντως φιλοσοφεῖς, τοῦ εὖ πάσχειν τὸ ποιεῖν τιθεὶς ἄμεινον καὶ θειότερον. Ἐμοὶ δέ γε τῆς σῆς ὡς οἷόν τε ἐφιγμένῳ (80) πληρότητος, ὥσπέρ τὴν ὕλην φασὶ τοῦ εἴδους, ἀξίωσον ἀποκρίνασθαι βραχέα ταυτί· διὰ ποίων κανόνων τὰς ψηφηφορίας περαίνεις· τίνας τε καὶ πηνίκα εἰλημμένας λαμβάνεις ἐποχάς, καὶ πόσος ὁ ἐκ τῶν ἐποχῶν εἰς τὸ παρὸν χρόνος. Οὐ γὰρ οἶμαί σε χρῆσθαι τοῖς Πτολεμαϊκοῖς, τῷ τοῦ χρόνου πλήθει τῆς ἀκριβείας ἐκπίπτουσιν· ἔτι δὲ τὰς τῶν ἀποτελεσμάτων κρίσεις τίνι πιστεύων ἐκτίθησι (81) πρότερον Πτολεμαίῳ μόνῳ, ἢ καί τῳ τῶν ἄλλων. Ἰταλοὶ γάρ, οἷς ἐλάχομεν συνοικεῖν, καὶ κατ' ἄμφω τὰ μέρη, τὸ θεωρητικόν φημι καὶ τὸ πρακτικὸν, ἐλάχιστα τῷ Πτολεμαίῳ χρώμενοι τῷ (82) πλείω τοῖς νεωτέροις πιστεύουσιν· οὐ γὰρ τοῖς Ἀῤῥαβικοῖς μόνοις ἀρκοῦντες (83) κανόσιν, ἐκ τοῦ Μωάμεθ ἠργμένοις, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ ἄλλοις προσχρῶνται. Ταῦτά τε οὖν σαφῶς ἐκδίδαξον, καὶ εἴπερ οἷόν τε τοὺς τῆς ψηφοφορίας κανόνας (οὕτω δὲ τὰ παραγγέλματα τοῦ ψηφηφορεῖν καλοῦσι Λατῖνοι) κέλευσον μετεγγραφέντας σταλῆναί μοι, ὡς ἂν ἔχω τούτους τοῖς ἐκείνων παραβαλεῖν. Ἡμεῖς γὰρ ἄκρῳ, τὸ τοῦ λόγου, γεγευμένοι δακτύλῳ τῆς κλεινῆς ἐπιστήμης φλεγόμεθα μὲν πλείονος ἐφιέμενοι· τῷ γε μὴν ἀπορεῖν βιβλίων, ἐκκρουόμεθα τοῦ σκοποῦ. Ἐπεὶ οὖν ἔγνως, ὦ θαυμάσιε, τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ ὅτου δεοίμην ἀκριβῶς οἶσθα δήπουθεν· σὸν τοίνυν ἔργον ἤδη, ὅτι καὶ δύναιο βοηθεῖν οὕτω πόῤῥω γε ἱδρυμένῳ, ἐπεὶ τοῖς τε (84) συμπολίταις πρὸς ἅπαν ἀρκεῖς. Ἐῤῥωμένος διαβιώης, ὁ τῆς Ἑλλάδος ὀξυδορκὴς (85) ὀφθαλμὸς, ὁσημέραι τοῖς ὑψηλοτέροις προβαίνων, καὶ τοὺς κάτω κειμένους πρὸς σεαυτὸν ἐφελκόμενος.

Georgius Lapithes Nicephoro Gregoræ; ex Cypro.

Aiunt physici corporum impressiones eo ulterius progredi, quo ea, quæ vim imprimunt, majorem in se virtutem habent. Itaque nil mirum (o mihi, etiam si tinc procul, dilectum caput), quod cum tantus ipse sis, inde usque nos irradies. Etenim fama, quam poetæ deum fingunt, ultra nos quoque conatur te provehere; ac in ipsam Indiam penetraret, nisi gens barbara importunitate sua illius voces frangeret ac retunderet. Porro te fama, vir optime, accurata grammaticorum arte præstantem, dicendi copia et elegantia præstantiorem canit: in dialecticis captionibus et argutiis (artificiosas dico argumentationes, quas ingeniosus Aristoteles rectas et his diversas acute excogitavit, aut, ut verius dicam, profundo naturæ sinu abditas investigavit et in apertum protulit), in iis, inquam, fama te non mediocrem prædicat. Eadem in cognoscendis rebus naturalibus, et quod majus in eo quod est, quatenus est, contemplando et comprehendendo sagacem clamat; denique, velut pretiosissima corona, scientiis ornat mathematicis; ea præsertim, quæ est omnium apex, intenta nempe explicandis motibus et virtutibus corporum perpetuo motu agitatorum. Hæc de te quidem fama, cui fas credere est. At tu, vir admirande, quando effecisti ut mens tua toti Musarum choro velut templum pateret, cogitationibus tuis beatus, habes unde sis felix. Quoniam tamen animo, divinis speciebus informato, id quod scientia est, multo prius voluntatem rectam accessisse par est arbitrari (nam ea est plane expressa prototypi virtus, nec boni ullius particeps quisquam esse creditur, qui invidia laboret), in id te summo studio oportet incumbere, ut similes tui quam plurimos quotidie efficias. Atque hoc tu melius ipse quam alius quisquam philosopharis, cum benefacere quam affici beneficio præstantius diviniusque esse statuis. Mihi autem, qui earum rerum quibus abundas ita sum appetens, ut formæ materia, ne graveris, quæso, respondere pauca hæc interroganti: quarum tabularum ope numeros astronomicos computare soleas; quænam a te ponantur epochæ, et quando eæ primum positæ fuerint, quantum ab illis epochis ad hunc diem usque tempus fluxerit. Neque enim puto te uti Ptolemaicis, quæ exactam veritatem longo tempore amiserunt. Item cui auctori credas in judiciis astrologicis, Ptolemæone soli, an et alii cuipiam. Nam Itali, quibuscum nobis sedes communis obtigit, neutra in parte, nec in speculatione, nec in praxi, Ptolemæum ducem sequuntur; sed recentioribus ut plurimum adhærescunt: nec contenti tabulis, quæ a Mohammede initium ducunt, multis præterea aliis utuntur. Hæc tu fac certo sciam: ac si fieri potest, etiam Psephoriæ regulas (86) (ita Latini vocant præcepta computandi) jube ad me transcriptas mitti, ut istas possim cum illorum regulis conferre. Scilicet nos, qui præclaram scientiam extremo, ut aiunt, digito delibatam gustavimus, incendimur quidem desiderio plura discendi; at quia libris caremus, ideo inde repellimur, quo aspiramus. Itaque, vir præstantissime, quæ sint mea studia intelligis, atque adeo quid sit quo indigeam explorate cognoscis. Tuum est igitur, quod in te erit, mihi, qui remotissimus dego, opem ferre; quandoquidem ad omnia civibus tuis unus sufficis. Vive et vale, Græciæ lumen clarissimum; altius quotidie progredere, et eos qui infra jacent ad te ipsum attrahe.

(79) An βέλτιον αὐτὸς παντός?
(80) An ἐφιεμένῳ?
(81) Lego ἐκτίθης, πότερον.
(82) τά.
(83) Fort. ἀρκοῦνται.
(84) γε.
(85) ὀξυδερκής.
(86) Ex Græco ψηφοφορία. Atque hinc fortasse Siphra seu Cipra.

II. *Κατὰ τῶν τοῦ Γρηγορᾶ ληρημάτων* (87).

Ὁ δὲ σοφώτατος Γρηγορᾶς, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν Βυζαντίων εἰς θαῦμα, καὶ Θεσσαλονικέας ἐνάγει πρὸς τοὺς ὕμνους τοὺς ἑαυτοῦ, γράμματα πέμπων καὶ προσκυνεῖν μονονοὺ κελεύων, ἄνδρας ἐλευθέρους καὶ μηδὲν εἰδότας ἢ λέγειν ἢ πράττειν πρὸς ἡδονὴν οὐδενί...... Θαυμάζω δὲ πρῶτον, εἰ τὴν γλῶτταν ἠγνόησε τοῦ θαυμαστοῦ Θεσσαλονίκης, καὶ τὸ παρ' ἐκείνης κατ' αὐτοῦ πῦρ· ἔπειτα εἰ προσεδόκησε παρὰ Θεσσαλονικέων καλῶς ἀκοῦσαι· οἳ φαυλότατόν τε αὐτὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως, πάλαι ἡγοῦντο τὴν εἰς λόγους δύναμιν, ἣν ἐπαγγέλλεται τοσοῦτον ἤδη χρόνον· καὶ νῦν περὶ τὸν Θεὸν, ἀσεϐῆ..... Καὶ τὸ σύνταγμα πολλήν τινα καταψηφίζεται ζάλην τῆς τεκούσης κεφαλῆς, καὶ οἷον δεῖξαι ἱκανῶς τὸν πατέρα, θερμὸν δὲ κινῆσαι γέλωτα. Πρῶτον μὲν γὰρ καὶ αὐτὸ τοὔνομα τοῦ συγγράμματος ἀγνοεῖται, καὶ ὅ τι δεῖ καλεῖν οὐκ ἔχομεν, ὥσπερ τῶν παρὰ φύσιν γεννωμένων..... Ἔπειτα καὶ εἴ τις ἀνάσχοιτο κατὰ μέρος ἐπελθεῖν, τὸ Ἀριστοφάνους ἐκεῖνο βοήσει· Δότε μοι λεκάνην, ἵν' ἐμέσω. Τοσαύτης γέμει τῆς ἀηδίας· καὶ οὕτω παντοδαπή τίς ἐστι καὶ ποικίλη κακῶν φορά..... Ἐρωτᾷ δὲ πάνυ ἀγροίκως, ἀφανίζων τὸν περὶ ταῦτα κόσμον, καὶ οὐκ ᾐδέσθη τὴν ἐπωνυμίαν, ἧς κοινωνεῖ τοῖς φιλοσόφοις.... Ἀλλὰ τἆλλα μιμησάμενος Πλάτωνα, ὅτι τε διαλόγους τὰ συγγράμματα καλεῖ, καὶ ὅτι τὸ, ὦ ἑταῖρε, καὶ τὸ, μάλα μόλις, καὶ τὸ, οὐχ ἔπη, ὦ ἑταῖρε, καὶ τὰ τοιαῦτα συνείρει, τοῦτο μόνον οὐκ ἐμιμήσατο..... Τὰ λήμματα δὲ γενναῖα, καὶ οἷα σιωπὴν ἐπενέγκαι τῷ Παλαμᾷ. Λοιδορία γὰρ ἕκαστον μακρά τις καὶ παντοδαπὴ καὶ τῆς διανοίας ἀξία τοῦ φιλοσόφου· ὃς εἰδέναι μὲν ἐπαγγέλλεται τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Καὶ γὰρ καὶ χρησμολόγος τις εἶναι βούλεται δοκεῖν, καὶ Χαλδαϊκά τινα συνείρει, καὶ μύθους καὶ ἐπῳδὰς πανταχοῦ καταχεῖ τῶν λόγων. Ὁ τοίνυν πᾶν μέρος λόγου συναγαγὼν ἠγνόησεν ὅ τι καλοῦσιν οἱ ἀποδεικνύοντες λῆμμα, ἄν τε λογικῶς ἄν τε μαθηματικῶς ἀποδεῖξαι δέῃ· ἀλλὰ τὴν λοιδορίαν λῆμμα ἐκάλεσεν.... Καὶ ἀστρονομῶν, ἐν γλώσσῃ μὲν οὐδὲν φέρει τῆς ἐπιστήμης, σφαιρῶν δὲ ἐμπίπλησι τὴν οἰκίαν· καὶ πάντα βιβλίων γέμει καὶ διαγραμμάτων· καὶ σκίμποδας καὶ ὀρόφους μεστοὺς ἐπιδείκνυσι τῆς σοφίας, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὴν ψυχήν.... Οὐ τοῦτο τοίνυν θαυμάζω τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἀνθ' ὧν ἐδυνήθη, τὰ μὲν διδάσκων, τὰ δὲ μανθάνων, ἐν τοσούτῳ πελάγει καὶ χρόνου καὶ λόγων, τὴν ψυχὴν ἀμαθῆ διατηρῆσαι· καθάπερ τοὺς θαυματοποιοὺς θαυμάζομεν, ἀπαθεῖς κακῶν καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ξίφη διερχομένους.

In Gregoræ deliramenta.

At Gregoras, vir scilicet sapientissimus, ac si ei satis non sit Byzantios in sui admirationem convertisse, ipsos quoque Thessalonicenses, datis litteris, in suas laudes cogit, et adorari se tantum non jubet; nempe ab hominibus liberis, qui nihil ad cujusquam gratiam aucupandam seu dicere seu facere didicerunt, etc. Primum illud miror, quod admirandi Thessalonicensium antistitis linguam et ignem in se inde erumpentem ignoraverit: tum etiam, quod se a Thessalonicensibus bene auditurum speraverit, qui et olim nescio quo fato vilissimum eum habuerunt, quod ad dicendi facultatem attineret, quam tanto jam tempore profitetur: et eumdem nunc de Deo male et impie sentire credunt, etc. Ac liber quidem ipse parentis sui caput magna quadam et turbidissima procella agitatum arguit, adeo ut illum cujus fetus est satis declaret, et risum vehementem moveat. Nam primo ejusce operis nomen incertum est, nec ullum suppetit quod ei conveniat, ut nec iis quæ præter naturam gignuntur, etc. Deinde singulas libri partes legere si quis est qui sustineat, is illud Aristophanis exclamabit, Date pelvim ut vomam: *tanta abundat insulsitas; adeo multiplex et varia inest malarum rerum colluvio, etc. Est autem in interrogando omnino agrestis, et probatum hac in re legitimumque morem sustulit; nec eum subiit reverentia ejus nominis, quod cum philosophis commune habet, etc. Enimvero cætera Platonem imitatus, eo videlicet quod dialogos vocet ea quæ scribit, et quod illa [Platoni familiaria]* ὦ ἑταῖρε, μάλα μόλις, οὐχ ἔπη, ὦ ἑταῖρε, *aliaque ejus generis subinde assuta repetat, hoc solo haud imitatus est, etc. Jam vero lemmata egregia atque ejusmodi sunt, ut Palamæ silentium imponant. Est enim unumquodque lemma atrox et multiplex convitium, dignum scilicet ingenio et mente philosophi, qui se et præsentia, et futura, et præterita scire gloriatur. Quippe et vaticinator videri vult; et Chaldaica quædam annectit, et fabellas, et carmina magica orationibus suis passim aspergit. Itaque hic qui singula dicendi genera collegit, id quod ab argumentantibus (sive logica sive mathematica demonstratione opus sit) lemma dicitur, quodnam esset nescivit, et quod convitium erat, lemma id vocavit, etc. Idem cum res astronomicas tractat, non ore et lingua scientiam præfert, at sphæris domum implet: omnia ei libris et figuris delineatis referta sunt: grabata ipsa et tectorum fastigia doctrinæ plena ostentat, quidvis denique potius quam ingenium, etc. Hominem itaque non ea re admiror; sed quod potuerit, cum docendo, tum discendo, in tanto temporis et [perpetuarum] dicendi exercitationum curriculo, rudem et imperitum animum servare; itidem ut præstigiatores admiramur, ignem, undas, gladios, impune pertranseuntes.*

III. *Τοῦ Λαμπηνοῦ Ταρχανειώτου εἰς τὸν Γρηγορᾶν* (88).

« Εἶτ' ἐς ἄγαλμα μὲν ἄν τις βλέψας εὐφυῶς τῆς τέχνης ἔχων οὐκ ἂν δήπου ῥᾳδίως ἀποσταίη ὅτι μὴ σὺν ἀηδίᾳ, ἀλλ' ἀκορίστως ἕξει τῆς ἀπὸ τοῦ βλέπειν ἡδονῆς· τοὺς δὲ τοῖς σοῖς λόγοις οἷον ἐμψύχοις ἀγάλμασιν ἐνατενίζοντας ἔστι κόρον τοῦ κάλλους λαβεῖν, ἢ θᾶττον ἀπὸ τούτων ἀναχωρεῖν, ἃ τοὺς τῆς διανοίας

(87) Vide opuscula Nicolai Cabasilæ, cod. Reg. 2965, fol. 282.

(88) Descripta ex cod. Vaticano, manu B. P. D. Bernardi.

ὀφθαλμοὺς ἐπιτέρπει τε καὶ τέρπει, οὐκ ἄν οἶμαί τινα φάναι ῥᾳδίως τῶν εἰδότων λογίζεσθαι. Ἐγὼ γοῦν ὁπηνίκα τὴν μεγάλην οἰκῶν ἐτύγχανον πόλιν, τὰ σὰ θαυμάζων οὐ διέλιπον ἀγωνίσματα, καὶ τὰς τῆς σῆς φύσεως γονὰς ἣν οὐδεὶς τῶν ἐλλογίμων, ὃς οὐ συνήδει μοι κροτοῦντι καὶ δι' εὐφήμου μνήμης αὐτὰς τιθεμένῳ. Νυνὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐπήρθην τοῖς βιβλίοις, ἃ τῆτες ἐξήνεγκας μετὰ πλείστους πρότερον καὶ γενναίους λόγους, καὶ κατ' οὐδὲν τῶν Πλάτωνος ἀποδέοντας, ὅσα γ' εἰς ἤθους σεμνότητα, ἀξίωμα νοῦ, καὶ μεγαληγορίαν, καὶ εἴ τι ἄλλο τὴν Πλατωνικὴν ἰδέαν χαρακτηρίζει. Τοῖς γὰρ δὴ σχήμασι καὶ τῇ συνθήκῃ καὶ εὐρυθμίᾳ τῶν λέξεων καὶ εὐγλωττίᾳ καὶ ῥητορικῇ πιθανότητι εἰς ἴσον τοῖς τῷ ῥητορικῆς προϊσταμένῳ πεποιημένοις ἀφίκοντο. Τοῖς οὖν τοιούτοις λόγοις καὶ τοῖς περὶ τοῦ γενναίου Δημητρίου, καὶ τῆς λόγοις ἀποῤῥήτοις Θεὸν τετοκυίας συνάψας ἐπαίνοις, πῶς οἴει τοὺς φιλοκάλους διέθηκας ἐν τοῖς περὶ σαυτοῦ; ὧν τοὺς ἐνθάδε πρῶτος αὐτὸς καὶ μόνος συνεπῆρα τῷ θαύματι. Καὶ εἰ χρὴ καὶ τοῦτ' εἰπεῖν, νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον τὸ τῆς σῆς φύσεως διεδείχθη μέγεθος. Τὴν γὰρ τοῖς συντάγμασι τοῖς σοῖς ἐγκεκρυμμένην σοφίαν, τοῦτο μὲν καὶ τοῖς πλείοσιν ἀγνοουμένην, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ὁπωσοῦν συνιεῖσιν ἐπίτηδες φθονουμένην, ὡς ἐνῆν ἡμεῖς ἀναπτύξαντες καὶ τοὺς φθονοῦντας ἐπεστομίσαμεν, καὶ συμψήφους ἡμῖν αὐτοῖς ἐπ' ἐκείνους ἔσχομεν μάλα συχνούς· ὡς ἐγώ σε μὴ ὅτι τῶν ἐφ' ἡμῶν ἁπάντων ὑπεραίρειν ἡγοῦμαι σοφῶν· οὐδὲ τῶν ὀλίγῳ πρότερον γεγονότων, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἐπὶ τῶν ἄνω χρόνων· ὧν αἱ βίβλοι τὰ γενναίων μνημεῖα φύσεων. Ὅτι δ' οὐ λόγος ἄλλως τουτὶ, οὐδὲ πρὸς χάριν ἡντινοῦν λέγοντος, εὖ μάλα δείκνυται πολλαχῆ μὲν καὶ ἄλλῃ, καὶ οἷς δὲ δήπου μέλλω λέγειν αὐτίκα. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἄλλα τοῦ βίου προεστήσαντο σοφίας εἴδη καὶ σπουδάσματα, ὡς ἕκαστος ἠβουλήθη τε καὶ προείλετο, ἢ μᾶλλον ἐρεῖν φύσεως εἶχε· καὶ περὶ ταῦτα διενεγκόντες τε καὶ ἀνύσαντες οὕτω τοὺς ἐφ' ὁμοίοις κατατετριφότας ἀγωνίσμασιν ἔδοξαν νενικηκέναι. Σὺ δὲ πρὸς οὐδὲν ἀποπέφυκας, οὐδ' ἔστιν ᾧ μὴ προσένειμας σαυτὸν, οὐδ' ἤνυσας ἄριστα· ἀλλὰ τὰ πάντα μετιὼν, ὡς ἐν τῶν πάντων οὐδεὶς, ἐπίδηλον σαυτοῦ τε κἀκείνων ἐποιήσω διαφοράν. Περὶ ἃ γὰρ ἑκάστοις ἐξαιρέτως διεσπούδασται κατὰ μέρη, ἔστι μὲν οὓς παρήνεγκας, ἔστι δ' οἷς ἐφάμιλλον κατέστης, καὶ τῶν ἄκρων οὐδαμοῦ ἀπολέλειψαι· ἀλλ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν καὶ τῷ γεγνομένῳ καὶ τούτους παρῆλθες, οἷς ὅτι τὰ πλεῖστα τῆς πολυειδοῦς σοφίας ἐκείνοις (89) παρεῖται. Σὺ δὲ σύμπασαν ἀθρόον ἐξηρευνήσω· καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ταύτης εἰδῶν καρποὺς γενναίους ἐνήνοχας, καὶ ἀπὸ πάντων γνωρίζῃ καὶ προσαγορεύσῃ (90). Καὶ σέ τις ποιητὴν, ῥήτορα, σοφιστὴν, συγγραφέα, τῶν ἄλλων ἕκαστον προσειπὼν οὐκ ἂν ἁμάρτοι. Ἀλλ' ὁ τῆς σεμνοτάτης καθαρῶς ἐπώνυμος φιλοσοφίας, τίς ἐστιν· οὐ τῷ πράγματι μόνον, ὡς οὕτως φάναι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντ' ἄλλης προσηγορίας οὕτω παρὰ πάντων καλεῖσθαι. Πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν περὶ φιλοσοφίαν

(89) Leg. ἐκείνης.
(90) Fort. προσαγορεύῃ.

A ἐσχοληκότων (91), διαφερόντως αὐτῆς ἐκληρώσω τοὔνομα. Τὴν γὰρ τῶν ὄντων κατανόησιν σαυτῷ προμνώμενος, καὶ τοὺς τούτων λόγους ἀκριβῶς βουλόμενος ἐκμαθεῖν, φυσιολογίαν μὲν σύμπασαν καὶ θεολογίαν, καὶ τὰς λογικὰς ἀποδείξεις διηρευνήσω μᾶλλον, ἢ τὴν καλουμένην προπαιδείαν οἱ τοὺς παῖδας προδιδάσκοντες. Ταῖς δὲ τῶν πρώτων ἐπιστήμαις μαθημάτων, ἡλίου τε κινήσεις καὶ δρόμους καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων δυνάμεις, καὶ τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου καὶ τῶν ἐν τούτῳ πρὸς ἄλληλα μερῶν ἁρμονίαν καὶ θέσιν καὶ συμμετρίαν ὑπὲρ ἅπαντας ἔγνως. Ὧν καὶ πολλοῖς ἐξηγητὴς γινόμενος καὶ διδάσκαλος, κατὰ τὴν ἐνοῦσαν ἑκάστοις δύναμιν αὐτὰ δεχομένοις, οὐ παντάπασιν ἐάσεις τὸ κάλλιστον ἀνθρώπῳ κτῆμα καὶ οἰκειότατον φιλοσοφίαν ἐξ ἀνθρώ- B πων ἀπελθεῖν, οὐδ' ἀμαυρωθῆναι καθάπαξ· ἀλλὰ σοῖς λόγοις πρὸς δὴ τὸ σαφέστερον συντεθειμένοις τὴν ἀσάφειαν ἐνίων μετασκευάσας, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς ἀκροωμένους ἐξηγήσεσι καὶ διδαχαῖς ἀνθοῦσαν αὐτὴν τῷ εἰσέπειτα βίῳ παραπέμψεις. Καὶ μὴν αὖθις τῶν λογοποιῶν ἔνιοι τῆς μὲν γνώμης οὐκ εὐφυῶς, τῆς δὲ γλώττης μακρῷ ἄριστα εἶχον· ἕτεροι δὲ τοὐναντίον τὸν μὲν νοῦν ἔῤῥωντο, τῇ φωνῇ δ' ἀνασκήτῳ καὶ ἀνεπιμελήτῳ κέχρηνται· κατίδοι δ' ἄν τις ἐνίους καὶ τῇ τῶν γραμματιστῶν τέχνῃ, τῶν ἥκιστα περὶ λόγους συνιέντων κατ' οὐδὲν διενηνοχότας, ὡς συμφέρειν αὐτοῖς σιγᾷν μᾶλλον, ἢ τὰ τῆς ἀμαθίας αἴσχη προσεγκαλεῖσθαι. Σὺ δὲ σοφίᾳ μὲν καὶ εὐφυΐᾳ τοὺς περὶ ταῦτα δεινοὺς, καλλιεπείᾳ δὲ καὶ τῇ τῶν ὀνο- C μάτων ὀρθότητι τοὺς ταύτῃ διενεγκόντας ἐμιμήσω· καὶ σοῦ τὴν γλῶτταν ὥσπερ ἐξ Ἀττικῶν ἀμέσως κήπων προκύπτουσαν προσβάλλειν ἡμῖν γινώσκομεν, ὁπόταν τὰ σῆς διανοίας ἔκγονα μεταχειριζώμεθα· καὶ πάντας ὥσπερ ἀπὸ μηχανῆς αἱρεῖ τὰ τῶν σῶν λόγων θέλγητρα, τῆς ἐξανθούσης αὐτοῖς χάριτος τὸν ἀκροατὴν ἐφελκομένης, καὶ τῆς περὶ λέξιν κατασκευῆς ἄριστα ἐσχηματισμένης. Ἥκιστα δέ σοι καὶ τὸ τῆς πολυμαθίας περὶ τὴν τῶν λόγων ἀρίστην ἀπεργασίαν προσέστη, ὃ σχεδὸν πᾶσι συμβέβηκεν, οὐδ' ἐλυμήνατ' οὐδὲν τῷ τῆς σῆς φωνῆς τε καὶ γλώττης ἀπεζευγμένῳ (92). Ἀλλὰ τῇ ἄκρᾳ φιλοπονίᾳ τε καὶ ἀσκήσει πάνθ' ὅσα τῆς σοφίας εἴδη καὶ κόμματα συλλεξάμενος, καὶ τοῖς τῆς μνήμης καὶ διανοίας ἐνθέμενος σκεύεσιν, ὥσπερ τις ταμίας αὐτῶν δεικνύ- D μενος, τὸ κρείττω ταῖς χρείαις ἐπικρίνεις, καὶ τὰ κράτιστα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας, ῥᾷστα καὶ ἐξ ἑτοίμου μεταλαμβάνων ἐκεῖθεν, τοῖς σπουδαζομένοις ἑκάστοτε συνεισάγεις. Ἔτι δ' ἀγλώττους τε τοὺς σοφοὺς καὶ ἀφιλοσόφους τοὺς ῥητορικοὺς ἀπέφηνας. Τῷ γὰρ ῥητορικὴν καταμῖξαι φιλοσοφίᾳ, καὶ τοσαῦτα βιβλία ἐξ ἀμφοτέρων συντάξασθαι, οἷς ἔνεστι τὰ ἐξ ἀμφοῖν ὁμοῦ κάλλη συνορᾷν, πῶς οὐχ ὃ λέγω συμβαῖνον δείκνυται; οὕτω περὶ τῶν σῶν ἐμοὶ λόγων ἔπεισι φρονεῖν τε καὶ λέγειν. Καίτοι καὶ ταῦτ' ἐκ τοῦ παρήκοντος εἰρῆσθαι συμβέβηκε. Δεῆσαν δ' εἰς ἀγῶνα ἐγκωμίων καταστῆναι, σοῦ πάντως ἔδει τὴν ἀξίαν σῶσαι, καὶ μεθ' ἧσπερ τοὺς λόγους τῆς ῥώμης ἐξη-

(91) ἐσχολακότων.
(92) Leg. ἀπεξεσμένῳ.

νεγκας, μετὰ ταύτης δήπου καὶ τοῖς περὶ αὐτῶν ἐπαίνοις ἐγχειρῆσαι. Σὺ δ' ἡμᾶς ὥσπερ παρὼν, οὕτω καὶ ἀπὼν εὐφραίνεις. Ἔχοντες μὲν γὰρ τἀγαθὸν ἐν χεροῖν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκαρπούμεθα· τὸ δ' εἶναι τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων καὶ ἡμετέρᾳ πατρίδι τοσαύτην φιλοτιμίαν, πάσης ἡδονῆς ἐμπίπλησι. Καὶ τόπῳ μὲν διεστηκότες φιλοῦμεν οὐχ ἧττον ἢ παρόντες· αὐτοπροσώπως δὲ οὐκ ἐξὸν, διανοίας σοί γε κινήμασι σύνεσμεν. Τὴν μέντοι φύσιν τὴν σὴν τοῖς ὑμετέροις λόγοις ἐνορῶμεν, καὶ τῆς σῆς εἰς μνήμην ἥκοντες διατριβῆς, καὶ τῶν ὁσημέραι φοιτώντων τὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὸ Λύκειον φανταζόμεθα. Καὶ σοὶ μὲν τὰ κάλλιστα ταῦτα συγχαίρομεν· μακαρίζομεν δ' ἡμᾶς αὐτοὺς τῆς σῆς κατὰ τὸν βίον φορᾶς καὶ συνόδου. Εἴη δέ σε κἀπὶ πλεῖστον προελθεῖν τοῦ χρόνου, ὅπως καὶ πλεῖστοι τῶν (93) ἀγαθῶν μετάσχοιεν ἄνθρωποι.

Lampenus Tarchaniotes Gregoræ.

Nempe quilibet, habili ad percipiendam artem ingenio præditus, si simulacrum aspexerit, non facile ab eo nec nisi moleste discedet, ac spectandi voluptate expleri non poterit : illos autem qui in orationes tuas, quasi in simulacra animata, oculis defixis hærent, illos, inquam, pulchri satietas capiet, aut citius ii discedent ab illis rebus, quæ oculorum mentis epulæ et deliciæ sunt? Id quidem nemo, ut opinor, dicturus est, qui rationis usu instructus sit. Ego, quo tempore magnam urbem habitabam, præclaras tuas disputationes mirari haud desinebam : nemo erat eruditus, qui non conscius mihi esset applaudenti ingenii tui fœtibus, et honorificis præconiis eos commendanti. At nunc eos libros, quos hoc anno in lucem emisisti, magis admiror; quanquam egregias orationes quam plurimas jam ante ediderας, morum gravitate, sententiarum dignitate, verborum majestate nihilo inferiores Platonis orationibus. Quippe et figuris et compositione et verborum apta collocatione et conjuncta cum suavitate copia et persuadendi vi rhetorica illas æquiparant, quæ ab oratoriæ artis principe elucubratæ fuerunt. Ad ejuscemodi orationes cum et magnanimi Demetrii, et ejus quæ Deum arcanis rationibus peperit, laudes adjunxeris, quonam (putas) erga te sensu affecisti politioris litteraturæ studiosos? Equidem quotquot hic degunt, eos primus ac solus mecum in admirationem rapui. Quod si et illud dici debet, magis profecto quam antea ingenii tui magnitudo nunc demum eluxit. Nimirum doctrinam in tuis operibus reconditam, partim a plerisque ignoratam, partim eorum, qui utcunque intelligerent, præmeditatæ invidiæ obnoxiam, quantum in nobis fuit ita explicuimus, ut et invidi præcluso ore obmutescerent, et nostræ approbationi aliorum præterea complurium suffragia accederent. Jamque adeo te non hujus tantum nostræ, aut ejus quæ proxime præcessit ætatis, sed et superiorum temporum eruditis omnibus, quorum libri monumenta sunt magnorum ingeniorum, majorem atque excellentiorem statuo.

Quod autem non temere id a me nec ad gratiam ullo modo dicatur, cum alia multa abunde declarant, tum ea, quæ statim dicturus sum. Alii quidem alias disciplinas et alia studia professi sunt, prout cujusque voluntas et institutum fuit, aut (ut verius dicam) natura : in quibus cum excelluissent et ad summum pervenissent, tum demum æmulos et similibus laboribus exercitatos visi sunt superasse. At tu nihil est ad quod natus non sis; nihil, quo non te ipsum aggregaveris; nihil, in quo haud felicissime elaboraris. Sed in omnibus sic versatus, ut nemo in singulis, tui et cæterorum discrimen evidens fecisti. Nam in quibus particulatim quisque præcipuam et singularem operam posuerunt, in iis quosdam supergressus es, cum aliis de palma contendisti; nusquam infra primos substitisti : imo, ut summatim dicam, unus hos omnes re ipsa superasti, eo quod ab illis pleraque multiplicis doctrinæ genera neglecta sunt; tu vero universa simul perscrutatus es, et ex omni eruditionis parte fructus eximios produxisti, habesque ab omni scientia famam et nomen; sic ut poetam te, oratorem, sophistam, historicum, et aliis singulis nominibus si quis compellet, is a vero aberraturus non sit. Jam ab philosophia, scientiarum augustissima, quis vere est denominatus? Nonne is, qui non solum re (ut ita dicam) philosophus est, sed cui hoc nomen (94) ab omnibus pro alia quavis appellatione tribuitur? Multi philosophiæ studuerunt : unus tu nomen ex ea sortitus es eximium. Etenim rerum cognitionem certam tibi providere et harum causas perfecte explorare cum velles, physiologiam quidem universam, et theologiam, et logicas argumentationes diligentius pervestigasti, quam ea quæ dicuntur rudimenta primi puerorum doctores. Tum scientiarum primariarum seu mathematum studio id assecutus es, ut solis motum et cursum, reliquorum siderum potestates, totius mundi et partium ejus inter se connexarum concentum, dispositionem, proportionem, magis quam alius quisquam intelligeres. Quæ tu docendo cum enarres et plurimis discipulis tradas, singulis pro suo captu accipientibus, non sines philosophiam, cujus rei possessio homini pulcherrima est, penitus ex hominibus sublatam obscurari : sed libris majori perspicuitate compositis quorumdam obscure dicta reformabis, interpretationibusque et præceptis auditores ita erudies, ut eam scientiam posteritati florentem transmissurus sis. Ac nonnulli quidem oratores, cum ingenio minus valerent, dicendo longe præstiterunt. Alii contra intelligendi facultate pollentes rudi et incomposito sermone usi sunt. Quosdam videas, etiam quod ad grammaticam artem attinet, nihil ab illis differre, qui minime loqui sciunt, ut iis magis expediat silere, quam turpi ignorantiæ crimine argui. Tu doctrina et ingenio eos qui his rebus instructissimi fuerunt, facundia et verborum delectu eos qui in hac parte excelluerunt æmulatus es. Itaque tuam eloquentiam ex ipsis quasi hortis Atticis pro-

(93) Fort. σῶν.
(94) Gregoras *Philosophus* per antonomasiam dictus.

deuntem in nos invadere sentimus, quoties libros tuos in manus sumimus : ac sermonum tuorum illecebris velut machinis quibusdam capti omnes expugnantur, propterea quod efflorescens ex iis lepos et verborum apparatus speciosissimus auditorem alliciunt. Neque vero multa te eruditio prohibuit, ne orationes quam optime elaborares, nec sermonem tuum ulla labe corrupit, ejusve expolitioni obfuit. Sed summo labore, et per exercitationes plurimas, omnis generis omnis notæ eruditionem collectam in thesauris memoriæ et ingenii reposuisti; atque ejus velut promus condus exsistis; quænam meliora sint, ex usu æstimas (95), et ex omnigena doctrina facile ac velut ex parato optima quæque decerpis, et studiosis subinde contribuis. Quin etiam effecisti, ut et philosophi elingues, et oratores minime philosophi esse viderentur. Hoc ipso enim, quod philosophiæ rhetoricam miscueris, et ex ambabus tot libros conflaveris, in quibus observare est conjunctas utriusque virtutes, nonne palam exsistit id quod dico? Equidem sic de orationibus tuis sentio et pronuntio. Atqui hæc strictim et velut obiter a me dicta sunt. Oportebat autem in tuarum laudum curriculum descendentem cavere omnino, ut tua tibi dignitas salva constaret, et quantum ipse facundiæ robur in orationibus tuis exprompsisses, tanto etiam ad eas verbis prædicandas instructum accedere decebat. Tu nos, ut præsens, ita et absens delectas. Bonum enim, cum esset in manibus, eo quo par erat sensu percipiebamus. At quod urbium princeps, eademque patria nostra, tantum sibi honorem ambitiose vindicet, id quidem me summa voluptate afficit : ac quanquam locorum intervallo disjungamur, nihilo tamen minus te diligimus quam si præsentes adessemus; et quia coram non licet, ideo cogitationis motu tecum versamur. Cæterum indolem tuam in orationibus tuis expressam cernimus. Memoria autem consuetudinis tuæ, et eorum qui discendi causa quotidie ad te ventitant, animum subeunte, Academiæ et Lycei imaginem nobis effingimus. Ac tibi quidem, quod præclara ista obtigerint, gratulamur; nos vero ipsos, quod te hæc ætas tulerit et vitæ tuæ tempus in hoc nostrum sæculum inciderit, felices prædicamus. Ejus tibi quam longissimum spatium utinam prorogetur, ut earum rerum, quæ in te eximiæ sunt, homines quam plurimi participes fiant.

IV. *Philotheus patriarcha, Antirrhet. XII* (96).

Γρηγορᾶς δ' οὑτοσὶν, ἐκ βαρβάρων παρὰ τὴν τῶν πόλεων βασιλίδα ταυτηνὶ καὶ τὴν μεγάλην ἐλθὼν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ μητέρα (τῆς γὰρ Παφλαγόνων ὥρμητο γῆς), καὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας ἐνταῦθα καὶ μούσης Ἑλληνικῆς μετασχὼν, ὡς καὶ μετεώρων ἀσκῆσαί τινα δόξαι καὶ ὀνόματος εὐμοιρῆσαί τινος, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν πράγματος ὑψηλοτέρου καὶ μείζονος, τὸ μὲν βάρβαρον ἦθος ἀμηγέπη καὶ τὴν φωνὴν ἀποβαλεῖν ἔσχε· τῶν δὲ τρόπων τε καὶ A τῆς γνώμης τὸ βάρβαρον οὐ μόνον οὐκ ἔσχεν ἀποβαλεῖν, ἀλλὰ καὶ προσεξειργάσατο καὶ προσέθηκεν ἐκ πάνυ τοι πολλοῦ τοῦ περιόντος, τῶν ὁμοφύλων χείρων τὰ τοιαῦτα φανεὶς, ὡς μηδὲ παραβάλλειν ἐξεῖναι. Μᾶλλον δ' ἐκεῖνοι μὲν, εἰ καὶ βάρβαροι τὴν γλῶτταν ἄλλως καὶ τὸ ἦθος ὄντες τυγχάνουσι, τῆς ἀγωγῆς τε καὶ τῶν πατρίων οὕτω ταυτὶ χορηγούντων, ἀλλὰ καὶ τρόπων εἰσὶ χρηστῶν καὶ καλοκἀγαθίας καὶ ἀρετῆς φροντισταὶ, καθόσον οἷόν τε· εὐσεβείας τε πρὸ τῶν ἄλλων καὶ τῶν ἀποστολικῶν τε καὶ πατρικῶν δογμάτων σπουδασταί τε καὶ φύλακες, ὡς καὶ αὐτῆς ὑπὲρ τούτων μετὰ πλείστης γε τῆς φιλοτιμίας ἐν τῷ τοῦ καιροῦ παρασχόντι, πῶς ἂν εἴποις ἡδέως, ἀφίστασθαι τῆς ψυχῆς. Ὁ δὲ καὶ κατεξανέστη τῆς καὶ θρεψαμένης καὶ παιδαγωγησάσης καὶ B λόγων καὶ ὀνόματος μεταδούσης, ὡς μὴ ὤφελεν, ἐκκλησίας· καὶ τὰ δεινότατα καὶ ἀπευκτότατα καὶ πόῤῥω παντὸς παραδείγματος ἀκολάστῳ καὶ τολμηρᾷ γλώττῃ κατὰ τῆς Χριστοῦ νύμφης ὑβρίζει, καὶ Βαρλαὰμ κατ' αὐτό φημι τοῦτο τὸν μυσταγωγὸν τῶν τοιούτων παρενεγκών.

Gregoras vero iste, in hanc urbium principem, et ad magnam Christianarum Ecclesiarum matrem, ex Barbaris cum advenisset (Paphlagonia quippe oriundus), postquam educatione, disciplina, et politioribus Græcorum litteris in hac civitate sic institutus est, ut in altioribus scientiis nonnihil versatus et aliquod nomen lucratus esse videretur, imo illustrius ac majus quam quod re ipsa meruerat; ritum quidem C et sermonem barbarum quodammodo exuit; morum autem et animi barbariem non modo non amisit, sed ut major esset operam dedit, et plenissima de suo accessione cumulavit, popularibus suis adeo ille pejor hac in parte, ut cum eo ne conferri quidem possint. Enimvero hi, quanquam lingua et ritu Barbari, id quod ab educatione et ab institutis patriis habent, tamen moribus probi sunt, honestatemque et virtutem, quantum in se est, colunt. Iidem veram religionem apostolorumque et Patrum dogmata studiose præ cæteris amplectuntur et custodiunt, animam ipsam pro iis, si tempus ferat, summa contentione et maximo cum gaudio effundere parati. Iste contra in eam Ecclesiam insurrexit, quæ et aluerat et præceptis formaverat; quæ eloquium et D nomen (utinam ne ita res esset!) impertita fuerat; atque in Christi sponsam atrocissimas, horrendas et ab exemplo omni remotissimas contumelias jecit, Barlaamum ipsum, hac in re videlicet, horum [magistrum et] antistitem prætergressus.

V. *Τοῦ Ἀκινδύνου, ἐκ Θεσσαλονίκης πρὸς τὸν Γρηγορᾶν* (97).

Βαλσαμὼν ὁ γενναῖος, φίλος ὢν ἐμοὶ καὶ φίλους πάντας ὑπερβαλλόμενος τὰ πρὸς ἐμὲ, ἀντ' ἄλλης τινὸς λαμπρᾶς καὶ μεγάλης εὐεργεσίας (ᾔδει γάρ με σοῦ τε καὶ τῶν σῶν συγγραμμάτων σφόδρα περικαιόμενον) φέρων ἐνεχείρισέ μοι τὴν σὴν ἐπιστολὴν, τὴν

(95) *Vel* meliora usu probas.
(96) Ex cod. Reg. 1996, fol. 285.

(97) Descripta ex cod. Vat. 1086, manu Clar. V. D. Bethmanni, Succ.

περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκουσαν· ἀρκείτω δὲ τοῦτ' ἀντὶ παντὸς ἐπαίνου τοῖς γράμμασι, μᾶλλον δὲ εἰς ὅσον ἂν ἡμεῖς ἰδεῖν τε καὶ εἰπεῖν ἐξικόμεθα, μὴ ὅσον ἐκείνῃ προσῆκεν, εὐμενῶς ἐκείνη τε δεχέσθω, καὶ ὁ πατήρ· ἐγὼ δὲ παραλαβὼν καὶ διεξιὼν τό τε βάθος τῆς διανοίας τό τε τῆς ἑρμηνείας Ἑλληνικὸν καὶ τὸ τῶν λέξεων ἀνθηρὸν ἐξ Ἀττικοῦ τοῦ λειμῶνος καὶ ποικιλίαν ἐνθυμημάτων ἐκ τῶν Πλάτωνος θησαυρῶν (εἰ μὴ παντάπασιν ἄπιστος ἐγὼ τὰ τοιαῦτα) καὶ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν μεθ' ὥρας κατασκευὴν αὐτῆς (οὐχ ὅσον μὲν εἰκὸς ἦν, οὐδ' ἐγγὺς, ὅπερ εἶπον) θαυμάσας δ' οὖν εἰς δύναμιν τὴν ἐμαυτοῦ, τοῖς σφόδρα ζητοῦσι (πολλοὶ δὲ οὗτοι) δέδωκα. Καὶ ἦλθε διὰ πάντων τὸ θαῦμα· καὶ πολλαχοῦ σοι θέατρα καθειστήκει διὰ κρότου καὶ πηδημάτων, ἄλλων ἄλλα θαυμαζόντων· μᾶλλον δὲ πάντα πάντων, ὅση γε δύναμις ἑκάστῳ. Ἀλλ' οὕτω μὲν τῇ ἡδονῇ τοὺς ἀνθρώπους τῶν γραμμάτων ἐξήρτησας. Ἃ δὲ ὠφέληκας τῇ διδαχῇ, τούς τε τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην σοι μετιόντας, τούς τε μή· τοὺς μὲν, ἃ μηδαμῶς ᾔδεισαν, μεμαθηκότας· τοὺς δ', ἃ σφαλερῶς, ἐπανωρθωμένους, καὶ τἀκριβὲς (98) ἐγνωκότας· τούτων τίς οὐχ ὁμολογεῖ σοι χάριτας μείζους (99) ἧπερ ἔχων τυγχάνει; Ἐκείνην ἐγὼ τὴν ἐπιστολὴν ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ συντεθῆναι, μὴ μάτην (οἶμαι) νενόμικα· ἐκείνην τῆς παρὰ Πλάτωνι κατ' οὐρανὸν Ἀφροδίτης ὑπείληφα γέμουσαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πόλλ' ἕτερα τῆς σῆς γενναίας καὶ γνώμης καὶ γλώττης δημιουργήματα παρ' ἐμοί σοι συνῆκται, καὶ διὰ θαύματος ἄγεται· εἴπερ ἃ πέπομφας Ἰωσὴφ ἐκείνῳ τῷ μακαρίτῃ καὶ σοφωτάτῳ, διὰ τοῦ θεσπεσίου καὶ σοφοῦ Παλαμᾶ, διὰ μνήμης ἔχεις· πρὸ γὰρ δυοῖν ἐτοῖν τοῦτό γε· ὃς ἐπειδὴ τὸν φιλόσοφον εὗρε παρὰ τὸν ἐκ μάλα πολλοῦ πεποθημένον οἰχόμενον (ᾔδει δὲ ἄρα καὶ οὗτος δεινὸν ἐμὲ τῶν σῶν ἐραστὴν, καὶ ὡς εἰ κομιεῖ τὸ βιβλίον, τὰ μέγιστά μοι χαρισάμενος ἔσται) φέρων ἐγκεχείρικε, φιλοτιμότατα προσειπών· Δέξαι λόγους, ὧν ἦρας. Ἀνθ' ὧν παρ' ἡμῶν οὐ μικράς τινας κεκόμισται χάριτας, ἀλλ' οἵας οὐ μέμψασθαι. Ἐκ τοσούτου σφοδροὺς ἐραστὰς εἶχες ἡμᾶς, ὦ μέγα κῦδος Ἀχαιοῖσι, λέγω δὲ τοῖς Ἕλλησιν· εἰ μὴ μᾶλλον τοὐναντίον πολλοὺς τῶν ἐν λόγοις τὸν βίον κατατριψάντων αἰσχύνει τὰ σὰ τῇ ὑπερβολῇ καὶ λυπεῖ· ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς (1) γε, εἰ καὶ μηδὲν τὸ ἡμέτερον πρὸς τὸ σὸν πέλαγος τῆς σοφίας, ὦ βέλτιστε. Μάλιστα μὲν οὖν καὶ συγχαίρομεν, καὶ ψήφους ἥδιστά τοι τῆς κατὰ πάντων νίκης ἐκφέρομεν. Εἰ σοι τοίνυν καὶ αὐτῷ τῶν δικαίων τι δόξειε (δόξει δ' οἶμαι, μὴ τὸν οὕτω τῶν σῶν ἐραστὴν μόνον εἶναι τῶν Ἀργείων ἀγέραστον, μηδὲ μόνοις τοῖς πρὸς τοὺς ἄλλους σου γράμμασιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐντρυφᾷν) ἐπιστελεῖς καὶ ἡμῖν, καὶ δείξεις, ὡς οὐ μάτην ἐρῶμεν. Εἰ δὲ μήπω τεθεαμένος τὴν σὴν χρυσῆν κεφαλὴν, μηδ' ἄλλως ἄγαν ἐγνωσμένος σοι γράφω, μὴ τοῦτο θρασύτητος, ἀλλ' ἔρωτος οἴου. Εἰ δὲ ψυχὴ σώματος τιμιωτέρα, τῷ βελτίονι δήπου σύνεσμεν, εἰ ψυχῆς ἂν (2) ἔγγονα τὰ συγγράμματα.

Acindynus Gregoræ. Epistola Thessalonicæ data.

Balsamon, vir egregius, cum et amicus meus sit et mei studio amicos omnes vincat, tuas mihi litteras (sciebat enim me et tui et scriptorum tuorum amore vehementer inflammatum), tuas inquam litteras mihi obtulit, insignis et magni cujuslibet beneficii loco habendas; illas videlicet, quæ cœlestia ignaris pandunt. Una hæc laus iis pro alio omni elogio sufficiat: imo et epistola et epistolæ pater istam laudem boni consulant, si minus parem rei dignitati, at pro captu nostro, quatenus nempe et perspicere et eloqui possumus, satis magnificam. Ego vero litteras ab illo acceptas cum perlegissem, sensum reconditum, Græcæ linguæ proprietatem, dictionum ex horto quasi Attico decerptarum floridam elegantiam, argumentorum varietatem, ex Platonis (si qua nobis fides in his rebus) penu depromptam, totam denique, ut verbo dicam, compositionem venustam et concinnam admiratus sum: quanquam ea, quæ dixi, veris minora et longe infra rem fuerunt. Attamen eas litteras pro virili admiratus eis tradidi, qui magnopere expetebant. Erant porro plurimi, ac per omnes admiratio pervasit. Tum passim tibi theatra plaudere, passim omnes præ gaudio exsilire, aliis alia suspicientibus, imo omnia omnibus, pro sua singulis facultate. Ita tu quidem homines suspensos litterarum suavitate tenuisti. Quod autem eruditione tua æque omnibus profueris, tum iis qui eamdem ipsi quoque disciplinam excoluissent, tum iis qui rudes essent, his quidem eas res, quas nunquam audierant, edoctis; illis vero earum, quas perperam didicerant, recta et accurata cognitione instructis: quis non tibi eo nomine gratias [maximas] (3) agit, at minores tamen quam quas re ipsa habet? Equidem mihi videor haud temere judicasse, illam epistolam grata lyricorum modulorum varietate a Thebano vate elaboratam, et Veneris, ejus nimirum quæ a Platone cœlestis dicitur, plenam credidisse. Atqui multa tua apud me collecta excellentis ingenii et facundiæ monumenta alia admirationem habent: quæ tu, si meministi, beato illi viro et doctissimo philosopho (4) Josepho divini sapientisque Palamæ (5) interventu ante hoc

(98) Au ἐς τἀκριβές?

(99) Leg. μείους.

(1) Leg. ἡμᾶς.

(2) Fort. ἦν.

(3) Si legas μείζους, vertendum erit, *gratias agit majores, quam re ipsa habeat*, quod absurdum est.

(4) Exstat inter Gregoræ opuscula cod. Vatic. 1086, fol. 75. Πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσὴφ περὶ τοῦ πάσχα ἀπόδειξις, ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διόρθωσιν, parum diversa ab ejusdem argumenti disputatione, quæ edita est *Hist. Byz.* lib. VIII, cap. 13.

(5) Acindynus, cum hanc epistolam scripsit, amicus Palamæ erat. At postea cum illo capitale odium ipse et Gregoras exercuerunt. Non est itaque ut credamus, Acindynum ideo in hac epistola blanditum esse Gregoræ, quod is secum adversus

biennium misisti. Hic (6) *autem, ubi philosophum* (7) *ad illum cujus jampridem desiderio arsisset migravisse comperit, cum et ipse* (8) *sciret tuorum operum fervidum me amatorem, ac se, si librum afferret, maximam a me gratiam initurum, illum ipsum librum allatum mihi tradidit, et verbis perquam honorificis alloeutus, Accipe (inquit) quas amabas orationes. Pro quo munere gratias ei persolvimus nec parvas, nec quarum illum pœniteret. Ex illo nostri in te amoris vis magna exstitit,* o ingens gloria Achivum. *Græcorum quippe tu gloria; nisi potius eorum pudor es et dolor, eo quod illos superaveris, qui in eloquentiæ studio ætatem omnem contriverunt. Nos certe id minime sumus* [*quibus pudorem simul doloremque ea re afferas*]. *Imo vero gratulamur, ac triumphum de omnibus libentissime uni tibi decernimus. At si id tute ipse æquum judicaveris, judicabis autem, ut spero, æquum esse, ne qui sic tua amet,* solus de gente Pelasga Indonatus eat *litterisque careat, quæ, non solum ad alios, sed ad eum etiam scriptæ, ipsi sint in deliciis), ad nos quoque scripturus es, ut ne frustra amare videamur. Quod si ego, licet aureum caput tuum nondum aspexerim, nec aliunde sim valde notus, nihilominus tamen ad te scribo, id tu ne audaciæ, sed amoris esse ducas. Cæterum quoniam animus corpori præstat, meliore utique nostri parte tecum sumus; siquidem fetus mentis est id quod scribitur.*

VI. *Philotheus iterum* (9).

Ὁ Γρηγορᾶς Νικηφόρος καὶ πάλαι μὲν ἦν προσκείμενος ταῖς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου κακαῖς δόξαις. Διὸ καὶ ἐπηρεάζων ἦν τῇ ὀρθοδόξῳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, εἰ καὶ λάθρα τέως καὶ πρὸς ὀλίγους ἐποίει τοῦτο, τοὺς προσιόντας αὐτῷ· καὶ πρὸς τοῦ ὀρθοῦ λόγου προστάτας κακῶς πάνυ διέκειτο. Τῆς δὲ τελευταίας συγκροτηθείσης ἐκείνης συνόδου, ἧς προεκάθητο ὅ τε εὐσεβέστατος καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς κῦρος Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς καὶ ὁ πατριάρχης ἐκεῖνος κῦρος Κάλλιστος, ἐπεὶ καὶ Γρηγορᾶς, εἰς τὴν ἱερὰν ἐκείνην σύνοδον παρελθὼν, ἐξηλέγχθη σὺν τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ τὰ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου νοσῶν, εἴς τε τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν φυσικὴν τῆς Τριάδος ἐνέργειαν καὶ χάριν καὶ ἔλλαμψιν κάκιστα βλασφημῶν, καὶ οὐ μόνον τοῖς ἀρχαίοις αἱρετικοῖς σχεδὸν πᾶσι, ἀλλὰ δὴ καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς συμπεριφερόμενος πλάναις καὶ δόξαις· δι' ἃ δή που παρὰ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου αὐτός τε καὶ οἱ ὁμόφρονες αὐτοῦ, μὴ μεταμεληθέντες, τοῦ πληρώματος τῶν ὀρθοδόξων καλῶς ἀπετμήθησαν καὶ τῷ ἀναθέματι παρεδόθησαν κατὰ τὰ πατρικὰ καὶ συνοδικὰ θεσμά· καὶ τόμου προβάντος τὸ τηνικαῦτα συνοδικοῦ, ὃν δὴ καὶ βασιλεὺς καὶ πατριάρχης ἐκεῖνος καὶ ἡ τῶν ἱερωτάτων ἀρχιερέων ἱερὰ σύνοδος ὑπέγραψαν ὁμοῦ· ὁ Γρηγορᾶς τὴν ἧτταν καὶ τὴν αἰσχύνην μὴ φέρων, ἅμα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ κινηθεὶς, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις φησὶ, κατὰ τῆς συνόδου καὶ τοῦ ἱεροῦ τόμου χωρεῖ καὶ πειρᾶται λόγοις ἀντιῤῥητικοῖς, ὡς ἐκεῖνος ὑπέλαβεν, ἀνατρέπειν ἐκεῖνα. Συγγράφεται τοίνυν λόγους ἢ διαλόγους δέκα, οὓς κατέχων ἦν παρ' ἑαυτῷ, καὶ τοῖς ὁμόφροσιν ἑαυτοῦ μόνοις κατ' οἶκον ἐπιδεικνύμενος, etc.

Nicephorus Gregoras Barlaami et Acindyni opinionibus perversis jam olim adhærescebat, atque idcirco orthodoxam Dei Ecclesiam obtrectabat, licet clanculum et apud paucos ad se adeuntes id faceret; denique erga sanioris doctrinæ defensores male omnino erat affectus. Demum coacta novissima illa synodo, cui præsidebant religiosissimus et amans Christi imperator Dom. Joannes Cantacuzenus et is qui tum patriarcha erat Dom. Callistus, tum vero Gregoras et alii cum eo sentientes, in illam sacram synodum ingressi, convicti sunt errorum Barlaami et Acindyni: nempe in divinitatem unigeniti Filii Dei, et in naturalem Trinitatis operationem gratiamque et splendorem pessime blasphemantes, ac non modo veterum fere omnium hæreticorum, sed et gentilium erroribus opinionibusque temere abrepti et velut circumacti. Quamobrem sacra synodus ipsum et socios, haud pœnitentes, ab universo Orthodoxorum cœtu jure ac merito abscissos anathema esse jussit, prout Patrum Conciliorumque decretis cautum esset. Tunc et synodicus Tomus prodiit, cui et Imperator, et ille quem dixi patriarcha, et sanctissimorum pontificum sacra synodus, una omnes subscripserunt. At Gregoras hanc de se victoriam et dedecus non ferens, sociis præterea instigantibus, ut ipse in libris ait, synodum simul et sacrum Tomum aggreditur, et orationibus (ut ipsi videbatur) antirrheticis conatur evertere. Conscribit itaque orationes seu dialogos decem, quos apud se servabat, domique iis solum qui secum consentirent ostendebat. etc.

VII. *Acindynus iterum.*

Σὺ σίμβλον ἡδὺ, καὶ λόγου μέλι βρύεις,
Ἄνθη συνάξας, *etc. ut supra in Vita.*

Adde,

Οἴει με πῶς γοῦν καὶ κινεῖσθαι καὶ πνέειν,
Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῆς ψυχῆς διευθύνειν,
Καὶ τῆς ἀνάγκης τὰς στροφὰς ἀποπλέκειν,
Σοῦ μὴ λαλούσης τῆς πνοῆς μου τῶν λόγων;
Νὴ τοὺς λόγους, ἄψυχον ἄντικρυς βρέτας
Εἰμὶ Βυζαντίδι κακῶς πεπηγμένον,
Κἀν τοῖς θεάτροις ἀκλεῶς ἀνῃρημένον.
Ἂν γοῦν ἀνοίξῃς πνευμάτων σου τοὺς τόνους,
Καὶ πνεῦμα πνεύσῃς ζωτικῶν ἐξ ὀργάνων,
Τοῦ Θεσβίτου πως ἐμφανίσεις τὴν χάριν,
Καὶ ζῶντα δείξεις ὡς ἐκεῖνος τὸ βρέφος,
Καὶ προσλαλοῦντα φιλικοῖς προσρήμασι,
Καὶ μακαρίαν ἀποδείξεις τὴν πόλιν,
Ἣν δυστυχῶν ἔγωγε δυστυχῆ κρίνω.

Quomodo igitur putas me et moveri et spirare,
Et meatus animæ dirigere,
Et necessitatis nodos expedire,
Te non loquente, qui spiritus es meorum sermonum?

Palamam conspiraret. Vide cod. Reg. 2409, fol. 185, ubi Palamas magistrum se Acindyni fuisse gloriatur.

(6) Palamas.

(7) Josephum.

(8) Non minus scilicet quam Balsamon, de quo supra.

(9) Cod. Reg. 1996, fol. 1.

Per eloquentiam [juro], inanimatum plane simulacrum
Sto Byzantino in solo male fixum,
Et in theatris indecore erectum.
Quod si aperueris pulmonum tuorum arterias,
Et spiritum inspiraveris vitalibus ex organis,
Thesbitæ (10) *virtutem quodammodo repræsentabis,*
Infantemque, ut ille, exhibebis viventem
Et alloquentem amicis alloquiis,
Ac beatam reddes Urbem,
Quam ego, cum sim infelix, infelicem judico.

Idem.

Οὕτω με τοῖς σοῖς ἐξανηρτήσω λόγοις
Καὶ τοῖς καλοῖς ἀγῶσι, *etc. ut supra in Vita.*,

Adde,

Ὁρῶ σε, Χριστὲ, νῦν ἀκραιφνεῖ λαμπάδι
Ποιούμενον πρόνοιαν, οὐδ᾽ ἀπωσμένον
Τὴν σὴν ταπεινὴν παντελῶς κληρουχίαν.
Ἡ λαμπὰς οὗτός ἐστιν ἡ φέγγουσά μοι·
Ἡμεῖς ὁ κλῆρος, οὓς ἐπελπίζεις, Λόγε.
Φύλαττε λοιπὸν, σωστικὴ θεαρχία,
Τὸν ἐς κράτος λάμψαντα τῆς Ἐκκλησίας
Θησαυρὸν αὐτὸν παμφαῶν ἀγαλμάτων.

Video te, Christe, pura nunc lampade (11)
Curæ habere nec repudiare
Humilem tuam prorsus hereditatem.
Iste lampas est, quæ mihi lucet;
Nos hereditas, quos sperare jubes, o Verbum.
Conserva demum, salutifera Dei potestas,
Eum, qui ad gloriam Ecclesiæ illuxit,
Thesaurum ipsum splendidissimorum ornamentorum.

VIII. *Gregorius Palamas, in epistola ad nomophylacem* (12).

Οὐκ ἄλογον ὄντως πέπονθε πάθος, ᾧ βίος ὁ λόγος· οὗτος οὗ τὰ κατηλογημένα βιβλία πέπομφας ἡμῖν ἔναγχος· καὶ, ἵν᾽ εἴπω τὸ τῆς Γραφῆς, οὐκ ἐμωράνθη φάσκων εἶναι σοφός; . . . Εἰ δ᾽ ἄρα φησὶν οὗτος ὁ ἀμαθῶς οὕτω καὶ σκαιῶς συγγραφόμενος σοφὸς, ὡς ἑτέραν κρύπτει διάνοιαν αὐτοῦ τὰ ῥήματα, γνώτω μὴ τοῦ κρύπτειν ἕνεκεν, ἀλλὰ τοῦ ἐκφαίνειν τὴν τοῦ λέγοντος διάνοιαν, λεγόμενά τε καὶ γραφόμενα τὰ ῥήματα. Διὸ κατὰ τὴν ὑγιᾶ δήπουθεν ἀντιστροφὴν, ἄσοφον τὸ ἀσαφὲς, ὥσπερ τὸ σοφὸν σαφές. . . . Ὁ καθ᾽ ἑαυτοῦ μεμηνὼς οὗτος ὁ λογογράφος, καὶ αὐτοκατάκριτος λογοποιὸς, καὶ τἀναντιώτατα πρὸς ἄλληλα καθ᾽ ἑαυτοῦ τε καὶ ἡμῶν λογογραφεῖν οὐκ ὤκνησε . . . Ὁ παρ᾽ ἑαυτῷ σοφὸς οὗτος, ἀλλ᾽ ἀδιάβατον ἔχων ἐπὶ τὰ κρείττω τὸ τῆς ψυχῆς λογιζόμενον, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῆ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, πολλαῖς μὲν καὶ δειναῖς βλασφημίαις περιπίπτει προϊὼν, πολλαῖς δὲ κατεφθαρμέναις ἄλλως διανοίαις, καὶ ἀνακολούθως ἐχούσαις πρὸς ἀλλήλας. . . .

Nonne prorsus ratione excidit hic, cujus omnis vita in rationis excolendæ studio posita est; hic, cujus
A *nobis libros futiles et absurdos nuper misisti; atque, ut Scripturæ verbis utar,* nonne stultus factus est, dicens se esse sapientem? . . *Quod si hic sapiens, qui tam indocte et imperite scribit, alium sensum subesse verbis suis occultum dicit, meminerit, non ad occultandam, sed ad declarandam mentem ejus qui loquitur et pronuntiari verba et scribi. Quamobrem recte utique et alienum a sapientia esse dicitur id quod est obscurum, et vicissim sapientiæ consentaneum esse id quod est clarum et dilucidum... Hic in se ipsum furens sermonum scriptor et suomet judicio damnatus fabulator non dubitavit in se pariter et in nos ea scribere, quæ secum maxime pugnarent... Hic sibi ipsi sapiens, sed qui mentem et cogitationem ad meliora transferre haudquaquam potest;* quo (13)
B non vidit, ambulans; frustra inflatus sensu carnis suæ; *in plurimas deinde et graves blasphemias impingit, atque in multas sententias incidit, cum alioqui vitiosas, tum et se invicem minime consequentes* (14).

IX. *Demetrius Cydonius, in epistola ad patriarcham Philotheum* (15).

Τί τοίνυν ἀπειλεῖς; ἵνα τὰς ἑταίρας συναγαγὼν τοὺς ἐμοὺς καταφλέξῃς λόγους, ὥσπερ ἄλλου τινὸς, ἀρετῇ μὲν καὶ σοφίᾳ συζήσαντος, τοῖς δὲ σοῖς ἐλέγχοις λαμπρότερον αὐτῷ τὸν βίον κατασκευάσαντος; οὗ πρὸς τοὺς λόγους ἀντιβλέψαι μὴ δυνηθεὶς ἐπὶ τὸ πῦρ εἶδες καὶ τὰς ψήφους τῶν γυναικῶν.

Quid minare igitur? An te orationes meas, col-
C *lecta amicarum turba, combusturum, ut alterius* (16) *cujusdam, qui quandiu vixit virtutem et sapientiam coluit, te ipso autem confutato vitam suam fecit illustriorem? in cujus adversos libros intueri cum haud posses, ad ignem statim et ad suffragia mulierum respexisti.*

X. *Cantacuzenus, initio Antirrheticorum de lumine Thaborio adversus Prochorum* (17).

Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ἀνίσταται ὁ φιλόσοφος Γρηγορᾶς Νικηφόρος, ἐπεκδικῶν τά τε Ἀκινδύνου καὶ Βαρλαάμ. Καίτοι γε τὸν φιλόσοφον, ὡς φιλόσοφον, πείθεσθαι ἔδει τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἠρεμεῖν. Ὁ γὰρ φιλοσοφίας ὅρος τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε τὸν ταύτην ἀσπασάμενον ἄπλαστον εἶναι προσήκειν καὶ συνετόν
D ὥσπερ τοὐναντίον ἀναίσχυντον πάντη καὶ ἰταμὸν, τὸν πονηρίᾳ συζῶντα καὶ βασκανίᾳ. Ὁ γάρ τοι τοιοῦτος, κἂν μυριάκις ἐπιστομηθῇ, τοσαυτάκις ἀνθίσταται πάλιν. Ὁ δὲ τὴν φίλην ἀλήθειαν ἀποθέμενος καὶ ἑτέρους προσλαβόμενος ἱκανοὺς κατὰ τῆς ἀλη-

(10) Eliæ.
(11) Supple, *mihi prælucente.*
(12) Cod. Reg. 2409, fol. 259.
(13) *Quæ* vulg.
(14) Hæc convitia in Gregoram, non autem in Acindynum jacta esse, apparet ex his verbis, quibus epistola clauditur: Οὐκ ἄκομψον, εἰ καὶ καταγέλαστον, ὅτι τὸ πλεῖστον αὐτῷ τῶν γεγραμμένων τὴν τοῦ Ἀκινδύνου δόξαν καθαιρεῖ, ἄκοντος τοῦ γράφοντος καὶ ἀγνοοῦντος. *Non illepidum hoc, tametsi ridiculum est, quod quæ scripsit, eorum maxima pars Acindyni opinionem convellit, invito eo qui scribit et insciente.* Item ex his, in quibus ad nomen Gregoræ evidenter alludit, et ejus patriam notat, quæ erat Paphlagonia: Ἡ τῶν ἐπὶ τούτῳ συγκεκροτημένων ἐφ᾽ ἡμῶν δυεῖν μεγίστων συνόδων ψῆφος οὐ μὲν οὖν οὐδένα τῶν ἐγρηγορότων λέληθε, μάλιστα Ῥωμαῖον ὄντα καὶ πολίτην ἡμέτερον. *Nemo est, quem duorum super ea re maximorum conciliorum, nostra ætate habitorum, decisio latuerit; nemo, inquam, experrectus, præsertim si Romanus et civis noster sit.*
(15) Ex cod. Reg. 3118, fol. 28.
(16) Scil. Gregoræ.
(17) Ex cod. Reg. 1990, fol. 24.

θείας ἵσταται. Ἀλλ' οἱ ἐχθροὶ Κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ. Καὶ τοίνυν καὶ αὖθις τρίτης συνόδου συγκροτηθείσης καὶ αὐτῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει παρ' ἐμοῦ, τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τοῦ μακαρίου Καλλίστου κοσμοῦντος, πάλιν γίνεται τόμος, ἐπεκδικῶν μὲν καὶ ἐπιστηρίζων τόν τε πρῶτον καὶ δεύτερον τόμον, καταδικάζων δὲ τὸν Γρηγορᾶν σύν τε τῷ Ἀκινδύνῳ καὶ Βαρλαάμ. Ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἐνεχθεῖσαν ψῆφον μὴ ἐνεγκὼν κατὰ τοῦ τόμου χωρεῖ· καὶ οὔτ' ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, οὔτ' ἀπὸ τῆς διδασκαλίας τῶν θείων Πατέρων καὶ θεολόγων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοιλίας αὐτοῦ βλάσφημα ἐρεύγεται ῥήματα. Ἔνθεν τοι καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Φιλοθέῳ βιβλίον ἐξεπονήθη κατὰ πάντων αὐτῶν, τῷ Σοδομιτικῷ πυρὶ ἐοικὸς, τῷ τεφροῦντι γλώσσας βλασφήμους καὶ ἀσεβεῖς.

Οὐκ οἶσθα (18) ὡς πρῶτος καὶ κορυφαῖος καὶ πάντων ὑμῶν ἔξαρχος Βαρλαὰμ, προστάτης τῆς ἀθέου ταύτης αἱρέσεως χρηματίσας διαπυρότατος, συνοδικῶς ἀπηλέγχθη, καὶ πάσαις ψήφοις τὴν ἧτταν ἠνέγκατο· καὶ τόμος ἐξετέθη συνοδικός τε καὶ πατριαρχικὸς, κηρύττων τὴν ἐκείνου κακοδοξίαν; ὁ δὲ μετ' αὐτὸν τὰ ἐκείνου ἀναλαβὼν Ἀκίνδυνος οὐ καὶ αὐτὸς ταυτὰ δὴ ταῦτα τῷ Βαρλαὰμ πέπονθε, συναπελεγχθέντος αὐτοῖς καὶ τοῦ πατριάρχου Καλέκα; τὸν δέ γε φιλόσοφον Γρηγορᾶν, ἔτι τε τὸν Ἐφέσου, τὸν Γάνου, τὸν Δεξιὸν, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν Ἀθανάσιον οὐχ ἠγνόηκας πάντως, ὡς καὶ τρίτη δι' αὐτοὺς συγκεκρότητο σύνοδος παρ' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ μακαρίτου ἐκείνου πατριάρχου Καλλίστου ἔτι περιόντων (19) τῷ βίῳ, καὶ τὴν ὁμοίαν καὶ αὐτοὶ τοῖς προλαβοῦσιν ἧτταν ὑπέστησαν; Καὶ τρίτος αὖθις τόμος ἐκτέθειται, ὑπογραψάντων ἐν τούτῳ ἐμοῦ τε καὶ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου τοῦ υἱοῦ μου; εἰ μὲν οὐκ ἀξιόχρεως ἐκείνους ἡγῇ, καὶ βραδεῖς μὲν νοῆσαι, εἰπεῖν δ' ἀσθενεῖς ταῦθ' ἃ σὺ προφέρεις νυνὶ, οὐδ' οὕτως καλῶς σε διατείνεσθαι φαῖμεν ἄν· πλὴν ἀλλὰ συγγνοίημεν ὁπωσοῦν. Εἰ δὲ πᾶς τις, ὃς τὰ ὑμέτερα οἶδε, πολλῷ τῷ μέσῳ μείζους ἐκείνους εἶναι κατά γε τοῦτο, δηλονότι τὸ ὑπὲρ τούτων ἀντιλέγειν, ἐρεῖ· δῆλον, ὡς τῶν ἰσχυροτέρων καταβληθέντων γελοία πάντως ἡ παρὰ τῶν ἡττόνων περὶ τῶν αὐτῶν εἰς μάχην πρόκλησις δόξει. Τί σοι τοίνυν δοκεῖ (20);

Non multo tempore interjecto Nicephorus Gregoras philosophus consurgit, Acindyni et Barlaami dogmata defendens : quanquam oportebat philosophum, ut philosophum, veritati obsequi et quiescere. Ea enim philosophiæ ratio et natura est, ut qui hanc amplectatur, is et sincerus et intelligens esse debeat : quemadmodum e contrario is impudens et protervus est, qui vitam in improbitate et invidia exigit. Quippe hujusmodi vir, etsi centies ore obstructo coactus sit obmutescere, toties pugnam redintegrat. Iste autem abjecto dilectæ veritatis studio, aliis compluribus sociis sibi adjunctis, in veritatem insurgit. Sed inimici Domini mentiti sunt ipsi. *Tertia itaque a me rursum congregata synodo, eaque Constantinopoli, quo tempore beatus Callistus thronum patriarchalem ornabat, alius denuo Tomus promulgatus, qui primum secundumque vindicaret et confirmaret, Gregoram autem simul cum Acindyno et Barlaamo condemnaret. At ille sententiam hanc in se latam non ferens in Tomum invehitur, ac neque ex sacra Scriptura, neque ex sanctorum Patrum theologorumque doctrina, sed ex suo ipsius ventre depromptas blasphemias eructat. Unde et sanctissimus patriarcha Philotheus librum lucubravit similem igni Sodomitico, linguas blasphemas et irreligiosas in cinerem vertenti.*

An tu istud ignoras, primum et principem et omnium vestrum ducem Barlaamum, qui impiæ hujusce hæreseos acerrimus defensor audiit, refutatum in concilio, et communi omnium suffragio victum ac profligatum fuisse; Tomo deinde synodico eodemque patriarchali edito, perversas ejus opiniones publice damnatas? Nonne et is qui illius dogmata postea excepit, Acindynus, hæc eadem quæ Barlaamus passus ipse quoque est, patriarcha etiam Caleca simul cum illis refutato? Jam vero nec philosophum Gregoram, nec Ephesi metropolitam, nec Gani, nec Dexium, nec Athanasium plane ignoras ; nec te fugit, tertiam eorum causa coactam esse synodum mea et beati illius patriarchæ Callisti adhuc superstitis auctoritate, atque hos, iis qui præcesserant exæquatos, parem damnationem subiisse. Unde et tertius Tomus promulgatus est, cui ego et filius meus Joannes Palæologus imperator subscripsimus. Hos tu si non satis idoneos, si ad ea quæ nunc objicis vel excogitanda tardiores, vel dicenda infirmiores fuisse existimas, nec sic quidem te recte contendere dixerim : veniam tamen utcunque dederimus. Quod si quisquis res vestras novit, is illos multo majores esse fatebitur, eo præsertim quod de his contentio sit; palam est, postquam eversa sunt ea quæ firmiora erant, prorsus ridiculos esse eos, qui viribus defecti adversarios provocent, et de iisdem rebus pugnam instauratum eant. Ecquid ergo tibi videtur? etc.

XI *Joannes Cyparissiota, Palamicarum Transgressionum part. I, lib.* IV, *cap.* 3.

Εἰ δὲ καὶ μακρόθεν ἐπισκέπτεσθαι ταῦτα δέοι, καὶ καθέκαστον ἐπιζητεῖν, τὴν περὶ ταῦτα συγγραφεῖσαν τῷ μεγάλῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ Νικηφόρῳ διίτω τις βίβλον· καὶ πάντ' ἀκριβῶς εἴσεται, μηδενὸς ἐν ἐκείνοις ἀποδέοντα (21) τῶν εἰς ἀλήθειαν καὶ κάλλος εὖ ἠσκημένων.

Quod si ista longius repetita explorare et singula inquirere oporteat, legat quilibet librum de his rebus a magno veritatis propugnatore Nicephoro conscriptum : quem qui legerit, is omnia penitus pernoscet, cum illic nihil desideretur sive ad veritatem sive ad elegantiam pulchre accommodatum.

(18) Ex cod. Reg. 1999, fol. 49.
(19) Leg. περιόντος.
(20) Adde his capp. 23, 24 et 25, libr. IV, Historiæ Cantacuzenicæ
AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM, D. ANTONIUM FUGGERUM,

KIRCHPERGÆ ET WEISSENHORNI DOMINUM, CÆSAREÆ MAJESTATI A CONSILIIS, ETC.

Non equidem sine mente, reor, sine numine di- C vum (ut Virgilii verbis utar) sic accidit, Vir Amplissime, ut tua præstanti liberalitate, et singulari Joannis Dorenschwami industria, Byzantinam historiam a Constantino Magno usque ad Constantinum postremum, a Græcis descriptam hominibus, integram et perfectam haberemus. Etsi enim illius epitomæ quædam exstant, partim a Latinis scriptoribus editæ, partim ex his nostris auctoribus decerptæ: tamen Græci certius et fusius pleraque in Oriente gesta descripserunt, quæ illi vix attigerunt: multaque referunt, Latinis illis vel plane incognita vel de industria neglecta, quod ea minus ad se pertinere putarent: sicut et Græci vicissim res in Occidente gestas parum curarunt. Nam cum princeps imperii sedes Byzantium, quæ a conditore D potius quam instauratore, non tantum Constantinopolis, sed et nova Roma dicta fuit, translata esset: paulatim vetus Roma cum finitimis provinciis a totius imperii quasi corpore avulsa, partim pontificibus, partim exteris nationibus paruit. Secuta sunt deinde etiam religionis dissidia, contentiones, insidiæ, aperta bella, et diversæ etiam utrorumque populorum appellationes. Nam Byzantini se Romanos, et suos principes Ῥωμαίων βασιλέας, cæteros autem Christianos populos et reges, qui Romanum pontificem agnoscebant, promiscue Latinos nominarunt, a quibus ipsi contra Græci dicebantur. Ut igitur res in Occidente gestæ, e Latinis: sic quæ in Oriente contigerunt, e Græcis rectius petuntur.

Fateor equidem, ad Zonaram convertendum præmiis, a te propositis, eoque tempore mihi peropportunis, initio excitatum me fuisse potius, quam meapte voluntate accessisse: non tam laborum et molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueveram, ut ignavo otio nihil mihi esset molestius, quam privatis meis studiis, si quid daretur otii, fruendi et diuturnam quasi sitim variæ lectionis restinguendi cupiditate. Sed cum e Zonaræ velut salebris eluctatus, in Nicetæ Acominati Choniatæ planitiem et quasi variis flosculis vernantia prata pervenissem: jucundus mihi potius quam gravis esse labor interpretationis ille cœpit, cum ob dictionem fusiorem et planiorem, et sæpe non infeliciter luxuriantem: tum vero propter earum historiarum cognitionem, quas partim non satis tenerem, partim plane ignorarem.

Quo opere absoluto, cum non tam gauderem me gravi onere levatum, quam in medio veluti cursu destitutum dolerem, quo minus extremam totius historiæ metam attingerem: ecce præter omnem exspectationem a te offertur Nicephorus Gregoras, qui ab urbe a Venetis et Balduino Flandro capta

exorsus historiam annorum 145 (38) ad suam usque ætatem, et Andronici Palæologi junioris obitum, eleganti stylo descriptam nobis dedit : itaque supplevit ea quæ reliquerat Choniates, ut hic Zonaræ suam narrationem attexuerat.

Cæterum et hic idem quod in Choniate mihi cum accidisset, nec vicina temporibus nostris Byzantiorum acta auctor ille attigisset : nullumque Græcum scriptorem exstare, aut certe mihi esse cognitum dolerem, qui cætera usque ad Constantinopolin a Turcis occupatam, et imperium Græcorum a Mahomete prorsus eversum persequeretur : commode a clarissimo viro D. Philippo Gundelio, Viennensi jurisconsulto, ad me missus est Laonicus Chalcocondyles, quo, ut a fatigatione conversionis nonnihil acquiescerem, avide percurso, plane mihi satisfactum esse cognovi : atque in eam sententiam sum adductus, ut fato quodam, quod initio dixi, factum esse existimarem, ut et liberalitate tua, et Dorenschwami Byzantina et Asiana peregrinatione, et meo qualicunque labore, integrum totius Byzantinæ Historiæ corpus, et omnibus prope numeris suis absolutum, nostris hominibus proponeretur : cujus lectio non tam jucunda, quam salutaris esset, si ii qui rerum potiuntur, ex alienis peccatis sua emendare conarentur. Idem enim hostis, qui beatas olim Asiæ et Græciæ provincias oppressit, vastavit, evertit, nostris etiam cervicibus imminet : et extrema quæque orbi Christiano, et internecionem religioni, frustra illi quidem (neque enim Christi Servatoris nostri potentia humanis armis vinci potest), sed nobis non sine capitali periculo minatur : et ita minatur, ut hoc Christianæ reipublicæ statu (quem vel mali ominis causa vitandi, vel ne qui se perstringi putent, cum Byzantino haud confero) minæ ejus a nemine cordato contemni queant. Sin aliqui ita stupent, ut hæc aut non intelligant : aut, si intelligunt, non curent : aut, si curant, non in eo pro virili elaborent, omnibus privatis contentionibus omissis, ut incolumitati nostræ consulatur : evidens indignationis divinæ contra nos, et urgentis scelera nostra vindictæ, quod auctor hic noster crebro queritur, argumentum id esse videatur.

Equidem inter convertendum hos scriptores, cum ad imperatorum in fungendo munere oscitantiam, tenacitatem in necessariis, profusiones in supervacuis, et intestina bella; procerum vero et ducum perfidiam ac temeritatem, religiosorum inscitiam, et de lana caprina rixas, populique petulantiam et ignaviam, omnium denique ordinum extrema probra pervenissem : contraque Turcorum majorem fidem, majorem integritatem, fortitudinem, clementiam, virtutes ipsorum hostium elogiis celebratas, legissem : ita sum animo commotus, ut Turcos imperio longe digniores judicarem : et fæcem ac sentinam illam nefariorum hominum tam diu fuisse incolumem,

A nec citius oppressam esse, mirarer potius quam miserarer. Etsi ad commiserationem clades illæ et florentissimi potentissimique quondam imperii ruina, et Christianæ religionis e tot amplissimis provinciis profligatio, vel saxa commovere possint : nostros autem homines, simili statu rerum, nec illorum misericordia, nec similis exitii metu commoveri sit mirandum : nec desperandum tamen, fore multos, qui his non modo ad voluptatem, sed etiam ad publicam utilitatem legendis, tuum consilium laudaturi, et inter cætera ornamenta quam plurima numeraturi sint, qui illustri monumento posteris etiam consultum volueris : et multorum animos, his operibus in publicum editis, ad patriæ defensionem majore studio suscipiendam excitaris.

B Atque hæc de historia. De auctore non multis est opus. Nam quo ingenio, doctrina, facundia, auctoritate apud suos fuerit, ipse abunde declarat. Quem cum ea quæ de Michaele Palæologo usque ad Catelanorum ab Andronico seniore defectionem scribit, a Georgio Pachymerio mutuatum esse, atque in compendium redegisse cognovissem : ex Augustana bibliotheca illud opus acceptum perlegi : et quæ non inutilia videbantur, excerpta Gregoræ adjeci : ne, quoad possem et liceret, voluntati tuæ atque officio meo deessem. Ac plura sane collegissem, nisi is codex et principio et fine mutilus, in medio etiam aliquot foliis partim exsectis, partim marinis fluctibus (ut opinor) madefactis, et litteris vetustate exolescentibus, studio

C meo et oculis diuturna fere et perpetua lectione ac scriptione fessis et hebetatis vehementer adversatus esset, atque incommodasset. Chalcocondylem autem suus interpres, qua est doctrina et eloquentia, ita commendabit, ut mihi satis nunc esse debeat, si labores hi mei æquitati et liberalitati tuæ commendati fuerint, et probati. Augustæ Vindelicorum, postridie Kal. Januarii, anni a Christi Servatoris humanitate 1559, quem tibi tuisque et toti terrarum pacatum, felicem ac faustum, ex animo precor. Faxit Deus Opt. Max., ut Ferdinandi primi Augusti, imperatoris ac domini nostri clementissimi, in urbem hanc, ob gravissimas de imperii rebus deliberationes, ingressus (sub id tempus quo

D pacis, concordiæ et mutui amoris doctor et exemplum Christus Jesus, propter salutem humani generis, dissimulata divinitate sua, homo nasci voluit), omnium principum, omnium hominum animos a privatis cupiditatibus ad curam publicæ salutis, a luxu et corruptela morum ad sobrietatem et vitæ integritatem, ab odiis et simultatibus ad concordiam et amorem, a rixis et disputationibus ad verum cultum religionis, a bellis et armis ad firmam et constantem pacem convertat.

Cujus voti si nos divina liberalitas (merita enim nostra nulla profecto jactare possumus, nec minus indigni sumus divino auxilio quam indigi) compotes

(38) Non 145, sed 137.

reddiderit, iis erimus formidabiles, a quibus nunc, A mur. Quidquid enim calamitatum ac cladium (ut de non aliis de causis quam propter corruptam disciplinam, et intestina bella, per contemptum oppugnamur, cædimur, in acerbissimam servitutem abducimur, et in summas angustias redacti profliga- aliis Christianis provinciis taceam) Pannoniæ patiuntur, id ad nos quoque ex æquo pertinere merito judicamus. Res enim profecto, imo salus nostra nunc agitur, paries cum proximus ardet.

EX BIBLIOTHECA FABRICII

(Ed. Harles tom. VII.)

—

. . . . . Hactenus catalogus operum Gregoræ Boivinianus. Nunc *Historiam* ejus *Byzantinam* paucis adhuc lustrare juvat (*a*). Totum opus Ῥωμαϊκῆς, ut ipse inscripsit, ἱστορίας constat libris XXXVIII. Ex his primus XI libros a capta per Venetos et Balduinum a. C. 1204, CPoli et Theodoro Lascari, imperium Nicææ auspicato, usque ad Andronici Palæologi, junioris, a. C. 1341 defuncti, obitum, Latine vertit Hieronymus Wolfius, qui interpretationem suam a. 1559 dicavit Antonio Fuggero; sed quæ usque ad a. 1562 apud typographum hæsit; unde non est, ut ex Præfationis scriptæ tempore cum viro nobilissimo editionem Græco-Latinam Gregoræ a. 1559 factam suspicemur. Primum enim Græce ex Fuggeri codice cum laudati Wolfii versione vidit lucem Basil. ex Jo. Oporini officina C a. 1562 fol. (*b*) Falliturque Boivinus, qui hanc editionem Latinam appellat, cum sit Græco-Latina. Certe est mihi, hæc scribenti, Græco-Latina illius anni in manibus: nescioque, an præterea Latine separatim eodem anno ex Wolfii versione viderit lucem, cum catalogus quoque Bigotianus p. 56, Latinam anni 1562, fol. memoret. Addidit vero Wolfius præter paucas. p. 271. 272, castigationes suas, etiam Latine excerpta quædam ex Pachymeris historiarum libris XIII, nec non Laonici Chalcocondylæ decem libros integros ex Conradi Clauseri versione. Eamdem putat esse editionem Hankius p. 599, quæ rescissis primo et ultimo foliis, novisque in eorum locum suppositis profitetur lucem vidisse Coloniæ Planicianæ, 1616 fol., cum cætero- D qui per omnia eadem sit cum Basileensi, et easdem mendas referat. Ab eo tempore una cum Zonara, Annalibus Nicetæ Choniatæ (*c*), et Chalcocondyle B prodierunt Latine in *Hist. Byzantinæ* descriptoribus tribus Genev. 1615. fol. [— *Historiæ Byzantinæ* scriptor Græco-Latinus, Nicephorus Gregoras, — res, a Græcis imperatoribus per annos 145, a Theodoro Lascari priore usque ad Andronici Palæologi posterioris obitum gestas, libris XI describens, et Nicetæ Acominati Choniatæ Παραλειπόμενα supplens. Colon. Allobrog. apud Petrum de la Roviere. 1625 fol. — Add. de edd. et ipso Nicephoro Greg. Jo. Fabric. in *Historia bibl.* suæ, tom. II, p. 418-420, et de versione Italica, V. Paitoni, *Biblioth. degli autori — volgarizzati*, tom II, pag. 256 sq.] — Italice interprete Lodovico Dulci, accurante Augustino Ferentilli, Venet. 1569. 4.

Post Wolfium felicibus auspiciis animum ad expoliendum Gregoram, Cangio hortante, appulit laudatus Joannes Boivin, qui Paris. 1702. fol (*d*) e typographia Regia non modo libros illos undecim priore tomo longe dedit meliores, sed etiam posteriore alios tredecim antea ineditos adjunxit, quæ historiam producunt usque ad a. C. 1351. Græca librorum priorum XI recensuit et supplevit e codice 2558 bibl. regis Christianissimi, ante captam a Turcis CPolin scripto, et Pachymeris quoque historiam complectente, sed eo, quo Wolfius usus est, passim integriore, atque tum alia, tum tria illa fragmenta complectente, quæ Dionysius Petavius a Frontone Ducæo accepta primus vulgavit et Nicephori patriarchæ breviario historico subjunxit Paris. 1616, 8.: *Rursus*, inquit Boivin, *in eo ipso codice hoc notatu dignissimum est, quod, quæ Gregoras libris quatuor postremis plurima inseruit, variis temporibus a se elucubrata, ea fere omnia ibidem desint, sic autem suis quæque locis recisa fuc-*

(*a*) Maligne quædam eum in historia sua tacuisse, notat Allatius de consensu utriusque Ecclesiæ, p. 727. Ex libro XXIX, adhuc inedito, nonnulla affert libro *De synodo Photiana*. p. 318 sq. et 542 ubi etiam laudat Vitam S. Mich. Syncelli, a Gregora scriptam, et martyrium Κοδράτου, *Quadrati Corinthii*, quod e cod. Bavarico Græce edidit Henschen. tom. II, ad 10 Martii, p. 696, et Latine ex Reinoldi Dehnii S. I. versione, p. 8. Hic pro *Quadrato* male *Cordatus* vocatur in Append. ad *Historiam litterar.* Cavei.

(*b*) Pleniorem hujus editionis inscriptionem ac notitiam v. in Hambergeri Z., N. IV, p. 578 sq. et in mea Introduct. II, 1. pag. 534. Quoniam vero duo, quibus utebatur Wolfius, codd. aliquot habuerunt lacunas, has Dionysius Petavius foras dedit cum Nicephori patriarchæ Breviario historico, cui accesserunt Fragmenta Theophanis, Nicephori Gregoræ, Pachymerii et aliorum, nondum in hanc diem edita. Paris. Seb. Chappelet 1616. 8. (HARL.)

(*c*) Zonaram et Nicetam, antequam Gregoræ libris manum admoveret, idem Wolfius Latine transtulit, ut ipse in epistola ad Antonium Fuggerum: *Sed cum e Zonara velut salebris eluctatus in Nicetæ Acominati Choniatæ planitiem et quasi variis flosculis vernantia prata pervenissem, — — Quo opere absoluto — — ecce præter omnem exspectationem a te offertur Nicephorus Gregoras.*

(*d*) *History of the works of the learned.* 1703, p. 554; Act. erud. 1704. p. 27, 173. (FABR.) Boivini edit. recusa est in corpore Byzant. etc., Venet. 1729 F. In qua edit. renovata etiam desunt reliqui, quos editurus erat Boivin, libri sive tomus III. (HARL.)

rit, ut narrationis contextus nullo hiatu abruptus sit, sed omnibus partibus apte cohærentibus integer et continuus procedat. Id Gregoræ ipsius judicio factum velim : neque a vero abhorret, cum primo editionis amore refrigerato suum opus recognovisse, ac ea, quæ ostentandi ingenii causa assuerat, monodias, orationes, aliaque id genus resecuisse. Vereor tamen, ne et gloriæ paulo avidior eos pannos, in prima scriptione omissos, repetito deinde opere intertexuerit. Idem præterea usus codice Regio 2078, quem libros primos quatuor complexum ait parum ab editis differre, nisi quod in librorum et capitum divisione discrepet. Monodias libri decimi initio, castigavit ex codice Colbertino 4950, *cujus*, inquit, *nobis copiam fecit vir quam doctus tam amabilis, Stephanus Baluzius.* Lectiones, e codice Vaticano descriptas, accepit a Frid. Rostgaardo. Exstant quoque inter mss. Græcos codices bibl. Seguierianæ libri XI primores ex Nicephori Syntaxi historiæ Romanæ. Sed negat Boivinus, sibi tunc aditum patuisse ad illam bibliothecam, quæ postea erat illustrissimi ducis Coislini, episcopi Metensis, et liberius aditur neque amplius pro thesauro abscondito jacet occlusa usibus et desideriis eruditorum. Latinam Wolfii versionem passim emendavit et ad Græca diligentius (*e*) exegit, libros capitibus et minoribus sectionibus divisit, capitibus præfixit argumenta, nomina imperatorum de quorum rebus sermo est, et annos Christi in ora libri vel summis paginis adnotavit, notasque breves, ubi opus fuit, adjecit, uberioribus ad calcem tomi secundi subjunctis.

Libris sive λόγοις illis undecim absolvitur prima pars, sive, ut in codice ms. Vaticano appellatur, πρῶτον βιβλίον : nam in illo habentur libri ab XVIII, usque ad XXXVIII, et liber XVIII inscribitur Δευτέρου βιβλίου λόγος ζ'. *Libros vero tredecim*, hoc est, *XII usque ad XXIV*, de rebus per decem annos a 1341 ad 1351, sub imperio duorum principum Palæologi et Cantacuzeni, gestis, primus idem doctissimus Boivin Græce cum versione sua vulgavit e duplici apographo codicum Vaticanorum, uno bibl. Regiæ 2097 emendatius scripto, qui sex libros (XII nempe usque ad XVIII) continebat, altero septem cæterorum librorum a Jo. Vivantio Roma Lutetiam allato valdeque mendoso, sed de cujus locis plerisque dubiis codices Vaticanos a viris doctis, Zaccagnio et Delmiro, consuli curavit. *Disputationem Gregoræ cum Nic. Cabasila et anonymo de Palamæ erroribus*, quæ a. C. 1351, post synodum Palamiticam habita est, et in hoc opere ab initio libri XXII usque ad XXIV fere medium exstat, exhibet cum versione Latina et notis Claudii Capperonerii, licentiati theologi Parisiensis. Præter adnotationes porro suas, in quibus inedita varia, Boivinus etiam Cangii notas posthumas addidit ad libros Gregoræ septemdecim.

Librum XII et quinque deinceps continuos, sæviente in Acindynianos persecutione, scripsit Gregoras, nondum tamen domo inclusus, imo, ut editori videtur, ante habitam a. 1351 synodum Palamiticam. Librum XVIII et novem deinceps continuos jam domi manere jussus et monachis custodibus obsessus composuit Julio et Augusto mensibus anni 1352 tanta celeritate, ut vix dies quadraginta ei scriptioni impenderit, quemadmodum in illius vita Boivinus observat, qui præterea pollicitus erat *tertio tomo* (*f*) edere libros operis reliquos quatuordecim a XXV usque ad XXXVIII ; historicos quidem octo, in anno 1357 ineunte desinentes, et dogmaticos sex, ex apographo codicis Vaticani, quos, recepta jam libertate, variis temporibus videtur condidisse, ut eidem Boivino monitum in notis, p. 783.

Fuere et nonnulla falso ascripta Nicephoro Gregoræ, ut *somnium propheticum*, Philothei, patriarchæ, Antirrhetico XII, cod. Reg. 1996, fol. 279, quod Græce et Latine Boivinus vitæ Nicephori inseruit.

Gregoræ vitia, inquit idem vir doctissimus, (*neque enim ejus scriptoris tam inepte sum fautor, ut nulla habuisse cum contendam*), *maxime conspicua hæc fuerunt : Asper, austerus, pertinax, principes atque ac privatos linguæ petulentia offendit. Philosophus, animo haud imperavit. Historicus partium affectum non exuit : gloriæ denique cupiditate et amore sui ipsius nimio laboravit. Plura in stylo reprehendenda: in primis* κακοζηλία, *seu ambitiosa elegantiæ affectatio ; poetica verborum luxuries, figuræ insolentes, hyperbata ; crebræ non modo verborum, sed et sententiarum repetitiones. Quod si conferendum exemplum est, in libris ejusdem argumenti historicis Cantacuzenus longe præstat. In chronologia tamen Gregoras diligentior, imo apud Cantacuzenum ferme nulla. Cantacuzenus quædam videtur consulto omisisse, quæ Gregoras haud prætermisit. — Cantacuzenus*

(*e*) Boivinus in præfat. *Gregoras multijugæ eruditionis et artis rhetoricæ ostentator, sæpe aberrat a proposito, et ad ea quæ parum aut nihil ad rem pertinent, digreditur. In iis* παρέργοις *mirum est quam sit verbosus. Ea Wolfius rebus magis quam verbis intentus breviora facere instituit. Itaque et luxuriantia compescuit, et quæ omnino redundabant, suppressit. Ego vero facturum me operæ pretium putari, si auctoris Græci vestigiis inhærerem, atque ejus verba lectoribus si minus adnumerarem, saltem religiose et fideliter adpenderem, quæ, ut opinor, optima est ratio interpretandi. In quibusdam etiam a vero sensu deflexisse mihi visus est interpres doctissimus, aut sententiam auctoris obscure et contorte expressisse. Nihil dico de minoribus vitiis, quibus nullum opus, quantumvis tersum et limatum, carere omnino potest : quæ quidem vitia ut plerumque nos in lucubrationibus nostris fallunt, ita in alienis vix unquam fugiunt. Equidem eos nævos corpori alioquin egregio inspersos, ut eximerem, sedulo operam dedi : nec me ea re injuriam Wolfio fecisse arbitror, sed de eo bene meruisse aio et contendo. Nec enim, quia illum identidem lapsum corrigo, idcirco me vel doctiorem statuo, vel diligentiorem ; neque ei propterea* detrahere ausim Hærentem capiti multa cum laude coronam.

(*f*) Sed tom. III et IV lucem non aspexerunt. (HARL.)

solas quodammodo res Byzantinas, noster etiam externas historia sua complexus est. Uterque igitur legendus, et alter ex altero supplendus.

Elogia, ab editore tomo primo præmissa, maximam partem constant Græcis ineditis antea monumentis, ut sunt epistolæ Georgii (*g*) Lapithæ, Lampeni Tarchaniotæ, protonotarii, Demetrii Cydonii, Athanasii Lepanthreni (*h*), Bryennii, sacello præfecti, Zaridæ, Theodori Cutula, Balsamonis et Acindyni (*i*) ad Gregoram epistolæ e codd. Vaticanis, quorum apographum a Montfaucono accepit; ejusdem Acindyni ad eum Iambi, Gregorii Palamæ ad nomophylacem et Demetrii Cydonii ad Philotheum patriarcham epistolæ e codd. Regiis; ex Philothei patriarchæ *Antirrhetico* XII, et Jo. Cantacuzeni initio *Antirrheticorum de lumine Thaborio adversus Prochorum*. Exhibet etiam Græce epistolam scholastici Theoduli magistri ad Gregoram, quæ incipit: Καὶ πάλαι μὲν ἔγωγε. Hanc Græce et Latine cum epistola Gregoræ ad Theodulum, cujus initium, Πολλοί μοι τὸν σὸν ἐμήνυσαν τρόπον, Græce et Latine jam vulgaverat Laurentius Normannus inter alias Theoduli, monachi (qui sub Thomæ magistri nomine magis innotuit), orationes et epistolas. Upsal. 1693, 4. Memorat etiam Boivinus Matthæi Ephesii, et Nicolai Pepagomeni, ad Gregoram epistolas, versusque, sed parum elegantes Theodori Metochitæ; sed apponere omisit.

In notis plura ante inedita fragmenta vel monumenta referuntur, ut Prœmium Nicephori Gregoræ, præmissum demonstrationi de Paschate (e cod. Vaticano) pag. 564 et Epilogus pag. 573. Ejusdem epigramma in Theodorum Metochitam 773. Versus quidam ex Theodori Metochitæ εἰς τὸν σοφὸν Νικηφόρον τὸν Γρηγορᾶν ὑποθήκαις καὶ περὶ τῶν οἰκείων συνταγμάτων. 475.

Fragmenta ex catalogis mss. imperatorum CPol. p. 746.

Ex Blemmydæ oratione, Ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα.

Ex Gregorii Cyprii encomio Andronici. 142.

Ex variis Nicephori Chumni scriptis, pag. 107, 162, 178, 221, 259.

Ex poeta Græcobar-baro, 146, 252.

Maximi Planudæ epigrammata de templo S. Andreæ a Theodora instaurato, 167.

De Athanasii, patriarchæ CPol., scriptis, 180 sqq. 259.

Ex Theoduli, rhetoris, oratione pro Chandreno pag. 229, 247, 251, 255.

Pachymeris ἔκφρασις τοῦ Αὐγουστεῶνος, 275.

Gregorii Palamæ περὶ προσευχῆς κεφάλαιον cum Claudii Capperonerii versione p. 557.

Hippocratis, medici, et magni ducis Apocauchi imagines ex antiquo codice Regio operum Hippocratis, cum versibus Græcis in eorum laudem 577.

Ex Philothei, patriarchæ, *Antirrhetico* lib. XII, p. 714. Ex libro I. p. 883, 1029, 1044.

Versus oraculorum Chaldaicorum laudati a Jo. Laurentio Philadelphiensi Lydo, qui in editione Obsopæana desiderantur, 724.

Excerpta ex epistolis Gregorii Palamæ, archiepiscopi Thessalonicensis, 768 seq. Epistola ejus ad Augustam, Annam Palæologinam, integra, quam Boivinus putat fundamentum fuisse initæ ab Augusta cum Palama adversus patriarcham (Jo. Calecam) societatis, 768.

Ex Palamæ oratione adversus Jo. Calecam, patriarcham, 786, 830.

Notitia de opere Nicephori, patriarchæ, pro imaginibus, quod Theodoro Grapto tribuitur in codice antiquissimo, unde decepti Cantacuzenus, Gregoras, Philotheus, Jo. Cyparissiota et alii p. 793, titulus libri: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν καὶ ἀρχιεπισκόπου γενομένου Κωνσταντινουπόλεως Νικηφόρου λόγος ὑπὲρ τῆς ἀμωμήτου καὶ καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως, καὶ κατὰ τῶν δοξαζόντων εἰδώλοις προσκεκυνηκέναι.

Eusebii epistola ad Constantiam, 945.

Theodori Grapti locus e cod. Regio suppletus, 949.

Subscriptio calligraphi, Leonis Cinnami, in codice Regio 2951, p. 167.

Index Scriptorum, aliorumque quorumdam, in Nicephori Gregoræ Historia Byzantina memoratorum.

(Ad numeros librorum capitumque, et ad paginas editionis Boivinianæ quæ in textu Græco numeris Arabicis inter uncos positis notantur. Tomus II incipit a pag. 555.)

Academia, 200, 205, 206, 211, 289, 292, 554, 563.

Acindynus, XVIII, 8.

Ægyptii circulatores, VIII, 10.

Æschylus Prometheo, 255, 644.

Æsopi, Phrygii, dictum, ex terra, lacrymis macerata, hominem formatum, XVI, 4. Fabula de lupo et agno, 640, 650.

Anacharsidis dictum, Κρεῖσσον ἕνα φίλον κεκτῆσθαι πολλῶν ἄξιον ἢ πολλοὺς ἀξίους μηδενός. 382.

Anaxagoras, 207.

S. Andreæ monasterium, 109, 161.

Andronici, Palæologi, senioris, imp., invectiva in historicos maledicos, lib. I, cap. 1 Sortibus biblicis utitur, et de pace ineunda dubius, psalterium consulit, et in loco Psal. LXVII, 15, acquiescit, VIII, 11, p. 220. Nepotis metu ad imaginem Deiparæ confugit, IX, 6, ab eodem nepote detrusus imperio, dictus est Antonius, monachus, IX, 8. Ejus oratio

(*g*) E Cypro. Confer Allatium *De Georgiis*, p. 345 et seq.

(*h*) Joannes Bryennius vocatur in meo ms. Habeo enim et ipse has epistolas in charta scriptas ante annos circiter 350.

(*i*) Thessalonica datæ sunt epistolæ Acindyni, Demetrii, Athanasii, Bryennii, Theodori Cutula, et Theoduli magistri.

in nepotem, apud patriarcham Isaiam et pontifices, IX, 3.
Andronici, nepotis, Oratio ad internuntios, ab avo missos, IX, 2. Ad milites, IX, 4. In conjuratos, XI, 2. Oratio in synodo contra Barlaamum habita, XI, 10. Gregoram consulit moriturus, num astra medicorum curationi suffragentur, XI, 11.
Antiocheni patriarchæ decreta et litteræ contra Palamam, 562.
Antigonus, τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων ὁ κράτιστος, Eumenem dolis vincit, 306.
S. Antonii festum, 283. Templum in urbe Nicæa, 26.
Apollinaris, hæreticus, 714.
Apophthegma sapientis, mirantis, non quod navigasset aliquis, sed, quod bis navigasset, XII, 6. Thaletis, vel Platonis, beatum se prædicantis, quod non barbarus natus esset, sed Græcus, VIII, ult. Imp. Cantacuzeni rebus ex voto fluentibus Νῦν ἐμοὶ νήφειν χρεὼν, ὅτε τοὺς ἄλλους μεθύειν ἀνάγκη IX, 8. Ægyptii regis, filiorum suorum calamitatem majorem aientis lacrymis, IX, 10.
SS. Apostolorum templum, 494.
Aristotelis de Dei substantia et operatione sententia, 683. De mente perfecta, 684. Aristotelicæ linguæ labyrinthi, 293.
Arius, 707, 714, Ariani, 578.
Arsenius, patriarcha CPol., III, 1; IV, 4, etc.
Arsenii sectatorum, Ἀρσενιατῶν, schisma, 77, 101, 160, 161.
Asanis oratio ad Matthæum Cantacuzenum, sororis filium, XVI, 2.
Astrologus Gallus, 453, 483.
S. Athanasius, 604, 610, 671, 672, 677, 680, 684, 708, 710, 714.
Athanasius, patriarcha CPol., VI, 5, 7, et VII, 1, 9.
Athanasius patriarcha Alex., Constantinopolitanum perstringit fabella de fele alba in vas atramentarium lapsa et habitum adeo induta monachalem, et tamen ingenium suum subdolum carnisque huc rem cupidu adtinente, VII, 1.
Athanasius, Gregoræ adversus Palamam socius. Ejus elogium, XVIII, 5, pag. 562. Athanasius, ni fallor, Lepanthrenus, cujus ad Gregoram epistolam Boivinus edidit.
Attalus, Trojanus, Trallium conditor, V, 5.
Ἀττικοῦ παντὸς ἐναργέστερον πέπλου τὰς σὰς ἀρετὰς διαγράφων, 204.
Barlaamus, advena Calaber, 567. Ἠσκεῖτο τὴν Λατίνων δογματικὴν σοφίαν, 543. Λατινόφρων, 570. Inde Græcis invisus, 579. Dionysii Areopag. et μυστικῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων ἑρμηνεύς, 581. Monachos oppugnat, 544 Palamæ adversarius, in synodo a. C. 1341 damnatur, ibid. Tomi, adversus eum promulgati, memorantur, 570, etc.
Basilius Magnus, 314, 315, 454, 587, 603, 609, 610, 620, 622, 646, 649, 650, 659, 675, 680, 684, 703, ἐν τῷ περὶ πίστεως λόγῳ 483. Antirrhetica contra Eunomium, 598. ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον, 638.
Beccus, Chartophylax, atque inde patriarcha CPol., V, 2; VI, 1, 2.
Nicephorus Blemmydes, πολλῇ τῇ σοφίᾳ ἐξησκημένος, ὁπόσην τε Ἑλλήνων ὑμνοῦσι παῖδες καὶ ὁπόσην οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίας προστάται καὶ ῥήτορες ἐς ἡμετέραν ὠφέλειαν προύθηκαν, 27. Patriarchatum CPol. oblatum sibi recusat, 31. Θείων Γραφῶν ἐμπειρότατος, ὅς σχολῇ δεδωκὼς ἑαυτὸν, ἤρξατο συλλέγειν πολλὰς παρὰ τῶν θείων Γραφῶν μαρτυρίας, συγκροτεῖν δοκούσας τῷ τῶν Λατίνων δόγματι, 78.
Bogomili et Massaliani circa montem Atho, 448, 550.
Britanniæ episcopi, 574.
Byzas, Byzantii conditor, VIII, 5.
Cabasilas, Gregoræ amicus, postea Palamæ sectator, a Gregora oppugnatur, 644 seq., 661 seq., 697, 715, 716.
Cæsar, a Bruto et Cassio occisus, 108.
Callistus, ex Atho monte, in patriarchæ CPol. dignitatem evectus, 547, 658 seq.
Cambyses, Persarum rex, ex rege Ægypti capto flendi causam rogat, 271.
Jo. Cantacuzeni, imp., orationes, XII, 3, 5, 6, 8; XIII, 8; XVI, 4; XVII, 4; XVIII, 8. Epistola ad Joannem, patriarcham, XV, 3.
Luctatius Catulus et C. Marius Cimbros et Teutones profligarunt, 19.
Chalcedonensis conc. canon duodevicesimus, 248.
Chaldæi, 22, 23, 53. Chaldæorum oracula, 454. Sapientia, 201, 276. Imperium, 360.
Charondas, Catanæus, conditor reip., 500, et legislator Siculorum, 695.
Chilas, Ephesi episcopus, 108, 109.
Jo. Chrysostomus, 132, 604, 636, 681, 803.
Nicephorus Chumnus, Caniclei præfectus, vir sapiens, et qui sub Andronico seniore plurimum valebat, pag. 147. Filia ejus Eulogia nubit Joanni, Andronici et Irenes filio, sed non diu post sine liberis defuncto, ibid. seq.
Clemens, S. Petri successor, 312.
Κλῆρος βασιλικὸς, imperatorius clerus, 306.
Jo. Climacus, ὁ τῆς ἀσκητικῆς ὑποστάτης κλίμακος, 604.
Clisthenes, ex quatuor tribubus decem fecit apud Athenienses, 500.
Codices mss. venditi a Turcis Nicæa potitis, 282.
Concilium Atramyttenum, quod judicium de dissidentium scriptis igni permittit, flammis utraque in cineres redigentibus, 101.
Ephesinum, 313, 642.
Generale quartum, 572, 248.
Generale sextum seu Trullanum, 248, 565, 582 608, 652. Ἡ βίβλος τῶν πράξεων τῆς θείας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, 574.
Conciliorum generalium acta, 604.
Concilia Iconomachorum λῃστρικὰ, 600.
Concilium contra Arsenium, patriarcham, XV, 4. Contra Barlaamum, in templo S. Sophiæ, XI, 10. Contra Beccum, VI, 2. Contra Bogomilos et Massalianos, XIV, 7. Contra Joannem, patriarcham, XV, 9. Contra Isidorum, patriarcham, XV, 10. Synodus Palamitica, libris XVIII, XIX, XX, XXI. Λῃστρικὴ, 560, 684.
Cosmas, melodus, 696.
Critobulus cum Florentio in dialogo Gregoræ loquens inducitur, 343.
Crœsus a Cyro victus, 93, 191, 279.
Cylonium scelus, 499, 684.
Cypriorum et Rhodiorum epistolæ adversus Palamam memorantur, 494.
S. Cyrillus, 684.
Cyrus, Persarum rex, 35, 93, 191. Cyrus, junior Darii et Parysatidis filius, 115.
Jo. Damascenus, 613, 668, 673, 674, 681, 711.
Daniel, Cyzici episcopus, 108, 109.
Darius, Persarum rex, 115, 506, 360, 508.
Darii, Codomanni, querela, quod, beneficio in morte affectus, gratiam referre non posset, 646.
David, propheta, 112, 163, 599. Ejus κιννύρα, 208. Βίβλοι, 716. Ejus verba quædam, 515, 657, etc.
Debrorum Macedoniæ episcopus, Metropolitano primæ Justinianæ subjectus, 99, 100.
Delphorum theologi, 519. Laurus, 199. Tribus, 92.
Demetrius, martyr, 242. Ejus festum, 380. Templum CPoli, 542.
Demetrius, Poliorcetes, Antigoni f., 70.
Democritus, philosophus, 230, 601.
Demonactis, rhetoris, χαρίεντα ἀποφθέγματα, 204.
Demosthenes, 206. A Philippo, rege, ob fidem, patriæ præstitam celebratus, 254. Ejus dictum *Consilia ex eventu judicanda*, reprehenditur, 565 Lucernas Demosthenis redolentia, 211.
Dercyllidas, Lysander et Lacedæmonii harmostæ, quibus tributa pendere Attici et Bœoti coacti, 129.

Dexius, Gregoræ amicus et contra Palamam socius, A ὃς λόγῳ καὶ ἀρετῇ τὸν βίον ἀεὶ κοσμῶν, ἔδειξε καὶ νῦν ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν οὐδαμῶς ψευδομένην ἔχων τὴν κλῆσιν, 562.

Diasia, festum Atheniensium in honorem Jovis, 233.

Diogenes, cynicus, laudatus ab Alexandro M., 438. Ejus dolium, 508. Dictum, gloriam contemptu ejus facillime comparari, 645.

Dionysius, Siciliæ tyrannus, 458. Platonis adventu regia ejus pulvere impleta, i. e. ad Geometriæ studium frequentandum adducta, 319.

S. Dionysius, Areopagita, 593, 680, 687, 688, 692. 693, 696, 698.

Dioscorus, archiepisc. Alex., 642.

Dorica harmonia, 194, 195, 449.

Doxologia sacra, 55.

Gregorius Drimys, Palamæ magister, a Gregora reprehenditur, XIX, 1, pag. 578.

Dyrrhachii episcopus, ὁ πάνυ, ὃς πολιᾷ βίου, καὶ B συνέσεως ὀξύτητι, καὶ μεγαλοφυΐᾳ γνώμης διέπρεπεν ἐν τοῖς ἐπισκόποις, λόγῳ τε τὴν ἀρετὴν κόσμῶν, καὶ ἀρετῇ τὸν λόγον, X ult.

Engastrimythus, 552. Καὶ Βάκχη καὶ Φοιβόληπτος, 453.

Epaminondas, 74, 222, 299, 471.

Ephectici philosophi, 453.

Ephesi ἀρχιθύτης, sive metropolita, cui, octoginta annos nato, ἐπήνθει καὶ κόσμιον εἶδος καὶ γλώττης εὔστροφος ἠχὼ, καὶ φιλοσοφία συναυξηθεῖσα αὐτῷ ὅση τε καθ' Ἕλληνας, καὶ ὅση τῆς θείας αὐλῆς, 561.

Epicurei, 453, 496, magistrorum decreta non audent in dubium revocare, 318. Solem pedali esse magnitudine docebant, 608.

Esaias, patriarcha CPol., VIII, 12; IX, 3, 6, 7, 9, 10.

Per sacra Evangelia juratum, 196, 363.

Eudocia Palæologina, infra in Hypatia.

Eugenii porta CPoli, 101, 170.

Eumenes, Antigoni dolis circumventus, 306.

Eunomius, hæreticus, 598, 696, 714.

Euripides, 190, 397. Poeta sapientissimus, 191.

Eusebius τῶν τότε λογίων ὁ πρῶτος, 591. Ejus contra imagines, ibid. seq. 598.

Fabula de fele, in atramentarium sutorium prolapsa. Supra in Athanasius, patriarcha CPol. Fabula de ave divinatrice et aucupe, 413. Fabula Attica sive Græcanica, 210, 625, 660.

Favorinus, philosophus, 519.

Flavianus, patriarcha CPol., in synodo Ephesina a Dioscoro occisus, 642.

Florentinus dialogus Gregoræ contra Barlaamum, XI, 10.

Gani metropolita, 561 seq.

Gentilium dicta SS. Patribus consonantia, 682 seq.

Georgius, Cyprius. Vide Gregorius.

Georgius, Larissæus, hæreticus Bogomilus, 450.

Georgii, martyris, imago, 187.

Gerasimus, monachus, patriarcha CPol., VIII, 2 et 6.

Germanus, patriarcha CPol. ante Arsenium, ἀνὴρ συνετὸς καὶ ἀρετῇ καὶ λόγῳ τὸν βίον κοσμήσας, III. 1.

Germanus, ex episcopo Adrianopolitano patriarcha CPol. post Arsenium, IV, 4 et 8.

Germanus, Heracleæ Thraciæ metropolitanus, 100.

Gibellinorum et Guelphorum (Γέλφων καὶ Γεμπιλίνων) factiones, VIII, 1, p. 176.

Joannes Glycys, patriarcha CPol. VI, 8; VII, 11, Ejus testamentum, VIII, 2.

Theodorus Graptus, 591, 596 seq., 684, 715. Ejus laus et libri adversus Iconomachos (qui tamen Nicephoro, CPolitano, erant tribuendi), 712.

Nicephorus Gregoras, Glyceos, patriarchæ, auditor, VII, 11. Testamentum ei scribit, VIII, 2. Theodorum Metochitam officiis colit et solatur, VIII, 5. In Choræ monasterio ab eo collocatus, VIII, 5. Philosophiamque et astronomiam ab eo edoctus, VIII, 7. Epistolis et versibus ab eo honoratus et doctrinæ veluti hæres institutus, filium et filiam ejus vicissim instituit, VIII, 5. Chartophylacis dignitatem repudiat, VIII, 9. Et patriarchalem dignitatem, XVIII, 1. De paschate disputat, VIII, 13. Vitam Joannis Heracleæ metropolitani, avunculi sui, scripsit, IX, 7. Vanas prædictiones refellit epistola ad amicum, IX, 11. Et astrologos, XIV, 8. Monodia in obitum Andronici, senioris, X, 1. Junioris, XI, 11. In Theodorum Metochitam, X, 2. Oratio consolatoria ad Andronicum Juniorem, de obitu matris ejus, X, 6. Laicus a Joanne, patriarcha, advocatur ad disputandum cum episcopis Latinis, X, 8. Ejus dialogus Florentius, sive de sapientia, X, 10. Synodo B contra Barlaamum, licet invitatus, non interfuit, XI, 10. Patriarcham inter et Palamam arbiter constitutus, Palamæ dogmata damnat, XV, 7; XVI, 5; XX, 1, etc. Habitum monasticum induit, aulæque valedicit, XVIII, 4. Post synodum Palamiticam domo includitur, XXI, 4. Duriore premitur custodia, XXII, 2; XXIV, pag. 716. Disputatio cum Cabasila lib. XXII sq. a p. 661. Oratio apud Cantacuzenum, XVIII, 4. Apud socios orthodoxos, XVIII, 5. Apud synodum Palamiticam, XIX, 1. Antirrhetici et στηλιτευτικοὶ λόγοι, 567, 593, 697, 708, 713. Adversus Barlaamum, et ἐξηγήσεις eorum, quæ obscurius sive γριφωδέστερον ab antiquis dicta sunt, XVIII, 7. Ubi senio jam confectum se innuit. Sermones ejus per ecclesias in sanctorum commemorationibus legebantur, 716. Discipulus ejus perfidus, XII, 3. Alii, XVIII, 5. Non satis constantes, XX, 3. Socii ejus etiam ipsi commentarios scripserunt de suis cum Palama concertationibus, XX, 4. Oratio ad C Andronicum Juniorem, ut temporum emendationem fieri curaret et æquinoctii verni mutationem, VIII 30 (*Quoad libros novissime editos vide Indicem*).

Gregorius, Cyprius, patriarcha CPol., ὃς τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς εὐγενῆ τῆς Ἑλλάδος ῥυθμὸν, καὶ τὴν Ἀττικίζουσαν γλῶσσαν ἐκείνην πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον λήθης κρυβέντα βυθοῖς, φύσεως δεξιότητι καὶ φιλοπονίᾳ τελεωτέρᾳ πρὸς φῶς ἤγαγε, καὶ οἱονεί τινα ἐχαρίσατο ἀναβίωσιν, VI, 1, pag. 99. Zelotis suspectus Latinismi, pag. 100. Male eum habet Becci vividum ingenium et eloquentiæ vis, ἡ τῆς τοῦ Βέκκου γλώττης καὶ διανοίας ὀξύτης, VI, 2. Scripta adversus eum, VI, 4, p. 108.

Gregorius, Nazianzenus, 316, 319, 483, 574, 578, 584, 587, 601, 602, 638, 668, 674, 705, ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ, ἐν τοῖς περὶ θεολογίας λόγοις, 313.

Gregorius, Nyssenus, 314, 621, 696, 713, 714.

Harioli Itali. Harioli, a Persis oriundi, Colchi-D dem habitantes: eorum prædicta, 275. Hariolis fides habetur, 453. Fanaticorum προφοιβασμοί, 77.

Hecuba Trojana, 86. Helicon Musarum, 293. Parnassus, 66, 154.

Hellanodicæ, judices incorrupti, 213, 311, 505.

Heracleæ Thracicæ episcopus patriarcham CPol. consecrat, VI, 1, pag. 100. Vide infra, Severi Lex.

Heracleensis episcopus Joannes, Gregoræ avunculus, IX, 7. Philotheus, Palamæ θερμὸς θιασώτης, 711.

Heraclitus, philosophus, 230, 601.

Herodotus ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, 18.

Hierosolymorum patriarcha, 312, 488.

Hispaniæ rex alicujus scandali occasione interdicto damnatus a papa, 102. Ἔθος τοῖς τῶν Λατίνων ἐντιμοτέροις, μὴ κηδεύειν Ῥωμαίοις (non jungere se Byzantinis connubio) πρὶν τὸ ἐνδόσιμον εἰληφέναι παρὰ τοῦ Πάππα, ibid.

Hodegetriæ Mariæ, sive Deiparæ, τῶν ὁδηγῶν

imago, 51, 183, 239. Monasterium, 342, 346, 357. A
Templum, 335.

Homerus, 17, 18, 90, 231, 232, 235, 294, 347, 364, 414, 454, 483, 564, 567. Homerus et Plato sapientes quidem, sed μὴ δεξάμενοι τὸν Χριστὸν, ἀπεκηρύχθησαν ὡς αἱρετικοί, 659.

Homeridæ, Ὁμηρίδαι, qui dictis homericis delectantur, 206.

Hyacinthia, Spartanorum festum, 233.

Hymni sanctorum de SS. Trinitate, antiquitus cantati in ecclesia, ab Isidoro, patriarcha CPol. aboliti, et in eorum locum, quos recens ipse composuit, introducti, 521.

Hypatia altera et Pythagorica Theano, proverbium de femina erudita (Eudocia Palæologina), 180.

Iconomachi, 14, 104, 591, 599, 711, 712. Ἄσματα et λόγους panegyricos non aboleverunt, 716 seq. A Palamæ sectatoribus imagines in ignem conjectæ, 593.

Isaacus, asceta, 604. B

Isaacus, Bogomilus, 450.

Isidorus, ex Monembasiæ episcopo patriarcha CPol., Palamæ fautor, XV, 10, 12; XVIII, 1, 2. Anathematismi in eum scripti, XV, 10. Isidori canones igne deleti, XVI, 5, p. 521. Vide et supra, Hymni.

Ithacenses, 66.

Joannes Apreuns, Calecas, patriarcha CPol., X, 7, 8; XII, 2 et 6 seq.; XIV, 3; XII, 3, 4, 9; XVI, 4; XIX, 1.

Joannes Beccus. Vide supra in Beccus, et Joannes Cantacuzenus, Chrysostomus, Damascenus, Glycys.

Joannes, Heracleæ episc., Gregoræ avunculus, IX, 7.

Joannes, Sozopolitanus, patriarcha CPol., VI, 7, et 11.

Jobus, Bogomilus hæreticus, 450.

Josephus, patriarcha CPol., IV, 8; V, 2; VI, 1. C
Josephitæ, 77, 101.

Josephus, Cretensis, et Georgius, Larissæus, Bogomili, 450. Tomus de ipsorum impietate Byzantium missus memoratur, ibid.

Josephus, Flavius, 146.

Oportebat calceum ab Istiæo consui, ab Aristagora vero indui; proverbium, pag. 95.

Judæi, 98. Nissan suum ordiuntur alias ab alio Martii nostri die, 227. Μονοθεῖται, 608. Pridem populus dilectus, 487. Nunc gens damnata et proscripta, 716.

Julianus, apostata, 584, 690.

Jupiter, 210. Olympicus, Phidiæ opus, 200. Ejus tela a Cyclopibus fabricata, 625. Concubitus cum Semele, 693.

Jusjurandum, imperatori præstitum, patriarcha et sacerdotum collegium scripto consignatum sacris codicibus inserit, 65.

Justinianus, imp., Bulgariam urbem, patriam D
suam, privilegiis donat, 14. Choræ monasterium condidit, 282.

Justini, Martyris, elogium, et liber de monarchia, XXIII, p. 682.

De nube et Ixione fabula, 663.

Lacedæmonii victi ab Epaminonda, 299. Post Leuctricam pugnam aurum mulieribus interdicunt, 471. Eorum aristocratia, 500. Exercitus navalis, 58. Lacedæmonii treceuti ad Thermopylas, 591. Lacones barbare pro Lacones, 58.

Lamia domi cæca, foris perspicax, 695.

Latini frustra se D. Petri successores jactant, X, 8. Controversias, pridem agitatas, renovant, *ib.* Latini duo episcopi agunt de Ecclesiarum concordia, *ib.* Liturgia semel cum Latinis post initam concordiam celebrata, V, 2. Latini in multis recte sentiunt, X, 1.

Λατινόφρονες, vide Barlaamus, Gregorius Cyprius, Meliteniotes, Georgius Metochites.

Leonidæ, Spartani, dictum, ad Thermopylas pugnaturi, Δεῦτε δειπνήσωμεν, ἵνα εἰς ᾅδου ἀριστήσωμεν, 396, 565.

Libanius, ethnicus, Basilii M. amicus, 662.

Lucianus, sophista Græcus, auctor Διαλόγων νεκρικῶν, 581.

Luminum solemne, duodecimus dies post natalem Christi, 384.

Lyceum, 200, 205, 206, 289.

Lycurgus, 200. Spartanorum legislator, 695. Aristocratiam constituit apud Lacedæmonios, 500.

Lysander, Lacedæmonius, 129, 293, 299.

Lysis, Pythagoreus, et Synesius, ὁ πάνυ, vetant κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ φιλοσοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ' ὄναρ τὴν ψυχὴν κεκαθαρμένοις, 198.

Manichæi materiam præexsistere docent, 603. Cum illis sentit Palamas, 714. Manichæorum doctor quidam cum aliis ejus sectæ post abjuratos errores baptizatur, VIII, 15.

Marcion, hæreticus, 604.

C. Marius, Cimbrorum et Teutonum victor, 19.

Martius (Coriolanus), 509

Martyrum certamina, 638.

Massagetæ seu Alani, Christiani antiquitus, VI, 10.

Massaliani et Bogomili in monte Atho, XIV, 7, et pag. 550, 578, 579.

S. Maximus, confessor, 611, 612, 669, 670, 671, 681, 685, 702. Ἐν τῇ πρὸς Πύῤῥον διαλέξει, 574.

Μελάγχλαινοι, Scythica natio, 19.

Melchisedechus ἄναρχος, 594.

Meliteniotes, cleri imperatorii archidiaconus, Λατινόφρων, 78, 104.

Μεσημβρινοὶ λῆροι, meridiani nebulones, 277. Calabri.

Mesembria, civitas munita et πολυάνθρωπος, 35, 281, 282, 299.

Georgius Metochites, imperatorii cleri archidiaconus, Λατινόφρων, 78, 104.

Theodori Metochitæ elogium, VII, 11; et X, 2. ubi Monodia in ejus obitum. Vide et supra in Gregoras. Choræ monasterium instauravit, 657. Ἔμπνους βιβλιοθήκη καὶ τῶν ζητουμένων πρόχειρος εὐπορία, 168. Aristotelicæ linguæ labyrinthos explicuit, 293. Palamæ et Gregorii Drymeos errores damnat, 578.

Miltiadis et Themistoclis virtus rebus adversis inclaruit, 207.

Μιξολύδιοι, μιξοφρύγιοι, 233.

Mithridatis imperium amplissimum, 400. Venena ab eo explorata, *ibid.*

Ἀττικὸς μῦθος de Momo, Jovem reprehendente, quod cum mundo tam pulchro non etiam dignum universitatis laudatorem produxisset, VIII, 9.

Monachi Euchitæ et Omphalopsychi, XI, 10.

Litteræ ad monachos in monte Atho datæ ab Anna et Joanne Palæologo, 482.

Monasterium Adelorum, proximum Trajanopoli castello, 561. S. Andreæ, 109, 161. Archistrategi sive Sancti Michaelis ad Bosporum, 75. Auderorum, proximum Rhodope monti, 589. S. Basilii, 495. Choræ a Justiniano conditum, a Metochita instauratum, IX, 13, et pag. 187, 190, 657. Chortaitæ, 219. Cosmidii, 217. Cratæi (monasterium virginum), 160. Cyriotissæ, 177. Hodegetriæ seu Deiparæ τῶν Ὀυδηγῶν, 342, 346, 357. Libis, 285. Manganorum, 260. Neæ, XIV, 10. Direptum, *ibid.* Παναχράντου S. Mariæ, 97. Pantocratoris, 50. Paschasii, 46. Περιβλέπτου, 166. Pertze (monasterium virginum), 160. Sosandra, 30, 38. Studii, a Constantino Porphyrogenito instauratum, a Latinis desolatum, VI, 5, 6, p. 116. Xerolophi, 117, 131, 159.

Mos antiquus docendi publice CPoli sacras Litteras variis in locis, κατὰ διαφόρους ἡμέρας καὶ τόπους τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐδίδασκον, ὁ μὲν τὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ ᾄσματα, ὁ δὲ τὰς τοῦ μεγάλου Παύλου Ἐπιστολὰς, ὁ δὲ τοὺς εὐαγγελικοὺς τοῦ Σωτῆρος νόμους· καὶ καθ' ἕκαστα πάλιν ὅσοι περὶ ἱερατικὸν ἦσαν ἀξίωμα, περικείμενοι κατὰ διαδοχὴν

ἐκεῖθεν κατ' οἴκους καὶ πατριὰς εἰπεῖν καὶ συναυλίας A τῶν παροικούντων τὸν θεῖον ἐκήρυττον λόγον. Eum morem sua ætate defecisse queritur, VI, 5. pag. 113.

Moses, pictor, 450.

Mozyles episcopus, Nicephori, Ætoliæ principis, egatus, 99. Debrorum episcopo prælatus, Heracleensem inaugurat, VI, 5.

Nabonassaris anni, 225.

Naupacti metropolitanus, 100.

Naziræi et novi δογματισταὶ, Palamitæ, 564.

Nero, imp., tibiis operam dans et tripudiis, 642.

Nicephorus, ex metropolita Ephesino patriarcha CPol., IV, 1.

Nicephorus, vide Blemmydes, Chumnus, Gregoras.

Niobes lacrymæ, 86.

Niphon, ex Cyzici metropolitano patriarcha CPol., VII, 9, et 11; IX, 7.

Novendiale sacrum, III, 3. Novendialis luctus, 358.

Numa Pompilius, Romanorum legislator, vetuit imaginem Dei effingi hominis vel animalis specie, B 695.

Numismata πολιτικὰ, sive communis usus, 247. Numi aurei in finibus Persarum inventi, IX, 10.

Nymphæum, 39, 83. In Lydia, 116.

Occasionis effigies, 393, 662.

Olympici athletæ, 275, 311. Ludi, 296. Certamina Olympica, 203. Olympicus oleaster, 199.

Omphalopsychi, monachi, XI, 10, p. 344.

Oraculum de Michaelis Palæologi I obitu, 92. De Trallibus, ab Andronico, seniore, instaurandis, V, 5. De morte Michaelis II imp., VII, 13. De seniore Andronico, IX, 14. Liber, in quo imperatorum fata figuris ænigmaticis involuta fuerunt, *ibid.* Libri fatidici, VIII, 5.

Oracula chaldaica, 454.

Oraculorum ortus et inventio; cur obscura et ambigua; quænam cavenda, V, 7.

Oratio, simulacrum animi, Ἀγάλματι ἐοικέναι τινὶ τὸν λόγον συμβαίνει, 574.

Oratio Matthæi Cantacuzeni ad Asanem avunculum, XVI, 2. Irenes Augustæ ad Matthæum, filium, XVI, 3. Syrgiannis, VIII, 4. Apocauchi in Cantacuzenum, XIII, 9. Palamæ in Gregoram, XX, 5. Vide et supra Andronicus, senior et junior, Asanes, Cantacuzenus et Gregoras.

Orestæ et Pyladæ, 361, 404, 450, 502.

Origenis libri contra Celsum et alii commentarii a SS. Patribus laudantur, 582.

Orpheus, 347. Orphei cithara, 205. Tragœdiæ, 289.

Ostenta et prodigia futuram imperii calamitatem portendentia, VIII, 5, 14, et 15; IX, 14; XIV, 2, et p. 58, 191, 385, 386, 389, 480.

Gregorius Palamas, Gregorii Drimyis discipulus, XIX, 1, 578. Episcopus Thessalonicæ, ab Isidoro, patriarcha ordinatus, XV, 12. Excerpta ex ejus libris, XXI, 2 et 4, pag. 664, 675, 693, 697, 699. Ἐκ τοῦ ε' λόγου, p. 593. Ἐκ τοῦ περὶ φωτός, 594. Ἐκ τοῦ λόγου οὗ ἡ ἀρχὴ, Φιλονεικοῦσι μὲν οὖν D ἀλλήλοις, *ibid.* Oratio apud synodum, 607. Græcanicæ litteraturæ (μούσης Ἑλληνικῆς) imperitus, 678. Ὕθλων μεστὸς καὶ μύθων Ἑλληνικῶν, 693. Novus Eunomius, 696. Pejor Pneumatomachis, 704, 707. Iconomachus, 714. Iisque pejor, 717. Omnium hæreseon reus, 713. Libros plus sexaginta scripsit, 699. Ejus septem errores, *ibid.* et 700. Palamas et Philotheus in Eucharistia non corpus et sanguinem Christi agnoscunt, sed typum et figuram, 711, 713. Anathematismi in Palamam pronuntiati a Joanne, patriarcha, 583. Tomus Palamæ ab eodem rejectus, 482. Synodum metuit, 550. Synodus adversus Palamam ann. 1345 habita, 525. Synodi Palamiticæ anno 1351 acta, 561 seq.

Palamitæ, Παλαμναῖοι, 453, etc. Παλαμναία κακόνοια, 693. Somnia prophetica Palamitarum, 651.

Παναθήναια, 292, 571. Quadriennio quoque exeunte, Olympiæ celebrata, 372.

Papa in sacris hymnodiis vult in diptychis memorari cum cæteris IV patriarchis, et ad se, tanquam ad superius tribunal, esse ἔκκλητον, sive provocationem, V, 2, p. 73.

Patriarchæ auctoritas, infula, calcei, subscribendi mos, XIV, 3. Indocti et simplices maxime placent imperatoribus, VIII, 2. Πατριαρχικοὶ ἄρχοντες, 664.

Paulus, pictor, ζωγράφων ἄριστος, Georgii, martyris, imaginem pinxit, 187.

Pelopidas pecunia ab Artaxerxe accepta bellum gessit cum Agesilao, 74.

Pentheus discerptus a Bacchis, 625.

Pericles, 205.

Περίπατος, 292.

Persarum sapientia et scientia, 201, 276. Lex adversus ingratos, 367. Imperium per Satrapias divisum, XII, 7.

Μεγάλου Πέτρου καθέδρας διάδοχοι, 512.

Phidiæ cicada et Jupiter Olympicus, 200. Sculptura (λαξευτική), 469.

Philipporum episcopus legatus a Cantacuzeno ad Annam, XV, 8.

Philippus Aridæus, 225.

Philippi, Macedonis, dictum, fidem Demosthenis in patriam laudantis, 251. Ridentis Alexandrum, quod cithara modulate caneret, 279.

Philosophicum axioma, non posse contraria eodem tempore eidem rei inesse, 367.

Philosophi Athenis rixabantur non nisi pacis tempore, 452.

Philotheus, Heracleæ episcopus, Palamæ scripta Evangelio æquiparat, 589. In Eucharistia tantum agnoscit typum et figuram, 711.

Φρέριοι (Fratres Minores, vulgo φρεμενούριοι), 78.

Pindarus, 207.

Pisistratus, Atheniensis, 465.

Plato, 188, 200, 205, 206, 293, 294, 319, 573. Aristonis f., 235, 313. Ad Dionysium in Siciliam profectus, 310, 589. Supra in Dionysius. Platonis C dicta, 95, 158, 181. De Mente seu Deo, 313, 684. De amatoris anima, 373. Verba ex Timæo, 694. Platonis dialogos παιδικοὶ καθυβρίζουσιν ἔρωτες, 606. Platonicæ ideæ, 4.

Plectrorum vi ex mari pisces a piscatoribus, e silva colubri a præstigiatoribus extrahuntur, 189.

Plotinus de Dei substantia et operatione, 683. De Mente, omnium rerum parente, 684. De unitate, 685.

Plutarchus, Chæronensis, 18, 695.

Pneumatomachi, Spiritum S. ποίημα et κτίσμα docentes, 645, 707.

Poetæ, fabularum parentes, 98.

Pompeius Magnus, 53, 400.

Proclus Platonicus de Uno et unitate, plurimam partem verba Platonis usurpat, 685. De participatione, 690. Secum ipse pugnat, 691. Refellitur, *ibid.* Procli Θεολογικά sive theologicæ institutiones, 686. Verba a Palama corrupta, 692.

D Profanarum scientiarum in theologia usus, 679

Gregoras, Cantacuzeni, imp., Prometheus, 559.

Protei Pharii more in omnes ire formas, 358.

Proverbia: Ἀεί τι Λιβύη φέρει καινόν, 507. Ἅμας ἀπαιτούμενον, ἀρνεῖσθαι σκάφας, 591. Δικτύῳ θηρεύειν ἀνέμων πνοάς, 559, 573. Δρυὸς πεσούσης πᾶσιν ἐξείη ξυλεύεσθαι, 665. Εἰς πῦρ ξαίνειν, 178, 559. Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα, 634. Ἐν Καρὸς μοίρᾳ, 377, 573. Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν δρᾷν, 710. Ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα, 634. Ἰλιάδος μακρότερος λόγος, 58. Καθάπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, 153. Καθ' ὑδάτων γράφειν, 573. Κατὰ σαυτοῦ Βελλεροφόντες, 676. Πίθηκοι πιθηκίζοντες καὶ μύρμηκες μυρμηκίζοντες τὰ σφῶν ποιοῦσιν αὐτῶν, 255. Σκυθῶν ῥῆσις, 487, 499. Ὡς ἐπὶ μανδραβόλου, 388. Ὡς μηδὲ πυρφόρον λελεῖφθαι, 529. Endymionis somnus, 667. Camelus, cornua appetens, etiam auribus orbata est, 476. Fumum fugiens in ignem incidit, 55. Inter Phrygum et Persarum limites multum interest, 198. Lemnia mala, 15. Lesbia structura, 576,

Montes parturientes murem pepererunt, 555. Mysorum præda, 14, 261, 479. Ne Hercules quidem contra duos, 665. Onus Ætna gravius, 656. Tantalea vita, 508, 538. Tantaleum saxum, 129, 184, 513, 580. Gigantum proventus, 556. Lamia domi cæca, foris perspicax, 695. Sardonius risus, 601. Sirenum voces, 206. Sybariticæ mensæ, 612. Penelopes tela, 77, 277, 415. Trojanæ næniæ, 15. Proverbia, rem aliquam fieri non posse indicantia: Ὄρνιθος γάλα ζητεῖν, φακῇ γωνίαν κάμπτειν, ᾠὸν τίλλειν, θάλασσαν σπείρειν, πλίνθον πλύνειν, κωφῷ ὁμιλεῖν, τυφλῷ διανεύειν, ἀνδριάντα γαργαλίζειν, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν, ἄστρα τοξεύειν, πῦρ ἀλείφειν, κατὰ μαχαιρῶν κυβιστᾷν, κοσκίνῳ φέρειν ὕδωρ, νεφέλας ξαίνειν, Αἰθίοπα λευκαίνειν, 210, 768. Vide et supra Istiæus, Orestæ, Proteus, etc.

Psalterium ad sortem ex eo colligendam consultum ab Andronico, seniore, 220.

Claudius Ptolemæus, magnus astronomus, 146, 225, 294, 454.

Sexti et Pyrrhones καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, 584.

Pythagoras ex Ægypto in Atticam navigans, 200. Pythagoras, Numa et Plutarchus nihil præter Deum statuunt increatum, 695.

Pythagorei, 455, 600. Magistri decreta non audent in dubium revocare, 318. Eorum silentium quinquennale, 600, 637.

Reliquiæ sacræ venditæ a Turcis, 282.

Rossicus princeps dignitatem dapiferi habuit apud Constantinum M., 146. (Cf. Gregoræ epist. ad principem Russiæ.)

Rubris litteris scripta Cantacuzeni epistola ad patriarcham, 475.

Sabellius, hæreticus, 651.

Sapientiæ liber, 698, 705.

Semele Jovis ignibus absumpta, . 3

Serapidis fanum, 552.

Seres, 25. Serica texta, 456.

Severus, imp., Byzantium captum et mœnibus nudatum Heracleæ Thraciæ civibus pro pago habitandum donavit, 100. Inde Heracleensis episcopus CPolitanum consecrat, *ibid.*

Sextus Empiricus, supra in Pyrrho.

Simiarum dialecticarum proventus, ut Gigantum in fabulis, 556.

Sisinnius Novatianus, primæ synodi adjutor contra Arium, 582.

Socrates, 200, 205, 206, 293, 319, 573. Socratici, 565.

Spartani veteres pane et aqua contenti, 299. Sparta, 46, 299, 471.

Ὅσον ἐν ῥαψῳδίαις τῶν ἄλλων κηρύκων ὑπερφωνεῖ ὁ Στέντωρ, 206.

Stoa Attica, a qua Stoici, 200, 205, 206, 289, 292, 354.

Stratocles, Epidaurius, tibicen bonus, at non item vir bonus, 557.

Syllæ et M. Antonii proscriptiones, 643.

Symbolum fidei catholicæ, 628, 708. De additamento *Filioque* nulla controversia, ubi de concordia Græca cum Latina Ecclesia actum, V, 2.

Synesius, vide supra, in Lysis.

Synodus non est, quæ fit præter ecclesiasticas regulas, 557.

Telchines, mali dæmones, 52, 222, 366, 517, 615.

Tempe Thessalica, 155, 563.

Templum S. Antonii in urbe Nicæa, 26. SS. apostolorum, 494. Discipulorum Christi duodecim, 170. Blachernense, 78, 104, 489, 495, 497, 695. Deiparæ Hodegetriæ, 333. Deiparæ ad Magnesiam (Sosandra), 26. Deiparæ τῆς πηγῆς ad fontem, 49, 221. S. Demetrii CPol., 542. Joannis Baptistæ, in urbe Prusa, II, 7. Martyrum quadraginta, IX, 14. Pauli Magni (templum maximum) prope portam Eugenii, 170. Salomonicum, 470. S. Stephani, protomartyris, 494.

Templum S. Sophiæ, τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας μέγα τέμενος, 230. Θαῦμα τῆς οἰκουμένης, 495. Asylum olim inviolatum, a Gabala et patriarcha temeratum, XIV, 9, etc.

Ternobi episcopus metropolitano subesse desinit, II, 3.

Thaborium lumen, XIX, 2; XX, 2, et pag. 589 590, 591 seq., 629.

Thales, Milesius, 235.

Theano, pythagorica, 180.

Thebæ ab Alexandro M. vastatæ, 510. Thebani, 69, 155, 471.

Themistocles, 207, 279, 298, 301, 306.

Theodoritus, Cyri episcopus, magnum contentionis incendium excitavit, ut fumi molestias multi diu senserint, X, 8, p. 313.

Theoleptus, vir sanctus, Philadelphiæ episcopus, ejus urbis, a Turcis obsessæ, servator, 135. Legatus ad Syrgiannem, ab Andronico, seniore, 197.

Thersites, 590. Theseus, 450.

Thetidis et Pelei nuptiæ, 98. Nuptiale convivium, 522.

Tomus synodicus in Massalianos et Bogomilos, XIV, 7. Tomus contra Barlaamum, 579. Tomus Palamiticus, XXI, 5. Inusitatis cæremoniis consecratur, XXI, 6. Auctoribus probro est, *ib.* Vide et supra in Palamas.

Torneamentum, τόρνεμεν et ντζοῦστρα, X, 3, p. 296.

Tragelaphi, sive chimæræ, 4.

Βίβλοι τραγικαί, 86.

Tripus βασιλικός, 692. Delphicus, 198.

Trophonii antrum, 231.

Τυφῶνες ὑποχθόνιοι, 362.

Tyrus ab Alexandro M. expugnata, 191. Tyri episcopus, qui synodo Palamiticæ interfuit, XVIII, 5; XX, 6; XXI, 3.

Wenceslaus (Σφενδοσθλάβος), Bulgarorum princeps, 174, 196, 238.

Ulysses, 631.

Vulcanii crateres, 276.

Xerxes, 207, 391, 563. Cum Cantacuzeno comparatus, 624. Ferocia ejus ab Atho monte compressa, 449.

Zaleucus, Locrorum Epizephyriorum legislator 500, 695.

Zelotæ Græci, adversus Λατινόφρονας sævi, VI, 1 et 2. Zelotæ, Thessalonicenses, XIII, 10; XLI, 1.

Zenonis, philosophi, dictum, inter philosophos, altercantes in convivio apud legatos Babylonios, tacentis: Πορευθέντες ἀπαγγείλατε ἰδεῖν ἐν Ἀθήναις ἄνθρωπον σιωπᾷν ἐν συμποσίῳ δυνάμενον, 452.

Zopyrus, 306, 360.

IMMANUELIS BEKKERI

AD

NICEPHORI GREGORÆ

LIBROS POSTREMOS

PRÆFATIO.

(Bonnæ 1855.)

—

Quæ nunc primum ex bibliothecarum latebris prodit, operis Nicephorei pars postrema satis diu manum quæsivit liberalem, qua ab oblivione vindicaretur. Promiserat eam manum Boivinus, porrexit Academia Berolinensis, cujus cura sumptuque factum est ut libri duo, vicesimi quintus et sextus cum quarto dimidiato, ex codice Vaticano (1095) describerentur, reliqui ex Parisiensibus Regiis (1276 et 3075), illi ab Henrico Brunno, hi a Wladimiro Bruneto, doctis hominibus ac negotium suum fideliter exsecutis. Codex Vaticanus chartaceus esse perhibetur, sæculo scriptus decimo quarto vel quinto, manibus pluribus, modo diligenter, modo secus. De Parisiensi priore scitum est quod tradit Brunetus : *Les livres historiques 28 et 29 et les dogmatiques 1, 3 et 4 sont d'une écriture rapide, correcte, mais peu régulière et souvent difficile à lire. Ce n'est certainement pas l'écriture d'un calligraphe de profession, et si l'on ne devait se tenir en garde contre une erreur à laquelle on est trop souvent porté, on pourrait supposer que ce ms. est un autographe de Grégoras. Du moins il paraît probable qu'il fut exécuté sous ses yeux, à cause des additions et des corrections que l'on y remarque. Ainsi le feuillet 121 est écrit de la même main, mais en caractères beaucoup plus gros et plus espacés, et paraît avoir été intercalé pour rétablir un passage oublié. A la dernière ligne du fol. 120 verso il y a quelques mots effacés qui me paraissent être* καὶ περὶ τούτων αὐτὸς ἄν, *lesquels se retrouvent à la fin du feuillet 121 verso. Le feuillet 125 est d'une écriture différente, mais paraît avoir été ajouté par la personne même qui a écrit le reste du ms.; car les mots* αἰδοῖ τοῦ κήδου, *qui commençaient le fol. 126, ont été effacés et écrits après coup au bas du fol. 124 verso d'une écriture semblable au reste du ms., ainsi que les mots* ἀλλὰ λεκτέον· ἡ. ε. β καὶ δ. τ. σ. *Par ce moyen on a pu insérer le feuillet 125, qui contient des détails sur les démarches du patriarche Philothée. Le revers du feuillet 128 a été barré en entier ; il contenait le récit qui se retrouve plus loin (f. 130 verso) et qui commence par* ἀφίκετό τις κτλ. *A la marge de cette page est écrit en rouge* λήθη γέγονεν ἐνταῦθα, *puis viennent deux feuillets coupés à la marge intérieure et qui ne portent pas de pagination. Mais ce qui semblerait surtout indiquer une révision du texte par l'auteur, ce sont les additions et les surcharges que l'on remarque aux feuillets 156 et 157, et dont l'intention est d'atténuer ce que la première rédaction avait de trop acerbe à l'égard de Cantacuzène. On a ajouté à son nom le titre d'empereur et, au moyen d'une courte addition, des arguments qui étaient d'abord dans sa bouche passent dans celles des moines qui l'entourent, auxquels alors s'adressent la réplique et les reproches de Grégoras.*

Alterum codicem Parisiensem priori supplendo comperimus a Friderico Rostgaardio ex Vaticano exscriptum, missumque Parisios tali propemptico :

AD LIBRUM DUPLEX DODECASTICHON FRIDERICI ROSTGAARD.

Parve liber, propera dominam pertingere ad urbem,
  Quam rex Europæ terror amorque fovet.
Inde verecundus te sacras confer in ædes
  Quas late Augusti bibliotheca replet.
Par tibi continuo præsto est insigne virorum,
  Ille meus Clemens Boivinusque meus.
Alteruter te deducet; vel forsan uterque :
  Comis enim tota est natio Francigenum :
Et te Tellerio sistet; tu tempora fandi
  Exspecta, et venia dissere pauca data.
Dic a quo missus venias, et quam memor usque
  Mittens Tellerii nomina sancta colat.
Nempe jubente illo cuncti patuere recessus
  Dum tua me, dives Sequana, ripa tenet,
Utiliusque datum est regalia tecta subire
  Millenosque libris invigilasse dies.
Dic pro tot meritis qua late extenditur orbis,
  Tellerii laudes me præeunte cani,
Quæque meæ renuunt tenues persolvere vires,
  Pro me Musarum reddere velle chorum.
Unum hoc adde, liber, non te pro munere mitti,
  Sed illi pignus cordis et obsequii.
Et dabitur forsan, si crederis utilis ulli,
  Augusti in forulis ut potiare loco.

Scriptum Romæ a. d. XXII Maii MDCXCIX.

Versionem Latinam inter se partiti sunt adolescentes tres, seminariorum Berolinensis et Bonnensis alumni. Itaque libros 24, 25, 26 interpretatus est Guilelmus Kundt, Marchicus ; 27 ad 37 sive 38, Josephus Reisacker, Dusseldorpiensis, et Nathan Rosenstein, Dantiscanus.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΙ ΛΖ' *.

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBRI XXXVII.

ΛΟΓΟΣ Α'.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Historici munus excellens. Historiæ laus. Veritatis commendatio. Historiæ scriptores quinam reprehensione digni. Andronici senioris invectiva in historicos maledicos et mendaces. Auctor de seipso et de opere suscepto.

I. Cum plerosque scriptores, qui hominum, seu A veterum, seu recentiorum vitas per historiam immortalitati mandaverunt, lectitarem sæpenumero, 1-4 audiremque profitentes, se ad ejusmodi opus suscipiendum divino instinctu fuisse impulsos: aliquandiu eos ineptæ ambitionis damnavi, illorum dicta arrogantiæ plena arbitratus. Postea vero, acutos veritatis inspectores viros illos, rem autem ipsam Dei opus esse judicavi, manu illorum tanquam instrumento utentis; atque istud quidem Dei opus parum, ac nihil potius, ut paucis dicam, a cœlo et terra, maximis et primis ejus operibus, distare visum est, ad arcanam ejus gloriam quantum fieri potest prædicandam. Nam illa quidem, tanquam taciti præcones divinæ magnificentiæ, per omne tempus permanent, solos sensus attestantia. B Historia vero, viva et clara vox, et vere animatum ac vocale præconium, ad omne ævum pertinet, et velut in universitatis tabula quadam, tum res quovis tempore ultro citroque inter homines gestas posteris intuendas exhibet, tum naturam rerum explicat, quatenus eæ a philosophis perceptæ ignoratæve sint: tum quibus alias alii vel difficultatibus implicati, vel prosperrimis successibus divinitus ornati, ac præter omnem exspectationem adjuti fuerint, ostendit. Ac, ut mea quidem fert opi-

[Ed. Par. 1] Α'. Τοῖς τῶν πάλαι καὶ μέχρις ἡμῶν γενομένων τοὺς βίους διὰ τῆς ἱστορίας ἀθανατίζουσι πλείστοις πολλάκις αὐτὸς ἐντυγχάνων, καὶ θείαις τισὶ προτροπαῖς ἀκούων ὁμολογούντων ἐς τὴν τοιαύτην κεκινῆσθαι ἐγχείρησιν, μέχρι μέν τινος ἄκαιρόν τινα φιλοτιμίαν τῶν ἀνδρῶν κατεγίγνωσκον, κόμπου μεστὰ τὰ λεγόμενα εἶναι οἰόμενος· ἔπειτα δ' ἔδοξαν εἶναί μοι οἱ ἄνδρες ἐπόπται μὲν αὐτῆς ἀληθείας σαφεῖς, Θεοῦ δὲ τῷ ὄντι τὸ ἔργον, καθάπερ ὀργάνῳ χρωμένου τῇ τούτων χειρὶ, μικρὰ ἢ μηδὲν ἀποδέον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, τῶν μεγίστων καὶ πρώτων αὐτοῦ ποιημάτων, πρός γε τὸ τὴν ἀπόῤῥητον δόξαν ἀναγγέλλειν, ὡς ἐφικτὸν, τοῦ Θεοῦ. [P. 2] Τὰ μὲν γὰρ καθάπερ σιγῶντες κήρυκες τῆς θείας μεγαλουργίας, τὸν ἅπαντα διαγίγνονται χρόνον, αἴσθησιν προκαλούμενα μάρτυρα μόνην. Ἡ δ' ἱστορία, ζῶσά τε καὶ λαλοῦσα φωνὴ, καὶ ὄντως ἔμψυχος καὶ διαπρύσιος κῆρυξ αὐτῆς, διαπερᾷ τὸν αἰῶνα καθάπερ ἐν πίνακι παγκοσμίῳ δεικνύουσα τὰ προγεγονότα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἀεὶ, ὅσα ποτὲ ἐν ἀλλήλοις καὶ δι' ἀλλήλων οἱ ἐξ αἰῶνος ἐπεπράχεσαν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ὅσα ποτὲ πεφιλοσοφήκασι τῆς τῶν ὄντων φύσεως οἱ σοφοὶ, καὶ τίνα κατείληπται τούτοις, καὶ τίνα μή· καὶ τίσι ποτὲ δυσχερείαις ἄλλοτε ἄλλοι συνηντηκότες, τίνων ποτὲ τῶν ἐκ Θεοῦ καλῶν κἀγαθῶν ἐς κόρον ἀπολε-

Variorum notæ.

(*) In codice Regio, qui libros undecim priores complectitur, titulus est, Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ Ῥωμαϊκῆς σύνταξις ἱστορίας, περιέχουσα ἐτῶν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα διήγησιν· ἤγουν ἀπὸ τοῦ βασι-

σαν, καὶ πόσαις ποτὲ ταῖς ἀπροσδοκήτοις ἐκεῖ- A
εργεσίαις ἐνέτυχον. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τὴν οὐρα-
αὶ γῆς δόξαν ἐνδοξοτέραν διὰ τῆς ἱστορίας
εσθαι, καὶ, ἵν' εἴπω, λαμπροτέραν πολλῷ τὴν
ότητα. Ποῦ γὰρ ἂν ᾔδεσαν ἄνθρωποι, τῆς ἱστο-
ὐκ οὔσης, ὡς ὁ μὲν οὐρανὸς τὴν αὐτὴν ταύτην
εν ἀεὶ καὶ ἀκίνητον κινούμενος κίνησιν, ἥλιον
ελήνην καὶ πάντας ἀστέρας διηνεκῶς ἐξε-
πρὸς ποικιλίαν ὁμοίως εὔτακτόν τε καὶ εὔρυθ-
αὶ ὁμοίως τὴν τοῦ Θεοῦ διηγεῖται δόξαν ἐφ'
τε καὶ νυκτὶ δι' αἰῶνος· ἡ δὲ γῆ τὴν
τον ταύτην ὁμοίως ἀρχῆθεν ἀεὶ τρεπομένη
ν (1), τὴν αὐτὴν τοῖς ἀεὶ ἐπιγιγνομένοις
ποις γένεσιν καὶ φθορὰν δι' αἰῶνος προδείκνυ-
στ' εἰ μή τι πλέον, ἀλλ' οὖν οὐδ' ἧττον ἂν καὶ
ν θαυμάσειε πᾶς τις, ὅτῳ διάνοια πρόσεστιν
ουσα. Ἦ γὰρ ἂν ἐλλιπὲς ἐδόκει (2) τὸ δη- B
ημα, μή τινος ἰσχυρίζεσθαι δυναμένου καὶ
ν, ὡς καὶ ἄλλαι τινὲς γενεαὶ προϋπῆρξαν
ἀνθρώπων, καὶ πόσαι τινὲς ὑπῆρξαν, καὶ
πόσου, καὶ τί ποτε ἄρα πεπράχεσαν ἐν τῷ
αὶ οἵστισιν ἄρα τοῖς ἐκ Θεοῦ τε καὶ οὐρανοῦ
ῆς ἀγαθοῖς κατὰ διαφόρους γενεάς τε καὶ
ως ἐνέτυχον. Ἀλλὰ νῦν γε πρὸς τούτοις καὶ
ήτας ἕτερον τρόπον (3) τοὺς μετιόντας ποιεῖ,
ῶν φθασάντων στοχαζομένους τὰ μέλλοντα. Τό
ν βραχεῖ τινι τόπῳ καὶ ὡρισμένῳ τῆς οἰκου-
οἰκοῦντά τινα πέρατα γιγνώσκειν γῆς, καὶ
οἰκουμένης, μήκη τε καὶ πλάτη θαλαττῶν, καὶ
ποταμοὶ καὶ λίμναι εἰσὶ, καὶ ἰδιοτροπίας ἐθνῶν
όπων, καὶ διαφορὰς ὡρῶν τε δὴ καὶ χρόνων C
ἐν διαφόροις γινομένων μέρεσι τῆς γῆς, καὶ ὅσα
τῶν ἀγαθῶν μυρία, τίς χαρίζεται τοῖς ἀν-
οις, ἢ μόνη γε ἡ τῆς ἱστορίας ἐξάπλωσις;
οι τοῦτο καὶ οὐ τούτους μᾶλλον ἠγάπησα τῶν
ων, οὐδὲ τούτους ἐζήλωκα, οἳ κωμικοῖς τισι
ασι καὶ σκηναῖς τραγικαῖς καὶ θωπείαις ἐπι-
τικαῖς τὴν ἑαυτῶν κατηνάλωσαν γλῶσσαν, ἀλλ'
τῶν ὄντων τὴν φύσιν, καθόσον σφίσιν ἐξῆν,
ιδώσαντες, καὶ ὅσοι τὰς ἱστορίας ἐκ τῶν καθ'
στα καὶ ἄλλοτ' ἄλλοις εἰρημένων τε καὶ πεπραγ-
ων ἔς τε ἀνδρίαν ψυχῆς βλεπόντων καὶ σύνεσιν,
5] κόποις ἰδίοις ξυνειλοχότες, εἰς μεγίστην
λειαν τοῖς ἑξῆς ἐκδεδώκασι. Καὶ μέντοι καὶ

A nio, cœlorum et terræ gloria hoc scripti genere illustratur, et magis explendescit. Nam, sublata historia, unde scirent mortales, cœlum primo illo et immutabili motu agitatum, solem et lunam cæterasque stellas continenter evolvere constanti et apta **5** varietate, Deique gloriam noctes diesque perpetuo enarrare : terram vero immutabilem illam mutationem, qua ab initio prædita fuit, constanter retinere, ac eumdem ortum atque interitum posteris omnibus denuntiare? Quamobrem si non majori, pari certe admiratione cujusvis cordati hominis digna est. Alioqui enim hujus mundi opificium veluti mancum erat, quod e cœli machina affirmare ac persuadere nemo possit, olim æque genera hominum exstitisse, quotque illa fuerint, et quandiu B duraverint, et quid in vita egerint, quæque beneficia tum a Deo, tum a cœlo, tum a terra, aliis atque aliis temporibus atque ætatibus acceperint. Historia autem non id modo præstat, sed etiam lectores suos alio quodam modo vates reddit, quæ futura sint, ex iis quæ præterierunt conjicientes. Jam, ut is qui in exigua et definita terræ parte habitat, orbis terrarum fines et extremitates, et peculiares gentium et locorum naturas, annorumque et temporum discrimina, quæ diversis terræ partibus exsistunt, aliaque bona infinita norit : quis largitur hominibus, nisi una historiæ explicatio? His igitur de causis hoc genus eruditos nec magnopere diligo, nec magnifacio, qui comicis et tragicis fabulis et laudationum blandimentis linguas occupa- C runt : sed **6** eos potius, qui aut naturam rerum pro virili sua indagarunt : aut historias dispersas, et aliorum dicta factaque ad animi fortitudinem ac prudentiam spectantia, suo labore collecta, ad maximam posteritatis utilitatem ediderunt. Quorum admiratio et æmulatio nos ad imitationem impulit, hujusque conatus mihi causa fuit. Cum autem id sit historiæ veritas, quod animantibus oculus, hanc nos tanquam ducem in hoc opere sequi cum primis decet, duabus de causis : tum, ne ea res, quam veluti regulam et amussim posteris proponere statuimus, distorta et pernicioso morbo afflicta videatur : tum, ne ansam iis præbeamus, qui ex paucis totum scriptum nostrum cavillari, et

Variorum notæ.

ς Λάσκαρι κυρίου Θεοδώρου μέχρι τῆς βασιλείας
Καντακουζηνοῦ. Id est, *Nicephori Gregoræ Ro-*
næ historiæ liber, continens annorum 150 nar-
ionem, nempe ab imperatore Dom. Theodoro La-
ri usque ad imperium Cantacuzeni. Editio Wol-
s inscriptionem hanc præfert, *Nicephori Gre-*
æ, Romanæ, hoc est Byzantinæ historiæ libri unde-
, quibus res a Græcis imperatoribus per annos
, a Theodoro Lascari priore usque ad Andronici
erioris obitum gestæ describuntur, etc. Neutrum
lum retinuimus, propterea quod in utroque male
ducta erat annorum ratio. Nam undecim libri
res historiam continent, non 150 aut 145, sed
um 137 annorum, 135 Davidi Chytræo. Wol-
in errorem induxit codex suus, in quo scili-
hujusce historiæ lib. XI, cap. 11, sect. 1, per- D peram anni viginti ab Urbe capta numerabantur, cum tredecim tantum numerari oporteret. Vide notas infra ad eum locum. BOIVIN.

(1) Vel τὴν ἀκινησίαν intelligit : terra enim centrum immobile universitatis rerum a plerisque statuitur : vel vices temporum, quibus nunc sterilis squalet, nunc fecunda floret, sicut Fortuna et Luna constantes in levitate sua dicuntur. WOLFIUS.

(2) Ita legendum, non ἢ γὰρ ἄν, ut legebat Wolfius. Sic infra lib. XV, cap. 6, sect. 1, ἦ γὰρ ἂν ἐς τὸ ἀσφαλέστερον ἐσκομισάμενοι τἀπιτήδεια. Sic apud Homer. Iliad. α ἦ γὰρ ἄν, Ἀτρείδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο. BOIVIN.

(3) Basilius imp. in Parænetic. cap. 66, παρελθόντων τὰ πάθη τοῖς νῦν παροῦσιν ὑπάρχει διδασκαλία. DUCANG.

quasi nihil frugi in eo sit, traducere cupiunt : id quod nostra ætate eruditis quibusdam viris usu venit, qui cum in maxima rerum ignoratione vitam exegissent, atque ita ad historiam scribendam temere accessissent, multis eam mendaciis ex inscitia contaminarunt, et omni utilitate spoliarunt : causamque probabilem prudentissimo imperatori Andronico Palæologo ejus liberius reprehendendæ et singulatim coarguendæ præbuerunt, idque iis hominibus adhuc viventibus ac præsentibus, quos illi plurimis mendaciis infamarant.

A οὗτος ὁ πρὸς ἐκείνους πόθος καὶ ζῆλος κἀμὲ τὰ ἀκόλουθα πράττειν παρέπεισε, καὶ οὗτος αἴτιος ἐμοὶ τοῦ τοιοῦδε γέγονεν ἐγχειρήματος. Ἐπεὶ δ' ὅπερ ὀφθαλμὸς (4) τοῖς ζώοις, τοῦτο τῇ ἱστορίᾳ ἀλήθεια, προπορευομένην ἔχειν ταύτην ἐνταῦθα χρεὼν καὶ ἡμᾶς πρὸ παντὸς, δυοῖν ἕνεκα· ἑνὸς μὲν, ἵνα μὴ, ὅπερ ὡς κανόνα καὶ στάθμην τοῖς ἐσομένοις προὐθέμεθα προτιθέναι, τοῦτον στρεβλὸν καὶ νοσοῦντα ἐς τὰ καίρια δείξωμεν· ἑτέρου δὲ, καὶ ἵνα μὴ πρόφασιν δῶμεν τοῖς διασύρειν ἐξ ὀλίγων τὴν ὅλην πραγματείαν ἡμῶν βουλομένοις, καὶ ἐξελέγχειν ὡς οὐδὲν ὑγιὲς κεκτημένην· ὁποῖον δή τι καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν τινες ἐλλογίμων ἐπεπόνθεσαν. Ἀπειρίᾳ γὰρ πραγμάτων πλείστῃ συνεζηκότες οἱ ἄνδρες, ἔπειτα οὑτωσί πως ἐς τὸ συγγράφειν ἐμβεβληκότες, ἔλαθον πολλοῖς τισι καταχρησάμενοι ψεύδεσι, καὶ οὕτως ἐς τὸ ἀχρεῖον τὴν αὐτῶν παρασύραντες ἱστορίαν, ὡς καὶ πρόφασιν εὔλογον δεδωκέναι τῷ πολλῷ τὴν σύνεσιν βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ (5), σὺν οὐδενὶ κόσμῳ διασύρειν καὶ ἐξελέγχειν ταύτην ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα· καὶ ταῦτα ἐπὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἔτι πορόντων (6), ὧν δήπου ἐκεῖνοι τὰ πλεῖστα κατεψεύσαντο.

II. Atque ut imperatoris oratione una, quam is audiente me habuit, opportuno tempore utar (quippe ad præsens institutum **7** videri possit accommodata), « Sæpe, inquit, mecum ipse miratus sum, qui fieret, cum plerisque mortalium quietam et tranquillam prorsus agere vitam liceret, ac plurimos habere quibus admirationi essent, nullos vero penitus inimicos : ut ipsi ad quosvis proscindendos propensi, linguas improbas, futiles et contumeliosas ultro exacuerent : idque nulla sæpe occasione data, quæ ad hujusmodi maledicentiam jure illos incenderet. Illos vero magis etiam sum miratus, qui imperatores simul et patriarchas falsis maledictis incessere, ac impudenter proscindere audent. Sed hi admiratione omnium maxima me affecerunt, qui tam falsa maledicta sua mandare litteris non dubitarunt. Nam convitia, quæ lingua proferuntur, statim aura dissipat : quæ vero scri-

B Β'. Καὶ ἵνα μιᾷ τῶν (7) τοῦ βασιλέως δημηγοριῶν, ἣν ἐπ' ἐμοῦ (8) διεξῆλθεν, ἐν καιρῷ χρήσωμαι (φανείη γὰρ ἂν καὶ ἡμῖν εἰς τὴν παροῦσαν ἐγχείρησιν χρήσιμος)· « Πολλάκις, » φησὶν, « ἐθαύμασα κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, πῶς τῶν ἀνθρώπων τοῖς πλείστοις ἐξὸν ἀστασίαστον καὶ εἰρήνης μεστὸν διαδόσχειν τὸν βίον, καὶ πλείστους μὲν ἔχειν οἳ θαυμάσονται, μηδένας δ' οἳ τὸν τρόπον τούτων μισήσουσιν· οἱ δὲ πρόθυμοι πρὸς τὸ λοιδορεῖν (9) πάντα τινὰ ἀπαντῶσι καὶ γλῶτταν ἑκόντες ἀσκοῦσι πονηρὰν καὶ ἀταμίευτον καὶ ὑβρίζουσαν· καὶ ταῦτα μηδεμιᾶς πολλάκις προκειμένης προφάσεως, ἣ προβαλλομένη τι τῶν δικαίων ἴσως ὑπέκκαυμα ἔσται πρὸς τοιαύτας ἀναφλέγον ὁρμάς. Καὶ τούτων μᾶλλον ἐθαύμασα, τοὺς ὁπόσοι ψευδεῖς κατὰ βασιλέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν C βλασφημίας συῤῥάπτειν καὶ ἀναισχύντως προφέρειν τολμῶσι· καὶ πάντων ἐθαύμασα μάλιστα τοὺς ὅσοι γραφῇ παρατίθεσθαι τὰς οὕτω ψευδεῖς

Variorum notæ.

(4) Pachymeres, lib. I, Hist. cap. 1 : Ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ψυχὴ ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας χρῆμα ἐπαναγκὲς ἱερόν. Ideo Eunapius aiebat historicos, priusquam se ad scribendum accingerent, τῆς ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας adorare debere. Vide Ciceronem, II, *De oratore*, et alios passim. DUCANG.

(5) Seniori, quem πολὺν τὴν σύνεσιν fuisse ait, cui proinde longe potius convenit, quam Juniori, quo imperante potissimum vixit ac notus fuit Gregoras. Ad quem vero ex istius tempestatis historicis pertineat, vel quem præsertim spectet ista Andronici imp. expostulatio, ex iis quæ in ea carpuntur, non omnino promptum est assequi, nisi Georgius Pachymeres intelligatur, cujus pars historiæ postrema res a seniore gestas complectitur, in qua forte eidem principi paulo æquior visus sit, et quam demum absolvit, illo imperante, et annum ætatis quinquagesimum agente, ut idem scriptor testatur lib. XIII, cap. ult. DUCANG.

(6) Fortasse περιόντων, *illis adhuc superstitibus*. WOLFIUS.

(7) Ἀνανταπόδοτον, nisi forte ab illo pendeat, ὡς καὶ πρόφασιν εὔλογον δεδωκέναι etc., quod tamen valde durum fuerit. WOLFIUS. — Hic se hærere fatetur Wolfius. Est autem hæc transitio similis ei, quæ occurrit infra lib. IX, cap. 10, sect. 8 : Ἵνα δὲ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος λόγου βεβαίωσιν καὶ πλατιοτέρῳ τινὶ διηγήματι χρήσωμαι· ὁπότε γὰρ Καμβύσου, etc. Item lib. XI, cap. 9, sect. 2, καὶ ἵν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ διεξέλθωμεν ὅσα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐφυῶς κατέπραξε σύνεσις . . . . αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ β. BOIVIN.

(8) *Mea ætate*. Sed quia se familiarissimum Andronico fuisse testatur Gregoras, converti, sententiam secutus, *Me audiente*. WOLFIUS. — Recte Wolfius, *quam is audiente me habuit*. Sic ἐπ' αὐτοῦ lib. VIII, cap. 8, sect. 1 ; lib. IX, cap. 1, sect. 6. Sic D ἐφ' ἡμῶν lib. VIII, cap. 10, sect. 4. Sic denique ἐπ' αὐτῶν lib. IX, cap. 10, sect. 8. Aliter tamen veteres. Theocritus, Αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες ἦμες. *Utinam mea ætate in vivis fuisses*. BOIVIN.

(9) Contra receptam ab omnibus historiæ legem : Ὅταν γὰρ εἰς τὸ τῆς ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ, ἐπιλαθέσθαι χρὴ εὐνοίας καὶ μίσους, καὶ πολλάκις κοσμεῖν τοὺς ἐχθροὺς τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο· πολλάκις δ' ἐλέγχειν τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦτο καθυποδεικνύωσι. Anna Comnena in Prologo ad *Alexiad*. Christodulus, seu Cantacuzenus, in Prologo *Hist*. p. 4. Οὐ γὰρ ἀπεχθείᾳ τινὶ, ἢ φιλίᾳ (ἐξ ὧν τὸ ψεῦδος ἐπιπολὺ τίκτεται) πρὸς τούτους ἀπήχθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀληθείας ἕνεκα, καὶ πρὸς ἀληθείας ἐραστὴν τούτους ποιοῦμαι. DUCANG.

βλασφημίας αὐτῶν οὐκ ὀκνοῦσι. Τὰς γὰρ ἀπὸ μόνης τῆς γλώττης προϊούσας λοιδορίας αὖραι λαβοῦσαι ἐς αἰθέρος ἀβύσσους διασκεδάζουσιν. Αἱ δὲ γραφαῖς καὶ βίβλοις ἐντυπούμεναι μονιμώτερον καὶ τυραννικώτερον κατὰ τῶν ὑβριζομένων τὸ κράτος ἐσχήκασι, τὴν ἡγεμονίαν τῆς γραφῆς λαμβανούσης καὶ διὰ μακροῦ πομπευούσης τοῦ χρόνου. Οὐκ οἶδα δ' ὁπότερον οὐδ' ἔχω ῥᾳδίως ἐπιγιγνώσκειν οὗ χάριν ταῦτα ἐπείγονται δρᾷν, καὶ τίνος ἕνεκα κέρδους ἐς τοιούτους κρημνοὺς ἑαυτοὺς συνωθοῦσιν. Εἴ τε γὰρ ἰδιότητά τινα κακίας ἀποπιμπλάντες ἑαυτῶν ἐπὶ τὰς οὕτω ψευδεῖς βλασφημίας χωροῦσι, κακῶς τοῦτο δρῶσι καὶ λίαν αἰσχρῶς καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν, ὡς εἰπεῖν, κεφαλῆς. Στήλην τε γὰρ τῆς σφῶν κακίας τῷ χρόνῳ παρέχουσιν, [P. 4] ὅτι ἐξὸν ἐκ τοῦ λέγειν εὔφημα καὶ πρεσβεύειν ἀλήθειαν, γνωρίζεσθαι τοῖς ἀκούουσιν· οἱ δ' ἐκ τοῦ κλύνειν ἁμάξαις ὕβρεων τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας, δημοσιεύειν εἵλοντο ἑαυτούς, παραπλησίως ὥσπερ ἂν εἴ τις, ἐξὸν ἠπειρώτης εἶναι, καὶ βίον ἐπικερδέστερον καὶ ἀκίνδυνον ζῆν, ὁ δ' ἐς Ἀτλαντικοῦ πελάγους χειμῶνας καὶ κλύδωνας φέρων ἐμβέβληκεν ἑαυτόν. Τὸ δὲ καὶ κακῶν ἀρχέτυπα (10) τοῖς ἐφεξῆς εἰς μίμησιν προτιθέναι τὰ γράμματα, καὶ εἰκῇ καθιστᾶν ἑαυτοὺς αἰτίους τῆς ἐκείνων ἀπωλείας, τοῦτο δὲ ποίων κρημνῶν οὐκ ἐπάξιον, δίδυμα καὶ τριπλᾶ προτεῖνον τἀγκλήματα; Ἃ γὰρ ὡς ἀήθη ταῖς πολιτείαις καὶ νόθα ἐλαύνειν ὡς πορρωτάτω καὶ ἀποτρέπεσθαι ἔμελλον, δεδιότες οἷς τὰ τοιαῦτα πρόχειρον λοιδορεῖν, καὶ τῶν πόλεων ἐξωθεῖν, ὡς πρὶν τῶν δικαστικῶν Ἀθηναῖοι πινάκων τοὺς ὅσοι παρέγγραπτοι καὶ τῆς σφῶν πολιτείας ἀνάξιοι· ταῦτα ἀσμένως ἤδη δέξαιντ' ἂν πράττειν αὐτοί, ὡς καὶ ἄλλοις ἤδη πεπραγμένα καὶ δεδογμένα, καὶ τῶν ὅρων ὄντα τῆς συνηθείας ἐντός. Φιλοῦσι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ τοῖς οἱοισδηποτοῦν ἀτοπήμασιν ἁλισκόμενοι, ἐς ἀρχαιοτέρας εἰκόνας ἀνάγειν τὴν μίμησιν, ἵν' ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ὁρμητηρίου κατατρέχωσιν, εἴ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν οἱ πρὸς ἐλέγχους ἀποδυόμενοι. Εἴτ' οὖν διὰ τοῦτο λοιδοροῦσι καὶ ψεύδονται, οὑτωσί πως ἑκατέρωθεν ἁμαρτάνουσιν· εἴτ' αὖ διαμονῆς ἕνεκα τῆς αὐτῶν συγγραφῆς, καὶ οὕτω πόῤῥω θέουσι τοῦ σκοποῦ, τὰς κρηπῖδας τῶν αἰτιῶν οὐ πάνυ τοι σφόδρα ὑποτιθέμενοι ἀσφαλεῖς. Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἴσως εἰδότες τὰς τῶν πολλῶν ἀκοάς, ταῖς τῶν ἄλλων ὕβρεσι μᾶλλον χαιρούσας ἢ τοῖς ἐπαίνοις, καὶ ὡς πολλῷ γε ἥδιον οἱ πολλοὶ τὰς ὡντινωνοῦν διεξίλθοιεν ὕβρεις ἢ τἀγαθά, κἂν τὰς μὲν ψεύδη μακρὰ καπηλεύωσι, τὰ δὲ φῶς ἀληθείας ἔχῃ προπορευόμενον, οὕτω τὴν ἱστορίαν αὐτῶν διατίθενται, ἵν' ἐς μακροὺς δῆθεν τοὺς χρόνους χαίροντες διεξίοιεν αὐτὴν οἱ τὸν αἰῶνα κατὰ διαδοχὴν ἀμείβοντες ἄνθρωποι· καὶ οὔτε δίκης ἐπόπτην πρὸ ὀμμάτων διανοίας λαμβάνουσιν, οὔτ' αἰδῶ τῶν καλῶς καὶ δικαίως κρίνειν εἰδότων ἀνδρῶν. Τοῦτο δ' οὐ τοσοῦτον οὓς λοιδοροῦσι λυμαίνεται, ἢ αὐτούς γε δὴ

A buntur et libris imprimuntur, diutius et gravius eos quos læsere injuria premunt : scriptura auctoritatem nacta, et longo tempore ostentata. Ignoro autem quo consilio, nec scio qua gratia hæc facere studeant, aut cujus lucri spe in talia præcipitia incurrant. Sive enim, ut singularem suam improbitatem expleant, adeo falsa maledicta congerunt, male faciunt ac turpiter admodum, suoque, quod aiunt, capiti nocent. Nam improbitatis suæ monumentum produnt posteris, quod **8** cum bene dicendo et celebranda veritate innotescere auditoribus licuisset, plaustris convitiorum in innocentes effundendis semetipsos traducere publice maluerunt : haud secus ac si is, cui liceret in terra continente beate secureque vivere, in Atlantici maris B tempestates ac fluctus ultro se conjiceret. Scelerum porro exempla scriptis suis proponere posteris, et interitus eorum sponte reum fieri, id vero quæ præcipitia non meretur, cum duplicibus aut triplicibus criminibus sese obstringant? Quas enim res ut insolitas civitatibus et improbatas quam longissime exterminaturi et abominaturi erant, eorum metu quibus et insectari et urbibus eas exigere promptum esset, quemadmodum olim Athenis ex albo judicum delebant per fraudem inscriptos et republica indignos : has jam cupide amplectentur, ut et ab aliis ante factas ac probatas, et a consuetudine non abhorrentes. Solent enim homines quorumvis criminum rei, suam imitationem ad exemC pla veterum referre, ut causam habeant invehendi in eos qui illa arguere instituerint. Sive igitur hac de causa ita convitiantur et mentiuntur, utroque peccant : sive ob diuturnitatem scriptorum suorum, etiam sic procul a scopo aberrant, infirmis criminationum suarum jactis fundamentis. Sciunt illi quidem forsitan, vulgi aures insectatione aliorum quam collaudatione **9** magis delectari, ac injurias quam recte facta libentius legi, quamvis illas prolixa mendacia venditent, hæc vero lucem veritatis præviam habeant : eoque sic historias suas componunt, ut ii qui multis sæculis post futuri sunt, eas longissimo tempore cum voluptate legant. Nec in hoc vel justitiæ præsidem animis intuentur, vel æqua et recta judicia bonorum virorum reverentur. D Quæ res non adeo illis obest quos vituperant, quam ipsis obtrectatoribus, quod et homines cordati malis suspicionibus adversus illos conceptis, quæ mille probris scatent, eos inter improbos perpetuo numerabunt : et Deus justitiæ præses linguas eorum gravioribus pœnis persequetur. Atque etiam interdum ex ignoratione veri, et imperitia rerum, quæ a quovis audierint, priusquam expendant, sintne probabilia et veritati consentanea, an vero absurda, et ab ea prorsus abhorreant, sic illa chartis illinunt, ac memoriæ mandant, eaque crimina obji-

Variorum notæ.

(10) Maximus Tyrius, serm. 12, ubi de historia: Νῦν δὲ ἀναμὶξ εἰσφύρεται πάντα ἐν τοῖς λόγοις, καὶ πιεννάζει τὰ χείρω, καὶ κρατεῖ τὰ αἰσχρά, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἱστορίας πλεονέκται, τύραννοι, καὶ πολέμιοι ἄδικοι, etc. Ducang.

ciunt quæ nulla sunt, et ea dicunt, quæ neque facta sunt, neque omnino fieri possunt : quale esse Platonis ideas accepimus, et tragelaphos ex Indicis monstris in Asia narrari ab iis qui figmenta figmentis cumulant, ut majorem in animis auditorum admirationem excitent. Quapropter hujusmodi vitia scriptorum nostræ **10** ætatis, quoad potero, coarguam : qui nec acribus ingeniis præditi, nec in republica versati sunt, unde judicium gerendarum rerum peterent, usu et experientia partum : qua multas etiam segnes naturas velut e somno tandem excitari videmus et urbaniores reddi, ut inter eos numerentur qui prudentia pollent, et aliorum consuetudine linguas excoluerunt, id quod fit civilibus quæstionibus pro tempore propositis. Sed quia studiis litterarum, et iis quidem perperam jam inde ab adolescentia sese dedere et in earum otio unicoque usu longos dies consumpsere, ideo surdis auribus res quolibet tempore gestas prætervecti, omnem ætatem exegerunt. Verum etsi litteris totos sese in hunc modum non dedissent, ne sic quidem illi magno æstimati fuissent. Usque adeo tenebris et angulis digni illi homines, nullo ingenio, nulla dexteritate, ad eloquentiæ exercitationem sese contulerunt. Omnis enim scientiæ et artis perfectio, tanquam fundamento et basi, natura innititur. Quæ sana si fuerit, magnum est ad scientiam percipiendam adjumentum : veluti ferrum et æs, quod fabro facile cedit. At idem fundamentum, si infirmum fuerit, pessimus est doctrinæ adjutor, sociusque, ut ita dicam, noxius et infidus. Id quod bonis istis viris accidit, **11** qui fere segnibus et inertibus ingeniis præditi, si quid ex institutione doctrinæ consecuti sunt, caducum tamen illud et maximis vitiis inquinatum protulerunt. Ego vero quosdam veterum sapientum dixisse audio, iis qui ad scribendum adjecerint animum, bonos pictores esse imitandos : qui si archetypum aliquo naturæ vitio laboret, sive excessu sive defectu partium corporis, non id totum in pictura imaginis exprimunt, sed partim quidem ad similitudinem ostendendam inserunt, partim vero prætereunt, ne vel perpetua sit imaginis deformitas, vel naturæ probrum quoddam oculis semper obversetur, ac derisoribus joci et satyræ materiam præbeat. At præclari isti vel

A τοὺς ὑβρίζοντας, εἴπερ ἄνθρωποι μὲν σωφρονοῦντες ἀτόπους ὑπονοίας κατ' ἐκείνων ταῖς ψυχαῖς ἐμφυτεύσαντες, μυρίοις βριθούσαις ὀνείδεσιν, ἐν κακοῖς αὐτῶν ἐσαεὶ μεμνήσονται· Θεὸς δ' ὁ τῆς δίκης προστάτης δαψιλεστέραν αὐτοῖς ταμιεύσει τῆς γλώττης τὴν κόλασιν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ δι' ἀμαθίαν τοῦ βελτίονος καὶ ἀπειρίαν πραγμάτων ἅπερ ὁτουοῦν ἠκηκόεισαν (11), πρὶν βασανίσαι, εἰ τὰ μὲν τῶν εἰκότων τάδ' ἥκιστα, καὶ τὰ μὲν ἔοικεν ἀληθείας οἴκοις ἐνδιαιτᾶσθαι, τάδ' ὑπερόριον ἀληθείας τείνουσι γλῶσσαν, οὕτω ταῦτ' ἐφαπλοῦσι ταῖς ἑαυτῶν συγγραφαῖς καὶ τῷ χρόνῳ, αἰτιώμενοί τε τὰ ἀναίτια, καὶ φάσκοντες ἃ μήτ' ἐγένοντο, μήτε γενέσθαι τῶν δυνατῶν ἦν· οἵας τοῦ Πλάτωνος τὰς ἰδέας ἀκούομεν, καὶ ὅσοι τοὺς τραγελάφους ἐκ τῶν τῆς Ἰνδίας τεράB των [P. 5] ἐς τὰς τῆς Ἀσίας διαβιβάζουσιν ἀκοάς, ἐκ μὴ ὄντων αὖθις μὴ ὄντα καθιστῶντες, ἵνα μᾶλλον ἐκπλήττωσι τοὺς ἀκούοντας. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἐλέγξων ἔρχομαι τὰ τοιαῦτα, καθόσον οἷόν τε, τῶν ἐφ' ἡμῶν συγγραφέων. Ἄνθρωποι γὰρ οὔτε δραστήριοί τινες τὴν φύσιν, οὔτε πολιτικοῖς τισι πράγμασι συμμίξαντες, ἵνα τινὰ καὶ πρακτικὸν ὀφθαλμὸν ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς παράσχοιεν, καὶ κρίσιν ἐμπειρίᾳ πεπορισμένην, ὑφ' ἧς ὁρῶμεν πολλοὺς καὶ τῶν πάνυ νωθροτάτην εἰληχότων τὴν φύσιν ἀφυπνιζομένους, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀνεγειρομένους ὀψέ ποτε, καὶ ἐς ἀστειότητα μετενηνεγμένους, κἀκείνοις ἤδη ἐγκρινομένους, οἷς βουλὴ καὶ κρίσις ἀνῆπται πραγμάτων, καὶ οἳ γλῶσσαν ἐξήσκησαν ἐκ τῆς τῶν ἄλλων συνC διαιτήσεως, τοῖς προτιθεμένοις πολιτικοῖς ζητήμασιν ἐν καιρῷ γινομένην· ἀλλὰ λόγοις, καὶ τούτοις πλημμελῶς, ἐξέτι νέου δεδωκότες (12) καὶ μόνῃ τῇ τούτων σχολῇ καὶ τριβῇ τοὺς μακροὺς παραλλάξαντες ἡλίους, οὕτω κωφοὶ τῶν ἀεὶ γιγνομένων τὸν ἅπαντα διεμέτρησαν βίον. Εἰ δὲ μηδὲ τούτοις οὑτωσί πως ἐδίδουν, οὐδὲν μέγα τὸ ἐκείνων ὑπῆρχεν ἀντάλλαγμα (13)· οὕτω σκότει καὶ γωνίᾳ μάλα προσήκοντες οἱ ἄνθρωποι οὐκ εὐφυῶς οὐδ' εὐρύθμως ἐς τὴν τῶν λόγων ἐβάδισαν ἄσκησιν. Πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη καὶ τέχνη καθάπερ θεμελίῳ καὶ βάσει τῇ φύσει τὴν ἑαυτῆς συντέλειαν ἐποικοδομεῖ. Ἂν γοῦν ἡ φύσις ὑγιαίνουσα ᾖ, μέγα πρὸς κατόρθωσιν γίνεται τῆς ἐπιστήμης ἐφόδιον· καθάπερ καὶ σίδηρος καὶ χαλκὸς ῥᾳδίως ὑπείκων τῷ χαλκοτύπῳ. Ἂν δ' ὁ τῆς D φύσεως ἀσθενῶς ἔχῃ θεμέλιος, κάκιστος ἐπίκουρος

Variorum notæ.

(11) Quo spectant quæ habet Dio in Augusto, et ex eo Xiphilinus : Καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα θρυλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα ἀγνοεῖται, πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλως πως ἢ ὡς πράττεται διαθροεῖται. Ducang. — *Ἃ παρ' ὁτουοῦν ἠκηκόεισαν*. Ita cod. Reg. 2078. Wolfius legit, ἅπερ ὁτ. ἠκ. ut legitur in cod. Reg. 2558. Boivin.

(12) Verteram, *sed illa immatura ætate perperam descripserunt*. Sed videtur legendum, ἑαυτοὺς δεδωκότες : eumque sensum expressi. Wolfius. — Wolfius putat legendum esse ἑαυτοὺς δεδωκότες. Sed nil necesse est. Nam verbum δεδωκότες referri potest ad μακροὺς ἡλίους; ut constructio sit, δεδωκότες τοὺς μακροὺς ἡλίους τῇ τούτων σχολῇ, *totis diebus in earum otio consumptis*. Facile tamen crediderim, non legendum quidem, sed subaudiendum esse pronomen ἑαυτούς. Certe post verbum διδόναι passim apud Gregoram subauditur pronomen. Exempla habes, lib. VI, cap. 6, sect. 4; lib. VIII, cap. 5, sect. 1; et sect. 8, pag. 191 ; lib. IX, cap. 1, sect. 4, etc. Boivin.

(13) *Davus sum*, inquit ille in comœdia, *non Œdipus*. Me vero, cum in Sphingem incidissem, Œdipum esse oportuit, quocunque eventu. Gratum mihi facient; qui ænigma hoc dexterius explicarint. Wolfius. — Wolfius hoc loco Davum se ipse profitetur. Ego verti, *Verum etsi litteris totos dies in hunc modum non dedissent*, subaudiendo τοὺς μακροὺς ἡλίους, quod præcessit. Nunc autem malim subaudire ἑαυτούς, et sic vertere, *Verum etsi litteris totos sese in hunc modum non dedissent*, eodem plane sensu. Boivin.

τοῖς τῆς ἐπιστήμης οἰκοδομήμασι γίνεται, καὶ ἵν' εἴπω, πλημμελὴς καὶ ἐπίβουλος σύμμαχος. Ὡς νῦν γε οὗτοι οἱ χρηστοὶ οὗτοι νωθρὸν ὡς τὰ πολλὰ καὶ νοσοῦν τὸ συμφυὲς κτησάμενοι φρόνημα, εἰκότως ἄρα καὶ ὃν ἐκ τῆς τέχνης ἐπορίσαντο λόγον σεσαλευμένον ἔφηναν ὁμοῦ καὶ νοσοῦντα τὰ καίρια. Ἐγὼ δὲ καὶ τῶν πάλαι σοφῶν ἔστιν οὓς ἐπυθόμην φαμένους, ὡς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ζωγράφων μιμεῖσθαι χρεὼν, ὁπόσοι ἐς τὸ συγγράφειν ὁρμῶσι. Καὶ γὰρ κἀκεῖνοι εἴ τί που τοῖς ἀρχετύποις ἐκ φύσεως παρυπέστη πλημμέλημα, εἴτ' ἐς τὸ ἧττον τοῦ δέοντος, εἴτ' αὖ ἐς τὸ πλέον παρασῦρον ἔστιν ἃ τῶν τοῦ σώματος μερῶν, οὐχ ἅπαν ἀκριβῶς ἐναρμόσαι σπουδάζουσι τῇ γραφῇ τῆς εἰκόνος· ἀλλὰ πῆ μὲν ἐντιθέασιν, ὅσον ἐνδείξασθαι τὴν ὁμοιότητα, πῆ δ' οὔ, ἵνα μήτε τὸ δύσμορφον καὶ αἰσχρὸν ἡ γραφὴ τῆς εἰκόνος ἔχῃ διηνεκῶς, B μήτε φύσεως ὄνειδος ἀεὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ χρόνου προφαίνηται, καὶ γίνηται τοῖς φιλοσκώμμοσι πρόφασις γέλωτος ἅμα καὶ χλεύης. Οἱ δὲ σεμνοὶ οὗτοι, εἴτ' οὐκ εἰδότες, εἴτε μισοῦντες τὴν ἀλήθειαν, οὐ μόνον οὐδὲ μικρὰ τῶν ἀληθευόντων ἁμαρτημάτων ὑφελόμενοι, πυθμέσιν ἀφῆκαν σιγῆς, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν μήτε πραχθέντων ἢ λαληθέντων ἐφήρμοσαν τῇ ἑαυτῶν συγγραφῇ· οὕτω πικροὶ καὶ ἀφειδεῖς ἀνεφάνησαν τῆς ἀληθείας ἐχθροί. Ἢ ποῦ οὐκ ἂν ἀτοπίας ἐλαύνοιεν τοιαῦτα φιλοτιμούμενοι γράφειν, [P. 6] ὧν μήτ' αὐτόπται αὐτοὶ ἐγεγόνεισαν, μήτ' αὐτήκοοι τῶν πραξάντων ἢ καὶ θεασαμένων γενέσθαι ἐσπούδασαν, ἀλλ' ὅσα μεθυούσῃ γλώσσῃ διεξίασιν οἱ τὰ χαμαιτυπεῖα πληροῦντες, καὶ ὅσαπερ C αἱ γρᾶες ληροῦσι καὶ τερατεύονται; ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀντιστρατευομένην ἐμοὶ οὐδὲ τἀμὰ συγκυκῶσαν πράγματα τὴν ἑαυτῶν γλῶσσαν οἱ ἄνθρωποι ἔστησαν, οὐδὲ κατὰ τῆς ἐμῆς ὁλοσχερῶς ἐξώπλισαν ἀληθείας, ἡ βίβλος ἐκείνων δηλώσει, σποράδας καὶ ἡμετέρους ἐπαίνους πολλαχῇ περιφέρουσα· ὃ δὴ λαμπρὰν ἐμοὶ καὶ περιφανῆ τὴν παραίτησιν ὑπισχνεῖται, μὴ ἂν ὑποπτεύσειν τῶν πάντων οὐδένα, πρὸς ἄμυναν λέγειν ἐμὲ, καὶ ἐξορύττειν εἴ τις καρπὸς ἀληθείας, τῆς αἰτίας ἐξαιρουμένης περιφανῶς, ἀφ' ἧς ἀκλινῶς βαδιεῖταί τις πρὸς τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' εὐνοίας ἕνεκα τῆς τε ἀληθείας καὶ τῶν ὑβριζομένων· τῆς μὲν, ὅτι ἐξοστρακίζοιτο ζηλοῦντα· τῶν δὲ, ὅτι ἀδικοῖντο, φέρειν οὐκ ἀνεχόμενον. Τὸ μὲν οὖν πάντα ἐθέλειν διεξιέναι καὶ ἀνατρέπειν καθ' ἕκαστα σχολάζοντος ἔργον ἂν εἴη, καὶ λόγοις καθάπαξ ἐγκεκυφότος. Ἄλλως τε (14) οὐδὲ πάνθ' ὅσα γεγράφασι, τοὺς ἄνδρας ψεύδεσθαι ἔφαμεν. Τοῦτο γὰρ οὐδὲ τοῖς τὰς Νείλου πηγὰς ἰδεῖν τερατευομένοις προστρίψαιτο ἄν τις ῥᾳδίως, οὐδ' ὅσοι τοὺς Ἀντίποδας καὶ Ἀντοίκους, οἵ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν ἐκεῖνοι, τῷ λόγῳ παρεισκυκλοῦσιν. Ἀλλὰ πολλῶν ὄντων καὶ διαφόρων ὁπόσα κατεψεύσαντο οἱ ἄνδρες, μέτρι' ἄττα καὶ ὧν πολλοὶ μάρτυρες ἔτι τῷ βίῳ περίεισιν ἐκλεξάμενοι, ταῦτα τῆς ἀληθείας κρινούσης φαιδρῶς ἡμεῖς ἐξελέγξομεν.» Ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς τὴν τῆς ἑαυτοῦ δημηγορίας ἐνταῦθά που συνελάσας κατάστασιν, πολὺς ἔπειτα ἐῤῥύη πρὸς τοὺς ἐλέγχους, σύμφωνα φάσκων ἐκείνοις παροῦσιν, οἳ τοῖς ἑαυτῶν διεπράξαντο σώμασιν, ἄττα ὁ συγγραφεὺς διεφθορότα εἰρήκει, καὶ ἥκιστα τῇ ἀληθείᾳ ὁμόλογα.

Γ. Ἡμῖν δὲ ὁ μὲν περὶ τούτων λόγος ἀναμείνας ἐν D τῷ παρόντι, ἔσται δῆλος ἐν τοῖς ἑξῆς (15), ὅτε καὶ ἡμῖν τὰς αὐτὰς διεξιέναι γένοιτο ὑποθέσεις· ὁ δὲ τῆς μελετηθείσης ἱστορίας ἀρχὴν λαμβανέτω τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων, ἣν

A ignari vel inimici veritatis tantum abest ut aliquid verorum erratorum silentio dissimularint, ut etiam multa, quæ nec dicta nec facta fuere, litteris mandarint : adeo acerbi et immoderati veritatis hostes exstiterunt. In quas vero ineptias non inciderent, qui ea scribenda suscipiunt, quæ nec ipsi viderunt, nec ex iis qui res gesserint aut viderint, audire studuerunt, sed ea quæ lingua ebria a scortatoribus narrantur, aut ab aniculis vana et portentis similia effutiuntur. Cæterum eos linguas suas non contra nos, aut ad res meas convellendas exercuisse, neque contra veritatem **12** nostram prorsus armavisse, liber eorum ostendet, qui multis in locis sparsim laudes quoque nostras complectitur. Quæ res claro et illustri testimonio me ab omni suspicione vindi- B cabit : ne quisquam putet, vindictæ causa hæc a me scribi, et si quid veri in iis insit, aboleri : cum ea causa abunde sublata sit, quæ talem opinionem confirmare queat. Sed amor et veritatis, et eorum qui contumelia afficiuntur, huc me provexit. Nam illam veluti relegatam esse indignor : et his injuriam fieri, ferre non possum. Ac omnia recensere et refutare, munus eorum fuerit, qui abundantes otio, scribendis orationibus toti incumbunt : præsertim cum ea quæ illi scripserunt falsa esse omnia non diximus. Id enim crimen ne iis quidem facile impingi queat, qui se Nili fontes spectasse gloriantur : aut iis, qui Antipodas et Antœcos, quicunque illi sunt, scriptis suis inserunt. Sed cum multa variaque sint illorum mendacia, pauca, eaque quo- C rum adhuc testes supersunt, e multis selecta, judice veritate nos evidenter confutabimus. » Imperator igitur, cum ad hunc suæ concionis locum pervenisset, in refutando multus fuit : iis testibus productis, qui res a scriptore corruptas et depravatas ipsi per se gesserant.

III. Nos vero eam orationem differemus eo usque dum et nobis eædem res explicandæ erunt. Institutam autem **13** historiam, a capta, proh dolor ! a Latinis imperatrice urbe auspicabimur : et ea quæ quamvis ante nostram ætatem acciderint, tamen a

Variorum notæ.

(14) Videtur addendum, ἐπειδὴ οὐδέ. Wolfius.

(15) Quæ ab aliis depravata esse asserit, nusquam convellit in hoc opere : veriore fortassis expositione citra cujusquam reprehensionem contentus. Wolfius.

natu maximis nostra ætate viris accepimus, breviter exponemus : cum quod pleraque ab aliis jam tractata sunt, tum necubi nos quoque mendacii arguamur, qui ea subtilius et accuratius persequi conemur, quæ ipsi coram non vidimus.

A ὑπὸ τῶν Λατίνων φεῦ ἐπεπόνθει· καὶ ἅπερ πρὸ τῶν ἡμετέρων μὲν ἐπέπρακτο χρόνων, παρείληπται δ' ἡμῖν ἐκ τῶν, οἳ προβεβηκότες μάλιστα ἦσαν ἐφ' ἡμῶν, ἐπιτροχάδην ῥητέον ἡμῖν· τοῦτο μὲν, ὅτι τὰ πλείω καὶ ἄλλοις εἴρηται· τοῦτο δὲ, καὶ ἵνα μὴ καὶ αὐτοί γε ἁλῶμεν ἔστιν οὗ τῆς ἱστορίας ψευδόμενοι, ἀφηγήσει διεξιέναι πειρώμενοι λεπτῇ τε καὶ ἐξειργασμένῃ, ὧν μὴ αὐτόπται αὐτοὶ γεγενήμεθα.

CAPUT II.

Initium narrationis ; Constantinopolis capta a Latinis. Theodorus Lascaris in urbe Nicæa imperator salutatur. Alexius Comnenus Trapezuntem, Michael Angelus Comnenus Thessaliam et Epirum invadit. Latini reliquas provincias inter se partiuntur. In Asiam expeditionem parant. Iidem a Joanne Asane, Bulgarorum principe, profligati. Balduinus captus. Aliorum ducum exitus. Thracia et Macedonia vastantur.

I. Constantinopoli a Latinis capta, Romanorumque principatu, instar magnæ navis, a ventis et pelagi fluctibus comprehensæ, in plurimas partes et frusta discerpto, alius alibi, quocunque sors tulit, regnavit, donec vix tandem Theodorus Lascaris apud Nicæam metropolim tricesimo ætatis suæ anno imperator est renuntiatus.

[P. 7] Α'. Τῆς γάρ τοι Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων ἁλούσης (16) συνέβη τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, καθάπερ ὁλκάδα μεγάλην, ἀνέμοις ἀγρίοις καὶ κύμασι θαλαττίοις συνειλημμένην, κατὰ τεμάχια καὶ μέρη πλεῖστα διαιρεθῆναι, καὶ ἄλλον ἄλλοθι B κατὰ μόρια, καὶ ὡς ἕκαστοι τύχοιεν, ταύτην διαλαχόντας κληρώσασθαι, ἕως ὀψὲ καὶ μόλις περὶ τὴν Νικαέων μητρόπολιν ἀναγορευθῆναι συμπέπτωκε βασιλέα Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν, (17) τριακοντούτη ἤδη τυγχάνοντα.

II. Tum enim alii victi, alii supplices, ultro se ad illum contulerunt : præter eum qui Colchidem tenuit Alexium Comnenum, et qui in Europa Thessaliæ potitus est, et ejus provinciæ quam veterem Epirum nominarunt. Is erat ex Angelorum familia Comnenus Michael. Hi enim ab urbe imperatrice longissime remoti, et ipsa Romani imperii, ut ita dicam, extrema ex diametro opposita sortiti, locorumque munitionibus freti, imperium per tyrannidem arrogantius invaserunt, **14** stabilitumque in hunc usque diem liberis ac nepotibus suis veluti patrimonium tradiderunt.

Β'. Τηνικαῦτα γὰρ οἱ μὲν ἡττηθέντες, οἱ δ' ὑποπεπτωκότι χρησάμενοι σχήματι, τούτῳ προσερρύησαν (18) μάλα ἐθελονταί· πλὴν τοῦ τῆς Κολχίδος κρατήσαντος γῆς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ (19), καὶ ὃς κατὰ τὴν Εὐρώπην Θετταλίας τε ἦρξε καὶ ἣν παλαιὰν ὠνόμασαν Ἤπειρον· ὁ ἐξ Ἀγγέλων οὗτος ἦν Κομνηνὸς Μιχαὴλ (20). Οὗτοι γὰρ ὅσον πλεῖστον ἦν τῆς βασιλευούσης ἀπῳκισμένοι, καὶ αὐτά γε, ὡς εἰπεῖν, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας τὰ πέρατα λαχόντες ἐκ διαμέτρου, καὶ ἅμα τοῖς τῶν τόπων ὀχυρώμασι σφόδρα τεθαῤῥηκότες, τυραννικώτερον ἐπεπήδησαν C τῇ ἀρχῇ, καὶ ἴσχυσαν ἄχρι καὶ τήμερον παισί τε καὶ ἀπογόνοις αὐτῶν, καθάπερ τινὰ πατρῷον κλῆρον, αὐτὴν παραπέμψαντες.

III. Cum enim Latini verno tempore Urbem

Γ'. Ἦρος μὲν οὖν ἐνειστήκει καιρὸς, ὅτε Λατῖνοι

ariorum notæ.

(16) Aprilis die 12, feria II, hebdomadis 6 jejuniorum, anno mundi juxta Græcos 6712, Christi 1204. DUCANG. — Constantinopolis capta a Latinis anno mundi (ut Græci numerant) 6712, Chr. 1204, Aprilis die 12, non, ut Maur. David putabat, anno mundi 6711, Chr. 1203. Cod. reg. 2525[a], in catalogo imperatorum : Ἀλέξιος ὁ Δούκας, ὁ Μούρτζουφλος, μῆνας β', ἡμέρας ι'· οὗ βασιλεύοντος, παρεδόθη ἡ Κωνσταντινούπολις πρὸς τοὺς Λατίνους, ἐν ἔτει ,ςψιβ', κατὰ τὴν ιβ' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ἰνδικτιῶνος ζ'· κατείχετο δὲ παρὰ τούτων χρόνοις νς', μησί γ', ἡμέρ. ιγ'. Codex 2522, D in simili Catalogo, Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ Μούρτζουφλος, ἡμέρας σ'· καὶ αὐτίκα γέγονεν ἡ ἅλωσις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων, κατὰ τὴν ιβ' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, τῆς ζ' ἰνδικτ. τοῦ ,ςψιβ' ἔτους, ἐλθόντων καὶ πεσόντων ἀντικρὺ ταύτης εἰς Χαλκηδόνα, κατὰ τὴν κζ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς, τῆς ς' ἰνδικτ. καὶ σκυλευόντων τὰ περικύκλῳ αὐτῆς χρόνον ἕνα. Cum his codicibus consentiunt Georgius Acropolita, Villharduinus, et alii. Mauritius David primam oppugnationem cum expugnatione confundit. Urbs primum a Latinis obsessa est anno mundi 6711, at non capta nisi anno 6712. Vide Nicetam Choniatam. BOIVIN.

(17) An. mundi 6713. Nam imperavit annos 18, quorum ultimus fuit annus mundi 6730, ut constat ex cod. ms. Reg. 2731, fol. 46 V, ubi hæc imperatorum series chronologica occurrit :

		**	***
,ςψλ'.	Θεόδωρος Λάσκαρις ὁ πρῶτος.	ιη'.	,αφμε'.
,ςψξγ'.	Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης.	λγ'.	,αφοη'.
,ςψξζ'.	Θεόδωρος Λάσκαρις παῖς Ἰωάννου.	δ'.	,αφβ'.
,ςψϘα'.	Μιχαὴλ Παλαιολόγος.	κδ'.	,αχς'.
,ςωλς'.	Ἀνδρόνικος ὃς Ἀντώνιος μοναχός.	με'.	,αχνα'.
,ςωμθ'.	Ἀνδρόνικος ὁ ἔγγονος αὐτοῦ.	ιγ'.	,αχξδ'.
,ςωξγ'.	Ἰωάννης ὁ Κανταχουζηνός.	ιδ'.	,αχοη'.
,ςϠ'.	Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος γαμβρὸς αὐτοῦ.	λζ'.	,αψιε'.

BOIVIN.

(18) Nicetas in Balduino, n. 7. DUCANG.

(19) Cognomine *Magni*, ducis Trapezuntini, Andronici Comneni tyranni ex filio Manuele nepotis. Vide *Familias* nostras *Byzantinas*, p. 192. DUCANG.

(20) Ex Angelorum stemmate. Vocabatur autem *Michael Angelus Comnenus*, Joannis Angeli sebastocratoris filius nothus, de quo pariter egimus in eadem lucubratione, pag. 208. DUCANG.

* Annus mundi, quo quisque imperare desiit. BOIVIN.
** Anni imperii. BOIVIN.
*** Anni a Philippo Aridæo. BOIVIN.

τὴν βασιλεύουσαν ἐξεπόρθησαν. Τριχῇ δ' αὐτὴν διελόμενοι, διενείμαντο κατὰ σφᾶς, ὅ τε κόμης Φλάνδρας Βαλδουῖνος, καὶ ὁ κόμης Πλέης Δολόϊκος (21)· μόνος δὲ Μοντησφεράντας μαρκέσιος ῥὴξ ἀποδέδεκται Θεσσαλονίκης καὶ τῶν ἐπέκεινα· βασιλεὺς δ' ἐξ αὐτῶν ἀνηγόρευτο Βυζαντίδος ὁ Βαλδουῖνος· ὃς εὐθὺς καὶ κατὰ τῶν ἑσπερίων ἐξώρμησε πόλεων, ὅσαι περὶ Θρᾴκην σποράδες εἰσί. Καὶ ταύτας μὲν τὴν ταχίστην ἁπάσας αὐτὸς παρεστήσατο. Ὁ δὲ Μοντησφεράντης μαρκέσιος μέχρι Θεσσαλονίκης τὴν ἔφοδον ποιησάμενος, καὶ ταύτης γενόμενος ἐγκρατής, ῥᾷστα καθάπερ φλὸξ ἐκεῖθεν ἐπενέμετο πάσας τὰς πρόσω κώμας καὶ πόλεις, ἕως καὶ αὐτῆς ἐπέβη τῆς νήσου τοῦ Πέλοπος. Τὸν μὲν δὴ ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον εὔδρομα τὰ Λατίνων ἐχώρει. Ὠνειροπόλουν γε μὴν ἐς τοὐπιὸν ἔτος καὶ αὐτῆς ἐπιβῆναι τῆς ἕω, καὶ ὑποχείρια πάντα ποιήσασθαι τὰ ἐκεῖσε, ὡς μηδὲν ἔτι Ῥωμαίοις ἀρχῆς ὑπέκκαυμα λείπεσθαι. Καὶ μὲν δὴ ἦρος ἐπιστάντος, [P. 8] Λατινικὰ στρατεύματα διαπεραιοῦσθαι πρὸς ἕω διὰ μελέτης εἶχον ἅμα αὐτῷ Βαλδουίνῳ. Τάχα δ' ἂν καὶ διεπεραιώθησαν, καὶ τὰ ἔσχατα τῆς ἀπωλείας τοῖς ἐπιλοίποις Ῥωμαίοις ἐπήνεγκαν, εἰ μὴ καθάπερ ἦχος μεγάλης βροντῆς ἐξαίφνης ἡ Βουλγαρικὴ φήμη καταῤῥαγεῖσα, τούτους ἐξέπληξέ τε καὶ τὴν τούτων ὁρμὴν ἀνεχαίτισεν.

expugnassent, imperium tripartito inter se diviserunt Balduinus comes Flandriæ, Ludovicus comes Blesensis, et Montisferrati marchio. Atque hic solus Thessalonicæ et adjacentium locorum rex est declaratus. Imperator autem Byzantii ex iis creatus Balduinus statim contra Occidentales urbes, quæ circum Thraciam sparsim occurrunt, movit, easque omnes celerrime deditione cepit. Montisferrati autem Marchio Thessalonicam usque progressus, eaque potitus, facillime instar incendii inde omnes ulteriores pagos et urbes est pervagatus, donec ipsam Peloponnesum ingrederetur. Ac illo quidem anno res Latinorum secundo cursu processerunt. At vero in annum sequentem somniabant se Orientem ipsum invasuros, et omnia illic in potestatem suam redacturos, adeo ut nulla Romanis imperii recuperandi spes relinqueretur. Itaque vere appetente Latinorum copiæ in Orientem trajicere una cum ipso Balduino parabant. Ac forsitan trajecissent et Romanorum reliquias internecione delevissent, nisi derepente, veluti magni tonitrus fragor, Bulgarici motus terror impetum illorum retardasset.

Δ'. Ὁ γάρ τοι τοῦ πρώτου Ἀσὰν ἀδελφὸς καὶ διάδοχος Ἰωάννης πάντας τοὺς ὑπὸ χεῖρα Βουλγάρους στρατολογήσας, ἐπαγόμενος δὲ καὶ μισθοφορικὸν οὐκ ὀλίγον ἐκ τῶν παρὰ τὰ βόρεια μέρη τοῦ Ἴστρου Σκυθῶν, καιρὸν ἔχειν ἔκρινεν ἐπιθέσθαι ταῖς Θρᾳκικαῖς κώμαις καὶ πόλεσιν, ἐν ζάλῃ καὶ θορύβῳ μακρῷ τῶν Ῥωμαϊκῶν τηνικαῦτα πραγμάτων ὄντων, καὶ τῶν Λατίνων ἐν ἄλλοις σπουδαιοτέροις περισπωμένων. Ὅθεν ἀνάγκῃ συνειλημμένοι τοιαύτῃ, τὴν οὖσαν Λατινικὴν ἀναλαβεῖν ἔγνωσαν δύναμιν ἅπασαν Βαλδουῖνός τε καὶ οἱ σύν γε αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν διαλαχόντες, καὶ μέχρι καὶ ἐς τὰ τῆς Ὀρεστιάδος ἱππήλατα κατεσπουδασμένην τινὰ τὴν ἐκστρατείαν ποιήσασθαι. Οὗ γενομένου, πρὸς μάχην ἑκατέρωθεν ἐκεῖ περιφανῆ τὰ στρατεύματα συνεῤῥάγη, καὶ πολὺς ἀμφοτέρωθεν ἐγίνετο φόνος, εὐρώστως ἀγωνιζομένων ἁπάντων μέχρι καὶ ἐς πολύν τινα χρόνον· ὀψὲ δ' ἐγκλῖναι τοῖς Βουλγάροις συνεπεπτώκει, οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτε τὴν τῶν Λατίνων οὐ μάλα γενναίως ἐνεγκεῖν δυνηθεῖσι βαρεῖαν ὅπλισιν (22), εἴτ' ἐξεπίτηδες παρεξάγειν σφᾶς βουληθεῖσι περὶ τὰ ἔνεδρα καὶ τοὺς λόχους· ᾧ καὶ μᾶλλον τίθεσθαι ἄξιον. Ἤδη γὰρ ὡς ποῤῥωτάτω που τῆς διώξεως γινομένης, ἀνίστανται τῶν λόχων (23) οἱ Σκύθαι· ἐπαναστρέ-

IV. Nam primi Asanis frater et successor Joannes, **15** delectu ex omnibus Bulgaris habito, et non parvis Scytharum copiis, qui Boreales Istri partes accolunt, conductis, occasionem sibi oblatam ratus est Thracios pagos et urbes opprimendi, re Romana vehementer turbata et afflicta, Latinis autem rebus gravioribus distractis. Unde necessitate coacti, suas omnes copias revocare decreverunt Balduinus et qui cum eo partiti erant imperium, ac usque ad Orestiadis planitiem celeriter progredi. Quo facto exercitus illustri pugna conflixerunt, et multa utrinque strages edita est, omnibus fortiter longo temporis spatio dimicantibus, donec tandem Bulgari cesserunt, haud scio an quod Latinorum gravem armaturam sustinere non possent, an vero quod de industria illos in insidias pertrahere vellent : id quod probabilius est. Nam cum eos Latini longissime persecuti essent, Scythæ ex insidiis consurgunt : et Bulgari velut ex composito conversi, hostes præter omnem exspectationem circumventos sagittis et jaculis strenue confixerunt, et terra sanguine et cadaveribus repleta, ingentem Latinorum stragem ediderunt : qui ob pondus armorum continentes Scytharum incursiones et cir-

Variorum notæ.

(21) Postea Λοδόϊκος : eadem μεταθέσει, qua Νικόλαος et Λαόνικος, et apud nostrates Bolgangus et Gangolfus. WOLFIUS. — Καὶ ὁ κόμης Πλέης Δολόϊκος. Wolfius interpres, *et Pleæ Comes Doloicus*, quem errorem erravit etiam apud Nicetam Choniaten, in Balduino, N. IV., ubi pariter indigitatur *Ludovicus Comes Blesensis*, utroque scriptore vocem *Blois*, seu potius *Blès*, quomodo ea tempestate urbis Blesensis nomen efferebatur, ita effingente. De Ludovico porro, ut et de Balduino Comite Flandrensi, et Bonifacio Montferratensi marchione, egimus in notis ad Historiam Gaufredi de Villa-Harduini. DUCANG.

(22) Acropolita, n. 12 : Ἰταλοῖς μὲν οὖν τὸ ἔθος ἐφ' ἵπποις ὑψαύχεσιν ἐποχεῖσθαι, καταφράκτοις τε δι' ὅλου εἶναι τοῖς ὅπλοις τοῦ σώματος, κἀντεῦθεν δυσκινήτως κατὰ τῶν ἐναντίων ὁρμῶσι. Id notavit idem Gregoras, lib. IV, cap. 7, et alii, quos laudamus in notis ad Villharduinum, N. CCXII, quibus addendi Ingulfus, p. 899 prioris Edit. et Walsinghamus an. 1301, pag. 78. DUCANG.

(23) Ejusmodi insidiis circumventos Latinos scri-

cultus, et expeditissimas excursiones tolerare non poterant. Nonnullos etiam vivos ceperunt : inter quos et Balduinus fuit. Nam Ludovicus comes Blesensis in acie ceciderat. **16** Venetiarum vero dux Henricus Dandulus, cum perpaucis fuga elapsus, non multo post ex acceptis in pugna vulneribus decessit.

A φουσι δ' ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος καὶ οἱ Βούλγαροι, καὶ τοὺς πολεμίους παρὰ πᾶσαν ὁμοῦ κυκλωσάμενοι προσδοκίαν, ἐτόξευον, ἠκόντιζον, ἔσφαττον ἀφειδῶς, αἱμάτων καὶ νεκρῶν ἐπλήρουν τὴν γῆν· καὶ πολὺς ἦν τῶν Λατίνων ὁ φόνος, οὐκ ἐχόντων διὰ τὸ βάρος τῆς ὁπλίσεως ἀντέχειν πρὸς τὰς συνεχεῖς ἀντεμβολὰς καὶ ἑλίξεις καὶ κουφοτάτας ἐξελάσεις τῶν Σκυθῶν. Ἦσαν δ' οὓς καὶ ζῶντας ἐλάμβανον, μεθ' ὧν ἑάλω ζῶν καὶ ὁ Βαλδουῖνος. Ὁ δὲ Πλέης κόμης (24) Λελδῖκος ἐπεπτώκει παρὰ τὴν μάχην. Ὁ δὲ τῆς Βενετίας δοὺξ Ἐρίκος Δάνδουλος (25) μετ' ὀλίγων πάνυ φυγὰς ᾤχετο, μετὰ μικρὸν δὲ τετελεύτηκε καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου τραυμάτων.

V. Bulgarorum vero Scytharumque multitudo, Latinorum opulentia gustata, equisque et curribus splendidis potiti, alacriter ad ulteriora pergebant, resistente nemine. Quare Thraciarum urbium aliæ ultro ad Joannem se conferebant : pleræque vero vi expugnatæ et direptæ sunt, mœnibus solo æquatis. Sic Joannes omnia facile Thessalonicam et in Macedoniam usque pervagatus, pagos, oppida, castella, propemodum Scytharum, quod aiunt, solitudinem effecit.

Ε'. Τὸ μέν τοι Βουλγαρικόν τε καὶ Σκυθικὸν πλῆθος (26) κέρδους ἤδη καὶ πλούτου Λατινικοῦ γευσάμενοι, ἵππων τε καὶ ἁρμάτων λαμπρῶν, ἤλαυνον εἰς τὰ πρόσω προθύμως, μηδένα ἔχοντες ἤδη τὸν ἀντιπαραταξόμενον· ὡς τὰς μὲν τῶν Θρᾳκικῶν πόλεων ἑκοντὶ B προσχωρεῖν Ἰωάννῃ, τὰς δὲ πλείους βίᾳ ἁλίσκεσθαι, αὐτάς τε ἀνδραποδιζομένας, καὶ ἄχρι θεμελίων τὰ αὐτῶν ἀποβεβλημένας τείχη. Καὶ οὕτω πάντα ῥᾳδίως ὁ Ἰωάννης κατέδραμεν ἄχρι Θεσσαλονίκης καὶ Μακεδονίας, ὁπόσα ἐν κώμαις καὶ πόλεσι καὶ φρουρίοις, μικροῦ Σκυθῶν ἐρημίαν (27), τὸ δὴ λεγόμενον, ἀποδείξας.

CAPUT III.

Alexius Angelus, antea Byzantii imperator, a marchione Montisferrati captus ; mox dimissus ; genero suo Theodoro Lascari invidet. Iatbatinem Turcum socium sibi adjungit. Antiochia a Turcis obsessa. Theodori celeritas.

I. Cæterum Alexius imperator cum Latinorum metu clam Byzantio profugisset, dum in Thracia vagatur, et ipse a Montisferrati marchione capitur, et opibus quas secum ferebat, spoliatus, nudusque dimissus, longo tempore circa Achaiam et Peloponnesum oberravit. Tandem audito, generum suum Theodorum Lascarim in Oriente rerum potiri, quæ Romanæ ditionis essent : nec Bithyniæ tantum et oræ maritimæ provinciarum, quæ non late paterent, sed jam in mediterranea quoque multum progredi, ac tenere longissima terrarum spatia, quæ initio versus meridiem sumpto a Caria et Mæandro fluvio, versus septentrionem ad Galaticum Pontum, et **17** ipsam usque Cappadociam pertinerent : non gratias egit humanitati et beneficentiæ divinæ, quæ imperii divisi tempestates sedasset, et in salutarem portum præter omnem ex-

[P. 9] Α'. Ὁ μέν τοι βασιλεὺς Ἀλέξιος, ἐπειδὴ φόβῳ τῶν Λατίνων ἔφθη τῆς Βυζαντίδος λάθρα φυγὼν καὶ περὶ τὴν Θρᾴκην πλανώμενος, (28) ἑάλω καὶ αὐτὸς τῷ Μοντησφεράντας μαρκεσίῳ, καὶ ὃν ἐπεφέρετο πλοῦτον ἀφῄρηται, γυμνὸς τοῦ λοιποῦ πορεύεσθαι ἀφεθεὶς, περί τε Ἀχαΐαν καὶ C Πελοπόννησον συχνὸν παρήλλαξε χρόνον πλανώμενος. Ὀψὲ δὲ ἀκούσας βασιλεύειν ἤδη τῶν περὶ τὴν ἕω Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων τὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ γαμβρὸν Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν, οὐ μόνον Βιθυνίας καὶ ὅσαι παράλιοι τῶν ἐπαρχιῶν ἐπὶ βραχὺ μῆκος ἐκτείνονται, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐς πολλήν τε ἀνιέναι μεσόγειον, καὶ ἐπὶ μάλα τοι πλεῖστον μῆκος ἐκτεταμένην κεκτῆσθαι, ἀρχομένην ἀπὸ Καρίας τε καὶ Μαιάνδρου τοῦ ποταμοῦ κατὰ νότον, καὶ διήκουσαν πρὸς βορέαν ἄχρι Γαλατικοῦ πόντου καὶ Καππαδοκίας αὐτῆς· οὐ χεῖρας εὐχαριστηρίους ἐξέτεινε πρὸς τὸν εὐεργέτην Θεὸν

Variorum notæ.

bunt pariter Nicetas et Gregoras. Id ipsum de Tartaris narrat Vincentius Belvacensis lib. XXX, cap. 81 : *Cum adversariorum fortitudini se prævalere posse non credunt, ante illos fugiunt, et quasi se ab illis fugari faciunt. Cumque illi armati Tartaros inermes diu insecuti fuerint, ac præ gravitate armorum et viæ longitudine lassati jam non amplius sequi potuerint, tunc Tartari super equos recentes ascendentes, se super illos convertunt, et in eos capiendo et occidendo insiliunt.* DUCANG.

(24) Villharduin. n. 190. DUCANG.

(25) Atqui Henricus Dandulus commisso cum Bulgaris prælio non interfuit, quod scribit Nicetas, neque proinde ex acceptis in eo vulneribus interiit, quod Gregoras tradit. Rectius Acropolita, n. 13, qui τὸν τόπον τοῦ Δουκὸς ἐπέχοντα Βενετίας ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει interfuisse duntaxat observat. Vide Villharduin. n. 193. Recte porro Gregoras hoc D loco vocem Henricus extulit, quam lib. II, cap. Nicetas in Bald. et Henrico, et Pachymeres lib. VII, cap. 27, per Ἔῤῥης efferunt, quomodo nostri *Herri* olim dicebant, ut ex Villharduino liquet. Perperam vero doctus Pachymeris interpres Ἔῤῥη ἐξ Ἐγγελίνων, *Errem ex Englinis* vertit, cum scribere debuisset, *Henricum ex Anglis*. Wolfius etiam *Herricus* pro *Henricus* male vertit dicto cap. 1. DUCANG.

(26) Quos Scythas Nicetas et Gregoras, hos Comanos vocat Villharduinus. Ubi vero habitarint Scythæ Comani, exponit idem Gregoras lib. II, cap. 8. DUCANG.

(27) Proverbium, cujus meminit Appendix Vaticana, Zenobius, præterea Acropolita n. 35 et alii passim. DUCANG.

(28) Ut Alexius Angelus imp. a Bonifacio Montisferrati marchione captus fuerit, narrat etiam præter Nicetam Villharduinus. n. 164. DUCANG.

καὶ φιλάνθρωπον, ὃς τῆς πολυαρχίας τὸν σάλον διεσκέδασε, λιμένα τε σωτήριον παρὰ πᾶσαν ἐξεδίωκει προσδοκίαν τοῖς ὅσοι Ῥωμαίων ἐξάντεις τοῦ Λατινικοῦ χειμῶνος ἐκείνου καὶ κλύδωνος ἐγεγένηντο, καὶ αὐτῷ παραμυθίας μεγίστης ἐλπίδα, καὶ τῆς μακρᾶς πλάνης καὶ τῶν πολλῶν πόνων ἀνάπαυσιν· ἀλλ' ἐν δεινῷ τὸ πρᾶγμα ἐτίθετο, καὶ πρὸς φθόνου καὶ ζηλοτυπίας ὁδοὺς ἔτρεπε τὸν θυμόν· καὶ ὅλως εἰπεῖν, ἐς μάχας καὶ φόνους αἱμάτων συγγενικῶν ἐπέῤῥωσεν ἑαυτόν.

spectationem perduxisset eos Romanorum, qui e Latinorum fluctibus enatassent, ipsique maximi solatii spem ac diuturni erroris multorumque laborum requiem ostendisset : sed rem graviter ferebat, animo invidia et æmulatione æstuante : et, ut paucis complectar, ad pugnam et cognati sanguinis effusionem sese obfirmabat.

Β'. Καὶ δὴ περαιοῦται διὰ τοῦ Αἰγαίου πρὸς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἄπεισι λαθὼν ἐς τὸν ἄρχοντα τῶν Τούρκων Ἰαθατίνην (29) περὶ τὴν Ἀττάλου τηνικαῦτα διάγοντα, καὶ ἱκέτην ἑαυτὸν ἐκείνῳ καθίζει οἰκτρὸν, ἐπανασώσασθαί οἱ τὴν βασιλείαν δεόμενος, παλαιάς τε ἀναμιμνήσκει φιλίας, ὁποῖαί ποτε πάλαι σφίσιν ἐγένοντο, καὶ τὰ νέα μετὰ συχνῶν τῶν δακρύων δυστυχήματα ἐκτραγῳδεῖ προδεικνύς· καὶ ἐπὶ τούτοις χρημάτων ὑπισχνεῖται σωρούς. Ὁ δὲ βάρβαρος ἐνδοὺς μὲν καὶ πρὸς τὰς τῶν χρημάτων ὑποσχέσεις, ὀνειροπολήσας δὲ τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα ἐκ τῆς λείας περιγίνεται κέρδη τοῖς ἐπιστρατεύουσι κατὰ τῶν ἀλλογενῶν, ὁμοῦ τάς τε ἑαυτοῦ συναθροίζει δυνάμεις, καὶ τοὺς τὰς μεγίστας ἀπειλὰς κομίσοντας τῷ βασιλεῖ Θεοδώρῳ πρέσβεις ἐξαποστέλλει, εἰ μὴ αὐτίκα τῷ πενθερῷ Ἀλεξίῳ τῶν βασιλικῶν ὑπεκσταίη θρόνων. Ὁ δὲ πρῶτα μὲν πρὸς τὴν ἀκοὴν διαταραχθεὶς, [P. 10] τάχιστα δ' ἑαυτὸν αὖθις ἀνειληφὼς, πρὸς τὸν τὰ πάντα δυνάμενον τὰς ἐλπίδας ἀναρτᾷ, καὶ τοὺς μὲν πρέσβεις ἀπράκτους ἐπανιέναι ἀφίησιν· ὁ δὲ ἔργου εἴχετο, καὶ τὸ ἑαυτοῦ συγκροτεῖ στράτευμα, πολλοστὸν μὲν εἴ τις πρὸς τὰ Περσικὰ στρατεύματα βούλοιτο παρατιθέναι, καὶ οὐκ ἄξιον ἐς ἀντίπαλον ἐκείνοις μοῖραν κεκρίσθαι· προστιθεμένης δὲ καὶ τῆς ἄνωθεν θείας ἐπικουρίας, πολλῷ τῶν Περσικῶν ὂν πολλαπλάσιον.

II. Itaque per mare Ægæum Asiam ingressus, clam Turcarum principem Iathatinem, qui tum apud Attali urbem degebat, supplex miserabili habitu adit; orat, ut imperium sibi restituat; veteres amicitias, quæcunque olim inter ipsos fuerant, in memoriam revocat; nova infortunia multis cum lacrymis exponit ac tragice lamentatur; acervos denique pecuniarum promittit. At Barbarus, cum et istis pecuniæ pollicitationibus facile alioqui flecteretur, et emolumenta tum alia sibi fingeret, tum ea quæ externos hostes oppugnantibus ex præda obveniunt, simul et copias suas convocat, et legatos qui atrocissima quæque minarentur ad Theodorum imperatorem mittit, nisi Alexio socero statim solio imperatorio cederet. Is autem principio eo nuntio perturbatus est, sed statim resumpta fiducia, et spe sua in Deo omnipotente collocata, legatos infecta re dimittit : ac operi se accingens, **18** exercitum contrahit, longe sane Persico minorem, si numerum species, et ad confligendum imparem : divina vero ope adjuncta, maximo intervallo majorem.

Γ'. Ὁ μὲν οὖν βάρβαρος ἄρας τὰς πεζικὰς δυνάμεις, καὶ ὅσαι τῶν ἱππέων, ἧκεν εἰς τὴν παρὰ Μαίανδρον Ἀντιόχειαν (30), καὶ περικαθίσας ταύτην ἐπολιόρκει, λογισάμενος, ὡς εἰ ταύτης ἐγκρατὴς γένοιτο, ῥᾷστα ἂν ἐκεῖθεν καὶ τὰς ἄλλας παραστήσαιτο πόλεις, ὁπόσαι τὴν Ῥωμαίων διαμετροῦσιν ἀρχήν. Ἦγε μέντοι μεθ' ἑαυτοῦ καὶ καὶ τὸν βασιλέα Ἀλέξιον, ἐφόδιον εἰς ῥᾳδίαν κατόρθωσιν ὧν ἐβούλετο. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἔκρινε δεῖν κατὰ χώραν μένων περιμένειν τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον, καὶ ἐς τὸν ἐκείνων καιρὸν μετεωρίζειν τὸν ἑαυτοῦ· θρασυνθῆναι γὰρ ἂν μᾶλλον αὐτοὺς, εἰ τὴν Ἀντιόχειαν καταστρεψάμενοι τῶν ἐκεῖθεν λαφύρων ἐμπλήσαιεν ἑαυτοὺς, καὶ ἅμα ἀμηχάνῳ κατὰ τῆς Ῥωμαίων ὁρμητηρίῳ τῇ τοιαύτῃ χρήσασθαι πόλει· ταῦτ' ἄρα καὶ πάσῃ ταχύνας σπουδῇ, κατ' ἐκείνων ἐκεῖσε χωρεῖ, μηδὲν πλέον ἐπαγόμενος στράτευμα ἢ δισχιλίους ἱππέας, ὧν τοὺς ὀκτακοσίους μισθοφόρους εἶναι Λατίνους (31) φασὶν, ἄνδρας λογάδας καὶ μάχην ὡς

III. Barbarus igitur cum omnibus et pedestribus et equestribus copiis Antiochiam ad Mæandrum sitam petit, et eam circumsessam oppugnat, ea spe, illa capta cæteris totius imperii Romani urbibus facile se potiturum esse : adducto secum imperatore Alexio, quo facilius ea quæ vellet consequeretur. Imperator vero sibi non cessandum ratus, nec Barbarorum impressionem exspectandam, illorumve potius quam suæ commoditati serviendum (audaciores enim fore, si illa subacta spoliis ditarentur, simulque invicta arce contra Romanos illa urbe usuros), summa celeritate adversus illos ducit, cum bis mille equitibus nihil amplius haberet, quorum octingentos fuisse Latinos ferunt, viros lectissimos et bellicosissimos. Superatis autem tertio die montis Olympi angustiis, quæ in maximam porrectæ longitudinem Bithyniam et Phrygiam utramque disterminant, illam versus septentrionem positam, has versus meridiem et austrum

Variorum notæ.

(29) Iconiensem sultanum, de quo sat multis egimus in *Familiis Turcicis*, n. 10. DUCANG.

(30) Cariæ urbem, de qua Phlegon Trallianus et geographi. DUCANG.

(31) Pachymeres, lib. I, cap. 3 de Græcis post captam a nostris urbem in arctum redactis, ut qui tres solummodo urbes obtinerent, Nicæam, Prusam et Philadelphiam, cum ab oriente a Persis seu Turcis Iconiensibus, ab occasu a nostris impeterentur, τῇ μὲν Ἰταλικὸν ἔχοντες συμμαχικὸν ἐπῄεσαν Πέρσαις, τῇ δὲ Σκυθικὸν προσλαβόμενοι ἄρτι ποτὲ φανέν τε, καὶ προσληφθὲν, ἀνώθουν τοὺς Ἰταλούς.

sitas, inde digressus, die undecimo Caystrum trajicit. Quare adventus ejus minime exspectatus Barbarum maxime perculit ambiguumque reddidit, somnians **19** an vigilans hæc audiret. Perinde enim erat, ac si leo unguibus et dentibus exarmatus suopte impetu in turbam ursorum et luporum irrueret. Norat scilicet Persa, Romano imperio non ita pridem in sexcenta frusta discerpto, aliisque dissipatis, aliis a Latinis cæsis, reliquias aut prorsus esse nullas, aut perexiguas, quæ vix cohortem unam complerent. Unde factum, ut anceps animi expeditionis imperatoriæ famam nunc pro somnio haberet, nunc audaciæ simul et impetus celeritatem levitati ac dementiæ tribueret. Tamen res non negligenda visa est, quod exiguum interdum malum neglectum ingens periculum peperisset, et parvæ copiæ celeritate et festinatione sæpe magnos et multo numerosiores exercitus, ob socordiam officiique neglectum, superassent.

A ἀληθῶς πνέοντας. Καὶ τριταῖος μὲν τὰς περὶ τὸν Ὄλυμπον ὀρεινὰς δυσχωρίας ἀμείβει, αἳ πρὸς πολὺ παρατείνουσαι μῆκος, Βιθυνίαν ὁρίζουσι καὶ ἀμφω τὰς Φρυγίας, τὴν μὲν ἀρκτικωτέραν ποιοῦσαι, τὰς δὲ πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον βλέπειν παρέχουσαι· ἑνδεκαταῖος δ' ἐκεῖθεν ἐλθὼν, διαπεραιοῦται τὸν Κάϋστρον, ὥστε τὸ ἀπροσδόκητον τῆς ἐφόδου καταπλήξεως γέμον τῷ βαρβάρῳ φανῆναι καὶ πάνυ δυσείκαστον, οὐκ ἔχοντι συμβαλεῖν πότερον καθεύδοντι τὰ τοιαῦτα συμβαίνει ἀκούειν ἢ γρηγοροῦντι. Ὅμοιον γὰρ ἦν ὥσπερ ἂν εἴ τις λέων ἀφῃρημένος ὀνύχων τε καὶ ὀδόντων, ἔπειτα προθύμως ἐφέρετο κατὰ πλήθους ἄρκτων καὶ λύκων. Ἤδει γὰρ ὁ Πέρσης, ὅτι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς οὔπω πέρυσιν εἰς μυρία διασχισθείσης μέρη, καὶ τῶν μὲν ἄλλων B ἄλλοθι διασπαρέντων, τῶν δὲ ξίφους ἔργον Λατινικοῦ γενομένων, τὸ λειπόμενόν ἐστιν ἢ τὸ παράπαν οὐδὲν, ἢ λίαν βραχὺ, καὶ ὅσον μόλις εἰς ἑνὸς ταξιάρχου σύστημα συμπεραίνεσθαι. Κἀντεῦθεν οὑτωσί πως γνωσιμαχεῖν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ συνέβαινε, καὶ νῦν μὲν εἰς ὀνείρατος λόγον ἀπάγειν τὴν τῆς βασιλικῆς ἐπελεύσεως φήμην, νῦν δ' εἰς ἀνοίας καὶ κουφότητος ὑποθήκην τῆς τόλμης ἅμα καὶ τῆς ὁρμῆς τὴν ὀξύτητα. Ὅμως οὐκ ἀμελητέον ἔδοξεν εἶναί οἱ τὸ πρᾶγμα. Ἔφησε γὰρ, ὡς ἔστιν ὅτε καὶ τὸ βραχὺ δεινὸν παρορώμενον μέγαν ἀπέτεκε κίνδυνον, καὶ βραχεῖαι δυνάμεις πολλάκις ὀξύτητι καὶ σπουδῇ χρησάμεναι μεγάλας ὁμοῦ καὶ πολλαπλασίους ῥᾷστα κατηγωνίσαντο, διὰ ῥᾳστώνην καὶ περιφρόνησιν τοῦ καθήκοντος.

CAPUT IV.

Turcus aciem instruit. Pugnatur. Latinorum equitum infelix virtus. Jathatines a Lascare occisus. Victis Turcis pax concessa. Alexius captus. Victoris clementia. Uxores Theodori Lascaris.

1. Itaque cum universos milites seu fundis ac missilibus telis, seu idoneis ad cominus feriendum hastis et gladiis armatos, non multo pauciores viginti millibus collegisset, instructa acie imperatoris aggressionem exspectabat : ægre quidem ille ferens ita cecidisse, ut angustus et equis incommodus esset prælii committendi locus, magnoque exercitui tam infestus, quam paucis opportunus, exspectabat tamen. Ac octingenti quidem Latini, qui cum imperatore erant, conglobati, mediam hostium phalangem **20** insigni fortitudine primum perruperunt, cæsisque resistentibus ad extremum usque agmen penetrarunt : rursusque conversi adeo strenue rem gesserunt, ut jam et funditores et sagittarii Persarum, quod cominus pugnabatur, inutiles essent. Sed nec imperatorii milites cessabant : quin et ipsi hostiles legiones seorsim aggressi fortia facinora edebant : donec hostes unanimi consensu, clamore sublato, impetum in Latinos fecerunt, atque in medio circumventos, multitudine freti, non sine magna strage suorum ceciderunt. Deinde nostros aggressi, alios occiderunt, alios in fugam verterunt.

[P. 11]. Α'. Καὶ μὲν δὴ ὅσα ἐν σφενδόναις καὶ βέλεσι, καὶ ὅσα ἐν ἀγχεμάχοις δόρασί τε καὶ ξίφεσι C στρατεύματα πάντα συνηθροικὼς δυοῖν μυριάδων οὐ μάλα ἐλάττω, καὶ οὕτω παραταξάμενος, ἐδέχετο τὴν τοῦ βασιλέως ὁρμὴν, ἀχθόμενος μὲν τῇ ξυντυχίᾳ, ὅτι στενός τε καὶ δύσιππος ἦν ὁ χῶρος, ἔνθα συῤῥήγνυσθαι τὴν μάχην ξυνέπιπτε, καὶ τοσοῦτον πλήθεσι στρατοῦ πολέμιος, ὅσον ὀλίγοις σύμμαχος· ἐδέχετο δ' οὖν ὅμως. Καὶ οἱ μὲν ὀκτακόσιοι τοῦ βασιλέως Λατῖνοι συνασπισμὸν ποιησάμενοι, πρῶτον τὸ μέσον διέῤῥηξαν τῆς τῶν πολεμίων φάλαγγος, λίαν εὐρώστως ἀγωνιζόμενοι καὶ κατακόπτοντες τοὺς ἀνθισταμένους, ἕως διήλασαν καὶ ἐς αὐτὴν τὴν τῶν πολεμίων οὐραγίαν· καὶ συστρέψαντες αὖθις, πάντ' ἔδρων τὰ κράτιστα, ὡς ἀπράκτους ἤδη φαίνεσθαι καὶ τοὺς τῶν Περσῶν σφενδονήτας τε καὶ D τοξότας διὰ τὴν ἀπὸ χειρῶν συμπλοκήν. Οἱ δὲ περὶ τὸν βασιλέα ἀλλ' οὐδὲ αὐτοί γε ἠμέλουν, ἀλλὰ καὶ αὐτοί γε κατὰ μέρη ταῖς τῶν πολεμίων συμπλεκόμενοι τάξεσιν, ἔργα γενναῖα καὶ ἀνδρικὰ ἐπεδείκνυντο· ἕως οἱ πολέμιοι συμφρονήσαντες, αὐτοβοεί τε κατὰ τῶν Λατίνων ὁρμήσαντες καὶ κατὰ κύκλον περιελθόντες, οὐκ ἄνευ οἰκείων πολλῶν

Variorum notæ.

Enimvero incertum an illa tempestate Lascari militaverint Latini seu Galli, pactis forte tum induciis, cujusmodi cum eodem Lascari initas memorat Villharduinus, n. 249, vel post fœdus inter Robertum imp. Constantinopolitanum et Lascarim initum, de quo egimus in *Historia Franco-Byzantina*, lib. III, n. 3, cum scilicet Roberti sororem Mariam idem Lascaris in uxorem accepit, uti mox cap. seq. narrat Gregoras, Petri scilicet comitis Antissiodorensis et imp. Constantinopolitani filiam. Vide *Famil. Byzant.* pag. 219. DUCANG.

αἱμάτων μόλις κατέκυψαν (32), βοηθούμενοι τῇ πολυχειρίᾳ. Εἶτα τοῖς ἡμετέροις συμμίξαντες, τοὺς μὲν ἔργον ἀπέφαινον ξίφους, τοὺς δὲ φυγάδας ἐποίουν.

Β'. Ὁ δὲ τῶν Τούρκων ἀρχηγὸς ὁ σουλτὰν Ἰαθατίνης, πάντας ἀφεὶς καὶ παραδραμὼν, αὐτὸν ἐζήτει τὸν βασιλέα· καὶ ὠσάμενος ὁμόσε κατ' ἐκείνου χωρεῖ, μέγα φρονῶν ἐπί τε μεγέθει καὶ ῥώμῃ σώματος· καὶ δὴ φοβερὸς ἐκείνῳ ῥαβδοῦχος ἐπιστὰς, βαρεῖαν κατήνεγκεν ἐπὶ κεφαλῆς τὴν πληγήν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν πρώτην οὐκ ἐνεγκὼν, ἀλλὰ σκοτοδινίας μεστὸς καταστὰς, πίπτει τοῦ ἵππου. Θεῷ δὲ μέλλειν οὐκ ἦν, ἅπαξ ἀναστῆσαι νεκρωθεῖσαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν βεβουλημένῳ. Διὸ δὴ καὶ ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ ὁ νεκροῦ δίκην τοῦ ἵππου πεσὼν, αἰφνιδίως ἀναστὰς, μεστὸς μανικοῦ τινος καὶ ἐνθουσιώδους ὁρμήματος, παραδόξως περιτρέπει τὴν ἀπώλειαν τῷ βαρβάρῳ. Τὸ ἑαυτοῦ γὰρ αὐτίκα ξίφος γυμνώσας [P. 12], ἐκθερίζει ῥᾳδίως τοὺς ἐμπροσθίους πόδας τοῦ βαρβαρικοῦ ἵππου, καὶ ῥίψας τὸν ἐπιβάτην σουλτὰν, ἐκτέμνει τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν, καὶ κατάδηλον τῷ δόρατι μετεωρίσας ποιεῖ τοῖς τῶν βαρβάρων στρατεύμασι. Τοῦτο τῆς τῶν Ῥωμαίων σωτηρίας τε καὶ συστάσεως ἀρχὴ καὶ κατάστασις γίνεται πρώτη, ξύν γε Θεῷ τῷ πάντων ταμίᾳ, ὅπόσα τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερπέπαικε δύναμιν. Οἱ μὲν γὰρ βάρβαροι τρόμου καὶ δέους πληρώσαντες ἑαυτοὺς, προτροπάδην ἔφευγον, τὴν ταχίστην ὀπίσω ἀπαλλαττόμενοι. Ὁ δὲ βασιλεὺς παραδόξως μὲν τῶν μεγάλων τούτων κινδύνων ἀπηλλαγμένος, παραδοξότερον δ' αὖθις νενικηκὼς, τροπαιοῦχος τὴν Ἀντιόχειαν εἴσεισι, πολλὰς ἀπονέμων ἐκ μέσης ψυχῆς τῷ Θεῷ τὰς εὐχαριστίας.

A II. At Turcorum dux sultanus Iathatines, omnibus omissis et præteritis, ipsum quærebat imperatorem: illumque, vi patefacta via, magnitudine et robore corporis superbus invadit, et, velut lictor quidam metuendus imminens, gravem ejus capiti ictum infligit. Imperator autem primo ictu non tolerato, sed vertigine oborta, ex equo delabitur. Neque vero Deus, semel restituere mortuum Romanorum imperium volens, cunctari poterat. Quare illum e lacu miseriæ et e luto cœni eduxit, pedesque ejus in rupe collocavit, ut qui instar mortui ex equo deciderat, idem statim erectus ac veluti furore quodam divinoque impetu concitatus, præter omnem opinionem exitium in Barbari caput converteret. Stricto enim **21** ense barbarici equi pe- B des anteriores facile demetit, prostratoque sultano caput amputat, atque illud hasta sursum elatum Barbaris exercitibus ostentat. Ea res Romanis prima salutis occasio et consistendi causa exstitit, adjuvante scilicet Deo, rerum omnium, quæ humanas vires superant, moderatore. Nam Barbari metu et tremore correpti, effuse fugiebant et celerrime retro se recipiebant. Imperator vero mirabiliter magnis illis periculis ereptus, majoreque miraculo victoria potitus, triumphans Antiochiam ingreditur, ex intimo pectore gratias agens Deo.

Γ'. Οἱ δὲ βάρβαροι πρεσβεύονται πρὸς τὸν βασιλέα εὐθὺς καὶ σπονδὰς αἰτοῦνται καὶ λαμβάνουσιν, οὐχ οἵας βουλομένοις ἐκείνοις ἦσαν, ἀλλ' οἵας καὶ μάλα ἀσμένῳ τῷ βασιλεῖ· συνείληφε μέντοι ὁ βασιλεὺς τοῖς πολεμίοις συνόντα καὶ τὸν ἑαυτοῦ πενθερὸν, Ἀλέξιον τὸν βασιλέα· καὶ καταγαγὼν αὐτὸν ἐς Νίκαιαν πόλιν, μοναδικὸν περιέβαλε σχῆμα· κἄπειτα ἐπιμελῶς πάντα ὁπόσα χρειώδη αὐτῷ ἐξεπόριζεν. Ἐν τούτοις γε μὴν ὁ βασιλεὺς, τελευτησάσης τῆς συζύγου (32'), ἄγεται εἰς δευτέραν γυναῖκα τὴν ἀδελφὴν τοῦ τηνικαῦτα τῆς Βυζαντίδος βασιλεύοντος Ῥομπέρτου· ᾗ καὶ οὐ μακρὸν συνεβίω χρόνον, οὐδὲ παῖδας ἔτεκεν ἐξ αὐτῆς, εἴτ' ἐκ φύσεως στείρας αὐτῆς οὔσης, εἴτε καὶ τῆς μεταβραχὺ τοῦ βασιλέως τελευτῆς, ὥραν παιδοτοκίας οὐ παρασχούσης αὐτῇ. Τρία γὰρ ἔτη συνῴκησε ταύτῃ. D

C III. Barbari autem statim missis ad eum legatis pacem petunt atque impetrant, non qualem ipsi cupiebant, sed quæ imperatori optatissima esset, qui et socerum suum imperatorem Alexium, in hostili exercitu comprehensum Nicæamque perductum, monastico habitu induit: deinde omnia necessaria benigne ei suppeditat. Interim conjuge mortua, imperator consobrinam Roberti, qui tum Byzantii imperabat, uxorem secundam ducit: quam et ipsam non diu in matrimonio habuit, nec ex ea liberos suscepit, sive quod natura sterilis esset, sive quod imperatoris obitus brevi subsecutus ei pariendi tempus negavit. Nam is cum ea tribus annis fuit.

Variorum notæ.

(32) Deesse videtur, τοὺς Λατίνους. Wolfius.
(32') A. C. 1219.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Β'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER SECUNDUS.

—

CAPUT PRIMUM.

Mortuo Lascari succedit gener .oannes Ducas. Imperatrix vidua, marito non diu superstes. Theodori Lascaris elogium. Laus Joannis Ducæ cum Theodoro comparati. Robertus imperator Byzantinus. Alexius et Isaacius Lascares prælatum sibi Ducam ægre ferunt. Latinorum armis adjuti a Joanne Duca vincuntur. Latini Asiaticas urbes amittunt.

24 I. Lascaris octodecim annis in imperio exactis, vitam cum morte commutavit : Joanne Duca, qui filiam ejus Irenen in matrimonio habebat, successore designato. Masculam enim prolem nullam susceperat. Relicta est et imperatrix, parum imperio fortunata, tum propter orbitatem, tum quia marito non diu superstes fuit. Cæterum imperator Lascaris ita acer fuit, ut ejus impetus sustineri non posset : et multorum præliorum pericula expertus est, plurimasque urbes pulcherrimis ædificiis magnisque sumptibus ad retardandum et repellendum Latinorum impetum instauravit. Verum rebus intempestive aggrediendis laudem illam adulterabat.

A A'. Ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ παρεῤῥύησαν ἔτη (33), καὶ τὸν παρόντα βίον ἀμείβει (34), διάδοχον τῆς βασιλείας καταλελοιπὼς τὸν ἐπὶ θυγατρὶ Εἰρήνῃ γαμβρὸν Ἰωάννην τὸν Δοῦκαν (35). Ἄῤῥην γὰρ ἦν αὐτῷ παῖς οὐδείς. Καταλέλειπται δὲ ἡ βασιλὶς, μικρὰ τῆς βασιλείας ὀναμένη, τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν, τοῦτο δὲ καὶ ὅτι μικρὸν ἐπιβιοῦσα τετελεύτηκε καὶ αὐτή. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, [P. 13] ὀξὺς μὲν ἦν τὴν ὁρμὴν (36) καὶ ἀνυπόστατος· καὶ πλείστας μὲν προκεκινδύνευκε μάχας, πλείστας δ' ἀνώρθωσε πόλεις καλλίσταις οἰκοδομαῖς καὶ πολλοῖς ἀναλώμασιν, ἀνασοβῶν καὶ ἀναχαιτίζων διὰ τούτων τὴν τῶν Λατίνων ὁρμήν. Ἀλλ' ἐκιβδήλευεν αὐτὴν (37), ἀωρίᾳ πολλάκις ἐς τὰ πράγματα χρώμενος.

II. At Joannes Ducas, gener et successor ejus, vir magno ingenio, animique constantia et morum gravitate insignis, imperium pulcherrime gerebat atque ordinabat : remque Romanam et legiones brevi tempore plurimum auxit, ut utræque postulabant, nec antequam consuleret quidquam agendo, nec ubi consuluisset, quidquam negligendo ; sed omnia certa lege ac modo suoque tempore administrando. Ac vere aliquis dixerit, illud tempus

B B'. Ὁ δὲ γαμβρὸς καὶ διάδοχος Ἰωάννης ὁ Δούκας, σύνεσιν (38) πλουτῶν φυσικὴν καὶ τρόπων εὐστάθειαν καὶ βεβηκὸς ἦθος, κάλλιστα τὴν ἀρχὴν διίθυνε καὶ ἐκόσμει· καὶ τοῖς τε Ῥωμαίων πράγμασι καὶ στρατεύμασι πλείστην ἐν βραχεῖ τὴν ἐπίδοσιν ἐδεδώκει κατὰ τὸ ἑκατέροις ἀνάλογον, μήτε πρὸ βουλῆς ἐργαζόμενος οὐδὲν, μήτε μετὰ τὴν βουλὴν ἀμελῶν οὐδενός· ἀλλὰ πάντα μέτρῳ καὶ κανόνι διδοὺς καὶ καιρῷ τῷ προσήκοντι. Ἀλλὰ φαίη

Variorum notæ.

(33) Series chronologica imperatorum supra allata, præterquam quod annos octodecim imperii Theodoro Lascari tribuit, etiam annum indicat, quo is obiit, nempe *mundi* 6750, qui a Januario mense fuit annus Christi 1222. BOIVIN.

(34) Anno 1222. Acropol. n. 6. DUCANG.

(35) Cogn. *Vatatzem*. Vid. *Famil. Byzant.* DUCANG.

(36) Nicetas in Alexio lib. III, n. 2, de Theodoro: Νεανίας τολμητίας καὶ ῥαγδαῖος πρὸς τὰ πολέμια. DUCANG.

(37) Αὐτὴν, scilicet τὴν ἑαυτου ὁρμὴν, *nimia festinatione laudatum illum impetum corrumpebat*. Qui minus de Latinorum impetu hebetato intelligam, faciunt verba, ἀλλ' ἐκιβδήλευεν αὐτήν. Quæ sententia si cui placet, sic vertat : *Nam subitis et inexspectatis impressionibus impetum illorum retardabat*, etc. WOLFIUS.

(38) Joannis laudes attigit etiam Acropolita n. 52 extr. DUCANG.

ἂν τις εὐστόχως, ὡς καιρὸς ἐκεῖνος τὴν Θεοδώρου τοῦ βασιλέως ὀξεῖαν ἐζήτει ὁρμήν· τοιγαροῦν καὶ ξυνεῤῥύηκεν· ὁ δ' ἐφεξῆς χρόνος τὴν τοῦ βασιλέως Ἰωάννου εὐστάθειαν· τοιγαροῦν καὶ συνέδραμεν. Ὁ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα διαπραττόμενος Κύριος, προσήκοντας καὶ τούτους εὗρε τοὺς ἄνδρας, ὁπότε φθαρεῖσαν καὶ τεθνηκυῖαν ἀναστῆσαι βεβούληται τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν.

Γ'. Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς χρόνοις ἦρχε τῶν Βυζαντίων Ῥομπέρτος (39), ὁ τοῦ πρὸ βραχέος τετελευτηκότος Ἐῤῥῆ ἀδελφιδοῦς (40). Τούτῳ προσεῤῥύησαν οἱ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι ἀδελφοὶ (Ἀλέξιος οὗτοι καὶ Ἰσαάκιος [41]) φθόνῳ στρατηγούμενοι καὶ ζηλοτυπίᾳ μακρᾷ, ὅτι μὴ τῆς βασιλείας οὗτοι διάδοχοι γένοιντο, τοῦ βασιλικοῦ τέως τυγχάνοντες αἵματος οἰκειότεροι, ἢ ὁ κατὰ κῆδος προσαρμοσθεὶς Ἰωάννης· οἳ καὶ χρημάτων δωρεαῖς τε καὶ ὑποσχέσεσι στρατὸν Λατινικὸν συναθροίσαντες, ὁπόσος τῷ Ῥομπέρτῳ τηνικαῦτα παρῆν (πλεῖστος δὲ οὗτος ἦν, καὶ οὐκ ἀγεννὴς τὰ ἐς ὅπλισιν καὶ ἀνδρίαν πολεμικήν), ἐξίασι κατὰ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Δούκα, καθαιρήσοντες ἴσως αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ μεταθήσοντες ταύτην ἐς σφᾶς αὐτούς. Καὶ διαβάντες ἐς τὴν Ἀσίαν, τὰς μὲν ναῦς ἀφῆκαν περὶ τὴν Λάμψακον, αὐτοὶ δ' ἀναβάντες εἰς μεσόγειον ἡμέρας ὁδὸν, ὁπόσην Λατίνοις ὑπήκοον πρὸ βραχέος πεποίηκεν ὁ Ἐῤῥῆς, ἀπαντῶσι τῷ βασιλεῖ τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ὁπλίζοντι κατ' αὐτῶν· καὶ λαμπροῦ συῤῥαγέντος πολέμου, νικῶνται κατακράτος Λατῖνοι, καὶ ἅμα ζημιοῦνται καὶ ὁπόσαι πόλεις περὶ τὴν Ἀσίαν αὐτοῖς ὑπῆρχον τέως ὑπήκοοι. Αὐτίκα γὰρ τὸν τῆς Λατινικῆς δουλείας ζυγὸν ἀποῤῥίψασαι, ἑκόντι τῷ βασιλεῖ προσεῤῥύησαν.

A Theodori imperatoris promptam audaciam postulasse, eamque præsto fuisse : insecutum vero tempus imperatoris Joannis constantem gravitatem ; proinde et hanc occurrisse. Nam Dominus, qui ex iis quæ nihil sunt aliquid facit, tales invenit viros, quales requirebantur, cum perditum et exstinctum **25** excitare vellet Romanorum principatum.

III. Cæterum iis temporibus Byzantii regnabat Robertus, Herrici paulo ante mortui ex sorore nepos. Ad hunc se contulerunt Alexius et Isaacius, Theodori Lascaris imperatoris fratres, invidia et æmulatione æstuantes, quod imperii successores designati non essent, imperatorio sanguini conjunctiores, quam per affinitatem ascitus Joannes. B Illi pecuniarum largitionibus ac pollicitationibus coacto Latino exercitu, quantus Roberto tum erat (qui quidem erat maximus et, sive armorum genus, sive bellica fortitudo spectaretur, haud ignobilis), Joannem Ducam bello petunt, imperio dejecturi forsitan, atque illud ad se translaturi : profectique in Asiam, classe ad Lampsacum relicta, unius diei iter progressi in mediterranea, quæ paulo ante Herricus Latinis subjecerat, imperatori Romanas copias adversus eos instruenti occurrunt. Ibi prælio acri conserto, Latini vi vincuntur, et eas etiam urbes amittunt, quæ tum iis in Asia parebant. Nam illæ statim servitutis Latinæ jugo excusso, ad imperatorem ultro desciverunt.

CAPUT II.

Theodorus Angelus Michaeli fratri succedit. Imperii sui fines promovet. Thessalonica ipsa potitur, absente Montisferrati marchione. Imperator inauguratur ab archiepiscopo Bulgariæ præter morem legitimum. Prima Justiniana cur dicta sit Bulgaria. Bulgarorum origo, migratio et varia fortuna. Theodorus Angelus provincias a Latinis, Bulgaris et Scythis desolatas, impune pervadit. Omnia Byzantium usque vastat. Rerum status miserabilis.

Α'. [P. 14] Ἐν τούτοις ἀνίσταται τῶν Θετταλικῶν βαράθρων νέον κακὸν, ὁ τοῦ Ἀγγέλου Μιχαὴλ ἀδελφὸς Θεόδωρος (42). Διαδεξάμενος γὰρ θανόντος τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἀρχὴν, ἀνὴρ δραστήριος καὶ καινὰ δεινὸς ἐπινοῆσαι πράγματα, καὶ ἀεὶ τοῦ πλείονος ἐφιέμενος, ἐπηύξησε ταύτην ἐς ὅσον πλεῖστον ἦν. Ὅσαι γὰρ ἑσπέριαι πόλεις τῇ Λατίνων ἀρχῇ πρὸ μικροῦ δεδουλεύκασι, πάσας, ἐκεῖθεν ἀρξάμενος, ῥᾷστα κατετροποῦτο καὶ μεθίστη πρὸς ἑαυτὸν, ἕως καὶ αὐτὴν ἣ τῆς τῶν Μακεδόνων προκάθηται γῆς ἐχειρώσατο μεγαλόπολιν (43) τὴν Θεσσαλονίκην, ἀποδημοῦντος τηνικαῦτα τοῦ μαρκεσίου περὶ τὴν πατρίδα Λαμπαρδίαν. Αὐτίκα δὲ καὶ βασιλείας (44)

C I. Interim e Thessalicis barathris novum exsistit malum, Michaelis Angeli frater Theodorus. Suscepto enim illius defuncti principatu, vir strenuus et ingenio ad res novas moliendas habili, idemque plura semper **26** appetens, longe lateque fines propagavit. Quotquot scilicet occidentales urbes paulo ante Latinorum regno servierant, eas omnes, inde sumpto initio, facillime vicit sibique adjunxit : donec amplissimam et totius Macedoniæ principem civitatem Thessalonicam subegit, marchione tum in patriam Longobardiam profecto : statimque sibi imperatoris nomen asciscit, ac imperatorio more ab eo, qui Bulgariæ archiepiscopus tum erat, inun-

Variorum notæ.

(39) Vide *Hist. Franco-Byzant.* lib. III, n. 1. DUCANG.

(40) *Henrici paulo ante mortui ex sorore nepos.* Ita vertendum, non *ex fratre nepos*, ut Woltius vertit. Erat enim Robertus Iolentæ filius; Iolenta autem soror Henrici. Testis Gregoras ipse, *Historiæ* lib. IV, cap. 2, sect. 4. BOIVIN.

(41) Acropolita n. 22. Vide præterea *Histor. Franco-Byzant.* lib. III, n. 6; et *Famil. Byzant.* p. 218. DUCANG.

(42) Confer Acropolit. n. 21; Pachymer. lib. I, cap. 30; lib. II, cap. 36; et *Famil. Byzant.* pag. D 207. DUCANG.

(43) Inter urbes, quæ hoc epitheto donantur a scriptoribus, Thessalonicam recenseri observamus in Gloss. med. Græcit. DUCANG.

(44) Cum antea sub titulo despotæ Græcis biennio præfuisset, Acrop. n. 6. DUCANG.

gitur. Nam olim Justinianus imperat r eam urb m, quod patria ipsius foret, cum aliis multis rebus ornarat, tum primam Justinianam appellaverat, et liberam jurisdictionem ei in perpetuum attribuerat : eo tamen excepto, ne ejus archiepiscopi Romanos imperatores inungerent : quæ prærogativa per leges aliis est concessa. Verum Angeli jam rerum per vim potiti metu, et archiepiscopi illius levitate et simplicitate res eo insolentiæ devoluta est. Nunc unde locus is Bulgariæ nomen sit adeptus explicabo.

A ἑαυτῷ περιτίθησιν ὄνομα, καὶ χρίεται βασιλικῶς παρὰ τοῦ τηνικαῦτα τὴν τῆς Βουλγαρίας ἀρχιεπισκοπὴν διιθύνοντος. Πλείστοις τε γὰρ ἄλλοις (45) αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐκ παλαιοῦ τετίμηκεν Ἰουστινιανὸς, ἑαυτοῦ γεγονυῖαν πατρίδα (46), καὶ πρώτην ὠνόμασεν Ἰουστινιανήν. Καὶ δὴ καὶ αὐτονομεῖσθαι (47) ταύτην ἐς τὸ διηνεκὲς προστετάχει, πλὴν οὐχ ὥστε καὶ βασιλέας χρίειν Ῥωμαίων· τοῦτο γὰρ ἄλλοις ἐφεῖται (48) παρὰ τῶν νόμων. Ἀλλὰ διὰ φόβον ἤδη τοῦ τυραννοῦντος Ἀγγέλου, καὶ πρός γε ἔτι διὰ κουφότητα καὶ ἀφέλειαν τοῦ τηνικαῦτα διέποντος τὴν ἀρχιεπισκοπὴν, ἐς τοσοῦτον ἀτοπίας τὸ πρᾶγμα ἐκκεκύλισται. Ὅθεν δὲ τὸ τῆς Βουλγαρίας ἐπώνυμον ὁ τόπος κεκλήρωται, δηλώσων ἔρχομαι.

II. Trans Istrum versus septentrionem locus est, quem fluvius non exiguus, ab incolis Bulga dictus, interfluit : unde et ipsi Bulgarorum nomen obtinuerunt, cum a prima origine Scythæ essent. Tandem hi cum uxoribus et liberis illinc profecti, qua tempestate iconomachiæ morbus pios infestabat, innumerabili multitudine Istrum trajiciunt : et
27 utramque Mysiam ab Istro usque pervagati, obvia quæque Mysorum prædam faciunt, ut fertur proverbio. Tum locustarum more aut fulminis instar Macedoniam cum ulteriore Illyria occupant, oblatis ibi commodis contenti ; ac regia sedes eorum deinceps urbs ea esse cœpit, quam Justinianus imperator archiepiscopatus honore primæque, ut diximus, Justinianæ nomine ornavit. Post appellatione gentis illic vulgata locus ipse Bulgaria dictus est, et Bulgariæ quoque metropolis prima Justiniana. Interjecto demum tempore Basilius imperator, cognomento Bulgaroctonus, hos post multa prælia penitus attrivit et subegit : ac eos qui superfuerunt, inde exterminatos, in Mysiam inferiorem ad Istrum transtulit. Nomen tamen, velut aliud quoddam eorum monumentum, in archiepiscopatu hæsit. Sed age illuc revertamur, unde deflexit oratio.

B'. Χωρός τίς ἐστιν (49) ἐς τὰ ἐπέκεινά τε καὶ βορειότερα τοῦ Ἴστρου κείμενος, καὶ ποταμὸς ῥέων δι' αὐτοῦ οὐ μικρός· Βοῦλγαν (50) αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ ἐγχώριοι· ἀφ' οὗ δὴ καὶ αὐτοὶ τὸ τῶν Βουλγάρων μετειλήφεσαν ὄνομα, Σκύθαι τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄντες. Ὀψὲ δ' ἐκεῖθεν οὗτοι μετανάσται γενόμενοι τέκνοις ἅμα καὶ γυναιξὶν, ὁπότε τὸ τῆς εἰκονομαχίας νόσημα κατὰ τῶν εὐσεβούντων ἐπεχωρίαζε, διαπεραιοῦνται τὸν Ἴστρον, πλῆθος ἀριθμὸν ὑπερβαῖνον· καὶ διαβάντες ἄμφω τὰς μετὰ τὸν Ἴστρον Μυσίας, καὶ πάντα λείαν Μυσῶν (51), τὸ θρυλλούμενον, ποιοῦντες τὰ ἐν ποσὶ, καθάπερ ἀκρὶς ἤ τις κεραυνὸς αἰθέριος, οἰκειοῦνται Μακεδονίαν μετὰ τῆς ἐπέκεινα Ἰλλυρίδος, ἀρεσθέντες τοῖς ἐκεῖσε καλοῖς. Καὶ βασίλειον ἐνδιαίτημα τούτοις εἶναι ἐς τὸ λοιπὸν νενόμισται αὕτη ἡ πόλις (52), ἣν ἀρχιεπισκοπὴν ὁ βασιλεὺς τετίμηκεν Ἰουστινιανὸς, [P. 15] καὶ πρώτην ὠνόμασεν, ὡς εἰρήκειμεν,
C Ἰουστινιανήν (53). Εἶτα τῆς προσηγορίας τοῦ ἔθνους ἐκεῖσε διαδοθείσης, Βουλγαρία ὁ χῶρος μετωνομάσθη, καὶ μητρόπολις Βουλγαρίας ἡ Πρώτη Ἰουστινιανή. Χρόνοις μέντοι ὕστερον ὁ βασιλεὺς Βασίλειος ὁ Βουλγαροκτόνος μετὰ πολλὰς τὰς μάχας τέλος ἐξέτριψε καὶ ἐδουλώσατο τούτους· καὶ τῆς μὲν χώρας τοὺς ἐναπολειφθέντας ἐξορίστους πεποίηκεν

Variorum notæ.

(45) De Achride a Justiniano privilegiis donata agit cap. seq., de quibus consulendi præ cæteris Joan. Morin. lib. I, exercit. 27 ; Leo Allatius, lib. I *De consensu utriusque Eccl.* cap. 25, n. 4. DUCANG.

(46) At quæ fuerit Justiniani patria, disquisivit Nicolaus Alemannus ad Procopii Historiam arcanam p. 14, l. Edit. DUCANG.

(47) Alia fuit civitatum priscis sæculis αὐτονομία ab ea quæ hic recensetur, ut quæ archiepiscopalem dignitatem solum respexerit, nulli patriarchatui vel metropolitæ subjectam. Vide Allatium loco laudato, et Gloss. med Græcit. in Αὐτοκέφαλος. DUCANG.

(48) Patriarchæ Constantinopolitano. DUCANG.

(49) De primis Bulgarorum sedibus et migrationibus fuse satis egimus in regum Bulgariæ serie historica, in *Famil. Byzant.* sect. 6. DUCANG.

(50) De quo præ cæteris Vincentius Belvacensis, lib. XXXII, cap. 11. DUCANG.

(51) Proverbium, de quo Zenob., Diogenian., Apostolius, Suidas et alii passim. DUCANG.

(52) Ἀχρὶς, in capitis lemmate ap. Wolfium. DUCANG.

(53) An igitur Achris eadem fuit cum Bederina, quam Justiniani patriam fuisse scribunt Procopius, Agathias, et auctor Chronici Paschalis ; ac *primam Justinianam* appellari pariter is sanxit, ut exserte scribit idem Agathias lib. V. Dubium tamen ingerit codex Procopii Vaticanus, quem laudat Alemannus, ubi scribitur apud Dardanos Europæos, qui post Epidamniorum terram habitant, ad præsidium
D quod Bederiana vocatur, oppidum esse Tauresium nomine, unde Justinianus ortus est, eum locum muro ac quatuor turribus circumdedisse, juxtaque urbem nobilissimam condidisse, quam Justinianam primam appellavit, nutricationis officium altrici patriæ rependens : unde colligere liceret non revera Bederinæ, sed Tauresii natum Justinianum, ac Justinianæ primæ nomen neutri oppido, sed alteri, quod proxime ædificaverit, id nomenclaturæ inditum, atque adeo Achridi, cui attribuitur a Gregora et aliis. Leunclavius in Onomastico Turcico scribit *Giustandil* a Turcis appellari Justinianæ urbis regionem, quæ, inquit, priscis Justiniana prima dicitur, Justiniani Augusti patria, Macedoniæ quidem illam, sed versus Illyricum, vel in ipso potius Illyrico sitam. DUCANG.

ἐν τῇ παρὰ τὸν Ἴστρον κάτω Μυσίᾳ· τὸ δ' ὄνομα, καθάπερ ἄλλο τι μνημεῖον ἐκείνων, ἐναπολέλειπται τῇ ἀρχιεπισκοπῇ. Ἀλλ' ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου φέρε ἐπανακάμψωμεν.

Γ'. Ὁ γὰρ Ἄγγελος Θεόδωρος ἤδη καὶ βασιλεύς, ὡς εἴρηται, καταστάς, ἐδῄου τὴν γῆν, προϊὼν καὶ παρεξελαύνων καὶ ὑπερβαίνων ὅρους ἄλλους ἐξ ἄλλων ἀεί, ἕως ἤλασε μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν Βυζαντίων πυλῶν κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν. Αἱ γὰρ Μακεδονικαί τε καὶ Θρᾳκικαὶ πόλεις ἐς τέλος ἐξέκαμον, συχνὰς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ δεινὰς ὑπομείνασαι τὰς αἰχμαλωσίας, νῦν μὲν τῶν Λατίνων, νῦν δὲ τῶν Βουλγάρων, καὶ τῶν Σκυθῶν. Τί γὰρ οὐκ ἂν ἔδρασαν ἔθνος αἱμοβόρον οἱ Σκύθαι Χριστιανοῖς ἐπιβρίσαντες ἀπηνῶς; οἱ δὲ Λατῖνοι οὐδὲν ἡμερώτερον τῶν Σκυθῶν διετέθησαν, ὅτι μὴ καὶ πολλῷ τῷ μέτρῳ τὴν Σκυθικὴν ἀπήνειαν ὑπερέβησαν. Καὶ οὐχ ἅπαξ τοῖς ταλαιπώροις ἐξ ἑκατέρων τῶν ἐθνῶν τὰ τῆς δεινῆς ταύτης αἰχμαλωσίας ξυνεπεπτώκει παθεῖν, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις. Τὸ δὲ νῦν τοῦτο τοῦ Ἀγγέλου (54) μικροῦ πᾶν, εἴ τι ἐλλέλειπται, προσανάλωσε. Καὶ ἦν ἰδεῖν οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα, Λήμνια κακὰ (55), θρήνους Τρωϊκούς, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν κακῶν πανήγυριν.

III. Angelus Theodorus, imperator, ut dictum est, constitutus, ulterius progrediendo et evagando et alios atque alios limites superando, agros vastabat, donec ad ipsas usque Byzantii portas nemine prorsus resistente pervenit. Nam Macedoniæ et Thraciæ urbes prorsus exhaustæ erant, crebris atque atrocibus exiguo tempore direptionibus vexatæ, nunc a Latinis, nunc a Bulgaris et Scythis. Quid enim non fecissent, gens sanguinaria, Scythæ Christianis crudeliter oppressis? Latini vero Scythis adeo clementiores **28** non fuerunt, ut illorum immanitatem longo intervallo superarint. Neque semel miseri illi ab utraque gente diræ hujus prædationis incommoda passi sunt, sed bis et ter et sæpius. Tum vero hæc Angeli grassatio, si quid reliqui fuit, id fere totum absumpsit. Itaque domos eversas, mœnia diruta, Lemnia mala, Trojanas nænias, omnis denique generis malorum spectaculum videres.

CAPUT III.

Joannes Asan Bulgarus Theodorum Angelum acie vincit, capit, excæcat. Joannes Ducas classem instruit. Insulas maris Ægæi et Rhodum occupat. In Europam transit. Multis urbibus potitur. Pacem init cum Bulgaris. Asanis filiam filio suo uxorem jungit. Ternobi episcopus metropolitani jurisdictioni subesse desinit. Imperator, omnibus a Byzantio ad Strymonem urbibus receptis, Nicæam revertitur.

Α'. Ἐν τούτοις (56) γε μὴν τοῖς καιροῖς ἦρχε τῶν Βουλγάρων ὁ τοῦ πρώτου Ἀσὰν υἱὸς ὄνομα Ἰωάννης. Οὗτος ὁρῶν τὸν εἰρημένον Θεόδωρον τὸν Ἄγγελον οὐδὲ τῶν Βουλγαρικῶν ἀφίστασθαι πραγμάτων βουλόμενον, ἀλλ' ἤδη κἀκείνοις βαρεῖαν καὶ βλάπτουσαν ἐπάγοντα χεῖρα, συμμάχους ἐκ τῶν Σκυθῶν εἰληφώς, συῤῥήγνυσιν αὐτῷ πόλεμον ἰσχυρόν, καὶ νικᾷ καὶ χειροῦται τοῦτον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττει (P. 16) τῆς δίκης ὀψὲ περιελθούσης αὐτόν, ὧν τε τὴν νόμιμον περιεφρόνησε τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν, βασιλείας ἑαυτῷ περιθεὶς ὄνομα· καὶ ὧν τοὺς ὁμοφύλους κακοπραγοῦντας ὑπὸ τῶν Ἰταλικῶν καὶ Βουλγαρικῶν ἐφόδων καὶ δακρύων ἄξια πάσχοντας, οὐκ ἠλέησεν, ἀλλὰ δυστυχήμασι δυστυχήματα προσετίθει καὶ φόνοις φόνους.

I. His temporibus imperabat Bulgaris primi Asanis filius Joannes. Is cum Angelum Theodorum ne Bulgaricis quidem rebus abstinere velle cerneret, sed jam illis quoque infestam et hostilem manum intentare, Scythicis auxiliis accersitis acre cum illo prælium committit, illique victo et capto oculos effodit: vindicta tandem illum assecuta, tum ob ludibrio habitam Romani imperii legitimam auctoritatem, cujus sibi nomen usurparat; tum quod populares suos Italicis et Bulgaricis impressionibus afflictos et deplorandis malis affectos adeo non miseratus fuerat, ut etiam calamitates calamitatibus, cædes cædibus cumularet.

Β'. Ἤδη δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ἐπὶ μέγα δυνάμεως ηὔξησε τὰ Ῥωμαίων πράγματα, δεξιὸς οἰκονόμος φανεὶς καὶ κυβερνήτης ἄριστος τῆς ἡγεμονικῆς τῶν Ῥωμαίων ὁλκάδος. Ναῦς τε γὰρ μακρὰς κατεσκευακὼς οὐκ ὀλίγας, ναυστολεῖ πρὸς τὰς κατὰ τὸν Αἰγαῖον νήσους, καὶ πάσας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ λαμβάνει, Λέσβον καὶ Χίον, Σάμον τε καὶ Ἰκαρίαν καὶ Κῶ καὶ ὅσαι ταύταις εἰσὶ προσεχεῖς· οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ διαβὰς καὶ ἐς Ῥόδον, ἐγκρατὴς καὶ αὐτῆς ἀναδείκνυται. Ἐπεὶ δ' ὁ μὲν βασιλικὸς στόλος οὕτω θαλαττοκρατῶν ἦν, ἐν δ' Ἀσίᾳ τὰ Περσικὰ στρατεύματα ἔμενεν ἀτρεμίζοντα, τὰ δὲ Λατίνων καταβραχύ τε ὑπέῤῥει καὶ ἀσθενῶς εἶχεν,

II. Jam vero et imperator Joannes imperii Romani vires multum auxerat, callidi scilicet dispensatoris, et optimi reipublicæ gubernatoris officio functus. Nam haud paucis longis navibus, quas ædificarat, ad Ægæi maris insulas appulsis, **29** eas omnes brevi tempore capit, Lesbum, Chium, Samum, Icariam, Con, quæque his finitimæ sunt. Nec his contentus Rhodum proficiscitur, et eam quoque potestati suæ subjicit. Cum vero imperatoria classis ita mare obtineret, et in Asia Persici exercitus quiescerent, Latinorum autem vires fluxæ et caducæ paulatim minuerentur, jam imperator arma ex Asia etiam in Europam transferre consti-

Variorum notæ.

(54) Michaelis Nothi, cujus supra meminit, lib. I, cap. 3. DUCANG.

(55) Zenob., Diogenian, Suid. etc. DUCANG.

(56) Acropol. n. 25, 26. Pachymer. lib. I, cap. 30; Richardus de S. Germano an. 1230. DUCANG.

tuit, ut illic miseras urbes a Bulgarica et Italica manu liberaret. Igitur ineunte statim vere, transmisso Hellesponto, primum in Chersonesum irrumpit. Deinde finitimam regionem vastat et incendit, ad perterrefaciendos Latinos qui castellorum arces tuebantur. Capitque plurimas urbes maritimas, Callipolim, Sestum et Cardianorum civitatem cæterasque illis vicinas, partim vi et machinis, partim deditione.

A ἔγνω διαβιβάζειν ἤδη τὰ τῆς Ἀσίας ὅπλα καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην ὁ βασιλεὺς, ἐλευθερώσων τὰς ἐκεῖ ταλαιπώρους πόλεις τῆς τε Βουλγαρικῆς καὶ Ἰταλικῆς χειρός. Καὶ δὴ διαβὰς τὸν Ἑλλήσποντον ἅμα ἦρι, εἰσβάλλει πρῶτον ἐς τὴν Χεῤῥόνησον, κἀκεῖθεν τὴν ὅμορον ἐπόρθει καὶ ἔκαε χώραν, εἰς ἔκπληξιν τῶν ἐν ταῖς τῶν φρουρίων ἀκροπόλεσι Λατίνων. Εἷλε δὲ καὶ πλείστας τῶν παραλίων πόλεων, Καλλιούπολίν τε καὶ Σηστὸν καὶ τὴν τῶν Καρδιανῶν (57) καὶ ὁπόσαι τῶν ἀστυγειτόνων ἦσαν, τὰς μὲν βίᾳ καὶ μηχανήμασι, τὰς δὲ προσχωρούσας ἑκοντί.

III. Imperatore his rebus occupato, e Bulgaria legati veniunt, tum pacis expetendæ causa, tum ut imperatoris filio Theodoro Helenæ Asanis filiæ nuptias offerrent. Quem nuntium imperator lætus et cupidus accepit. Nolebat enim, aliis gravioribus negotiis distractus, illum adversarium habere, Scythis trans Istrum positis adeo vicinum, illisque ascitis quoties libitum esset irruentem, et torrentis in morem obvia quæque secum abripientem. Hac igitur de causa legatio statim rata fuit simulque affinitas. Congressi ergo circa Chersonesum 30 imperator et Asan, Helenam Asanis filiam decem annos natam imperatoris filio nondum puberi Theodoro Lascari juniori conjungunt. Tunc etiam Ternobi episcopus liberam jurisdictionem in perpetuum impetrat, cum ad id usque tempus primæ Justinianæ archiepiscopo, propter veterem illius gentis cognationem, paruisset.

Γ'. Ἐν τούτοις δ' ὄντος τοῦ βασιλέως, ἥκουσι πρέσβεις ἐκ Βουλγάρων (58) σπονδῶν τε εἵνεκα, καὶ ἅμα ἐπὶ τῇ θυγατρὶ τοῦ Ἀσὰν Ἑλένῃ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Θεόδωρον γαμβρὸν ἐξαιτούμενοι. B Ταῦτα ἀσμένῳ τῷ βασιλεῖ ἠγγέλλοντο καὶ ἅμα ἐθέλοντι· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν ἄλλοις μείζοσι περισπώμενος ἀντίπαλον ἔχειν αὐτὸν, οὕτω τοῖς παριστρίοις ὁμοροῦντα Σκύθαις, καὶ ἅμα αὐτοῖς, ὁπότε βούλοιτο, ἐπελαύνοντα, καὶ ὅσα ἐν ποσὶ, χειμάῤῥου δίκην, παρασύροντα. Ταύτῃ τοι καὶ τελεσιουργὰ τὰ τῆς πρεσβείας εὐθὺς ἦσαν καὶ ἅμα τὰ τοῦ κήδους. Καὶ συνελθόντες περὶ Χεῤῥόνησον ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ Ἀσὰν, συζευγνύουσιν Ἑλένῃ τῇ τοῦ Ἀσὰν θυγατρὶ δεκαετεῖ οὔσῃ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Θεόδωρον τὸν νέον Λάσκαριν, μήπω ἐς τὸν ἔφηβον παραγγείλαντα. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ τοῦ Τερνόβου ἐπίσκοπος (59) αὐτονομίαν λαμβάνει διηνεκῆ, τῷ τέως ὑπὸ τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῆς πρώτης τελῶν Ἰουστινιανῆς διὰ τὴν τοῦ ἔθνους ἐκεῖθεν ἀρχαίαν συγγένειαν. C

IV. Imperator vero secuta æstate Thraciæ et Macedoniæ urbes circuit, ab ipsis, ut ita dicam, Byzantinis portis auspicatus, et ad Strymonem usque progressus omnes autumni initio recuperat: et sic, omnibus quæ voluerat expeditis, Nicæam recedit, militibus domum ad hibernandum dimissis.

Δ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς θέρους ἐπιγενομένου, τὰς Θρᾳκικάς τε καὶ Μακεδονικὰς περίεισι πόλεις, ἀρξάμενος ἀπ' αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, [P. 17] τῶν Βυζαντίων πυλῶν, καὶ ἐπελάσας ἄχρι Στρυμόνος, καὶ οἰκειοῦται πάσας, ἔτι ἱσταμένου τοῦ φθινοπώρου. Καὶ οὕτω πάντα σκοπὸν διαθέμενος, αὐτός τε εἰς Νίκαιαν ἀνεχώρησε, καὶ τὸν στρατὸν ἀφῆκεν ἐς τὰ οἴκοι διαχειμάσοντα.

CAPUT IV.

De rebus Scythicis. Earum notitia necessaria. Scytharum regio. Vitæ genus. Moderatio. Justitia aliæque virtutes. Varia nomina. Scythæ, divinæ indignationis ministri. Multas provincias variis temporibus vastarunt. Mores eorum, apud quos consederint, asciscunt. De Scythis Europæis, veteri Scythiæ proximis. Scytharum migrationes in Asiam. In Europam. In Africam ipsam. Scythia cur a nemine subacta. Cur aliarum gentium facile victrix.

I. Postquam autem ad hunc historiæ locum ventum est, non prætereundi silentio visi sunt Scythæ, qui his temporibus Asiam et Europam sunt pervagati. Nam progressu orationis sæpe illorum mentio incidet. Quare breviter, quantum fieri potest, oportet nos eorum res declarare, et ad intelligenda ea quæ sequuntur, luculentiorem earum notitiam præmittere; ne ea, quæ ipsi scimus, iis

D Α'. Ἐνταυθοῖ δὲ γενομένῳ τῆς ἱστορίας, οὐκ ἀρεστόν μοι ἔδοξεν εἶναι σιγῇ παρελθεῖν τὰ περὶ Σκυθῶν, ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἐπιδραμόντων Ἀσίαν τε καὶ Εὐρώπην. Βιάσεται γὰρ ἡμᾶς ὁ λόγος προϊὼν εἰς τὰ αὐτῶν πολλάκις ἐμπίπτειν διηγήματα, καὶ χρεὼν ἀνακεφαλαιωσαμένους ἡμᾶς, καθόσον οἷόν τε, διαλευκᾶναι τὰ περὶ αὐτῶν, καὶ ἐναργέστερα παραπέμψαι ταῖς ἐφεξῆς ὑποθέσεσιν, ἵνα

Variorum notæ.

(57) *Cardiam* vertit interpres: melius *Cardiana*, tametsi *Cardia* urbs occurrat in Thracia. DUCANG.

(58) Imo a Joanne Vatatze ad Bulgarorum regem Asanem missos legatos scribit Acropolita cap. 31. DUCANG.

(59) Acropolita cap. 33. Vide Joan. Morin. lib. I exercit. 27, et Leonem Allatium lib. I, *De concordia utriusque Eccl.* cap. 25, n. 5; præterea gesta Innocentii III papæ, a quo Trinovitanus archiepiscopus primas totius Bulgariæ et Blachiæ constitutus ibi legitur, p. 36 Edit. Baluzianæ. DUCANG.

μὴ αὐτοί γε εἰδότες, εἶτα ἐπὶ τῶν οὐκ εἰδότων ὡς A εἰδότων διεξιόντες, ἁμαρτάνειν ποιῶμεν αὐτοὺς ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἐννοιῶν, καὶ συχνὰ μεταβαίνειν ἐξ ἑτέρων εἰς ἑτέρας ἀναφοράς, ὥσπερ αἱ κυνηγετικαὶ κύνες, ὁπότε τὰς τῶν λαγωῶν ἰχνηλατοῦσι νομάς, συχνὰ τὴν ῥῖνα πρὸς ἕτερα ἐξ ἑτέρων ἴχνη μετάγουσαι.

B'. Ἔθνος ἐστὶ πολυανθρωπότατον, βορειοτέραν πολλῷ τὴν οἴκησιν ἔχον ἢ κατὰ πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην, οὐδαμῶς μὲν ἐς ἀκρίβειαν ὑπὸ τὸν ἀρκτικὸν πόλον, παρὰ τοὺς ἀρκτικωτάτους δ' οὖν ὅμως ἐνδιαιτώμενον παραλλήλων ἁπάντων, ὁπόσοι τὴν οἰκουμένην ἅπασαν περιγράφουσιν, ὡς οἱ τὰς παλαιάς τε ἱστορίας συνθέντες παρέδοσαν τοῖς ἐπιγενομένοις ἡμῖν, καὶ αὖ ἡμεῖς, καθόσον ἐξῆν, ἐκ τῆς τοῦ χρόνου ξυνήκαμεν πείρας. Τού- B τους γαλακτοφάγους μὲν καὶ ἀβίους καὶ δικαιοτάτους ἀνθρώπων Ὅμηρος ἔφησεν (60)· ἐν τούτοις γὰρ οὐ μαγείρων μαγγανεία, οὐδὲ τραπέζης ἐπινενόηται πολυτέλεια. Φυτηκομίαι δὲ καὶ ἀρόσεις γῆς οὐδ' ἐν ὀνείροις, ὅ τί ποτέ εἰσιν, ἐφαντάσθησαν. Ἀλλὰ τροφὴ μὲν αὐτοῖς ἡ τῆς γῆς αὐτοφυὴς πόα, καὶ τὰ τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων αἵματά τε καὶ σώματα. Καὶ εἴ τι δὲ τῶν ἀγρίων ζώων καὶ πετεινῶν ἁλωτὸν αὐτοῖς γένοιτο, καὶ τοῦτο δ' αὐτοῖς αὐτοσχέδιός ἐστι τροφή. Ἔνδυμα δ' ἀποίητον, τὰ τῶν ζώων δέρματα. Ἄργυρος δὲ καὶ χρυσὸς καὶ μάργαρος καὶ λίθος λυχνίτης ἴσα καὶ κόνις ἐκείνοις ἐστίν. Οὐ πανηγύρεις ἐκεῖ καὶ φιλοτιμίας θέατρα, οὐδὲ βουλευτήρια περὶ ναυστάθμων C καὶ τριηραρχιῶν [P 18] καὶ ἀγορανομιῶν (61)· ἀλλ' εἰρήνη πᾶσα τὸ ἀπὸ τούτων (62), καὶ βίος πάμπαν ἀστασίαστος. Ὥσπερ γὰρ οἱ τοῖς τῶν ἀνθρώπων σώμασιν ἐπισυμβαίνοντες πυρετοὶ τὰς ἀφορμὰς ἐκ τῆς ὕλης ἔχουσι, καὶ παρὰ τοσοῦτον φλεγμαίνουσι, παρ' ὅσον καὶ ἡ τῆς ὕλης πέφυκε χορηγία· ἐπειδὰν δ' ἀσιτίαι μακραί, καὶ ἰατρῶν φαρμακοποσίαι παραλαβοῦσαι τὸ σῶμα, τὴν ὕλην πᾶσαν ἐξαναλώσωσιν, αὐτίκα πέπαυται μὲν ὁ πυρετός, ἠσθένησε δ' ἡ τοῦ σώματος ἀσθένεια· οὕτω κἀν τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις, τῶν πραγμάτων οὐκ ὄντων, ἐξ ὧν φιλονεικίαι καὶ ἔριδες φύονται καὶ κατ' ἀλλήλων ἐπιβουλαὶ καὶ χύσεις αἱμάτων ἐπινοοῦνται, οὐδὲ δικαστήρια συγκροτοῦνται λοιπόν, οὐδὲ βουλευτήρια καὶ ἀναγνώσεις νομίμων, οὐδὲ D πιθαναὶ γλῶσσαι, καὶ λόγων διαστροφαί, καὶ ἐννοιῶν λαβύρινθοι· ἀλλὰ δικαιοσύνη τις αὐτοφυὴς ἐπινέμεται τούτους καὶ ἀνεπίφθονος αὐτονομία. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα δικαιοτάτους ἀνθρώπων καὶ Ὅμηρος τούτους ὠνόμασε.

Γ'. Τήν γε μὴν προσηγορίαν αὐτῶν (63) διαφόρως ἡμῖν οἱ πάλαι σοφοὶ διεπόρθμευσαν. Ὅμηρος μὲν γὰρ Κιμμερίους αὐτοὺς καλεῖ, Ἡρόδοτος δὲ ὁ τὰ Περσικὰ συγγραψάμενος Σκύθας πολυειδεῖς, ὁ δὲ Χαιρωνεὺς Πλούταρχος Κίμβρους καὶ Τεύτονας,

A qui nesciunt, quasi scirent, narrando, efficiamus ut ii adhibitis commentis a vero aberrent, et alias ex aliis conjecturas sequantur, veluti canes venatici, qui leporibus vestigandis nares ad alia atque alia vestigia transferunt.

III. Nam homines quidam dignitate et generis splendore illustres, cum Muzalonis fortunam novitate tam subita mutatam cernerent, inter se mussitabant, ægre ferentes delatum ei honorem ipsius conditione majorem; cum multi essent, ad quos simul et tutela pueri imperatoris, et reipublicæ administratio magis pertineret; tum quod propinqua cognatione imperatorem attingerent, tum quod ad hujusmodi munia obeunda multum aptiores essent quam Muzalo, ad quem contemnendum et odio prosequendum, ut ipsi dicebant, **64** multæ causæ omnibus suppetebant. Nam quod nec genere nobili ortus esset, et ut homines multi punirentur operam suam sæpe imperatori contulisset, hæ res ad ejus odium animis vulgi ingenerandum satis efficaces erant. Quod si imperium etiam concupisceret ac somniaret, ut quidam calumniabantur, id vero quas non sceleris faces in caput ejus accenderet? Hæc Muzalonem non latebant. Etenim vir ille cum antea ad talia intelligenda acutus fuerat, tum hoc negotiorum æstu fervente et maximam ei animi anxietatem afferente, se ipso longe prudentior videbatur. Igitur proceribus omnibus celerrime in curiam convocatis, dexteram universis porrigit: ac tanquam inferior cum eis collocutus, haud obscure fert, se libenter cuivis tum administratione imperii, tum tutela pueri imperatoris cessurum esse.

Γ'. Τῶν γὰρ ἐν ἀξιώμασί τινες κἀπὶ γένους σεμνυνομένων λαμπρότητι νεωτερίσασαν οὕτω ταχέως ἰδόντες τὴν τοῦ Μουζάλωνος τύχην διεψιθύριζον πρὸς ἀλλήλους, ἀχθόμενοι τῇ πέρα τούτου τιμῇ (26), πολλῶν ὄντων ἑτέρων οἱ μᾶλλον ἐκείνου προσήκουσι τήν τε ἐπιτροπὴν τοῦ βασιλικοῦ παιδὸς ἀναδέχεσθαι καὶ ἅμα τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν ἔκ τε τοῦ προσεχῶς ἐς βασιλέα τὸ γένος ἀναφέρειν καὶ αὖ ἔκ γε τοῦ δεξιωτέρους πολλῷ πεφυκέναι ἐς τὰ τοιαῦτα ἢ κατὰ τὸν Μουζάλωνα, ἄνδρα πολλὰς κεκτημένον τὰς ἀφορμὰς ἐς τὸ περιφρονεῖσθαί τε καὶ μισεῖσθαι παρὰ πάντων, ὡς αὐτοὶ διετείνοντο. Τό τε γὰρ μὴ γένους φησὶν εὔκλειαν ἕλκειν ἀπὸ τῶν φύντων, τό τε συνεργὸν γενέσθαι τῷ βασιλεῖ πολλάκις ἐς τὰς τῶν πολλῶν τιμωρίας, ἱκανὰ ταῦτα μῖσος δεινὸν ἐντεκεῖν ταῖς ψυχαῖς τῶν πολλῶν κατ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ βασιλείας ἤρα καὶ ταύτην ὠνειροπόλει, καθώς τινες διαβάλλοντες προὔφερον, τοῦτο δὲ ποίους οὐκ ἂν ἀνῆπτε κακίας πυρσοὺς κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς; Ταῦτα δ' οὐκ ἐλελήθει Μουζάλωνα. Δεινὸς μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ πρότερον ἦν ἐς τὸ συνιέναι τοιαῦτα· τότε δὲ καὶ τῶν πραγμάτων ζεόντων καὶ ἀγωνίαν μεγίστην τῇ τούτου ψυχῇ προξενούντων, συνετώτερος αὐτὸς ἐδόκει πολλῷ ἑαυτοῦ. Καὶ δὴ τὴν ταχίστην ἐς βουλευτήριον ἅπαντας μεγιστᾶνας συνηθροικὼς δεξιάν τε ἐδίδου τοῖς ὅλοις καὶ ἀπὸ τοῦ ἥττονος προὔφερε τὴν ὁμιλίαν· καὶ δῆλος ἦν παραχωρήσων ἀσμένως τῷ βουλομένῳ τὴν ἐπιτροπὴν τῶν τε κοινῶν πραγμάτων καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ παιδὸς τοῦ βασιλέως.

IV. Quoniam vero omnes simul velut ex composito recusabant, et eum præferendum esse confitebantur, quem ipsemet rerum et pueri dominus supremusque arbiter imperator digniorem judicasset: Muzalo autem nullo modo cedebat, sed fortiter resistebat, otium præferens, et negotium totis animi viribus ac facultatibus a se amoliens propter obrepentem invidiam, ac in primis ob periculum, quod subobscure inde apparebat et conflabatur; idcirco jusjurandum priore sanctius ac magis tremendum datur. **65** Jurant omnes tam nobiles quam ex plebe militari, sibique et toti familiæ suæ quilibet imprecantur, ni quod jurassent, religiose servarent, ac Muzaloni tutelam,

Δ'. Ἐπεὶ δὲ πάντες μὲν ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος ὁμοῦ παρῃτοῦντο, αὐτὸν προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων ὁμολογοῦντες, ὃν καὶ βασιλεὺς αὐτὸς ὁ τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ παιδὸς ἐδικαίωσε κύριός τε καὶ αὐτοκράτωρ, ὁ δὲ Μουζάλων οὐδ' ὁπωσοῦν ἐνεδίδου, ἀλλὰ γενναίως ἀνθίστατο, τήν τε ἡσυχίαν αἱρούμενος καὶ τὸ πρᾶγμα ἀποσειόμενος ὅλαις ὁρμαῖς καὶ κινήσεσι τῆς ψυχῆς διά τε τὸν ὑφέρποντα φθόνον τῷ πράγματι καὶ μάλιστα διὰ τὸν ἐντεῦθεν ὑποφαινόμενόν τε καὶ πλαστουργούμενον κίνδυνον· φρικωδέστεροι τῶν προτέρων ὅρκοι πάλιν ἐγίγνοντο· καὶ ὤμνυον ἅπαντες ὅσοι τῶν ἐν ἀξιώματι καὶ ὅσοι τοῦ δήμου τοῦ στρατιωτικοῦ· καὶ σφίσι τε αὐτοῖς ἦσαν ἐπαρώμενοι πανωλεθρίαν καὶ ἅπαντι τῷ γένει σφῶν ἕκαστος, εἰ μὴ

Variorum notæ.

(25) *Irenen*. Vide supra cap. 2, num. 5. BOIVIN.

(26) Verba suspecta, sed clara sententia. WOLFIUS.

τοῖς ὅρκοις ἐμμένοιεν ἀσφαλῶς καὶ διατηροῖεν τῷ A μὲν Μουζάλωνι τὴν ἐπιτροπήν, [P. 38] τῷ δὲ τοῦ βασιλέως υἱῷ τὴν βασιλείαν ἀνεπιβούλευτόν τε καὶ ἀπαράτρεπτον μέχρι διαπαντὸς, αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεννηθησομένοις. Καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀπηλλάττοντο, τὰ δὲ πράγματα ἦσαν αὖθις ὑπὸ τῷ Μουζάλωνι διοικούμενα.

imperatoris vero filio imperium insidiarum expers et per omnia inviolatum non solum ipsi, sed et futuris ejus liberis tuerentur. Sic illi discesserunt; res vero rursus a Muzalone administrabantur.

Ε'. Ἀλλὰ τέλειαι μὲν οὔπω παρήλλαττον ἡμέραι ἐννέα, καί τινες τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων φθόνῳ δεινῷ στρατηγούμενοι τὸν στρατὸν συνεκύκησαν καὶ τὰς αὐτῶν ὥπλισαν δεξιὰς κατὰ τῆς σφαγῆς τοῦ Μουζάλωνος. Τοὺς δὲ χθὲς καὶ πρότριτα τελεσθέντας φρικώδεις ὅρκους ἐκείνους καὶ τὰς παλαμναιοτάτας ἀρὰς, φεῦ τῆς ἀρχῆς τῶν κακῶν, λήθης ἀπολαβόντες βυθοὶ καὶ πλημμύραι διέφθειραν. B Ἐννάτη μὲν (27) γὰρ ἡμέρα παρῆν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως καὶ ἅπασαι τῶν ἐνδόξων συνῆεσαν γυναικῶν ἐπὶ τῇ μονῇ τῶν Σωσάνδρων, ἔνθα καὶ τὸ τοῦ βασιλέως τέθαπται σῶμα, τὸ νενομισμένον τελέσουσαι πένθος καὶ τὰ μνημόσυνα (28). Παρῆσαν δ' ὁμοῦ καὶ πάντες ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, ἐν οἷς καὶ οἱ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξαρτύσαντες ἦσαν· καὶ συνέῤῥει πᾶς ὁ στρατὸς, οἱ μὲν πένθους ἕνεκα, οἱ δὲ φονικὴν ὠδίνοντες ὁρμήν. Καὶ τί δεῖ διατρίβειν; Ἔτι τῆς ἱερᾶς τελουμένης ὑμνῳδίας, τὰ ξίφη γυμνώσαντες πάντες οἱ στρατιῶται ἔνδον ἐξαίφνης τοῦ νεὼ εἰσεπήδησαν καὶ παρὰ τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ τραπέζῃ καταφυγόντα τὸν Μουζάλωνα κατέσφαξαν ἀπηνῶς, κἀπὶ τούτῳ τοὺς δύο ἅμα ἀδελφοὺς, Ἀνδρόνικόν τέ φημι C τὸν μέγαν δομέστικον καὶ Θεόδωρον τὸν πρωτοκυνηγόν· καὶ πρὸς τούτοις τὸν σφῶν ὑπογραμματέα δι' ὁμοιότητα προσώπου τινὰ, συμβὰν οὑτωσί πως, σφαλέντες. Καὶ οὕτως αἵ τε γυναῖκες καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος ἀτέλεστον ἀφέντες τὸ πένθος ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ συντριβόμενοι διὰ τὸν φόβον ἔφυγον ὅλοις ποσὶν ὅποι τύχοιεν ἕκαστοι. Τὸ δὲ ἱερατικὸν ἅπαν καὶ ὁ τῶν μοναχῶν σύλλογος ἔνδον τοῦ ἱεροῦ τεμένους ἑκόντες ἄκοντες συνελαθέντες ὠλίσθαινόν τε καὶ ἔπιπτον ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὸ βίᾳ καὶ ῥύμῃ σφοδρᾷ παρ' ἀλλήλων συνωθεῖσθαι, τοῦτο δὲ καὶ ὅτι ἀνέδραστον εἶχον τὴν τῶν ποδῶν βάσιν ἐκ τῶν χεθέντων αἱμάτων.

V. Sed nondum toti dies novem elapsi erant, cum aliqui nobilitate et opibus præstantes, violenta invidia impulsi, tumultum in exercitu excitarunt, et dexteras suas in Muzalonis cædem armarunt. Scilicet juramenta illa horribilia novissime præstita et funestissimas preces (heu principium malorum!) altissima oblivio excepit, et profundis B quasi fluctibus demersit. Aderat dies nonus ab imperatoris morte. Omnes matronæ nobiles in Sosandrorum monasterium, ubi cadaver principis sepultum erat, convenerant, ut de more lugerent et ejus memoriam precibus prosequerentur. Aderant omnes principes, plebeii omnes: inter quos ii quoque qui insidias instruxerant versabantur. Confluebat omnis exercitus, alii ob luctum, alii cædem spirantes. Quid multis morer? Dum adhuc hymni sacri cantarentur, milites omnes strictis ensibus subito impetu in templum facto, Muzalonem qui ad sacrosanctam 66 mensam confugerat crudeliter occiderunt: item duos ejus fratres, nempe Andronicum magnum Domesticum, et Theodorum venatorum principem, at- C que etiam horum scribam, formæ similitudine (ita fors voluit) decepti. Quamobrem et matronæ et omnis reliqua turba, inchoatum luctum omittentes, et alii alios ex metu urgentes, quo quemque pedes ferebant, celerrime aufugerunt. Sacerdotum vero ordo, et cœtus monachorum intus templum volentes nolentes compulsi, labentes alii in alios incidebant, tum quod vi et impetu vehementi invicem urgebant, tum quod ob fusum cruorem pede stabili consistere non poterant.

ϛ'. Ὀλίγαι παρῆλθον ἡμέραι καὶ ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος ἐπίτροπος ὢν καὶ αὐτὸς καὶ γινώσκων ὡς εἰ μὴ διαναστταίη νῦν, διὰ τοσούτου θορύβου τῶν Ῥω- D μαϊκῶν φερομένων πραγμάτων καὶ μέγιστον ἐν ποσὶν εἶναι ὑπισχνουμένων τὸν κίνδυνον τοῦ τε παιδὸς καὶ τῶν ὅλων πραγμάτων, οὐδὲν ἔσται τὸ κωλῦον ἐς κακίας ἔσχατα χωρῆσειν αὐτίκα τὰ πράγματα· δι' ἃ δὴ τὴν ψυχὴν μεριζόμενος ἐς διαφόρους ὁδοὺς λογισμῶν ἀμφιβόλων οὐκ εἶχεν ὅ τι πράξειε καίριον. Ἦν μὲν γὰρ τὴν πρὸς ἀρετὴν φέρουσαν καὶ κατὰ Θεὸν ἀγωγὴν ὁ ἀνὴρ οὐ πολὺ τῶν ἄκρων ἀπολειπόμενος· ἐς δὲ πραγμάτων [P. 39] πεῖραν καὶ πολιτικὴν διοίκησιν καὶ αὐτῶν ὡς εἰπεῖν τῶν ἀπὸ σκαπάνης ὀψὲ τῆς ὥρας ἀπαλλαττόντων ἀπολειπόμενος. Οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πρᾶξις πολιτικὴ ὡς τὰ

VI. Paucis diebus ex eo elapsis, Arsenius patriarcha, qui et ipse tutor erat, tanto tumultu rem D Romanam turbante, et maximum periculum pupillo et summæ rerum adesse nuntiante, intellexit nisi se ipse contra erigeret nihil deinde obstiturum esse, quominus omnia statim ad summum scelus evaderent. Itaque animo huc et illuc ambiguis cogitationibus diviso, quid potissimum agere deberet nesciebat. Nam quod ad virtutem et Dei cultum attinebat, ille vir parum a summis aberat: sed usu rerum et publica administratione illis ipsis inferior erat, qui sub vesperam a ligone discedunt. Scilicet mystica contemplatio et reipublicæ administratio vix fere conjungi solent. Imo illud 67 optandum, ne videantur inter se plurimum pugna-

Variorum notæ.

(27) Idem Pachymer, lib. I, cap. 19. DUCANG.

(28) Interpres, *memoriam*: imo, uti vertimus, *Officium ecclesiasticum exsequiarum*, seu, uti vulgo loquimur, *officium defunctorum*. Vide Glossar. med. Græcit. in Μνημόσυνον, et in Ἔνvατα. DUCANG.

re, ut caro cum spiritu, ut res quæ sentiuntur cum iis quæ sensum excedunt. Mihi vero placet, eum qui ad principatum aspirat, ex utraque contemperatum esse : ut in musicis instrumentis fieri apud peritos cernimus. Neque enim ii chordas omnes æqualiter intendunt : quippe id inconcinnum et absonum esset : sed aliis ad graviorem, aliis ad acutiorem sonum, aliis plus minusve intensis, variam quamdam et modulatam efficiunt harmoniam. Qui enim soli divinarum rerum speculationi est intentus, in montibus et speluncis debet vivere, utpote qui vitam instituerit societatis plerumque expertem ac plane solitariam et a vulgi consuetudine abhorrentem. Qui vero præter virtutem etiam morum civilitatem et comitatem gratam studiumque societatis excoluit, ac omnigenum rerum usum sibi comparavit, is populum ad res optimas et salutares facile deduxerit. Nam et Servator ac Deus noster, nisi ad humanos affectus se demisisset, et cum publicanis cibum cepisset, et societatis studium præ se tulisset, et quatenus par erat, omnium ingeniis se accommodasset, haud facile, opinor, totas civitates ac populos ad amplectendas res utiles et salutares perduxisset.

VII. Sed illuc redeo. Arsenius igitur patriarcha tanto rerum tumultu circumventus anceps erat ac deliberabat : non tamen ille secum, (quomodo enim id faceret, qui, ut dictum est, nullo rerum usu, nullis consiliorum ambagibus erat instructus?) sed cum proceribus quid agendum esset consultabat, priusquam per insidias **68** Joannes imperatoris filius ferro peteretur. Cæterum minime prospiciebat id consilium, quod nullo usu rerum, nulla prudentia niteretur, facilius ei cui prospectum vellet exitio futurum, quam omnes gladios hostiles : ut progressu orationis declarabitur.

πολλὰ συνεῖναι πεφύκασιν· εὐκτὸν δ' ἄν, εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλέον πρὸς ἄλληλα φαίνοντο, καθάπερ σῶμα καὶ πνεῦμα καὶ αὖ ὅσα τῶν αἰσθητῶν πρός γε τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν. Ἐμοὶ δ' ἀρέσκει κρᾶσιν ἐξ ἀμφοτέρων ἔχειν, ὅστις ποτέ ἐστιν ὁ βουλόμενος ἄρχειν, καθάπερ κἀν τοῖς μουσικοῖς ὁρῶμεν ὀργάνοις τοὺς αὐτῶν ἐπιστήμονας πράττοντας. Οὐ γὰρ ἰσοτόνους τὰς νευρὰς καθιστῶσιν ἁπάσας· ἄμουσον γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ ἐκμελές· ἀλλὰ τὰς μὲν πρὸς τὸ βαρύτερον τείναντες, τὰς δὲ πρὸς τὸ ὀξύτερον, καὶ τὰς μὲν μᾶλλον, τὰς δ' ἧττον, οὕτω ποικίλην τινὰ καὶ ἔμμουσον καθιστῶσι τὴν ἁρμονίαν. Τῷ γὰρ μόνῃ προσέχοντι τὸν νοῦν τῇ κατὰ Θεὸν θεωρίᾳ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἐνδιατρίβειν προσήκει, ἀκοινώνητον ὡς τὰ πολλὰ τὸ ἦθος ἀσκήσαντι καὶ πάνυ τοι ἄμικτον καὶ τοῖς πολλοῖς ἠλλοτριωμένον. Ὅστις δὲ μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ πολιτικὸν ἤσκησεν ἦθος καὶ χάριεν καὶ κοινωνικὸν καὶ πεῖραν ἔσχε πραγμάτων παντοίων, οὗτος λαὸν ὁδηγεῖν ἐς τὰ βέλτιστα καὶ σωτήρια κράτιστος. Ἐπεὶ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Θεὸς, εἰ μὴ τοῖς ἀνθρωπίνοις ὑπέκυπτε πάθεσι καὶ τελώναις συνήσθιε καὶ κοινωνικὸν ἐδείκνυτο ἦθος καὶ τοῖς πᾶσι τὰ πάντα μετὰ τοῦ καθήκοντος ἐγίγνετο λόγου, οὐκ ἂν οἶμαι πρὸς τὰ λυσιτελοῦντά τε καὶ σωτήρια ῥᾳδίως ὅλους ἦγε δήμους καὶ πόλεις.

Ζ'. Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι. Διηπορεῖτο μὲν οὖν ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος, μέσος ἐναποληφθεὶς τοσούτου θορύβου πραγμάτων, καὶ ἐπεσκοπεῖτο καθ' ἑαυτὸν μὲν ἥκιστα· πῶς γὰρ, πεῖραν πραγμάτων τοιούτων καὶ λογισμῶν λαβυρίνθους οὐκ ἔχων; ὡς εἴρηται· ἐσκοπεῖτο δ' οὖν μετὰ τῶν ἐν τέλει τὸ ποιητέον, πρὶν ἐπίβουλον ὁπλισθῆναι σίδηρον κατὰ τῆς κεφαλῆς Ἰωάννου τοῦ βασιλέως υἱέως. Ἐλάνθανε δὲ ἄρα πάντως αὐτὸν, ὡς ἡ πεῖραν βαθεῖαν καὶ φρένας ποικίλας οὐκ ἔχουσα σκέψις αὕτη μᾶλλον ἂν εἴη ταχύτερος ὄλεθρος ὑπὲρ οὗ γίνεται, ἢ πάντα ξίφη πολέμια. Δηλώσει δὲ προϊὼν ὁ λόγος.

CAPUT IV.

Michael Palæologus ob eximias corporis et animi dotes omnibus gratus. Variis præsagiis imperio destinatur. Generis nobilitas. Avi et patris dignitates. Fisci claves a patriarcha accipit. Largitionibus animos nobilium sibi mancipat. Item militum et concionatorum. His auctoribus ipso patriarcha assentiente imperii administrationem suscipit, donec hæres legitimus adolescat. Despotæ titulo ornatur.

I. Comnenus Michael Palæologus*, cujus supra mentionem sæpe fecimus, inter proceres erat cæteris superior, vultu perquam hilari, consuetudine commodus, moribus urbanus, ad hæc manu larga et liberali. Quæ res magnum ejus amorem in omnium animis accendebant. Facile itaque cunctos ad se alliciebat, tribunos, centuriones, exercitum, duces, plebem universam, et quidquid senatorum erat. Movebantur etiam præsumpta imperii opinione, ut illi se adjungerent et ejus amore flagrarent. Movebantur autem ejusmodi opinione, nescio unde accepta, sive ex rumoribus contra illum an-

[P. 40] Α'. * Ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ (29) ὁ Παλαιολόγος, περὶ οὗ πολὺν ἀνωτέρω λόγον ἐποιησάμεθα, ἦν μεταξὺ τῶν ἐν τέλει τῶν ἄλλων ἐπέκεινα, πολλὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρων τὴν ἱλαρότητα τήν τε ὁμιλίαν χρηστὸς καὶ τὸ ἦθος ἀστεῖος καὶ πρὸς τούτοις τὴν χεῖρα φιλότιμος. Ἃ δὴ πάντα πολλὴν αὐτοῦ τὴν στοργὴν ἀνεῤῥίπιζον ἐν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς· καὶ πάντας ῥᾳδίως ἐφείλκετο, ταξιάρχους, λοχαγοὺς, στρατὸν, στρατηγοὺς, τοὺς ὅσοι τοῦ δήμου, καὶ ὅσοι τῆς συγκλήτου. Ἐνῆγε δὴ τούτους καὶ πρόληψις λογισμῶν βασιλείας προσέχειν αὐτῷ καὶ περιφανῶς αὐτοῦ γε ἐκκάεσθαι. Ἐνῆγε δ' αὐτοὺς

Variorum notæ.

(29) Acropol. cap. 67, 68. Ducang.

* Anno Christi 1259 Possino.

οὐκ οἶδ' ὁποτέρωθεν, εἴτ' ἐκ τῶν προλαληθέντων κατ' **A** αὐτοῦ, εἴτ' ἐξ ὀνείρων καὶ κληδόνων τινῶν. Φιλεῖ γὰρ καὶ ταῦτα περιπολοῦντα τὸν βίον πείθειν τοὺς πλείστους, οὐ πάνυ τοι σφόδρα ἀλόγως οὐδ' ἀμαθῶς, οὐδ' ὡσάν τινες φαῖεν ἀπειρίαν νοσοῦντες. Πλεῖστα γὰρ καὶ τούτων μαρτύρια καλινδοῦνται παρὰ τοῖς ὅσοι σφίσι προσέσχον τὸν νοῦν.

Β'. Ἦσαν μέντοι καὶ ἀφορμαί τινες ἕτεραι μείζους τῶν ἄλλων, τὴν βασίλειον ταύτην ἀρχὴν ἄνωθεν αὐτῷ μνηστευόμεναι, καθάπερ μεγάλης πηγῆς ἀποῤῥοαί τινες εὐγενεῖς ἐς αὐτὸν κατιοῦσαι. Ὧν αὐτός τε καὶ ὅσοι τῶν φίλων δρασσόμενοι τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ τοιούτοις λογισμοῖς μέγα παρεῖχον τὸ δίκαιον. Ἡ γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ (30) μήτηρ Εἰρήνη ἡ πρώτη τῶν θυγατέρων ἦν Ἀλεξίου τοῦ βασιλέως· **B** ὃς ἐπειδὴ γονῆς ἄῤῥενος αὐτὸς οὐκ ηὐμοίρει, ταύτην ἐρυθραῖς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι (31) προσετετάχει, ἵν' εἴη αὐτή τε καὶ ὁ ταύτῃ συζευχθησόμενος τῆς βασιλείας διάδοχος. Ὅθεν συζεύξας αὐτὴν Ἀλεξίῳ τῷ Παλαιολόγῳ καὶ δεσπότην αὐτὸν αὐτίκα τετίμηκε, καὶ εἰ μὴ φθάσας αὐτὸν ὁ θάνατος ἐξῄρει τοῦ τῇδε βίου, αὐτὸς ἂν ἦν ὁ μετὰ τὸν πενθερὸν Ἀλέξιον βασιλεύς. Ἐπεὶ δὲ θανὼν θυγατέρα μόνην καταλελοίπει, ταύτην μετὰ βραχύν τινα χρόνον ἡ μήτηρ ἀνδρὶ συζεύγνυσιν Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ, ὃν καὶ μέγαν δομέστικον ὁ βασιλεὺς Θεόδωρος τετίμηκεν ὕστερον. Ἐκ τούτων ὁ Κομνηνὸς γεγένηται Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος, διπλοῦς ὡς εἰπεῖν Παλαιολόγος ὤν, πατρόθεν ἅμα καὶ μητρόθεν. [P. 41] Εἶχε μὲν οὖν κἀντεῦθεν ἀφορμάς, ὡς εἴρηται, οὐ μικρὰς ἐς **C** τὴν νῦν προκειμένην ὑπόθεσιν. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τοῖς πᾶσι πολλαχόθεν ἐπίσημος ἦν ὁ ἀνὴρ καὶ περίβλεπτος, καὶ ἡ περὶ τούτου φήμη ἠρέμα περιῄει τὰς ἁπάντων κλέπτουσα καὶ γοητεύουσα ἀκοάς.

Γ'. Ὅ γε μὴν πατριάρχης ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς πόῤῥω τῶν ἐκεῖνον φιλούντων ἔκειτο· ἀλλ' εἰ μὴ πλέον τῶν ἄλλων, οὐδενὸς μέντοι ἧττον ἐκεῖνον καὶ αὐτός γε ἐφίλει καὶ μυστηρίων αὐτῷ ἐκοινώνει καί, τό γε μεῖζον, τὰς κλεῖς τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου (32) μόνῳ ἐπίστευεν, ὁπότε χρημάτων ἐδεῖτο τὰ στρατιωτικὰ πράγματα καὶ ἡ κοινὴ τῶν ἀναγκαίων χρεία ἀπῄτει· ὃ δὴ ἀνυσιμώτατον ἐς τὰ λάθρα μελετώμενα καὶ πέρας ὀξύτατον τοῖς ἐκ πολλοῦ θρυλλουμένοις παρέσχεν. Ἀδείας γὰρ (33) ἐκεῖνος λαβόμενος τοσαῦτα μεταχειρίζεσθαι χρήματα, ὃ εὔξασθαι μὲν **D** ἐνῆν αὐτῷ, ἐλπίσαι δ' οὐκ ἄν ποτ' ἐνῆν, ὅλαις λοιπὸν ἐξήντλει χοίνιξιν ἐς τὰς δεξιὰς τῶν τε προὐχόντων ἐν γένει καὶ τῶν στρατείαις κατειλεγμένων καὶ ὅσοι καὶ γλώττης πειθοῖ καταδημαγωγεῖν τὸν ὄχλον ἐδύναντο. Ἐν οἷς ἦσαν καὶ τοῦ ἱερατικοῦ βήματος οὐκ ὀλίγοι.

Δ'. Ἐντεῦθεν βουλευτήρια συνεχῆ παρὰ τούτων ἁπάντων συνεκροτοῦντο, τὸν πατριάρχην συνωθοῦντα

A tea sparsis, sive ex insomniis aliisve omnibus. Solent enim hujusmodi rebus passim in hac vita obviis plerique commoveri, idque non omnino temere aut inscite, aut ita ut nonnulli imperiti fortasse dixerint. Nam plurima earum testimonia apud eos abundant, qui illas diligentius observarunt.

II. Suppetebant tamen aliæ majores his rationes, quibus ad hoc imperii fastigium jam inde antiquitus vocaretur : nempe a **69** veteri stirpe velut a magno fonte derivata et ad eum usque descendens nobilitas, qua ipse et amici ejus freti, hujusmodi de eo cogitationibus multum tribuebant. Nam ejus avia materna Irene primogenita filia fuit Alexii imperatoris : qui cum masculam prolem non haberet, **B** illi rubras crepidas induci jussit, ut ipsa, et qui illam duxisset, in imperio sibi succederent. Itaque idem Alexium Palæologum, cui eam nuptum dederat, despotæ titulo ornavit : et hic nisi morte prius sublatus fuisset, post Alexium socerum imperator fuisset. Sed cum mortuus unam tantum filiam reliquisset, eam non multo post mater Andronico Palæologo nuptui collocat, quem deinde Theodorus imperator magnum domesticum fecit. Ex his natus est Comnenus Michael, duplex ut ita dicam Palæologus, paterno simul maternoque genere. Habuit igitur inde quoque, ut dictum est, adjumenta non parva ad eam rem qua de nunc agitur : et ut paucis dicam, omnibus rebus et ab omni parte vir ille **C** illustris erat et suspiciendus, famaque ejus paulatim circumferebatur, omnium auribus sensim obrepens, et eas quasi incantatas deliniens.

III. Ne ipse quidem patriarcha ab amore ejus abhorrebat, eumque si non plus quam cæteri, non minus tamen quam quisquam alius diligebat : et arcana consilia cum eo communicabat; et quod majus est, imperatorii fisci claves ei soli credebat, quoties opus erat pecunia ad militares usus aut cum publica **70** necessitas postulabat. Id quod ad clandestina consilia efficacissimum fuit, et celerem iis quæ diu jactata erant finem imposuit. Accepta enim tantæ pecuniæ tractandæ potestate, quam **D** optare ille quidem potuit, sperare autem nunquam ausus fuisset, jam totis modiis eam in manus nobilium et militum effundebat, eorumque etiam qui eloquentia demulcere populum norant. In quibus et sacri ordinis haud pauci erant.

IV. Hinc crebra concilia ab his omnibus coacta, quibus patriarcha urgebatur, ne cessaret, sed exper-

Variorum notæ.

(30) Vide stemma Palæologorum in Familiis Byzantinis. Ducang.

(31) Vide quæ annotamus in notis ad Villharduinum, et Alexiadem, et in utroque Glossario, ubi de Tzangis. Ducang.

(32) Partim in urbe Magnesia, partim in Astyzii arce ad Scamandrum, tum fiscus imperatorum asservabatur. Pachymer. lib. I, cap. 23. Ducang.

(33) Pachymeres, lib. I, cap. 24. Ducang.

gisceretur, eamque rerum curam susciperet, quam tempora postularent. Neque enim eas ejusmodi esse, ut parva diligentia egerent, qua vel omissa, integer earum status maneret; imo in præsenti exitii discrimine versaturas, quemadmodum navis infinitis mercibus onusta, si in medio pelago gubernaculis destituta sit, aut amplum ædificium fundamentis labefactatis. Statim autem in ore erat plerisque Michael Comnenus Palæologus, et prudentia et usu rerum tantæ imperii moli sustinendæ par, donec imperatoris filius ad maturam ætatem pervenisset. His vocibus etiam patriarcha est assensus, eamque sententiam approbavit. Itaque reipublicæ præfuit Comnenus Michael, omni auctoritate præditus, imperatoriis insignibus exceptis. Hoc Michaeli fuit initium et primus gradus ad imperatorium fastigium ascendendi. Ex eo enim res ejus secundis **71** ventis ibant, et plenis, quod aiunt, velis in imperii portum deferebantur.

A μὴ ἀμελεῖν, ἀλλὰ διανίστασθαι καὶ τὴν ἀνήκουσαν τοῖς ἐνεστῶσι πράγμασι διδόναι προμήθειαν. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μικρᾶς δεῖσθαι ταύτης αὐτά, καὶ οἷας ἄν, εἰ παρόψεταί τις, μένειν αὖθις ἐς τὸ καθεστὼς αὐτά, ἀλλ' αὐτίκα μάλα διακινδυνεύειν ἀπολωλέναι, καθάπερ μυριοφόρος ὁλκὰς ἐν μέσῳ πελάγει τῶν οἰάκων ἀφῃρημένη, ἢ ὥσπερ οἰκία μεγάλη κατασεισθέντων τῶν θεμελίων. Καὶ ἦν ἐπὶ γλώττης (34) αὐτίκα τοῖς πλείοσιν ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος, ἱκανὸς ἐμβριθείᾳ συνέσεως (35) καὶ ἐμπειρίᾳ πραγμάτων τοσοῦτον ὄχλον βασιλικῆς ἀναδέξασθαι διοικήσεως, μέχρις ἂν ἐς τὴν προσήκουσαν ἡλικίαν ὁ τοῦ βασιλέως φθάσῃ υἱός. Τούτοις σύμψηφον ὁ πατριάρχης ἤδη καὶ ἑαυτὸν ἐποιεῖτο, καὶ ἐκυροῦτο τὰ δεδογμένα λοιπόν. Καὶ ἦν ἐπὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων ὁ
B Κομνηνὸς Μιχαήλ, πλὴν τῶν βασιλικῶν συμβόλων, πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν ἀνειλημμένος. Αὕτη γίνεται τῷ Μιχαὴλ τῆς εἰς βασιλείαν ἀναγωγῆς ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη· ἐντεῦθεν γὰρ ἐξ οὐρίας ᾔει τούτῳ τὰ πράγματα καὶ πλήρεσιν, ὡς εἰπεῖν, τοῖς ἱστίοις ἐς τοὺς τῆς βασιλείας ἔπλει λιμένας.

V. Paucis diebus elapsis, aliud concilium ejus studiosi convocant, negantes oportere eum qui negotia imperii et reipublicæ administraret, multarumque gentium legationes audiret, dignitate imperatoriæ proxima carere, tum ut suus nationi Romanæ honos constaret, tum etiam ut ea, quæ ille interim constituturus foret, firma essent. His de causis igitur despotæ titulo ornatur tam a patriarcha quam a filio imperatoris.

Ε'. Ὀλίγαι παρῆλθον ἡμέραι καὶ δεύτερον συγκροτοῦσι βουλευτήριον οἱ αὐτοῦ σπουδασταί, οὐ δέον εἶναι φάσκοντες τὸν τὰ βασιλικὰ καὶ κοινὰ διοικοῦντα πράγματα καὶ πρεσβείας πολλῶν ἀναδεδεγμένον ἐθνῶν μὴ καὶ τῆς βασιλείας ἔγγιστα ἔχειν καὶ τὸ ἀξίωμα τιμῆς ἕνεκα τοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους [P. 42] καὶ ἅμα βεβαιώσεως τῶν μεταξὺ γινομένων καταστάσεων. Ταῦτ' ἄρα καὶ τὸ τοῦ δεσπότου ἀξίω-
C μα (36) δέχεται παρά τε τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως.

CAPUT V.

Michael Angelus Macedoniam et Thraciam statuit invadere. Exercitum cogit. Socios sibi asciscit generos suos, Peloponnesi principem et Manfredum Siciliæ regem. Hi provincias nondum subactas sorte dividunt. Joannes Sebastocrator, Michaelis Palæologi frater, illis opponitur. Viros principes secum ducit. Thraciæ et Macedoniæ legiones suis adjungit. Proxime hostem castrametatur. Hostes Bellegradum obsident. Viribus suis nimium confidunt. Romanum exercitum contemnunt, militum numero imparem, sed divina ope subnixum. Michael Angelus per transfugam decipitur. Proditum se a sociis putat. Eos noctu deserit. Socii, cognito Michaelis discessu, ipsi se proditos putant. Turbati et trepidantes a Romanis cæduntur. Princeps Peloponnesi capitur. Rex Siciliæ cum paucis fuga elabitur.

I. Sub hæc, cum Ætoliæ et Epiri princeps Michael despotes audisset, socerum suum Theodorum imperatorem nullo maturæ ætatis successore relicto obiisse, eaque de causa magnis agitari turbis proceres Romanos; cæteris curis omnibus repudiatis speravit se facili labore magno imperio potiturum. Neque enim Romanos eo rerum statu esse, ut si vellet statim Macedoniam et Thraciam invadere, arcere eum possent, magna negotiorum domesticorum mole iis interea incumbente, et omnem eorum curam ab externis rebus abstractam uni sibi vindicante. Igitur magnum e suis provinciis exercitum contrahit, et longe majorem aliunde a fœderatis accipit. Etenim legatione ejus benignissime audita celerrime adsunt Peloponnesi et Achaiæ

Α'. Ἐν τούτοις μέντοι (37) τοῖς χρόνοις ἀκούσας ὁ τῆς Αἰτωλίας τε καὶ Ἠπείρου κρατῶν Μιχαὴλ ὁ δεσπότης, ὡς ὁ συμπένθερος καὶ βασιλεὺς Θεόδωρος ἐτεθνήκει ἐπ' οὐδενὶ διαδόχῳ τελείῳ τῆς βασιλείας, καὶ ὡς πολὺς ἐντεῦθεν θόρυβος ἐπιχωριάζει τοῖς ἐν τέλει Ῥωμαίων, πάσας τὰς ἔξω φροντίδας ἐκκρούων ἤλπισε μικρὰ πονήσας μεγάλης ἀρχῆς γενήσεσθαι
D κύριος. Μηδὲ γὰρ ἔχειν Ῥωμαίους ὅπως αὐτὸν ἀποσοβήσωσι κατατρέχειν Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην αὐτίκα μάλα βουλόμενον, τῆς οἴκοθεν τέως ἀσχολίας μετὰ πολλοῦ τοῦ κράτους σφίσιν ἐπιτιθεμένης καὶ πᾶσαν φροντίδα πρὸς μόνην ἑαυτὴν ἔξωθεν μεθελκούσης. Ὅθεν πολλὴν ἐκ τῆς χώρας αὐτοῦ συνήθροιζε στρατιάν, πολλαπλασίονα δ' ἔξωθεν αὖ κατὰ συμμαχίαν προσελάμβανε. Τὴν γὰρ αὐτοῦ πρεσβείαν

Variorum notæ.

(34) Idem Pachymer. lib. I, cap. 22, 23. DUCANG.

(35) Vide Arsenii testamentum, editum a Cotelerio. [*Patrol.* t. CXL.] BOIVIN.

(36) Acropol. cap. 77; Pachymer. lib. I, cap. 27, 28. DUCANG.

(37) Acropol. cap. 77; Pachymer. lib. I, cap. 30. DUCANG.

ἀσμένως δεξάμενοι τάχιστα ἤνουσιν ὅ τε Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας πρίγκιψ (38) γαμβρὸς ἐπὶ Ἄννῃ τῇ θυγατρὶ τυγχάνων αὐτοῦ καὶ ὁ τῆς Σικελίας τότε κρατῶν Μαφρὲ, γαμβρὸς καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἑλένῃ τῇ θυγατρὶ τυγχάνων αὐτοῦ, πλῆθος ἐπαγόμενοι στρατιᾶς οὐ πάνυ τοι ῥᾷστα ἀριθμῷ ὑποπίπτειν ἐπαγγελλόμενον. Οὐ γὰρ τοσοῦτον συμμαχήσοντες ἧκον τῷ Μιχαὴλ, ὅσον σφίσιν αὐτοῖς περιποιησόμενοι πλάτος ἀρχῆς καὶ πόλεις ἀλλοτρίας. Καὶ γὰρ τὴν μετὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον εὐθὺς ἄχρι Βυζαντίου πᾶσαν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἤλπισαν ἕξειν ἀπονητί· καὶ ὡς ἤδη βεβαίως ἔχοντες κλήρῳ ταύτην κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διελάγχανον, πρὶν ἅψασθαι ἔργου.

A princeps, ejus gener (nam ipsius filiam Annam in matrimonio habebat), et qui tum in Sicilia regnabat Manfredus, gener ipse quoque, Helena **72** ejusdem filia uxore ducta : uterque copias secum adducens, ut ferebatur, prope innumerabiles. Nec enim tam adjuvandi Michaelis quam suas ditiones amplificandi causa, et alienas urbes occupandi, aderant. Sperabant scilicet Romanas provincias omnes, ab Ionio sinu Byzantium usque, se statim absque labore occupaturos : et haud secus ac si jam earum possessionem firmam haberent, sorte illas, priusquam bellum inchoassent, distribuebant.

Β'. Τῆς δὲ λαμπρᾶς ταύτης καὶ θαυμασίας παρασκευῆς ἐν ἀκοῇ καταστὰς [P. 43] ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος, ἄρτι τὸ δεσποτικὸν περιεζωσμένος ἀξίωμα καὶ βεβαιοτέραν ἐν τοῖς πράγμασι τὴν τῆς ἐξουσίας περιπεποιημένος ἀρχὴν, πέμπει μηδὲν μελλήσας τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἰωάννην, σεβαστοκράτορα ὄντα, χεῖρα συχνὴν ἐπαγόμενον. Πέμπει δὲ σὺν αὐτῷ καὶ τῶν τῆς συγκλήτου λαμπρῶν οὐκ ὀλίγους συνεργοὺς καὶ συλλήπτορας, ὁπόσοι στρατηγικῆς ἐμπειρίας οὐ πάνυ τοι ἀδαεῖς ὄντες ἐτύγχανον· ἐν οἷς ἦν καὶ Καῖσαρ ὁ ἀμφιμήτριος ἀδελφὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος καὶ Ἀλέξιος ὁ Στρατηγόπουλος μέγας δομέστικος ὤν· καὶ πρός γε ἔτι Κωνσταντῖνος ὁ Τορνίκιος, ὁ τοῦ σεβαστοκράτορος πενθερὸς, μέγας ὢν πριμμικήριος. Ἦν δὲ τηνικαῦτα ὁ χρόνος (39) μικρὸν μετὰ τροπὰς θερινὰς κατ' αὐτὰς δὴ τὰς Ὠρίωνος καὶ Κυνὸς πλατείας ἐπιτολάς. Καὶ δὴ τὴν ταχίστην διαπεραιωσάμενοι τὸν Ἑλλήσποντον ᾔεσαν διὰ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας ὁμοῦ καὶ τὰ ἐκεῖθεν συνεφελκόμενοι πάντα Ῥωμαϊκὰ στρατεύματα, ὁπόσα σποράδην κατὰ πόλεις καὶ κώμας καὶ ἀγροὺς ἐσχολακότα τέως διῆγον. Μέλλοντος δ' ὅσον οὐδέπω τοῦ ἡλίου τὰς φθινοπωρινὰς ἰσημερίας ἐπιτελεῖν, φθάνουσι περὶ Ἀχρίδαν τε καὶ Δεάβολιν. Φρούρια ταῦτα Μακεδονίας, πολλὴν παρασχόμενα τὴν ἀσφάλειαν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς. Τούτων μεταξὺ τὸ ἑαυτῶν πηξάμενοι στρατόπεδον ἀκούουσι καὶ τοὺς πολεμίους στρατοπεδεύοντας ἐς τὰ τοῦ Αὐλῶνος ἱππήλατα, ὡς διαιρεῖσθαι τὰ ἀμφοτέρων στρατόπεδα διὰ τοῦ μεταξὺ παρατείνοντος ὄρους καὶ γίνεσθαι τοὺς μὲν Ῥωμαίους ἀρκτικωτέρους, τοὺς δὲ πολεμίους νοτιωτέρους.

II. Hoc illustri et memorabili apparatu Michael Comnenus Palæologus audito, modo despoticum B titulum adeptus, et potestate sua ipso administrationis initio stabilita, nihil moratus, fratrem suum Joannem sebastocratorem cum magnis copiis mittit, eique socios et adjutores adjungit viros senatorii ordinis illustres non paucos, qui aliquem rei militaris usum haberent : in quibus etiam Cæsar erat Constantinus, uterinus ejus frater, et Alexius Strategopulus, magnus domesticus : prætereaque Constantinus Tornicius, sebastocratoris socer, magnus primicerius. Factum hoc est post æstivum solstitium, sub ipsum Orionis et Caniculæ exortum. Igitur Hellesponto celerrime trajecto per Thraciam et Macedoniam proficiscentes, Romanas eorum locorum legiones una secum omnes adducunt, C quæ sparsim in urbibus, pagis et agris **73** otium tum agebant. Cum vero jamjam autumnale æquinoctium instaret, ad Achridam et Deabolim perveniunt. Sunt autem ea Macedoniæ præsidia ita munita, ut eos a quibus tenentur tutissimos præstent. Inter utrumque castris positis audiunt, hostes ipsos in Aulonis planitie castrametari, ut ambo exercitus interjecto monte dividerentur, Romanus versus septentrionem, hostilis autem ad meridiem vergens.

Γ'. Οἱ μέντοι πολέμιοι περικαθίσαντες ἐπολιόρκουν τὸ τῶν Βελλεγράδων ὑψηλόν τε καὶ, ὡς εἰπεῖν, ὑπερνέφελον φρούριον, μελέτην ἔχοντες μετὰ τὴν ἐκείνου καταστροφὴν, ὡς ἐξ ὁρμητηρίου λαμπροῦ τινος κεχύσθαι καὶ κατὰ τῆς ἄλλης ἁπάσης δυτικῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας, καθάπερ τις πλούσιος ποταμὸς ἐξ ὄρους ὑψηλοῦ τινος ἐς τὸ κάταντες ῥαγδαίως καταῤῥαγείς· μάταιοι τῆς ἀπονοίας, ταῦτα ἐλπίζοντες ἃ δὴ οὐ τελέεσθαι ἤμελλεν. Οὐ γὰρ ἴσασιν, ὡς πᾶσα ῥώμη σώματος καὶ πλῆθος ἵππου καὶ ὅπλων ἐπισκευὴ μυρμήκων ἀγέλης οὐδὲν

III. Ac hostes quidem Bellegradum, castellum altissimum et supra nubes fere eminens, circumsedentes oppugnabant : eo consilio ut, postquam il-D lud expugnassent, inde velut ex opportuna quadam statione in omnes alias Romanorum occidentales provincias excurrerent, instar magni fluminis ex alto monte in subjectam vallem cum impetu ruentis : vani quidem illi et dementes, cum ea animis agitarent, quæ non successura erant : ignari nimirum, omne corporum robur, omnem equitatum armorumque apparatum, Deo non adjutante, ab

Variorum notæ.

(58) Pachymer. lib. I, cap. 30, 31. Is fuit Guilelmus de Villa Harduini, Gaufredi Primi Achaiæ et Moreæ principis filius. Vide stemma istius familiæ præfixum notis Historiæ Gaufridi de Villa Harduini et *Historiam Franco-Byzantinam* lib. V, n. 16. DUCANG.

(59) Anno 1259. DUCANG.

agmine formicarum prorsus nihil differre. Itaque arrogantiæ et superbis animis tota re permissa Romanos invadunt, atque adeo cogitationibus vanis convenientem exitum sortiuntur. Romani vero, qui sese absque divina ope nihil esse intelligerent, Deo et cœlesti auxilio, quidquid aggrederentur, unice confisi, dimicare cum longe pluribus non dubitarunt, et illustrem victoriam propitio 74 Numine reportarunt, ut statim dicturi sumus.

IV. Nam cum propius hostem castra posuissent, quemdam mittunt hominem valde idoneum ad committendos inter se et mutuis discordiis conturbandos hostiles exercitus. Neque enim id adeo difficile erat, ut fieri non posset, cum Achaiæ princeps et Siciliæ rex peregrini essent, non ejusdem gentis cujus Angelus Michael. Surgit itaque is confestim, ac per speciem transfugæ ad hostes noctu transit, et clam cum Angelo Michaele principe Ætoliæ congressus, « Scito, inquit, hodie tibi et tuis omnibus magnum periculum impendere. Ambo enim generi tui iidemque socii, tam Peloponnesi et Achaiæ princeps quam Siciliæ rex, clam per legatos pacem Romanis offerunt, si sibi certæ largitiones dentur. Si ergo salus tua curæ tibi est, quam primum tibi prospicito, priusquam illorum fœdera et pacta ad exitum perducantur. » Credit Michael : et re paucis suorum, quibus poterat et tempus sinebat, clam indicata, ante solis ortum fugit, eumque alii atque alii, cum de ejus fuga aliquid susurrari audirent, sequuntur : atque ita sparsim omnes ejus milites alii alios fuga antevertere studentes, in pedes sese conjecerunt.

V. Mane vero socii experrecti, fuga Michaelis cognita (cujus quæ causa esset, nulla conjectura consequi poterant), præ stupore obmutuerunt, 75 et Romanos armis lacessere veriti sunt, tum quod quid ageretur ignorarent, tum quod ipsi pauciores jam essent, qui numerosissimi antea fuerant. Itaque in fugam vertuntur, se a Michaele proditos rati. Eos igitur ita turbatos Romani facto statim impetu adorti maximam partem ceciderunt : cæteros, paucis exceptis, vivos ceperunt, inter quos ipse Peloponnesi et Achaiæ princeps fuit. Siciliæ vero rex cum perpaucis suorum clam effugit.

A οὐδαμῇ διενήνοχε, μὴ συναιρομένου Θεοῦ. Διὸ καὶ ἀλαζονείᾳ τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες καὶ οἰήσει οὕτως ἐχώρουν κατὰ Ῥωμαίων. Ταῦτ' ἄρα καὶ τοῖς ματαίοις λογισμοῖς ἀνάλογον ἐπηκολούθει τὸ τέλος. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι οὐδὲν ἑαυτοὺς λογιζόμενοι πλὴν τῆς θεόθεν ἐπικουρίας Θεῷ καὶ τῇ ἐκεῖθεν ἀρωγῇ πᾶσαν τὴν σφῶν αὐτῶν ἐπιτρέψαντες κίνησιν διαγωνίζεσθαι πρὸς πολλαπλασίους ἐθάῤῥησαν· καὶ μέντοι καὶ λαμπρὰν συναιρομένου Θεοῦ τὴν νίκην εἰργάσαντο, ὡς αὐτίκα εἰρήσεται.

Δ'. Ἐπεὶ γὰρ ἐγγὺς ἤδη τῶν πολεμίων οἱ Ῥωμαῖοι ἐπήξαντο τὰ στρατόπεδα, πέμπουσι δή τινα τῶν μάλα ἐπιτηδείων ἐκπολεμῶσαι καὶ συνταράξαι κατ' ἀλλήλων τὰ τῶν πολεμίων στρατεύματα. Οὐ γὰρ ἕν τι τῶν ἀδυνάτων [P. 44] τουτό γε ἦν, B τοῦ τε τῆς Ἀχαΐας πρίγκιπος καὶ τοῦ ῥηγὸς Σικελίας ἑτεροφύλων ὄντων καὶ οὐχ ὁμογενῶν τῷ Ἀγγέλῳ Μιχαήλ. Διαναστὰς οὖν ἐκεῖνος αὐτόθεν αὐτόμολος δῆθεν ἄπεισι νύκτωρ ἐς τοὺς πολεμίους καὶ προσελθὼν λάθρα τῷ τῆς Αἰτωλίας ἄρχοντι Μιχαὴλ τῷ Ἀγγέλῳ, « Ἴσθι, » φησὶν, « ὡς σοί τε καὶ πᾶσι τοῖς ὑπό σε μέγας ἐπήρτηται κίνδυνος σήμερον· ἄμφω γὰρ οἱ σοὶ γαμβροί τε καὶ σύμμαχοι, ὅ τε πρίγκιψ Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας καὶ ὁ τῆς Σικελίας ῥὴξ λάθρα διαπρεσβεύονται πρὸς Ῥωμαίους περὶ σπονδῶν ἐπὶ δώροις τακτοῖς. Εἴ σοι τοίνυν ζωῆς μέλει, προνοήθητι τὴν ταχίστην σαυτοῦ, πρὶν εἰς πέρας ἐλθεῖν τὰς ἐκείνων σπονδάς τε καὶ συμφωνίας. » Πείθεται ὁ Μιχαὴλ καὶ διαμηνυσάμενος C ἡσυχῇ τῶν οἰκείων ὁπόσους αὐτός τε ἐδύνατο καὶ ὁ καιρὸς ἐχορήγει, φεύγων ᾤχετο πρὶν ἢ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον. Καὶ τούτου κατόπιν ἄλλος ἐξ ἄλλου τὴν φυγὴν ψιθυριζομένην ἀκούοντες τοῦ Μιχαὴλ σποράδες ἔθεον ἅπαντες οἱ στρατιῶται, τῇ φυγῇ προλαμβάνειν ἕτερος ἕτερον σπεύδοντες.

Ε'. Ἅμα δ' ἕῳ διεγερθέντες οἱ σύμμαχοι καὶ τὴν μὲν φυγὴν μαθόντες τοῦ Μιχαὴλ, τὴν δὲ τῆς φυγῆς αἰτίαν οὐκ ἔχοντες συμβαλεῖν, ἀχανεῖς ἦσαν. Καὶ τὸ μὲν ὅπλα κατὰ Ῥωμαίων κινεῖν ἀπηγόρευον, τοῦτο μὲν καὶ ὡς ἀγνοοῦντες τὰ δρώμενα, τοῦτο δὲ καὶ ὡς βραχύτεροι τὸν ἀριθμὸν ἐκ πάνυ πολλῶν καταστάντες. Ὅθεν καὶ πρὸς φυγὴν ἤδη ἐτρέποντο προδεδομένους ἑαυτοὺς ὑπὸ Μιχαὴλ λογισάμενοι. Τούτοις οὕτω τεταραγμένοις αἰφνιδίως οἱ Ῥωμαῖοι D ἐπεισπεσόντες τοὺς μὲν πλείστους ἔργον ἀπέφηναν ξίφους, τοὺς δ' ἄλλους πλὴν ὀλίγων ἐζώγρησαν, μεθ' ὧν ἦν καὶ ὁ πρίγκιψ Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας. Ὁ δὲ τῆς Σικελίας ῥὴξ διέδρα λαθὼν σὺν ὀλίγοις πάνυ τῶν ἑαυτοῦ.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Δ.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER QUARTUS.

—

CAPUT PRIMUM.

Michael Palæologus imperator salutatur. Arsenius moleste fert. Novum jusjurandum ab eo exigit. Eidem diadema imponit. Quibus conditionibus. Victoriæ Macedonicæ nuntius. Honores victoribus delati. Princeps Peloponnesi captum se redimit. Urbes ab eo datæ, quibus præficitur Constantinus sebastocrator. Latinorum Peloponnesiorum clades. Arsenius secedit. Secessionis causa. Nicephorus ei subrogatur. Palæologus Galatam frustra obsidet. Byzantium præsidiis cingit, unde Latinorum inopia. Idem Nicæam redit. Scythæ Syriam et Arabiam occupant. In Asiam quæ est cis Euphratem irrumpunt. Turcici imperii sede potiuntur. Sultanus Azatines Palæologum supplex adit.

[P. 45] Α'. Ἀλλὰ τούτων οὕτως ἐκεῖ τελουμένων, A ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐνταῦθα περὶ τὴν Μαγνησίαν καθίσαντες Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον ἀναγορεύουσι βασιλέα (40) οἱ δόξῃ καὶ γένει προὔχοντες. Ὅπερ ἀκηκοὼς ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος (41), κατὰ Νίκαιαν τότε διάγων, ξίφους παντὸς χαλεπωτέραν κατὰ καρδίας τὴν λύπην ἐδέξατο· καὶ ἠρεμεῖν ὅλως οὐκ εἶχε δεδιὼς περὶ τοῦ παιδός. Ὅθεν ἀφορισμῷ καθυποβαλεῖν ἐπεχείρησε πρῶτον τόν τε ἀνηγορευμένον καὶ τοὺς ἀναγορεύσαντας. Ἔπειτα ἐπέσχε μετριώτερόν τε καὶ βέλτιον ἡγησάμενος ὅρκοις φρικώδεσιν αὐτοὺς ἀσφαλίσασθαι, μήτε τῇ ζωῇ τοῦ παιδὸς ἐπίβουλον χεῖρα ἐπιβαλεῖν, μήτε στέρησίν τινα καὶ παρευδοκίμησιν τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνθυμηθῆναι. Καὶ δὴ γίνεται τοῦτο, Καλανδῶν Δεκεμβρίων (42) ἄρτι ἐπιλαμπουσῶν· οὔπω δ' ὅλος B ἀπηρτίζετο μὴν (43) καὶ αὐτὸς ὁ ταῦτα μὲν δεδιώς, ἐκεῖνα δ' ἐμπεδῶν καὶ ἀσφαλιζόμενος ὑπὲρ τοῦ

78 I. Quæ cum ibi ita gererentur, viri auctoritate et nobilitate præstantes circa Magnesiam clypeo imponunt Michaelem Palæologum et imperatorem appellant. Quo audito patriarcha Arsenius, qui tum Nicææ versabatur, vehementius doluit quam si ipsius cor gladio transfixum fuisset. Neque ullatenus quiescere poterat, de puero sollicitus. Primum itaque in animo habuit, tam ei qui appellatus esset imperator, quam illis qui appellassent, sacris interdicere. Deinde se ipsum cohibuit, moderatius et melius esse arbitratus eos tremendo jurejurando astringere, ne vel pueri vitæ insidiarentur, vel imperio ejus fraudem injuriamve ullam facere cogitarent. Idque peractum statim Kalendis Decembribus. Nondum autem toto mense transacto,
79 is ipse qui hæc timuerat, et illa ipsa pro puero pepigerat atque caverat, suis manibus in sacro bemate Michaelis Palæologi capiti coronam imposuit, et

Variorum notæ.

(40) Acropolita cap. 78; Pachymer. lib. II, cap. 2, 3, 4; Phranzes, lib. I, cap. 4. DUCANG.

(41) Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

(42) Imperator dictus et in clypeum elatus Kal. Decemb. anno 1259, ut infra adnotatur. DUCANG.

(43) Michaelem Palæologum ab Arsenio Kalendis ipsis Januariis coronatum esse tradit Ducangius. Gregoras coronatum ait *nondum toto mense elapso* post præstitum jusjurandum: proinde ante Kalendas Januarias coronatum ponit. Nam jusjurandum Kalendis Decembribus præstitum esse dixit paulo supra. Pachymeres, lib. II, cap. 4: Ἑκατομβαιῶνος νουμηνίᾳ jusjurandum præstitum, proclamatum imperatorem, et clypeo impositum, scribit. De eodem coronato agit in capitibus sequentibus. Possinus vero ἑκατομβαιῶνος νουμηνίαν Kalendas Januarias interpretatur, atque adeo post Kal. Januarias coronatum imperatorem putat. Ita chronologis male inter se convenit. Ego Ducangium auctorem secutus, coronati Michaelis Palæologi annum posui 1260, diem vero, Kalendas ipsas Januarias. Mauritius David Palæologi inaugurati tempus retroagit ad Kalendas Januar. anni 1259, et hanc suam rationem multis argumentis confirmat, quæ in præsenti nec refellere nec omnino approbare institui. BOIVIN.

imperatorio diademate virum ornat, abreptus ipse A quoque sententiis aliorum, qui vel senatorii vel sacerdotalis ordinis erant. Cæterum non perpetuum illi decernit imperium, sed quod, rebus ita cogentibus, ab eo tandiu administrandum esset, donec legitimus imperii hæres et successor adolevisset : tum vero illi soli cessurum eum ultro et solio et omnibus simul imperii insignibus. Atque in hæc verba juratum est sanctioribus quam antehac juramentis.

II. Porro tunc, velut optimum imperii auspicium, victoria Romanorum occidentalis ei nuntiatur, pauloque post ipsi victoriæ auctores adsunt, Pelo- B ponnesi Achaiæque principem, et multos alios ex hostibus captivos adducentes. Et ii quidem justis laborum præmiis honoribusque afficiuntur. Nam sebastocratori despotica potestas ab imperatore decernitur : magnus domesticus Cæsar, Cæsar vero cum despotæ socero sebastocrator appellatur. Soceri autem illustre discrimen in cæruleis calceis aureæ aquilæ intertextæ constituebant. At Peloponnesi et Achaiæ princeps, redimendæ vitæ et libertatis ergo, tres optimas Peloponnesi civitates imperatori dat, Monembasiam, **80** Mainen ad Leuctra sitam, quæ olim apud Græcos Tænarium promonterium dicebatur, et Spartam, principem Laconiæ urbem : atque ita velut ex inferorum faucibus ereptus, suis restituitur. Urbibus vero illis C Peloponnesiis uterinus imperatoris frater Constantinus præficitur, quem, ut modo diximus, e Cæsare sebastocratorem fecerat. Quo cum pervenisset, Latinos Peloponnesios sæpenumero vicit, et multas alias urbes subegit, ex illis tribus tanquam magnis quibusdam castris ad bellum erumpendo.

παιδὸς, οἰκείαις χερσὶν ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ καταστέφει βήματος (44) Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον· καὶ τῷ βασιλικῷ κοσμεῖ διαδήματι (45), ταῖς γνώμαις τῶν ἄλλων ὅσοι τῆς συγκλήτου καὶ ὅσοι τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου συγκαθελκυσθεὶς καὶ αὐτός. Πλὴν οὐκ αὐτῷ γε διηνεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν (46) χαρίζεται, ἀλλ' ὡς τῶν πραγμάτων τέως ἀναγκαζόντων διοικεῖν αὐτὸν αὐτὴν μέχρις ἂν ἐς ἥβην ὁ γνήσιος τῆς βασιλείας κληρονόμος ὁμοῦ καὶ διάδοχος φθάσῃ. Τότε δ' αὐτὸν ἑκόντα παραχωρεῖν ἐκείνῳ μόνῳ τῶν τε αὐτοκρατορικῶν θρόνων καὶ πάντων ἅμα τῶν βασιλικῶν συμβόλων. Καὶ ἐπὶ τούτοις αὖθις ὅρκοι ἐτελοῦντο φρικωδέστεροι τῶν προτέρων.

[P. 46] Β'. Τηνικαῦτά γε μὴν καθάπερ τις ἄριστος οἰωνὸς τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀγγέλλονται τούτῳ τὰ δυτικὰ τῶν Ῥωμαίων τρόπαια (47), καὶ μετ' ὀλίγον ἥκουσι καὶ οἱ τὰ τρόπαια πεπραχότες αἰχμάλωτον ἄγοντες τόν τε Πελοποννήσου (48) καὶ Ἀχαΐας πρίγκιπα καὶ πλείστους ἄλλους τῶν πολεμίων. Κἀκεῖνοι μὲν ἄξια κομίζονται τὰ γέρα καὶ τῶν πόνων τὰ ἔπαθλα. Ὁ μὲν γὰρ σεβαστοκράτωρ ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα· ὁ δὲ μέγας δομέστικος ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος· ὁ δὲ Καῖσαρ ἅμα τῷ πενθερῷ τοῦ δεσπότου ἐς τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος. Ἐποίει δ' ἐπίσημον τὴν ἐκ τοῦ πενθεροῦ διαφορὰν, ὅτι ἐν τοῖς κυανοῖς πεδίλοις (49) καὶ χρυσοῦφεῖς αὐτῷ ἐνηρμόζοντο ἀετοί. Ὁ γε μὴν πρίγκιψ Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας ὠνούμενος τὴν ἐλευθερίαν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς δίδωσι τῷ βασιλεῖ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων τρεῖς τὰς βελτίους, τήν τε Μονεμβασίαν (50) καὶ τὴν περὶ τὰ Λεῦκτρα Μαΐνην, ἣ Ταιναρία πάλαι παρ' Ἕλλησιν ἄκρα ἐκαλεῖτο, καὶ τρίτην τὴν προκαθεζομένην τῆς Λακωνικῆς Σπάρτην. Καὶ οὕτως ὥσπερ ἐξ ᾅδου κευθμώνων ἀπροσδόκητος ἐχαρίζετο τοῖς ἰδίοις. Ἐγκρατὴς δὲ τῶν εἰρημένων στέλλεται πόλεων ἐν Πελοποννήσῳ Κωνσταντῖνος ὁ ἀμφιμήτριος ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως, ὃν, ὡς μικρῷ πρόσθεν εἰρήκειμεν, ἐκ Καισάρων σεβαστοκράτορα πεποίηκε. Καὶ ἀπελθὼν ἐκεῖσε πολλὰς εἰργάσατο νίκας κατὰ τῶν Πελοποννησίων Λατίνων· καὶ πολλὰς ἑτέρας προσεκτήσατο πόλεις ὡς ἐξ ὁρμητηρίων μεγάλων τριῶν ἐκείνων ὁπλιζόμενος πόλεων.

Variorum notæ.

(44) Wolfius, *in sacro suggestu* : emendavimus, ut et alibi ubi hæc vox occurrit, *in sacro bemate*. Aliud enim est *suggestus* sive *ambo*, aliud *bema* sive sacrarium. Vide *Constantinopolin Christianam*, lib. III, n. 49. DUCANG.

(45) Kalendis Januarii anno Chr. 1260, indict. 3, Nicææ, quæ post receptam a nostris urbem Ῥωμαίων βασίλειον exstitit, ut hic infra ait. Ita Acropolita. DUCANG.

(46) Pachymer., lib. II, cap. 2; Phranzes, lib. I, cap. 4; more scilicet Francorum observato, apud quos tutores prædiorum, quæ nobilium puerorum tutelæ suæ commissorum erant, dominos sese inscribebant, donec ii suæ ætatis fierent : cujus quidem moris haud nuper ii exemplum dederant, dum Balduino II, adhuc impuberi, Joannem Briennensem comitem ex rege Hierosolymitano tutorem præfecerant, ea lege ut quoad Balduinus ex ephebis excederet, imperatoria dignitate frueretur : de quo apud nostros more multa diximus in *Hist. Franco-Byzantina*, lib. III, n. 15, et in *Gloss. med. Latin.* in v. *Hæres*. DUCANG.

(47) Itaque cum imperator salutatus et clypeo impositus est apud Magnesiam, nondum victoriæ Macedonicæ nuntius advenerat. Hinc ejus victoriæ reportatæ tempus colligi potest, atque ex initio cap. 2, infra. BOIVIN.

(48) Acropolita, cap. 81; Pachymer., lib. I, cap. 31; Phranzes, lib. I, cap. 5; Monachus Pa- D duanus, lib. III, pag. 34; *Histor. Franco-Byzant.* lib. V, n. 16, 17. Is porro princeps fuit Guilelmus Villharduinus, Gaufridi Primi Moreæ et Achaiæ principis filius, cujus supra meminit lib. III, cap. 5. DUCANG.

(49) Vide quæ in hanc rem anotamus in *Gloss. med. Græcit.* in v. Τζάγγη. DUCANG.

(50) Ita etiam Phranzes lib. I, cap. 4. At Monachus Paduanus lib. III, pag. 35, Sabellicus et Blondus solam Monembasiam habent. Constat tamen Spartam unam fuisse ex cessis oppidis, ut exserte testantur Gregoras et Phranzes, cujus episcopus Haimo, sua dignitate ex eo privatus, ad Coronensem episcopatum promotus fuit a Nicolao III papa anno 1278, uti docet ejusdem pontificis Regestum in litteris curialibus epist. 110. Est autem Monembasia Moreæ nunc oppidum, non procul dissitum a Capo Malio, sive Maleo promontorio, hodie *Malvasia*, priscis *Epidaurus Peloponnesi*. DUCANG.

Γ'. Ἐπὶ τούτοις καταλιπὼν τὸν πατριαρχικὸν ὁ Ἀρσένιος θρόνον (51) ᾤχετο ἡσυχάσων ἐς τὸ παράλιον (52) τοῦ Πασχασίου μονύδριον (53). Πρόφασις δ' ἦν τῆς ὑποχωρήσεως ἡ περιφρόνησις Ἰωάννου τοῦ Λάσκαρι τοῦ βασιλέως παιδός. Ἔπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸ βραχέος ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος ἐν Μαγνησίᾳ φυλάττεσθαι, μήποτε νεωτερισμόν τινα δῆθεν πράξῃ παρά τισιν ἔχουσιν εἰς τοῦτο ἐπιῤῥεπῶς ἡ αὐτοῦ γε ἐμφάνεια. Καὶ δὴ Νικηφόρος (54) ἀντ' ἐκείνου ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, ὁ τῆς Ἐφέσου μητροπολίτης, ὃς ἕνα ἐπιβιοὺς ἐνιαυτὸν ἐτελεύτησεν.

A III. Post hæc Arsenius, relicta sede patriarchali, se in maritimum Paschasii monasteriolum quiescendi causa contulit. Causa illius secessionis fuit, quod Joannes Lascaris filius imperatoris contemneretur. Miserat enim eum paulo ante imperator Michael Palæologus Magnesiam custodiendum, ne præsentia ejus quosdam alioqui rerum novarum cupidos commoveret. Proinde Nicephorus Ephesi metropolitanus Arsenii loco in patriarchalem sedem evectus est, qui, uno anno in ea dignitate exacto, mortem obiit.

Δ'. Ὁ μέντοι βασιλεὺς σὺν πολλοῖς τοῖς στρατεύμασι διεπεραιοῦτο εἰς Θρᾴκην ἐπίδοξος ὢν ἐσβαλεῖν καὶ ἐς τὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως προαύλια πείρας εἵνεκα πολεμικῆς. Καὶ δὴ μετὰ τὴν ἔξω διατριβὴν παρελάσας ἐπολιόρκει πρῶτον τὸ κατὰ τὴν περαίαν τοῦ Γαλάτου ἐπικεκλημένον φρούριον (55), ὡς ῥᾳδίως ἐντεῦθεν ἁλωσομένης αὐτῷ καὶ τῆς Κωνσταντίνου, εἰ αὐτὸ παραστήσαιτο πρότερον. Ἀλλ' ἦσαν ἄρα τὰ τῶν τοιούτων ἐλπίδων αὐτῷ γρηγορούντων ἐνύπνια. Πλεῖστα γὰρ τῶν λιθοβόλων μηχανημάτων ἀντιπεριστήσας αὐτῷ καὶ πολλὰς ἐπενεγκὼν βίας ἑλεῖν οὐ δεδύνηται. Ὅθεν ὀχυρώσας τὰ πρὸ τῆς Βυζαντίδος φρούρια καὶ ὁπλίτας ἀφεὶς [P. 47] ἐν αὐτοῖς προστάττει συνεχεῖς ἐπιδρομὰς καὶ ἐνέδρας ποιεῖσθαι κατὰ τῶν Βυζαντίων Λατίνων, ὡς μηδὲ προκύπτειν ἐᾷν εἰ δυνατὸν αὐτοὺς τῶν τειχῶν. Ὃ δὴ πρὸς τοσαύτην ἤλασε τοὺς Λατίνους πενίαν, ὡς τῇ τῶν ξύλων σπάνει καὶ τὰς τοῦ Βυζαντίου πλείστας καὶ περιφανεῖς οἰκίας καθελεῖν εἰς δαπάνην χρειώδη τοῦ πυρός. Ἐντεῦθεν ἐς Νίκαιαν αὖθις ὑποστρέφει· αὕτη γὰρ ἐγεγόνει Ῥωμαίων βασίλειον μετὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος πόρθησιν, καὶ ἦν ἐκεῖ διατρίβων ἐφ' ἱκανόν.

IV. Imperator vero cum magnis copiis in Thraciam transfretavit, ut crederetur in Constantinopolitana suburbia irrupturus, ad tentandam belli for- B tunam. Et cum foris morari desiisset, ultra provectus, castellum cognomento Galatæ in adverso littore situm primo oppugnavit, quasi ita demum facile **81** Urbis potiturus, si illud prius occupasset. Sed eæ spes nihil utique aliud fuerunt quam somnia vigilantium. Nam cum illud castellum multis machinis saxa ejaculantibus circumdedisset, et multos conatus adhibuisset, capere tamen haud potuit. Unde Byzantino agro finitima castella munivit; et milites in iis reliquit, ea lege imposita ut crebris incursionibus atque insidiis Byzantinos Latinos infestarent, ne, si fieri posset, illis vel prospicere extra mœnia liceret. Quæ res Latinos ad tantam egestatem redegit, ut ob lignorum inopiam C plurimas et pulcherrimas urbis ædes destruerent ad usum ignis necessarium. Inde Nicæam rediit, quæ post Byzantii vastationem regia Romanorum fuit, ibique aliquandiu commoratus est.

Ε'. Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς χρόνοις διαβάντες καὶ τὸν Εὐφράτην οἱ Σκύθαι τὴν ἄχρι Παλαιστίνης οἰκειοῦνται Συρίαν καὶ Ἀραβίαν. Μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν πάνυ ῥᾳδίων πέρας λαμβάνειν τὴν ἀνθρώπων πλεονεξίαν, μέχρις ἂν ἐπιμένῃ τῇ δεξιᾷ καὶ τῇ αἰχμῇ τὸ δύνασθαι. Καὶ πολλοῖς ἐκεῖ τοῖς λαφύροις περιτυχόντες βριθούσαις ἐπανήκουσι δεξιαῖς, φόρους ἐτησίους, ὅσα καὶ δούλοις ἀθλίοις, τάξαντες τοῖς ἐναπολειφθεῖσιν Ἄραψί τε καὶ Σύροις καὶ Φοίνιξι. Κατὰ μέντοι τὸ ἐπιὸν ἔτος (56) εἰσβάλλουσι καὶ ἐς τὴν ἔνδον Εὐφράτου Ἀσίαν καὶ πᾶσαν ῥᾳδίως καταστρέφουσι καὶ

V. Cæterum his temporibus Scythæ, etiam Euphrate superato, Syriam ad Palæstinam usque subigunt; item Arabiam. Neque enim avaritia humana facile conquiescit, dum conatibus fortuna respondet. Ac multas illic manubias nacti domum redeunt plenis manibus, post imperata annua tributa Syris, Arabibus et Phœnicibus, veluti miseris quibusdam mancipiis. Anno sequenti, etiam in Asiam citra Euphratem (id est, in Asiam Minorem) ir- D rumpunt, eamque prædati facile subigunt, limitibus excursionis et motus illius constitutis versus

Variorum notæ.

(51) Ephræmius de Arsenio:
Καὶ πάντα βαθμὸν ἀνύσας Ἐκκλησίας,
Εἰς ὕψος ἤρθη ποιμεναρχίας μέγα.
Αὐθαιρέτως τούτου δὲ λείποντος θρόνον,
Μονῇ δὲ αὑτὸν εὐαγῶς δεδωκότος,
Νικηφόρος, πρόεδρος ὢν Ἐφεσίων,
Προεδρίαν εἴληφε τῆς Κωνσταντίνου. DUCANG.
Vide Arsenii Testamentum. BOIVIN.

(52) *Tranquillam ac solitariam vitam acturus.* Vide Glossarium Ducangii. BOIVIN.

(53) Cujus monasterii situs describitur a Pachymer. lib. II, cap. 15. DUCANG.

(54) Pachymer. lib. II, cap. 16. DUCANG.

(55) Περαία, παρὰ τὸ πέραν, quod mare interjaceret. Vocatur etiam hodie Pera, ut Joannes Denschwam, vir ornatissimus, mihi retulit, qui diu et Byzantii vixit, et Amasiam usque progressus est: et hos Byzantinæ historiæ libros omnes cum aliis multis singulari industria et studio juvandæ reipublicæ litterariæ comparavit: et ut a me converterentur, atque in publicum ederentur, primus auctor fuit. WOLFIUS. — Male Wolfius, *Castellum Peræ, cognomento Galatæ.* Περαία hoc loco *adversum littus* significat. Quod si castellum illud hodie *Pera* dicitur, non idcirco Gregoræ verbis vis facienda est. BOIVIN. — *Τοῦ Γαλάτου.* Pachymer. lib. II, cap. 20. DUCANG.

(56) An. Chr. 1261. DUCANG.

septentrionem Cappadocia et flumine Thermodonte: ad **82** meridiem Cilicia, et Tauri omnium Asiæ montium maximi jugis, quæ paulo post suum initium in multas partes dividuntur.

A ληΐζονται, ὅρους ποιησάμενοι τοῦ τοιούτου δρόμου καὶ κλόνου πρὸς μὲν ἄρκτους Καππαδοκίαν καὶ ποταμὸν τὸν Θερμώδοντα, πρὸς δὲ μεσημβρίαν τήν τε Κιλικίαν καὶ τὰ μικρὸν μετὰ τὰς ἀρχὰς πολλαχῇ διαιρούμενα μέρη τοῦ Ταύρου, ὃς μέγιστος ἐπεφύκει τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὀρῶν.

VI. Deinde Turcorum quoque regia potiuntur. Quare sultanus Azatines, cum fratre Meleco exsul, ad Romanorum imperatorem Michaelem Palæologum confugit, hospitalitatis non omnino veteris et magnorum officiorum recordationem, veluti certam præclaræ spei pignus, conservans; quod et ipse eum aliquando excepisset, imminens ab imperatore discrimen fugientem, et plurima terrorum illorum gravissimorum vestigia in animo circumferentem. Quæ cum in memoriam illi revocasset, duorum alterum petit, ut vel opem ferat contra Scythas, vel partem aliquam Romani agri, ac veluti proprii domicilii possessionem certam assignet, in qua cum suis sedem figat. Adducebat enim secum uxorem et liberos, et famulos multos, ac præterea magnas divitias. Imperatori autem, tot undique bellis urgentibus, non committendum esse visum est, ut Romanas copias divideret: terræ autem partem tanto viro, qui multis provinciis imperasset, et regio more ab ineunte ætate educatus esset, assignare, ne id ipsum quidem suspicione carere aut metu in posterum. Necesse enim esse ut subjecti satrapæ ducem suum quærant, et alibi atque alibi dispersi et veluti noctu oberrantes ad eum qui facem præferat ac viam monstret, concurrant, ac tandem Romanos insigni detrimento **83** afficiant. Unde animum ejus velut in æquilibrio nutantem, ac tanquam spei parasitum agebat et versabat.

ς΄. Χειροῦνται δ' ἐπὶ τούτοις καὶ τὰ τῶν Τούρκων βασίλεια (57). Καὶ φυγὰς ὁ σουλτὰν Ἀζατίνης ἅμα τῷ ἀδελφῷ Μελὴκ (58) φοιτᾷ πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον, ἐνέχυρα φέρων πιστὰ μεγάλων ἐλπίδων οὐ πάνυ παλαιᾶς φιλοξενίας καὶ μεγάλης κηδεμονίας ὑπομνήματα· ὁπότε δηλαδὴ καὶ αὐτὸς παρ' αὐτὸν ἧκε, φεύγων τε τοὺς βασιλικοὺς ἐκείνους κινδύνους καὶ πλεῖστα φέρων ἐπὶ τῆς καρδίας τὰ τῶν μεγάλων φόβων ἐκείνων ἴχνη. Τούτων B ἀνάμνησιν ἐπ' αὐτοῦ ποιησάμενος αἰτεῖ δυοῖν θάτερον· ἢ συμμαχίαν κατὰ τῶν Σκυθῶν, ἢ γῆς Ῥωμαϊκῆς ἀποτομήν τινα καὶ οἱονεὶ κληρουχίαν εἰς κατοικίαν μονιμωτέραν αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ. Ἦν γὰρ ἐπαγόμενος γυναῖκα καὶ τέκνα καὶ θεραπείαν συχνήν, καὶ πρὸς τούτοις πλοῦτον μάλα μακρὸν καὶ πολυτελῆ. Τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ τὰ Ῥωμαίων κατακερματίζειν στρατεύματα, πολλῶν πολλαχόθεν περικυκλούντων πολέμων, οὐ πάνυ τοι ἀσφαλὲς ἐδόκει, τό τε γῆς κληροδοσίαν ἀπονέμειν ἀνδρὶ τοσούτῳ, πολλῶν σατραπειῶν ἀρχηγῷ καταστάντι καὶ ἡγεμονικοῦ τινος ἤθους τροφίμῳ, καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀνύποπτον ἦν αὐτῷ, οὐδ' ἄνευ φόβων μελλόντων. Ἀνάγκη γὰρ τοὺς ὑπὸ χεῖρα σατράπας ζητῆσαι τὸν ἀρχηγόν· C καὶ τοὺς ἔνθεν κἀκεῖθεν διασπαρέντας καὶ φερομένους οἷα πλανήτας ἐν νυκτὶ ἐπὶ τὸν λαμπαδοῦχον καὶ ὁδηγὸν [P. 48] συνδραμεῖν καὶ χρόνῳ γενέσθαι Ῥωμαίοις κακὸν ἀμήχανον· ὅθεν ὡς ἐπὶ τρυτάνης μετεωρίσας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἦγε καὶ ἔφερεν ἐλπίδων ὥσπερ παράσιτον (59).

CAPUT II.

Michael Ætolus pacem rumpit. Cæsar Strategopulus adversus illum missus. Paucos secum milites ducit. Byzantinos jubetur transeundo lacessere. Ubi primum castrametatus. Quos homines obvios habuerit. De divina providentia. Latinorum vires exiguæ. Daphnusia ab iis obsessa. Byzantii recuperandi ratio inita cum proditoribus. Cæsar in urbem noctu intromittitur. Domorum incendia. Latinorum, qui Byzantii imperarunt, enumeratio. Balduini conatus irritus. Fuga. Classis, quæ Daphnusiam obsidebat, Byzantium redit. Latinos fugientes excipit. In Italiam vela dat. Michael Palæologus recuperatæ urbis nuntio quemadmodum affectus. Ut per portam Auream intraverit. Ut imago Deiparæ Hodegetriæ antelata sit. Urbis aspectus ruinis deformatus. Latinorum incuria. Imperator urbem instaurat. Arsenius iterum patriarcha. Alexii Cæsaris triumphus.

I. Secundus annus exibat, ex quo Michael imperatorio solio potitus occidentalia et Thessalica arma

D Α΄. Δύο ἑξῆς ἠνύετο ἔτη (60), ἀφ' οὗ τῶν τε βασιλικῶν θρόνων ἐγκρατὴς ὁ Μιχαὴλ ἐγεγόνει καὶ τὸ

Variorum notæ.

(57) Iconium, Turcorum sultani sedem primariam. Vide stemma sultanorum Iconiensium post familias Dalmaticas, n. 15. DUCANG.

(58) Qui antea ad Michaelem profugerat, et ab eo detinebatur, ne si evaderet res novas moliretur. Pachymer. lib. II, cap. 14. DUCANG.

(59) Sententia est, ut parasiti mensis divitum alantur, ita illum spe bona lactatum esse. WOLFIUS.

(60) Acropol. cap. 85, A. C. 1261; Pachymer. lib. II, cap. 26. DUCANG. — *Δύο ἑξῆς ἠνύετο* ἔτη*. Verterat Wolfius, *Duo perpetui anni exierant*. Ego malui vertere, *Secundus annus exibat*. Ab æquinoctio autumnali an. 1259, quo finis bello impositus est, ad solstitium æstivum anni 1261, quo belli renovati initium statuitur, non intercesserunt anni duo integri. Verbum ἠνύετο apud Gregoram significat *exibat*, non *exierat*. Sic libro X, cap. 1, Τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν (loquitur de ætate Andronici senioris) ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῷ τελευτῶντι ἠνύετο, *quartus quidem et septuagesimus annus ei morienti exibat. Exibat*, non *exierat*. Nam constat Andronicum non totos 74 annos vixisse. Vide adnotata infra ad Oraculum Trallianum, lib. IV, cap. 5, sect. 9. BOIVIN.

* Ἠνύετο, non ἤνυστο, aut παρεῤῥύη. BOIVIN.

ουτικὸν καὶ Θετταλικὸν ἔπαυσε δόρυ, τὴν μάχην φημὶ τῶν τε Ἀκαρνάνων καὶ Αἰτωλῶν, καὶ τῆς πονηρᾶς ἐκείνης ῥίζης πάλιν ὑπεφύοντο πονηρὰ καὶ ἀκανθώδη βλαστήματα, καὶ πάλιν ὅρκων ἀνατροπαὶ καὶ μάχαι πολεμικαὶ τοῦ ἀποστάτου Μιχαήλ. Πέμπει τοιγαροῦν κατὰ τάχος ἐπ' ἐκεῖνον ὁ βασιλεὺς Καίσαρα τὸν Στρατηγόπουλον, δοὺς αὐτῷ καὶ Βιθυνοὺς μὲν ὁπλίτας μικρὸν ὑπὲρ τοὺς ὀκτακοσίους, τοὺς δ' ἄλλους ὁπόσους ἡ χρεία ζητοίη, στρατολογήσειν αὐτὸν ἔκ τε Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας. Προστάττει δ' αὐτῷ καὶ πάρεργον ὁδοῦ ποιήσασθαι μεθ' ὧν ἐπιφέρεται Βιθυνῶν ὁπλιτῶν τὴν διὰ τῶν τοῦ Βυζαντίου προαστείων διάβασιν, θορύβου τινὸς ἕνεκα τῶν ἐν Βυζαντίῳ Λατίνων καὶ τοῦ μὴ πάνυ σχολάζειν αὐτοὺς καὶ ἀναπεπτωκέναι συγκεχωρῆσθαι κἀπὶ πλεῖστον τῶν τειχῶν παρεξιέναι ὁπότε βούλοιντο, ἀλλ' εἶναι περιδεεῖς ἀεὶ καὶ οἷον ἐν εἱρκτῇ φρουρουμένους.

B'. Καὶ μὲν δὴ διαπεραιωσάμενος τὴν Προποντίδα ὁ Καῖσαρ στρατοπεδεύει περὶ τὸ Ῥήγιον· ἔνθα περιτυγχάνει τισὶν ἀγοραίοις ἀνδράσι (61), λόγοις μεγάλοις καὶ ἀποῤῥήτοις τῆς πάντα διοικούσης προνοίας, ἣ πλήθει μὲν ἵππου καὶ στρατιᾶς οὐχ ὑπηρετεῖ πολλάκις, βραχείᾳ δέ τινι δυνάμει καὶ πολλὴν ταῖς ἐλπίσι τρυφὴν χορηγεῖν οὐκ ἐχούσῃ συναίρεται μᾶλλον καὶ νίκας μεγίστας παρέχεται. Τῶν μὲν γὰρ τὴν ἐλπίδα κιβδηλεύει τὰ ὅπλα πολλάκις καὶ ἡ τῆς ἄλλης ἴσως παρασκευῆς ἀφθονία, [P. 49] καὶ οὐκ ἐᾷ ῥᾳδίως ἄνω φέρεσθαι πρὸς τὸν ζωῆς καὶ θανάτου Κύριον, ἀλλὰ κατασπᾷ καὶ βαρύνει καὶ περὶ τὴν γῆν ὡς τὰ πολλὰ καλινδεῖσθαι βιάζεται· τῶν δὲ τοὐναντίον ἡ σπάνις τῶν ἀναγκαίων κουφοτέρους ποιεῖ καὶ οἷον αἰθεροδρομεῖν τε ἀναγκάζει καὶ θερμότερον τὴν ἄνωθεν ἐκκαλεῖσθαι δεξιάν. Δι' αὐτό γε μὴν τοῦτο καὶ πολλοὶ μεγάλα ἐλπίσαντες τοὐναντίον ἢ κατὰ τὰς ἐλπίδας ἀπήλλαξαν. Ἕτεροι δὲ δι' ἀπορίαν καὶ ἑαυτῶν ἀπογνόντες τροπαίων μεγίστων ἐπέτυχον. Ἰδοὺ γὰρ κἀν τῷ παρόντι βασιλεῖς τῶν τριῶν οὐκ ἐλάττους πολλαῖς πολλάκις χιλιάσι στρατοῦ προσβαλόντες τῇ Κωνσταντίνου ἄπρακτοι ἐπανῆκον, οὐδὲ τοῖς τείχεσι καθαρῶς δυνηθέντες ἐγγίσαι. Ἀλλὰ ταύτην ὁ Καῖσαρ εἷλεν αἰχμάλωτον, μηδ' ἄχρι χιλιάδος μιᾶς (62) ἐπαγόμενος στράτευμα, μηδὲ τειχῶν ἀμυντήριον ὄργανον οὐδὲν, μηδὲ μηχανημάτων ὄχλον ὀντινοῦν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ θείᾳ ἐπικουρίᾳ τὸ πᾶν ἀναρτήσας. Εἷλε δὲ οὕτως.

Γ. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ὁ Καῖσαρ ἐνέτυχε, Ῥωμαίοις μὲν οὖσι τὸ γένος, αὐτόχθοσι δὲ Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ δὲ χρείαν ἅλωνος καὶ καρπῶν συλλογῆς ἔξω διαιτωμένοις τῆς πόλεως, ἤρετο περί τε τῆς τῶν Λατίνων δυνάμεως ὅση καὶ οἵα, καὶ περὶ ὅσων ἄλλων εἰκὸς ἦν περιεργάζεσθαι στρατηγὸν ἄνδρα καὶ πολλῶν ὀλυμπιάδων τοιούτων μεστόν. Οἱ

A repressera (de pugna Acarnanum et Ætolorum loquor), cum malæ illius radicis mala et spinosa germina repullularunt, violatis rursum fœderibus, et bello Michaelis rebellatoris perfidia suscitato. Imperator igitur celeriter adversus illum mittit Cæsarem Strategopulum, Bithynis illi paulum supra DCCC datis : reliquos milites, quotquot res postularet, e Thracia et Macedonia cogere jubet. Mandat etiam, ut cum Bithynis militibus obiter per suburbia Byzantii transiret, ad Latinos qui in urbe essent aliquatenus perturbandos, ne prorsus otium agere et resides esse sinerentur, aut longius extra mœnia quoties libitum esset evagarentur; sed in perpetuo metu essent, et tanquam in carcere inclusi.

B

II. Itaque Cæsar Propontide trajecta, castrisque circa Rhegium positis, in circumforaneos quosdam homines incidit, magno arcanoque cuncta gubernantis Providentiæ consilio, quæ sæpe multitudini equorum et exercituum non subservit; exiguis autem viribus, quæ spem non admodum blandam suggerunt, magis adest maximasque victorias largitur. Nam illorum quidem spem arma sæpe et reliqui apparatus magnitudo adulterant, **84** et sursum ferri non sinunt ad vitæ necisque Dominum, sed gravi quodam pondere deorsum pressam versari humi plerumque cogunt. Contra horum fiduciam

C penuria rerum necessariarum expeditiorem facit, ac propemodum ad percurrendum cœlum impellit, et ad supernam dexteram votis ardentioribus evocandam. Hinc est quod multi magna spe concepta contrarium ac speraverant experiuntur : alii vero ex summis angustiis, cum de se ipsis desperassent, maximos triumphos sunt adepti. Ecce enim in præsenti negotio non minus quam tres imperatores cum multis sæpe hominum millibus Constantinopolim aggressi re infecta discesserunt, cum nec ad ipsa mœnia propius accedere licuisset. At Cæsar eamdem cepit, cum ne mille quidem hominum exercitum adduceret, nec ullum tormentum murale, nec machinarum copiam paratam haberet, sed ad solam divinam opem omnia retulisset. Cepit autem

D hoc modo.

III. Cum in illos viros incidisset, genere Romanos, Constantinopoli vero natos, qui ob rem frumentariam et colligendorum fructuum causa foris agerent, rogavit eos, quales et quantæ essent Latinorum vires, et alia quæ par erat curiosius sciscitari exercituum ducem, harum rerum usu instructissimum. Ili vero cum Latinorum jugum longo

Variorum notæ.

(61) Qui se Θεληματαρίους appellabant, quod nec Francis nec Græcis omnino parerent, sed gente Græci ac Constantinopoli nati, ruri degentes sua colerent prædia, uti innuit idem Gregoras : sic enim appellantur a Pachymere lib. II, cap. 14, 16, 17. Anonymus ms. *De bellis Francorum in Morea*: Ἕνας λαὸς ἀκέφαλος, ὅλη θεληματάρος. DUCANG.

(62) Octingentos duntaxat fuisse infra ait. Phranzes lib. I, cap. 4, equites circiter octingentos cum globo peditum habuisse Strategopulum scribit. Vide *Hist. Franco-Byzant.*, lib. V, cap. 24. DUCANG.

jam tempore moleste ferrent, et alioqui etiam popularium suorum quam alienigenarum consuetudine uti mallent, Cæsaris occursum **85** in maximo lucro deputarunt, eique cuncta accurate narraverunt. Quin et consilia proditionis cum eo agitarunt, et magnorum præmiorum pollicitationes facillime, tanquam rato negotio, acceperunt. Nam Latinorum vires non modo exiguas nunc esse, sed etiam maximam earum partem abesse in Daphnusiæ obsidione occupatam. Est autem Daphnusia urbs ad Pontum Euxinum sita, multis aquis circumdata, mille stadiis a Constantinopoli distans. Porro sibi facile esse noctu præparare aditum exercitui, atque etiam ascitis amicis eum adjuvare et manu et armis et totis viribus ad hostes propulsandos, quod et domum haberent contiguam illi portæ, quæ recta fanum Deiparæ Fontanæ spectaret, occultumque aditum scirent, quem vetus quidam cuniculus, quasi ad illud ipsum suapte oblatus, clam præberet; per quem quinquaginta armati ingressi, occisis vigilibus effractaque porta, facilem ingressum universo exercitui patefacerent.

IV. His illi dictis domum reversi paucis diebus interjectis, quæ verbis promiserant, re ipsa præstiterunt. Cæsar autem noctu sub diluculum urbem ingreditur, cum diem in illis locis alicubi transegisset, copiis ad pugnam instructis. Postridie ignem injici ædibus, et quatuor in locis urbem incendi jubet, ut gemino bello exitium Latinis machinaretur. Regia Latinorum erat Pantocratoris monasterium. Qui vero tum Constantinopoli regnaret, Balduinus **86** erat, Balduini primi ex sorore nepos. Ei enim frater Herricus successit: huic sororis Iolentæ primogenitus filius Robertus; Roberto frater ætate proximus Balduinus, quartus et postremus a Balduino primo Constantinopolis imperator. Is mane cum surrexisset, ac hostes in urbe esse audivisset, simulque urbem flammis circumdatam conspexisset, quæ actæ vento mox ipsius quoque regiam invasuræ essent, primum arma et bellum spectavit, coactis, si qui aderant, Latinis militibus. Sed cum statim animadvertisset, irritum esse co-

δὲ καὶ τῷ τῶν Λατίνων πάλαι ἀχθόμενοι ζυγῷ καὶ ἄλλως τοῖς ὁμοφύλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἀλλοφύλοις συνδιαιτᾶσθαι ποθοῦντες ἕρμαιον κάλλιστον τὴν τοῦ Καίσαρος ἡγήσαντο ξυντυχίαν καὶ πάντα σαφῶς τε ἀπήγγειλαν καὶ ἐπὶ τούτοις συμφωνίας τῷ Καίσαρι συνετίθεσαν περὶ προδοσίας καὶ δωρεῶν ὑποσχέσεις μεγάλων ῥᾷστα ἐλάμβανον, ὡς ἐφ' ὁμολογουμένῃ τῇ πράξει. Οὐ γὰρ μόνον ἀσθενῆ τὴν τῶν Λατίνων δύναμιν ἔφασαν ἤδη τυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ ταύτης τὸ πλεῖστον ἀπεῖναι ἐς τὴν τῆς Δαφνουσίας πολιορκίαν. Πόλις δὲ αὕτη περὶ τὸν Εὔξεινον πόντον, πολλοῖς κυκλουμένη τοῖς ὕδασι, χιλίους σταδίους διεσταμένη τῆς Κωνσταντίνου· σφίσι δ' αὖ ῥᾴδιον εἶναι τὴν εἴσοδον νύκτωρ τῷ στρατῷ συσκευάσαι καὶ ἅμα συνάρασθαι μετὰ τῶν φίλων αὐτοῖς καὶ χερσὶ καὶ ὅπλοις καὶ πάσῃ δυνάμει τὴν τῶν ἀντιπάλων ἄμυναν. Τήν τε γὰρ οἴκησιν ἔγγιστά που τῆς πύλης κεκτῆσθαι τῆς κατ' εὐθεῖαν βλεπούσης πρὸς τὸν ναὸν τῆς Θεομήτορος τῆς πηγῆς, εἴσοδόν τε εἰδέναι λαθραίαν, ἥν παλαιός τις ὑπόνομος ἔλαθεν ὥσπερ ἐξ αὐτομάτου νῦν παρεχόμενος, δι' οὗ πεντήκοντα εἰσιόντας ὁπλίτας νυκτὸς τούς τε φύλακας ἀποκτεῖναι καὶ τὴν πύλην συντρίψαντας ῥᾳδίαν ἤδη καὶ ἅπαντι τῷ στρατῷ πεποιηκέναι τὴν εἴσοδον.

Δ'. Ταῦτ' ἔφασαν οἱ ἄνδρες· καὶ οἴκαδε ἀπιόντες οὐ μάλα συχνῶν ἡμερῶν εἰς πέρας ἦγον τὰ ὑπεσχημένα. [P. 50] Καὶ ὁ Καῖσαρ (63) εἴσεισι τὴν Κωνσταντινούπολιν νύκτωρ πρὸς ὄρθρον, καὶ αὐτοῦ που διημερεύσας συντεταγμένος πρὸς πόλεμον τῇ ὑστεραίᾳ πῦρ τε ὑφεῖναι κατὰ τῶν οἰκιῶν κελεύει καὶ τετραχῇ τὴν πόλιν ὑφάψαι, ἵνα διπλοῖς πολεμίοις ὁ τῶν Λατίνων ὄλεθρος εἴη μεμηχανημένος. Τὰ μὲν οὖν τῶν Λατίνων βασίλεια ἡ τοῦ Παντοκράτορος (64) ὑπῆρχε μονή. Ὁ δὲ τηνικαῦτα Κωνσταντινουπόλεως βασιλεύων Βαλδουῖνος, ὁ τοῦ πρώτου Βαλδουΐνου ἀδελφιδοῦς· Ἐῤῥῆς μὲν γὰρ ἐκεῖνον ὁ ἀδελφὸς διαδέχεται, τὸν δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς Ἰολέντης πρῶτος υἱὸς ὁ Ῥομπέρτος (65)· καὶ τοῦτον αὖ ὁ Ῥομπέρτου δεύτερος ἀδελφὸς Βαλδουῖνος, τέταρτος καὶ τελευταῖος ὢν ἀπὸ τοῦ πρώτου Βαλδουΐνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως βασιλεύς. Οὗτος ἕωθεν ἀναστὰς καὶ ἀκηκοὼς ἔνδον ὄντας τοὺς πολεμίους καὶ ἅμα ἰδὼν ὡς τὸ πῦρ τήν τε πόλιν διέζωσεν ἅπασαν καὶ ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοῦ τῶν βασιλείων γενέσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ πνεύ-

Variorum notæ.

(63) Acropol. cap. 85; Pachymer. lib. II, cap. 27. *Hist. Franco-Byzant.*, lib. V, n. 25, 26, 27. DUCANG. — Græcos recuperasse Constantinopolin anno mundi 6769, die Julii 25, diserte ait Georgius Acropolita. De die et mense inter omnes constat; non item de anno. Sunt enim qui affirment recuperatam fuisse anno mundi 6768, Christi 1260, atque eam fortasse fuisse Nicephori Gregoræ opinionem, infra ostendetur. Codex Regius 2525[a], scriptus paulo post obitum Andronici junioris, quo tempore floruit Gregoras, Constantinopolin a Græcis recuperatam ponit anno mundi 6768. In eumdem annum consentiunt codex 2534, fol. 5, V, cod. 2456, et cod. 2976, quibus continentur breviaria chronologica; cod. 3502, fol. 7. Dorotheus Monembasiensis in Synopsi variarum Historiarum, edita Venetiis, an. 1631. Matthæus Cigala in ejusdem argumenti libro Venetiis edito anno 1637. Chronicon breve editum ex codd. Regiis ab Ismaele Bullialdo, et Historiæ Michaelis Ducæ subjunctum. Chytræus in Chronologia, ubi de Nicephoro Gregora. Cæterum verissimam puto Acropolitæ chronologiam, qui historiam scripsit eo tempore, quo Græci Constantinopolin recuperarunt. Cum Acropolita consentiunt codex Reg. 2452, fol. 99, V, et Cod. 3058[b], fol. 69, V. Item instrumentum prolatum a Ducangio ex Thesauro Chartarum, et in calce Historiæ Franco-Byzantinæ cum aliis actis conjunctum. BOIVIN.

(64) Vide eamdem Hist. n. 27. DUCANG.

(65) Georgius Acropolita Petrum interserit, Henrici successorem. Omissus præterea a Gregora Joannes, qui post Robertum imperator fuit. Vide *Historiam Franco Byzant.* BOIVIN.

ματος ἐλαυνόμενον, πρῶτα μὲν εἰς ὅπλα καὶ πόλεμον ἔβλεψε, συνηθροικὼς εἴ τί που τῶν Λατίνων ὑπῆρχεν ὁπλιτικόν. Τάχιστα δ' αὖθις ἐγνωκὼς ἀνηνύτοις ἐπιχειρῶν, χαίρειν ἀπεῖπε καὶ σύμβολα βασιλείας (66) καὶ βασιλείαν αὐτήν. Ὁ δ' ἁλιάδι τινὶ γυμνὸν ἑαυτὸν ἐμβαλὼν φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται.

Ε'. Ῥέουσα δ' ἡ φήμη (67) φθάνει αὐθήμερον καὶ ἐς τοὺς τὴν Δαφνουσίαν πολιορκοῦντας. Οἳ δὴ καὶ ἄραντες ἐκεῖθεν ταχυναυτοῦσιν εἴπερ ποτὲ, καὶ ὁρῶνται τῇ ὑστεραίᾳ τὰ τείχη τῆς πόλεως παραπλέοντές τε καὶ περιπλέοντες καὶ τοὺς ἐκπίπτοντας τῶν Λατίνων σωρεύοντες ὅσον ἐφικτόν. Καὶ τοῦτ' ἐξ ἑσπέρας εἰς ὄρθρον ποιοῦντες διετετελέκεισαν. Ἅμα δ' ἕῳ τὰ ἱστία διαπετάσαντες εὐθὺ τῆς Ἰταλίας (68) τὸν ἀπόπλουν ἐποίουν, μακρὰ καὶ αὐτοὶ χαίρειν εἰπόντες τὴν νόθον πατρίδα. Τὴν δὴ ταχίστην φθάνει τῶν πεπραγμένων τὰ εὐαγγέλια καὶ ἐς βασιλέα περὶ τὴν Νίκαιαν. Ὁ δὲ πιστεύειν οὐκ εἶχε τὰ πρῶτα ῥᾳδίως, ἐννοῶν ὡς πρὸ βραχέος αὐτὸς μὲν ἧκε μυρίαν ἐπαγόμενος αἰχμὴν, καὶ μυρίαν ἐπιδειξάμενος μηχανὴν ἑλεῖν οὐδὲ τὸ σμικρότατον ἠδυνήθη τοῦ Γαλάτου πολίχνιον· κἄπειτα παραδόξως ἀκούοι τὴν Κωνσταντίνου, τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης, ἁλοῦσαν ῥᾳδίως ὑπ' ὀκτακοσίων ἀνδρῶν. Εἶτα καθ' ἑαυτὸν γενόμενος καὶ συνιεὶς ὡς τοῦ θείου ἡ πρόνοια δύναται καὶ τοῖς ξηροῖς διδόναι βλάστην καὶ τοῖς πένησι πλοῦτον καὶ ῥώμην τοῖς ἀσθενέσι καὶ μέγεθος τοῖς μικροῖς, ὥσπερ καὶ τοὐναντίον, ὁπότε ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ καυχῷτο τῷ ἑαυτοῦ καὶ ὁ δυνατὸς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ, εὐχαριστηρίους ἀνεπέτασε χεῖρας πρὸς Κύριον καὶ ὕμνους πολλοὺς διεξεληλύθει τῇ γλώττῃ, μάλα τῇ ὑποθέσει προσήκοντας. Ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς οὕτω περὶ τὴν ἀκοὴν διέθηκεν ἑαυτόν. Τῷ δὲ ἦν ἔργον ἐπιμελὲς λοιπὸν, πάντων ἀφεμένῳ τῶν ἄλλων πραγμάτων, ἰέναι πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἅμα τῇ συζύγῳ δεσποίνῃ [P. 51] καὶ τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ, δεύτερον ἔτος ἄγοντι τῆς ἡλικίας (69).

Ϛ'. Συχναὶ παρῆλθον ἡμέραι καὶ εἶχε τὸν βασιλέα ἡ τῶν πόλεων βασιλεύουσα (70)· πλὴν οὐ πρότερον εἰσελθόντα αὐτὴν, πρὶν ἢ τὴν θείαν εἰκόνα τῆς ὑπεράγνου Θεομήτορος τῆς Ὁδηγητρίας (71) ἐς τὴν οὕτω πως ὀνομαζομένην Χρυσῆν πύλην εἰσελη-

natum suum : et insignia imperii et ipsum imperium valere jubet, ac nudus cymba quadam arrepta fuga salutem quærit.

V. Ejus rei fama eodem die manat ad eos qui Daphnusiam obsidebant. Itaque illi sublatis anchoris celerrime, si unquam, in altum provecti postridie præter et circum urbis mœnia navigantes conspiciuntur, et Latinorum elabentium turbam quantam poterant recipientes. Idque a vespere usque ad diluculum continenter fecerunt. Mane autem statim expansis velis recta versus Italiam cursum intenderunt, multum et ipsi patriam non legitimam valere jubentes. Lætus vero bene gestæ rei nuntius cum Nicæam ad imperatorem quam primum perlatus esset, is initio non facile credebat, cogitans se paulo ante maximo cum exercitu maximoque machinarum **87** apparatu, ne quidem exiguum Galatæ oppidulum expugnare potuisse : nunc autem præter opinionem audire, Constantinopolin, grande orbis terrarum miraculum, ab octingentis viris facile captam. Deinde cum se collegisset, ac reputaret Providentiam divinam facere posse ut etiam arida repullularent, et ut pauperibus divitiæ, robur infirmis, parvis magnitudo accederet : contrarium autem accidere , cum dives suis opibus gloriatur, et potens suis viribus intumescit : sublatis ad cœlum manibus gratias Deo egit , et multos hymnos huic argumento convenientes lingua percurrit. Ad hunc ergo modum imperator eo nuntio affectus est. In eam autem curam deinde incubuit, ut omissis aliis rebus omnibus cum uxore Augusta et Andronico filio , juniore imperatore, tum bimulo, principem urbem ingrederetur.

VI. Dies complures ex eo effluxerant, cum et imperatorem excepit regina urbium. Non prius tamen eam intravit, quam castissimæ Dei Matris Hodegetriæ imago portam, quam Auream vocant, introducta esset. Cum autem ibi hymnis cantatis gratias

Variorum notæ.

(66) Quæ illa fuerint, narrat Acropolita cap. 87. Nos etiam ex illo et aliis in eadem Hist. n. 28 et 29. Pachymer. lib. II, cap. 27 extr. scribit in argumentum captæ urbis allatam Michaeli sarissam Balduini purpuream : Σημεῖον δὲ ἀληθείας τῶν λεγομένων ἐκείνοις ἦν κοκκοβαφὴς σάρισσα δεικνυμένη. DUCANG.

(67) Pachymer. ibid. DUCANG.

(68) Imo recta in Eubœam insulam contendit Balduinus, cum Marco Gradenigo, Pantaleone Justiniano patriarcha Constantinopolitano, et compluribus aliis, quorum plerique, antequam insulam attingerent, fame perierunt, ut narrat Monachus Paduanus. Balduinus vero et cæteri ab Eubœæ principibus et a Laurentio Tiepolo Venetorum bajulo humaniter excepti sunt. DUCANG.

(69) Hinc colligitur Andronicum seniorem (qui hoc loco νέος vocatur) non vixisse annos 74*), sed tantum 73, nisi Gregoras Constantinop. a Græcis recuperatam ponat an. mundi 6768. Nam ab an. 6769 exeunte, quo recuperatam urbem ponit Acropolita, ad an. 6840 ineuntem, quo Andronicum constat obiisse, anni numerantur non toti 71, quibus si pueri bimuli ætatem seu duos annos addas, conficient an. 73 non toti. Atque hoc est, quod supra dicebamus, Gregoram secutum esse fortasse opinionem eorum chronologorum, qui Constantinopolin recuperatam statuerunt anno mundi 6768, non autem an. 6769. Sed hic noster historicus non semper secum consentit. BOIVIN.

(70) Michaelem Palæologum in urbem recuperatam ingressum esse die 15 mensis Augusti, colligo ex his quæ leguntur initio codicis Regii 1852 **). Μηνὶ Αὐγούστῳ ιε'. ἰνδικτιῶνος δι'. τοῦ ἔτους ,στψξθ'. ἐσίχθημεν***) σὺν Θεῷ ἐς Κωνσταντινούπολιν. *Mensis Augusti die 15, an. 6719, introducti sumus Deo juvante in urbem Constantinopolin.* BOIVIN.

(71) Acropol. cap. 88 ; Pachymer. lib. II. cap. 31. Istius ædis, de qua multa congessimus in *Constantinopoli Christ.* lib. IV, sect. 2, n. 24, alibi sæpe meminit Gregoras. DUCANG.

* Quot vixisse eum Gregoras ait lib. V, cap. 5, sect. 9 ; item lib. X, cap. 1, sect. 1. BOIVIN.

** Quo continetur prima pars Lexici Suidæ BOIVIN.

*** Pro εἰσήχθημεν. BOIVIN.

Dei Matri egissent, pedibus deinde et lento gradu, sacrosancta Deiparæ imagine præcedente, ingressus, venit in palatium, quod Hippodromo proximum est, et illic primum habitavit. Nam Blachernium longo jam tempore neglectum et fumo ac pulvere plenum erat. Tum vero reginam urbem vastitatem campumque desolationis **88** esse cerneres, ruderibus et acervis lapidum plenam : ædes alias eversas, alias magni incendii parvas reliquias. Nam et prius sæpe vis flammarum pulchritudinem ejus et potissimum ornatum absumpserat, cum ei primum servitus a Latinis immineret. Subactam vero illam adeo non curarunt, ut etiam noctu atque interdiu omnimodo destruerent, ac si diffiderent Latini servaturos se perpetuam ejus possessionem, Deo, opinor, occultis vocibus, quid futurum esset, illis significante. Nec mediocriter illam postremus ille ignis deformavit, quem Romani novissime ad terrorem Latinorum domibus injecerant.

λυθέναι· ἔνθα αὐτῇ τοὺς εὐχαριστηρίους ἀποδόντας ὕμνους οὕτως ἔπειτα εἰσιέναι πεζῇ καὶ βάδην, προηγουμένης τῆς θείας εἰκόνος τῆς Θεομήτορος. Ἐλθόντα δὲ τὸ πρῶτον οἰκῆσαι παρὰ τὸ ἔγγιστα τοῦ Ἱπποδρόμου (72) παλάτιον. Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις (73) ἠμέλητο ἐκ πολλοῦ, καὶ ἦν τὸ πλεῖστόν γε καπνοῦ καὶ κόνεως ἐμπεπλησμένον. Ἦν μὲν οὖν ἰδεῖν τὴν βασιλεύουσαν τῶν πόλεων πεδίον ἀφανισμοῦ, μεστὴν ἐρειπίων καὶ κολωνῶν, οἰκίας τὰς μὲν κατεσκαμμένας, τὰς δὲ πυρκαϊᾶς μεγάλης μικρὰ λείψανα. Ἀπημαύρωσε μὲν γὰρ καὶ πολλάκις πρότερον τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὸν κράτιστον κόσμον θυμὸς πυρὸς, ὁπότε Λατίνοις τὸ πρῶτον δουλεύσειν ἔμελλεν. Ἔπειτα δ' αὖ δουλωθεῖσα οὐδεμίαν ἐδέξατο παρ' ἐκείνων ἐπιμέλειαν πώποτε, ὅτι μὴ κατάλυσιν παντοίαν ἐφ' ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ (74), ὥσπερ ἀπιστούντων των Λατίνων τῇ ταύτης ἐς τέλος οἰκήσει, οἶμαι τοῦ θείου τὸ μέλλον φωναῖς ἀλαλήτοις σφίσιν ὑποσημαίνοντος. Ἀπημαύρωσε δ' αὐτὴν οὐ μετρίως καὶ τὸ τελευταῖον τοῦτο τὸ πῦρ, ὃ Ῥωμαῖοι δι' ἔκπληξιν τῶν Λατίνων ταῖς οἰκίαις ἐνέβαλον πρότριτα.

VII. Prima igitur statim et præcipua imperatoris occupatio fuit, ut eam repurgaret, ac multiplicem illam confusionem quoad liceret in meliorem ordinem redigeret ; atque ut templa nondum prorsus collapsa fulciret, et vacuas ædes habitatoribus compleret. Altera, ut Arsenius patriarcha revocaretur, quoniam sedes patriarchalis tunc vacabat. Habuit itaque et Constantinopolitana Ecclesia Arsenium patriarcham, partim volentem, partim nolentem : nolentem quidem propter superiores offensiones, volentem vero, quod et ipse imperatricem urbem spectare cupiebat, et ab amore gloriæ non erat prorsus invictus. Homo enim et ipse erat : et nihil novum, si cum alii multo majore ambitione tenerentur, minore ipse laboraret; **89** ac potius non tam sedem adamaret, quam sortem quæ jure sibi obvenisset, spernere iniquum judicaret. Tertia, ut Alexio Cæsari præmium dignum persolveretur, cujus opera Deus imperatricem urbem Romanis donasset. Præmium autem fuit triumphus frequentissimus et splendidissimus ab imperatore indictus, in quo Cæsar magna pompa per totam urbem incederet, non Cæsaris tantum insignibus ornatus, sed etiam pretiosa corona eaque, parum abest quin dicam imperatoria, redimitus. Id vero factum est. Præterea mandavit imperator, ut nomen Cæsaris una cum imperatorum nominibus in præconiis et acclamationibus, quacunque Romanum imperium pateret, per integrum annum celebraretur.

Ζ'. Ἔργον μὲν οὖν αὐτίκα τὸ πρῶτον καὶ σπουδαιότατον ἦν βασιλεῖ ταύτην ἀνακαθαίρειν καὶ τὴν πολλὴν ἀκοσμίαν ἐκείνην εἰς εὐκοσμίαν μετάγειν, ὡς ἐφικτὸν ἦν, νεώς τε περιφράττειν, οἳ μήπω τελέως καταπεπτώκεσαν, καὶ τὰς κεκενωμένας οἰκίας ἀνθρώπων πληροῦν. Δεύτερον, ἀνακαλεῖσθαι τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον, ἐπεὶ καὶ ὁ πατριαρχικὸς τηνικαῦτα θρόνος οὐκ εἶχε τὸν διέποντα. Εἶχεν οὖν καὶ ὁ πατριαρχικὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνος Ἀρσένιον πατριάρχην (75) πῶς μὲν ἄκοντα, πῶς δ' αὖ ἑκόντα· ἄκοντα μὲν διὰ τὰ φθάσαντα σκάνδαλα, ἑκόντα δ' αὖ, ὅτι τε τὴν βασιλεύουσαν ἐπεθύμει καὶ αὐτὸς θεάσασθαι τῶν πόλεων, καὶ ὅτι οὐδ' αὐτὸς δόξης ἐρώτων ἀήττητος ὑπῆρχε τελέως. Ἄνθρωπος γὰρ ἦν καὶ αὐτός· καὶ καινὸν οὐδὲν, εἰ τῶν μὲν μᾶλλον καὶ μάλα μᾶλλον ἡττωμένων εἰς ἀρχικὴν δόξαν, αὐτὸς ἧττον ἡττᾶτο· ἢ μᾶλλον οὐ τοσοῦτον ἤρα τῶν θρόνων, ὅσον ἄδικον ἡγεῖτο περιφρονεῖν τὸν λαχόντα δίκαιον κλῆρον. Τρίτον, ἀντάξιον ἀποδοῦναι γέρας Ἀλεξίῳ τῷ Καίσαρι, ὅτι δι' αὐτοῦ Ῥωμαίοις τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο. Τὸ δὲ ἦν θρίαμβον (76) συγκροτηθῆναι πολυανθρωπότατον καὶ περιφανέστατον [P. 52] κελεύσει τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν Καίσαρα πομπεῦσαι διὰ πάσης τῆς πόλεως, οὐ μόνον τοῖς τοῦ Καίσαρος παρασήμοις κοσμούμενον, ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ στεφάνῳ πολυτελεῖ καὶ μικροῦ δέω λέγειν βασιλικῷ· ὃ δὴ καὶ γέγονε. Προσετετάχει δ' ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς διὰ μνήμης καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα ἄγεσθαι ὁμοῦ τοῖς τῶν βασιλέων ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ εὐφήμοις ᾄσμασι (77) πανταχῇ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἄχρις ἐνιαυτοῦ.

Variorum notæ.

(72) Quod *magnum* appellabant, Græci vero paulo recenti res βασίλεια τὰ μεγάλα πρὸς ἀνατολήν, ubi hodie *Geni Sarai*, palatium novum, quod Osmaneam potiam nunc nominant, de quo pariter agimus in eadem nostra lucubratione lib. II, sect. 4, n. 1. DUCANG.

(73) Pachymer. τὸ γὰρ Βλαχερ ῶν οὐκ εὐπρεπῶς ἦν ἔχειν πρὸς τὴν τῶν βασιλέων κατοίκησιν· ἔγεμε γὰρ καπνοῦ καὶ λιγνύος. DUCANG.

(74) Κατάλυσιν hic non *diversorium*, sed *destructionem* significare sententia ostendit. WOLFIUS.

(75) Pachymer. lib. II, cap. 34; lib. III, cap. 1, 2. DUCANG. — Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

(76) De Strategopuli triumpho silet Pachymeres, quem attigit etiam Phranzes, lib. I, cap. 5. DUCANG.

(77) In acclamationibus et εὐφημίαις, quæ in ce-

CAPUT III.

De humana felicitate, quam fluxa et caduca sit. Philippi Macedonis apophthegma. Cæsari malus genius invidet. Michael Ætolus Romanos fines vastat. Cæsarem vincit ac vivum capit. Rerum humanarum vices. Cyrus. Hannibal. Pompeius. Cæsar cum sorore Manfredi Siciliæ regis permutatur. Byzantium redit. Michael Ætolus affinitatem jungit cum imperatore.

Α'. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Καίσαρος εὐτυχήματα τοιαῦτα. Ἔθος δὲ τῷ βασκανίας ἀρχηγέτῃ κῆράς τινας ἐπωδύνους καὶ ἀντιπάλους τοῖς ἀγαθοῖς εὐτυχήμασιν ἐπισπείρειν, καθάπερ ἐν σίτου χωρίῳ ζιζάνια. καὶ οὐκ ἄκρατον ἐς τέλος τὸ τῆς εὐφροσύνης καλὸν ἐν τῷ βίῳ συγχωρεῖν τοῖς ἔχουσιν ὡς τὰ πολλὰ περιγίγνεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ Φίλιππος ὁ Μακεδονίας τύραννος, τριῶν αὐτῷ ποτε περιγενομένων εὐτυχημάτων ἡμέρας μιᾶς, ὑπερήσθη μὲν τῇ τῆς ψυχῆς διαθέσει, γλῶσσαν δὲ μεγαλοῤῥήμονα τοῖς παρεστῶσι δοῦναι οὐκ ἐξετράπη, οὐδ' ἐπὶ μέγα ἦρε τὴν ὀφρύν· ἀλλ' εἰδὼς ὡς ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν εὐτυχημάτων ὑπερβολικώτερα ἐπιφύονται τὰ λυποῦντα, μετριώτερον μὲν διετέθη πρὸς τὰ γεγενημένα, φόβον δ' ἔσχε περὶ τοῦ μέλλοντος μείζονα ἢ κατὰ τὸ μέτρον τῆς εὐφροσύνης· καὶ ἀναστὰς, « Ὦ Θεὲ, » εἶπε, « μῖξόν τι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ δυστύχημα μέτριον, μήπου ταῖς ἡδοναῖς συνεπαρθεὶς τῶν μεγάλων καλῶν εἰς μεγάλους ἀπροσδοκήτως ἐμπέσω κρημνοὺς τῶν κακῶν. » Διὰ δὴ ταῦτα καὶ τοῖς τοῦ Καίσαρος εὐτυχήμασι βάσκανον ἐπιῤῥίψαντες ὀφθαλμὸν οἱ πρὸς ταῦτα ἐνησκημένοι Τελχῖνες ἄλυπον οὐδ' αὐτὸν ἀφῆκαν εἰς πέρας ἀφῖχθαι τοῦ βίου· δηλώσει δὲ προϊὼν ὁ λόγος.

A I. Ac Cæsaris quidem felicitates hæ fuerunt. Invidiæ autem maligno auctori in more positum est ut acerbas et infestas aliquas calamitates prosperis successibus aspergat, tanquam segeti lolium, nec ullum fere humanæ vitæ gaudium solidum ac perpetuum esse patiatur. Itaque Philippus Macedoniæ rex, cum ei tres uno die successus obtigissent, lætitia quidem tacite secum exsultavit : non tamen ita transversum se abripi passus est, ut ob præsentem fortunam magnifice gloriaretur, superciliumve attolleret : sed cum sciret ex immodicis prosperitatibus clades longo majores **90** exsistere, eventus illos moderatius tulit : et magis de futuris sollicitus, quam præsentibus lætus : « O Deus (inquit assurgens), mediocre bonis hisce malum admisce, ne B tantorum bonorum illecebris elatus in magnorum malorum barathrum præter opinionem præceps deferar. » Ob eam ipsam causam his nocendi artibus exercitati Telchines seu mali genii, in ipsius quoque Cæsaris secundas res invidis oculis conjectis, citra molestiam reliquum tempus ætatis eum degere non siverunt , ut mox declarabitur

Β'. Μετὰ γὰρ τὰ μεγάλα τρόπαια ταυτὶ καὶ τοὺς ἐπινικίους θριάμβους πέμπεται πάλιν ὁ Καῖσαρ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν προκειμένην ὁδὸν, πολεμήσων τῷ τῆς Ἠπείρου καὶ Αἰτωλίας ἄρχοντι Μιχαὴλ τῷ δεσπότῃ, τοὺς οἰκείους ὅρους παρεξιόντι καὶ κακῶς τὰ Ῥωμαίων διατιθεμένῳ πράγματα, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. Ὁ δὲ συνηθροικὼς τά τε Θρᾳκικὰ καὶ Μακεδονικὰ στρατεύματα καὶ χεῖρα πεποιηκὼς ἱκανὴν ἐπὶ τὸν ἀντίπαλον ἔρχεται. [P. 53] Καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τοῦ πολέμου στροφὰς καὶ τοὺς τῆς τύχης κύβους τὰ Ῥωμαίων νικᾶται στρατεύματα· καὶ ὁ Καῖσαρ ἁλίσκεται ζῶν (78), ὁ τῇ φήμῃ τῶν χθὲς τροπαίων καὶ θριάμβων ἐκείνων βορέαν καὶ νότον ἐγείρας εἰς ἔκπληξιν. Οὕτως οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις ἀληθὲς, οὐδὲ βέβαιον· ἀλλ' ἐν ἀδήλοις ὥσπερ πελάγεσι (79) συγκυκᾶται καὶ ναυαγεῖ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ βαθύς τις πλάνος καταχορεύει τῆς ἀνθρωπίνης ἐμπειρίας καὶ γνώσεως, ἄνω καὶ κάτω σοβῶν καὶ ταράττων πᾶσαν βουλευτηρίων σπουδὴν καὶ δίκην κύβων ἀνατρέπων τὰ δόγμασιν ἰσχυροῖς κυρούμενα σκέμματα. Κῦρος ὁ Περσῶν καὶ Μήδων καὶ Χαλδαίων ἄρξας ποτὲ μετὰ τὸ τῆς Ἀσίας τὸ πλεῖστον καταδραμεῖν καὶ Βαβυλῶνα τὸ τῆς Ἀσίας κλέος ῥᾷστα καταστρέψασθαι γυναικὶ Μασσαγέτιδι

II. Post magnas enim victorias istas et triumphos Cæsar iterum missus ab imperatore institutum iter pergit, bellum illaturus Michaeli despotæ, Epiri et Ætoliæ principi. Nam hic limites suos transgressus Romanos fines vastabat, ut ante diximus. Cæsar vero Thracicis et Macedonicis exercitibus coactis C justaque manu collecta adversus hostem movet. Sed post multas belli vicissitudines ac variam fortunæ aleam Romani vincuntur, Cæsarque vivus capitur, qui victoriarum et triumphorum fama Aquilonem et Austrum novissime in admirationem converterat. Sic nihil humani sincerum firmumque est, sed omnia incerto eventu velut in mari æstuant et quasi naufragium patiuntur. Profundus quidam error humanam peritiam cognitionemque ludit et insultat, sursum deorsumque impellens ac disturbans omnem consiliorum laborem, et velut tesseras evertens firmis decretis nixas deliberationes. Cyrus, **91** qui olim Persis, Medis et Chaldæis imperavit, cum Asiæ maximam partem percurrisset, et D Babylonem Asiæ decus facillime expugnasset, acie cum Massagetica muliere congressus a fortuna turpiter destituitur. Hannibal Carthaginiensis, qui Libyam et Africam omnem domuit, post Ibericas

Variorum notæ.

clesia præsertim fieri consueverant, uti scribit Phranzes lib. I, cap. 5, de quibus agimus in Gloss. med. Græcit. in εὐφημία, et in πολυχρόνιον. Istius porro Strategopuli εὐφημία, meminit pariter Pachymer. lib. III, cap. 2 extr. Ducang.

(78) Pachymer. lib. I, cap. 32, lib. III, cap. 7, 8. Ducang.

(79) Sumpta hæc ex dialogo cui titulus Φλωρέντιος, seu Περὶ σοφίας. Vide cod. Reg. 5284, fol. 257, V. Boivin.

illas et Celticas victorias, post asperrimas Alpes superatas, post mirabiles victorias de Romanis partas, mox unius Romani ducis arma, idque in patria sua tolerare non potuit : sed plane nudus discessit, exsilium exsilio mutans, vel potius a fortuna crudeliter exagitatus. Pompeius Magnus, Romanus consul et summa potestate præditus imperator, cum victam Asiam usque ad Caucaseas rupes et mare Caspium pervasisset, et plurimis nationibus subactis Romam infinitis pecuniarum acervis cumulasset, tandem apud suos perexigua armatorum manu oppressus magnum illud decus amisit. Ita quoque is de quo nunc agimus Cæsar, maximis rebus heri gestis, hodie obscurioribus certaminibus confectus jacet : Deo hujusmodi exemplis arcanam doctrinam explicante, ut nostris viribus, cum a deterioribus superamur, agnitis magnorum atque admirabilium successuum causas uni plane Deo acceptas referamus.

A πολέμῳ ξυμβεβληκὼς αἴσχιστα καταστρέφει τὴν τύχην. Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος, ὁ Λιβύην καὶ Ἀφρικὴν δουλωσάμενος ἅπασαν, μετὰ τὰ Ἰβηρικὰ καὶ Κελτικὰ ἐκεῖνα τρόπαια καὶ τὰς καταδρομὰς τῶν τραχυτάτων Ἄλπεων καὶ τὰς θαυμαστὰς κατὰ Ῥωμαίων νίκας ἑνὸς τῆς Ῥώμης στρατηγοῦ μετὰ βραχὺ καὶ ταῦτα τῆς πατρίδος ἐντὸς τὸ ξίφος ἐνεγκεῖν οὐκ ἠδυνήθη, ἀλλ' ἄρδην ᾤχετο γυμνὸς, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνων ἢ μᾶλλον ἀπηνῶς ὑπὸ τῆς τύχης ἐλαυνόμενος. Μάγνος Πομπήϊος, Ῥωμαίων ὕπατος καὶ στρατηγὸς αὐτοκράτωρ, Ἀσίας ἄχρι Καυκασίων ὀρῶν καὶ Κασπίας θαλάσσης δραμὼν καὶ μυρία καταστρεψάμενος ἔθνη καὶ χρημάτων ἀπείρους τῇ Ῥώμῃ σωροὺς χαρισάμενος, ὑπὸ βραχυτάτου τὸ τελευταῖον στρατεύματος ἐν τοῖς ἰδίοις τὸ μέγα B κατέλυσε κλέος. Κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ὁ νῦν τῷ λόγῳ προκείμενος Καῖσαρ ὁ χθὲς τὰ μέγιστα κατωρθωκὼς τρόπαια ἀδοξοτέρων ἀγώνων γίνεται παρανάλωμα σήμερον· τοῦ Θεοῦ πάντως μυστικώτερον διὰ τῶν τοιούτων λόγον ἀποπληροῦντος, ἵνα τὴν ἑαυτῶν ἐν ταῖς τῶν φαυλοτέρων ἥτταις (80) καταγινώσκοντες δύναμιν τὰς τῶν μεγάλων καὶ ἐξαισίων τροπαίων αἰτίας ἐκ Θεοῦ καθαρῶς εἶναι νομίζωμεν.

III. Porro Cæsarem ita captum Michael petenti Manfredo Siciliæ regi, genero suo, statim misit, ut is suam sororem cum illo permutatam redimeret. Nam eam Joannes Ducas imperator **92** post Irenes obitum alteram uxorem duxerat, a Theodorico patre, Siciliæ rege, acceptam : quæ cum post conjugis obitum redire domum haud posset, apud Romanos vivebat pudicitiæ laude commendabilis, ac morum honestate vultus sui splendorem illustrabat. Eo pacto urbs princeps adamatum suum Cæsarem recepit. Deinde Michael Ætolus despotes, Nicephoro filio viduo uxorem quærens, imperatoris neptem ex sorore Annam accipit : quo conjugio pax cum illo firmata est.

Γ'. Ἀλλὰ γὰρ οὕτως ἁλόντα τὸν Καίσαρα ὁ Μιχαὴλ αὐτίκα τῷ γαμβρῷ ζητήσαντι πέμπει τῷ τῆς Σικελίας ῥηγὶ Μαφρὲ, ἀντάλλαγμα καὶ λύτρον ἐσόμενον τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς (81). Ταύτην γὰρ εἰς γυναῖκα δευτέραν ἠγάγετο μετὰ τὴν τῆς Εἰρήνης τελευτὴν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ὁ Δούκας, παρὰ Θευδερίχου (82) τοῦ ταύτης πατρὸς καὶ ῥηγὸς Σικελίας λαβών· ἣ δὴ καὶ μετὰ τὴν τοῦ συζύγου τελευτὴν C οἴκαδε ἀπιέναι οὐκ ἔχουσα παρὰ Ῥωμαίοις εἶχε τὴν δίαιταν, σωφροσύνης ὥρᾳ τὸν βίον κοσμοῦσα καὶ τρόποις σεμνότητος τὴν τῆς ὄψεως αἴγλην λαμπροτέραν δεικνῦσα. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον πάλιν τὸν φίλον ἡ μεγαλόπολις ἐλάμβανε Καίσαρα. Καὶ ἐπὶ τούτοις ζητήσας ὁ Αἰτωλὸς Μιχαὴλ ὁ δεσπότης νύμφην [P. 54] ἐπὶ τῷ υἱῷ Νικηφόρῳ τῷ δεσπότῃ χηρεύοντι λαμβάνει τὴν βασιλέως ἀδελφιδῆν Ἄνναν (83). Καὶ ἦν ἡ τοιαύτη συζυγία βεβαίωσις τῶν ἐκεῖθεν σπονδῶν.

CAPUT IV.

Palæologus stabilit potestatem suam. Theodori Lascaris filias nuptum collocat. Quibus maritis. Joannem earum fratrem excæcat. Quis inter hæc sensus Arsenio fuerit. Ut Palæologo sacris interdixerit. Palæologus veniam sceleris petit. Non auditur. Concilium indicit adversus patriarcham. Pontifices fraternæ charitatis expertes. Crimen Arsenio objectum. De Azatine Turco. Patriarcha judicio se non sistit. Damnatur ut contumax. Germanus ei succedit. Quænam ejus merita erga Palæologum fuerint.

I. Cæterum imperator Constantinopolin jam tenens et res prospere sibi succedere cernens secundæque fortunæ auram suis laboribus aspirare, plane jam imperium sibi vindicare statuit; eique deinceps curæ fuit, ut omnem metum imminentem funditus exstirparet, veritus ne tandem ii qui nunc tacite ipsum diris devoverent, iramque velut parturiendo premerent, non parvo prætextu freti, videlicet succedendi in imperium et paternæ hæreditatis ad-

Α'. Ὁ μέντοι βασιλεὺς καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐγκρατὴς ἤδη γενόμενος καὶ ὁρῶν ὡς ἐξ οὐρίας αὐτῷ τὰ πράγματα φέρεται καὶ αἱ τῆς τύ- D χης αὖραι εὐμενῶς ἐπιπνέουσι τῇ αὐτοῦ δεξιᾷ, ἀπρὶξ τῆς βασιλείας ἔχεσθαι ἔγνωκεν ἤδη, καὶ τοῦ λοιποῦ ἔμελεν αὐτῷ ῥιζόθεν πάντα φόβον ἔφεδρον ἐκταμεῖν, δεδιότι μήπως ὀψὲ τοῦ χρόνου πρόφασιν σχόντες οὐ μικρὰν τὰς βασιλικὰς διαδοχὰς καὶ τοὺς πατρῴους κλήρους οἱ νῦν ὑπ' ὀδόντα καταρώμενοι

Variorum notæ.

(80) Phrasis insolens, pro ἐν τῷ ἡττᾶσθαι τῶν φαυλοτέρων. Boivin.

(81) Annæ Manfredi Siciliæ regis sororis, de qua ibidem Pachymer. Ducang.

(82) Sic hoc loco, et infra, Fredericum II imperatorem perperam vocat, quem Pachymeres Φερδέριχον. Manfredus quippe filius nothus fuit ejusdem Frederici. Ducang.

(83) Eulogiæ Michaelis imp. sororis filiam. Vide *Famil. Byzant.* p. 209, 210 Ducang.

καὶ ἐν τοῖσι κρύπτοντες τὴν ὀργὴν εἰς ὕψος ἀναῤ- A ῥιπίσωσι περιφανῆς τὴν ἐπιβουλὴν καὶ κολοφῶνα κινδύνων αὐτῷ ἐπεγείρωσιν. Ὅθεν κατά τινα χρείαν ἐπιδεδημηκότι ἐκ τοῦ παρήκοντος (84) εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐκ Πελοποννήσου Λατίνῳ τινὶ, εὐγενεῖ μὲν, οὐ πάνυ δ' ἐνδόξῳ, ὄνομα δὲ Βελικούρτῳ (85), Θεοδώραν τούτῳ συζεύγνυσι, τὴν μίαν τῶν τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι θυγατέρων· καὶ οἴκαδε ἀπιέναι ἅμα αὐτῇ προτρέπεται τοῦτον· τὴν δὲ ἑτέραν ὄνομα Εἰρήνην συζεύγνυσι κόντῳ τινὶ τὴν ἀξίαν, ὄνομα Βιντιμιλίᾳ (86), ἐκ Γενούας, ἐκ τοῦ παρήκοντος καὶ αὐτῷ τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπιδεδημηκότι καὶ εὐθὺς οἴκαδε ἀπιέναι καὶ αὐτὸν μετ' αὐτῆς ἀφίησι· τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτῶν (87) Ἰωάννην πέμψας στερεῖ τῶν ὀμμάτων, δεκαετῆ ἤδη τυγχάνοντα (88). Καὶ οὕτως ἀνύποπτον καὶ φόβου παντὸς ἐλευθέραν ἑαυτῷ κατεστήσατο τὴν ὅλην τῆς βασιλείας διαδοχήν.

cundæ, ex insidiis in apertam vim erumperent, et extremum ipsi periculum crearent. Igitur Latino cuidam, qui e Peloponneso negotii cujusdam causa obiter in urbem venerat, nobili quidem illi, sed non illustri, Velicurto nomine, Theodoram unam e Theodori Lascaris filiabus despondet, **93** eumque hortatur uti secum eam abducat. Alteram Irenen viro cuidam despondet, dignitate comiti, nomine Vintimiliæ, Genuensi, qui et ipse obiter Constantinopolin venerat: et eum quoque domum cum illa abire permittit. Fratrem vero earum Joannem, qui jam decimum agebat annum, oculis privandum curat; et in hunc modum totam imperii successionem suspicione ac metu vacuam sibi asserit.

B'. Ὁ γε μὴν πατριάρχης Ἀρσένιος ἀκηκοὼς τὴν B τοῦ Ἰωάννου τύφλωσιν ἐταράχθη καὶ ἀπεπήδησε καὶ ἄνω καὶ κάτω τοῦ οἴκου περιιὼν ἐβόα θρηνῶν, ἔτυπτεν ἀπηνῶς χερσὶ μὲν τὰ στέρνα (89), λογισμοῖς δὲ ξιφηφόροις εἰπεῖν τὴν καρδίαν· γῇ καὶ ἡλίῳ τὴν ἀδικίαν προσήγγειλε· τὰ στοιχεῖα πρὸς ἐπικουρίαν ἐπεβοᾶτο τῆς ἀτοπίας· λύσιν τοῦ πάθους ὥρμα ζητεῖν· οὐκ ἔχων δὲ καπνοὺς στεναγμῶν ἐκ τοῦ στόματος σφοδροτάτους ἀνέπεμπεν, οὓς τὰ ξύλα τῆς λύπης ἐκ τῆς καρδίας ἀνέφλεγον. Ἐπεὶ δ' ἄπορα καὶ ὅλως ἀπεγνωσμένα [P. 55] τὰ τῆς ἐκδικήσεως ἦν, ἄλλην ἐβάδισε· καὶ πέμψας ἀφορισμῷ μὲν τὸν βασιλέα καθυποβάλλει (90) ἐκκλησιαστικῷ, τὴν δὲ τούτου μνήμην (91) ἐν ταῖς ὑμνῳδίαις οὐκ ἐκώλυσεν ἀναφέρεσθαι, δείσας μή τι περὶ τὴν Ἐκκλησίαν νεωτερίσῃ στρατηγούμενος τῷ θυμῷ, καὶ, ὅ φησιν ἡ C παροιμία, καπνὸν φεύγειν ἐθέλων εἰς πῦρ ἐμπεσεῖν ὁ πατριάρχης ἀναγκασθῇ. Ὁ δὲ μετρίως τὴν ἐπιτίμησιν ἐνεγκὼν ἐφ' ἱκαναῖς ταῖς ἡμέραις ὑποπεπτωκότι τε διέμεινε χρώμενος σχήματι καὶ λύσιν τῆς ἐπιτιμήσεως ἀναμένων.

II. At patriarcha Arsenius, audita Joannis excæcatione, turbatus exsilit, sursum deorsum cursitat per totam domum, vociferatur, plorat, plangit; animum acerbissimis cogitationibus crudeliter excruciat; terræ et soli injuriam hanc annuntiat; elementorum opem implorat indigni facinoris vindicem; mali remedium quærit, eoque destitutus suspiria ex ore fundit, vel potius fumos vehementissimos ex intimo corde exhalat, doloris flamma excitatos. Sed cum ulciscendi nullus modus, nulla spes esset, aliam rationem init. Ac sacris quidem imperatori interdicit; mentionem autem ejus in psalmodiis non tollit, veritus, ne per iracundiam aliquid novi in Ecclesiam moliretur, neve fumum (quod aiunt) patriarcha fugiens in ignem invitus incideret. At ille censuram moderate ferens compluribus diebus gestu et habitu supplex mansit, et absolutionem exspectavit.

Γ'. Ἐπεὶ δ' οὐ προὐχώρει τὰ τῆς ἐλπίδος, εἰς ἄμυναν ἔβλεψεν, οὐχ οἵαν καθάπαξ ἡ χεὶρ ὑφηγεῖται τῆς ἐξουσίας· οὐ γὰρ ἀνακεκαλυμμένῃ χρῆται τῇ ἐξουσίᾳ· ἀλλ' ἐκκλησίαν ἀρχιερέων ἀθροίσας εἰς κανονικὴν ἐξέτασιν ἐνεγκεῖν κελεύει τὰ σποράδην παρά τινων ψιθυριζόμενα κατὰ τοῦ πατριάρχου ἐγκλήματα· οἳ τὸ κελευσθὲν ἡδέως, πῶς ἂν εἴποιμι; δεξάμενοι, οἱ τοῖς ἄλλοις φιλαδελφίας ὑπόδειγμα

III. At cum spe frustraretur, ad ultionem **94** conversus, non eam quam potentiæ licentia omnino suggerit (nec enim potestate sua palam usus est), pontificum concilium cogit; eaque crimina quæ sparsim a quibusdam contra patriarcham mussitabantur, in canonicam disquisitionem vocari jubet. Mandatum illud vix dici potest, quam cupide acceperint ii, quos Dominus aliis fraternæ charitatis

Variorum notæ.

(84) Nisi pro ἐκ τοῦ παρατυχόντος, vel κατὰ τύχην intelligatur, non video quid sibi velit, et sic usus est hac forma loquendi Pachymerius. WOLFIUS.

(85) Pachymer. lib. III, cap. 6. Ματίῳ δὲ Βελικούρτῳ, id est *Mahieu de Valaincourt*, quomodo vox *Matthæus* tum efferebatur apud Francobelgas nostrates. Is porro ex nobili satis in Picardia familia ortus erat, uti docemus in *Historia* nostra *Franco-Byzantina*, lib. V, n. 42. DUCANG.

(86) Seu, ut Itali efferunt, *Vintimiglia*. Vide eamdem Hist. n. 41, 42, et quæ de hac familia observamus in *Familiis Byzantinis*, ubi de Lascarica gente agimus, cujus nomen sibi exinde ascripserunt Vintimilienses. DUCANG.

(87) Pachymer. lib. II, cap. 35; lib. III, cap. 10, 12, 25, ubi ἐν φρουρίῳ τῷ τῶν Νικητιάτων τῆς D Δακιβύζης inclusum scribit. DUCANG. — Adnotavimus in margine factum id esse A. C. 1261; et ita quoque Possinus in chronologica sua Pachymeriana. Sed si Joannes, cum est excæcatus, jam tum erat decennis, ut hoc loco dicitur, oportet excæcatus sit an. Christ. 1263, siquidem anno 1259, quo ejus pater Theodorus obiit, annum ætatis sextum explebat, teste ipso Gregora lib. III, cap. 3, sect. 2. BOIVIN.

(88) Possinus novennem facit. BOIVIN.

(89) Non necesse habui *ensiferas cogitationes*, *fumos gemituum et ligna doloris* inserere. WOLFIUS.

(90) Pachymer. lib. III, cap. 14. DUCANG.

(91) Quod tum improbatum, cum, ut ait Pachymeres, id esset cum eo in sacris communicare, qui a communione abscissus erat. DUCANG.

exemplum esse jussit, qui et concilium contra primarium fratrem in palatium convocarunt, et ut accusatores in medium prodirent, proclamarunt. Ii vero, alius alium antevertere studens, accurrebant. Crimini autem dabatur, sultanum Azatinem, cum sacra doxologia perageretur, sæpe interfuisse, et intra templum cum patriarcha versatum esse, quamvis et imperatori et sacerdotibus constaret, cum et Christianis parentibus ortum, et sacro baptismate initiatum fuisse; ac fortunæ quodam impetu ipsum quoque evectum (ut multa præter spem eveniunt) sultanum et principem Turcorum exstitisse; ac tum quidem præcipua religionis capita in animo conservasse; nunc vero Constantinopoli et sacras imagines venerari, et omnia palam Christianorum solemnia celebrare. Quæ cum arma patriarchæ firma suppeterent, adversarii rejiciebant, contraria videlicet institutæ abrogationi; ac primum dubia et incerta, post etiam plane nulla esse contendebant.

IV. Arcessitur patriarcha ad causam dicendam: judicio se non sistit: **95** concilium jussu imperatoris coactum esse excipit, ac eum judicem præsidere qui adversarius foret. Igitur eum ut contumacem condemnant, et sede cedere jubent: unaque adsunt, qui in exsilium eum abducant. Is vero cum et quietem longo jam tempore desiderasset, et præsentem rerum statum moleste ferret, ultro eos a quibus abducebatur, secutus est. Tertio autem die in Prœconesum pervenit. Deinde Adrianopolitanus episcopus Germanus illi subrogatur, vetere amicitia cum imperatore conjunctus, ac ea dignitate ceu debito præmio donatus. Nam illi superioribus temporibus Theodori Lascaris imperatoris metu, ut dictum est, ad sultanum fugienti, in extremis tum Romanorum finibus monasticam vitam agens, lætus occurrerat, splendideque exceptum et liberali viatico instructum prosecutus erat: deinde ad eum imperio potitum accesserat; et post multos alios honores etiam Adrianopolitano solio impositus fuerat. Inde autem novissime in patriarchalem sedem translatus est.

γίνεσθαι παρὰ Κυρίου προτεταγμένοι, σύνοδόν τε κατὰ τοῦ πρώτου ἀδελφοῦ συνεκρότουν ἐν τῷ παλατίῳ καὶ εἰς μέσον παράγεσθαι τοὺς κατηγόρους ἐκήρυττον· οἱ δὲ εἰσεπήδων ἄλλος ἄλλον τῇ προθυμίᾳ φθάνοντες· καὶ ἦν ἡ λαληθεῖσα κατηγορία (92), ὅτι ὁ σουλτὰν Ἀζατίνης τῆς ἱερᾶς τελουμένης δοξολογίας πολλάκις συμπαρῆν καὶ ὡμίλει τῷ πατριάρχῃ ἔνδον τοῦ ναοῦ. Καίτοι τῷ τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐγνωσμένον ἦν, ὅτι Χριστιανῶν τε ὑπῆρχε γονέων υἱὸς (93) καὶ τῷ θείῳ καὶ αὐτὸς τετελεσμένος βαπτίσματι ἦν· τύχης δὲ φορᾷ χρησάμενος καὶ αὐτὸς, οἷα πολλὰ παρ' ἐλπίδα συμβαίνει, σουλτὰν καὶ ἀρχηγὸς ἐγεγόνει τῶν Τούρκων, τότε μὲν ἐν κρυπτῷ διατηρῶν τὰ τῆς εὐσεβείας καιριώτερα, νῦν δ' ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ τὰς θείας ἀσπαζόμενος εἰκόνας καὶ πάντα ἐς προὖπτον τὰ Χριστιανῶν ἐργαζόμενος ἔθιμα. Ἀλλὰ ταῦτα καθάπερ ὅπλα τῷ πατριάρχῃ τυγχάνοντα ὀχυρὰ κατέλυον οἱ μαχόμενοι, πολέμια τυγχάνοντα τῷ σκοπῷ τῆς καθαιρέσεως, καὶ ἀπῆγον ἔς τε τὸ ἀμφίβολον καὶ τὸ ἀφανὲς, κἀκεῖθεν ἐξεκύλιον εἰς τὸ μηδέν.

Δ'. Εἰσκαλεῖται τοίνυν (94) ὁ πατριάρχης ἀπολογησόμενος· οὐκ ἀπαντᾷ δὲ, ἀλλὰ παραγράφεται τὴν σύνοδον κελεύσει βασιλικῇ γινομένην καὶ τοῦ ἀντιδίκου προκαθημένου κριτοῦ. Ὅθεν ὡς φυγοδικοῦντος αὐτοῦ καθαίρεσιν καταψηφισάμενοι πέμπουσι πρὸς αὐτὸν καὶ ἀποχωρεῖν τοῦ θρόνου κελεύουσι· καὶ ἅμα παρῆσαν οἱ πρὸς ἐξορίαν ἀπάξοντες. Ὁ δὲ καὶ τὴν ἡσυχίαν ποθῶν ἐκ πολλοῦ καὶ τοῖς ἐνεστῶσι λίαν ἀχθόμενος πράγμασιν ἄσμενος τοῖς ἀπάγουσιν ἑαυτὸν ἐδεδώκει· καὶ δὴ τριταῖος ἀπήχθη ἐς τὴν Προικόνησον. Καὶ ἀνάγεται λοιπὸν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὁ Ἀδριανουπόλεως Γερμανὸς (95) [P. 56] φίλος ὢν ἐκ πολλοῦ τῷ βασιλεῖ· καὶ ταύτην δὲ τὴν τιμὴν ὥσπερ τι κεχρεωστημένον γέρας ἤδη ἀπολαμβάνων. Φυγάδι γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις αὐτῷ γενομένῳ πρὸς τὸν σουλτὰν διὰ τὸν φόβον, ὡς εἴρηται, τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι, ἐν τοῖς ἄκροις αὐτὸς ὁρίοις τῶν Ῥωμαίων τότε τὸν μοναδικὸν βίον ἀσκῶν, χαίρων ὑπήντησε καὶ μεγαλοπρεπέσιν ἐχρήσατο δεξιώσεσι πρὸς αὐτὸν καὶ φιλοτίμοις προὔπεμψε τοῖς ἐφοδίοις. Ὕστερον δὲ τὴν βασίλειον ἐξουσίαν λαβόντι πρόσεισι καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τιμὰς καὶ τὸν τῆς Ἀδριανουπόλεως λαμβάνει θρόνον. Ἐκεῖθεν δ' ἀρτίως καὶ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναφέρεται.

CAPUT V.

Icarius ab Eubœæ principe deficit. Confirmatis viribus societatem init cum Palæologo. Eubœam subacturum se promittit. Eubœæ princeps in insidias delapsus capitur. Ad imperatorem perducitur. Ut subito exspiraverit. Veneti et Pisani opifices Galatam transferuntur. Item Genuenses. Iisdem immunitas concessa. Eorum magistratus. Balduini filius Caroli regis filiam uxorem ducit. Palæologus maxima classe instructa ejus spes frustratur. Insulas recuperat. Michael Ætolus denuo fidem frangit. Palæologus ei bellum infert. Viso cometa terretur. Imminentem Scytharum irruptionem timet. Domum redit.

I. Sub hoc tempus Icarius quidam ab Eubœæ

Α'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀποστάς τις, Ἰκά-

Variorum notæ.

(92) Idem Pachymer. lib. IV, cap. 3. DUCANG.

(93) Pachymeres patriarcham respondentem libello accusationis dixisse ait sultanum ejusque filium pro Christianis tum habitos, id asserente Macario, Pisidiæ episcopo. Vide Pachym. cap. 6. DUCANG.

(94) Coacta synodo aliquot episcoporum Constantinopoli in Alexiaco triclinio. Pachymer. lib. IV, cap. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. DUCANG.

(95) Pachymer. lib. III, cap. 12, 13. DUCANG.

ριος (96) ὄνομα, τοῦ τῆς Εὐβοίας κρατοῦντος (97) (ἔστι δ' αὕτη Βενετικῶν ἐπαρχία), ἀποστὰς τοίνυν οὗτος μετὰ τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσιν καὶ προσεταιρισάμενος οὐκ ὀλίγους καὶ ἄλλους τῶν Εὐβοέων ἄκρας ἐκράτησεν ὀχυρᾶς· ἀφ' ἧς συχνὰ παρακατιὼν ἐληΐζετο τοὺς ὁμοροῦντας ἀγροὺς καὶ τὰς κώμας· ὡς ἐν βραχεῖ τοὺς ἀγροίκους πάντας ἐς τοσοῦτον συνελαθῆναι δέους, ὡς μήτ' ἔξω τείχους οἰκεῖν, μήτ' ἄνευ ἡμεροσκόπων ταῖς κώμαις ἐνδιατρίβειν καὶ τοῖς ἀγροῖς. Χρόνος οὐ μάλα συχνὸς παρεῤῥύη καὶ ὀχυροῦ τινος πολιχνίου γίνεται ἐγκρατής, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πρὸς μάχας ἐμφανεῖς παρατάττεσθαι τοῦ τῆς Εὐβοίας κρατοῦντος. Δείσας δ' ὅμως μὴ πολὺς ἐπελθὼν ἐκεῖνος χειρώσηται τοῦτον, διαπρεσβεύεται περὶ συμμαχίας πρὸς βασιλέα· καὶ λαβὼν τέως μὲν φρουρὰν τῷ πολιχνίῳ καθίστησιν ἱκανήν· αὐτὸς δ' αὐτόμολος ἥκει πρὸς βασιλέα, ἄλλα τε ὑπισχνούμενος καὶ ἣν στρατιὰν ἱκανὴν ἐκ Ῥωμαίων κομίσηται, μηδὲν εἶναι τὸ κωλῦον ὑποχείριον τῷ βασιλεῖ καταστῆσαι τὴν ἅπασαν Εὔβοιαν.

A principe (est autem ea Venetorum provincia) post captam Constantinopolin cum defecisset, et alios Eubœenses non paucos sibi ascivisset, munitam arcem occupavit : e qua crebro descendens, e finitimis agris et vicis prædas agebat. Quamobrem **96** agrestes omnes ita brevi tempore perterrefecit, ut nec extra mœnia habitare, nec in villis e agris sine speculatore versari auderent. Non longe post munito etiam oppidulo potitur, unde aperto Marte cum EubϾ principe congredi ausus est. Tamen veritus ne ab illo totis viribus irruente subigeretur, per legatos societatem imperatoris petit, qua impetrata oppidulum justo præsidio firmat. Tum ultro ipse ad imperatorem transit, eique cum alia pollicetur, tum, si justum exercitum a Ro- B manis accepisset, nihil prohibiturum quo minus universam Eubœam illius imperio subjiceret.

Β'. Ἄπεισι τοίνυν σπουδῇ μετὰ συχνοῦ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, πρὶν αἰσθέσθαι τοὺς Εὐβοέας τὴν ἔφοδον. Εἰδὼς δὲ τὴν Λατινικὴν ὀφρὺν καὶ ὡς οὐκ ἀνέξεται ὁ τῆς Εὐβοίας ἀρχηγὸς μὴ αἰφνιδίως προάλασθαι τῆς πόλεως στρατὸν ἐπιτρέχοντα βλέπων ἀλλότριον, [P. 57] προλοχίζει νυκτὸς περὶ τὴν πόλιν συχνοὺς ὁπλίτας. Ἔπειτα ἐπιφαίνεται πρωῒας αὐτῆς κατατρέχων τὰ κύκλῳ, ὡς ἐν ὅπλοις εὐθὺς ἀναγκασθῆναι γενέσθαι τοὺς ἔνδον τειχῶν εὑρεθέντας Λατίνους ἅμα τῷ σφῶν ἀρχηγῷ, καὶ μάλα τοι λίαν ὀξέως ἀπαντᾶν ἐς τοὺς πολεμίους. Ὅθεν αὐτοῖς ἐξαπίνης ὄπισθεν μὲν ἐπιπεσόντες καὶ κυκλώσαντες μετὰ τῶν λόχων οἱ λοχαγοί, ἔμπροσθεν δ' αὖ μεθ' ὧν ἐπεφέρετο στρατοπέδων ὁ Ἰκάριος, τὸν μὲν ἀρχηγὸν τῆς Εὐβοίας (98) ζῶντα χειροῦνται καὶ πλείστους ἄλλους ἅμα αὐτῷ· ὅσοι δ' ἐπίλοιποι, τούτους δ' ἔργον ἀπέφηναν ξίφους.

II. Celeriter igitur cum multis Romanis militibus abit, priusquam accessum ejus Eubœi præsentirent. Sed Latini supercilii non ignarus sciensque EubϾ principem non commissurum esse, quin peregrino exercitu viso ex urbe subito erumperet ; noctu multos milites circa urbem in insidiis collocat ; deinde mane ipse apparet circumjacentia loca incursans. Itaque Latini, qui tum intra mœnia aderant, subito arma cum suo duce arripere, et hostibus celerrime occurrere coguntur : quos derepente adorti circumstant a tergo ii qui in insidiis erant C duces et milites ; a fronte Icarius cum suis copiis : ac principem quidem vivum capiunt, et complures alios cum eo, cæteros vero cædunt.

Γ'. Ἄγεται μέντοι παρ' Ἰκαρίου πρὸς βασιλέα δέσμιος ὁ τῆς Εὐβοίας ἀρχηγὸς καὶ βραχύ τι ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησεν. Ἐτελεύτησε δὲ οὕτως. Εἰσελθὼν ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ στὰς πρὸ τῆς πύλης ὡς δεσμίῳ

III. Princeps igitur EubϾ captivus ab Icario ad imperatorem **97** perducitur, et paulo post obit. Obiit autem hoc modo. Regiam ingressus et, ut captivum decet ante fores stans, cum imperatorem

Variorum notæ.

(96) Pachymer. lib. v, cap. 27. Istius porro Icarii defectionem pluribus descripsimus in *Hist. Franco-Byzant.* lib. v, n. 45 et 46, ubi illum fuisse ex *Zachariarum* seu *Jaqueriarum* familia Genuensi docuimus, ex qua alter Benedictus Zacharias, ac illius forte filius, Chium insulam Græcis abstulit sub an. 1304. Vid. eamdem Hist. lib. vi, n. 25. DUCANG.

(97) Interpres *prætorem* verterat; *principem*, emendavimus. Incertum autem, quod mox subdit, an Eubœa reipublicæ Venetæ ea tempestate provincia exstiterit, cum a tribus diversis principibus tum possideretur, ex familiis *Dalle Carceri* Veronensi, *di Ghisi* Veneta, et *Zacharia* Genuensi, ex qua postrema erat *Icarus*, qui, ut scribit Pachymeres d. cap. 27, ex istius insulæ dominis erat, atque, ut vero est simile, a duobus aliis principibus defecerat, orta invicem simultate. Scribit Andreas Dandulus in Chron. ms. sub an. 1254 et 1255 Guilelmum Villharduinum, qui Gaufredo fratri Moreæ et Achaiæ principi successerat, ad se evocatis Narioto *Dalle Carceri*, et Guilelmo Veronensi, EubϾ insulæ principibus, iisque in carcerem conjectis, in eamdem insulam cum copiis irrupisse, hancque expugnasse, ex ea pulso Paulo Gradenigo, Venetorum D bajulo : Venetos vero, misso Marco Gradenigo cum 7 triremibus, in auxilium ascitis vicinis principibus, insulam denuo recepisse. Sed et ex archivo cameræ computorum Parisiensi docemur, anno 1344 duos magnates, quorum alter *P. Dalle Carceri*, alter Bartholomæus Ghisi nobilis Venetus vocabatur, isti insulæ tum in solidum imperasse, ac Moreæ principi fidem et clientelam præstitisse. Vide eumdem Dandulum ann. 1269 et 1272 ; Sabellicum etc. DUCANG.

(98) Aliter Pachymeres, qui non EubϾ principem, sed Joannem Μέγαν κύριον, seu uti nostri vocabant *le grand Sire*, captum et adductum, ac deinde remissum statim decessisse, eique successisse Guilelmum illius fratrem *Magnum dominum* scribit. Qui porro Μέγας κύριος ab eo nuncupatur, non alius est ab Atheniensi Duce, ita a nostris appellato, quod ejus ditio longius cæteris in Græcia protenderetur ; uterque vero ex familia *de la Roche* exstitit. Vide *Histori. Franco-Byzant.* lib. v, n. 47. DUCANG.

in solio considentem senatumque omnem splendido et decenti habitu circumstantem, Icarium vero non ita pridem servum, nunc splendida veste et cum gravitate introeuntem et exeuntem, et in aurem imperatoris familiariter insusurrantem conspexisset, abrupta statim vita pronus humi concidit, quia fortunæ sævientis insolentiam ferre non potuit.

IV. Cæterum pulsis urbe Latinis turba opificum et circumforaneorum hominum remansit, ex Venetis et Pisanis permista. Quare non tutum nec paci accommodatum esse visum est, etiam Genuenses in urbem recipere : eaque de causa e regione in Galatæ territorio locum eis assignavit imperator ad habitandum, etiam mercium immunitatem promissam iisdem gratificatus. Nam antequam urbs regina caperetur, promiserat imperator daturum se iis, si sibi adjumento essent adversus urbis possessores Latinos, ejusmodi immunitatem ; id quod re ipsa novissime præstitit, quanquam absque illorum ope urbem cepisset. Magistratus vero illuc statis temporibus mittuntur, Venetiis, is qui bajulus vocatur ; Pisis, consul ; Genua, potestas. Quibus nominibus in Græcum sermonem translatis respondent, bajulo ἐπίτροπος, consuli ἔφορος, potestati **98** ἐξουσιαστής.

V. At Balduinus periculo Constantinopolitano elapsus in Italiam navigavit, ubi cum rege Italiæ Carolo affinitatem junxit, ejus filia suo filio desponsa ; sperans se illius opibus Constantinopolin recuperaturum, inani utique spe et cupiditate. Imperator enim maximam classem instruxit, et triremes plus sexaginta complevit tum aliis hominibus, tum gente Gasmulica. Erant autem hi Romanis pariter et Latinis moribus innutriti ; adeoque ab illis prudentiam in suscipiendo, ab his audaciam in gerendo bello sumpserant. Cum his erat etiam armatus navalis exercitus Laconum, quos vulgaris lingua corrupto nomine Tzacones vocat, qui se recens ad imperatorem ex Peloponneso contulerant. Igitur classis imperatoria adeo splendide instructa jussu imperatoris navigabat, et maximum Latinis terrorem ac tumultum injiciebat. Recepit etiam Ægæi maris insulas fere omnes, Lemnum, Chium, Rhodum, et cæteras quæ Latinis servierant.

VI. Interim, dum hæc mari geruntur, denuo fidem fregit et finitimam Romanorum ditionem

χρεὼν καὶ ἰδὼν αὐτὸν μὲν βασιλέα καθήμενον ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου, περὶ δ' αὐτὸν πᾶσαν τὴν σύγκλητον μετὰ λαμπροῦ καὶ κοσμίου τοῦ σχήματος ἱσταμένην, τὸν δ' Ἰκάριον, τὸν χθὲς καὶ πρότριτα δοῦλον, νῦν μετὰ λαμπρᾶς μὲν τῆς ἐσθῆτος, σοβαροῦ δὲ τοῦ ἤθους εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα καὶ πρὸς οὖς τῷ βασιλεῖ κοινολογούμενον, ἀποῤῥήγνυσιν εὐθὺς τὴν ψυχὴν καὶ πίπτει πρηνὴς ἐπ' ἐδάφους ἐξαίφνης (99), μὴ δυνηθεὶς ἐνεγκεῖν τὸ τῆς βιαίας τύχης παράλογον.

Δ'. Μετὰ μέντοι (1) τὸ ἐξωσθῆναι τῆς πόλεως τοὺς Λατίνους ἐναπελείφθη χειρωνακτικὸν καὶ ἀγοραῖς ἀσχολούμενον πλῆθος, σύμμικτον ἔκ τε Βενετικῶν καὶ Πισσαίων. Ὅθεν οὐκ ἀσφαλὲς οὐδὲ πρὸς εἰρήνην βλέψειν ἐδόκει τὸ καὶ τοὺς ἐκ Γεννούας ἔνδον εἰσοικίζειν τῆς πόλεως. Διὰ τοῦτο καί σφισιν ἀντιπέραν περὶ τὸν τοῦ Γαλάτου τόπον ἀπονέμει χωρίον εἰς οἴκησιν, χαρισάμενος αὐτοῖς καὶ τὴν τῆς ἐμπορίας ὑπεσχημένην ἀτέλειαν. Πρὶν γὰρ ἁλῶναι τὴν βασιλεύουσαν συνεφώνησε τὴν τοιαύτην αὐτοῖς παρέχειν ἀτέλειαν ὁ βασιλεὺς, εἰ βοηθοῖεν αὐτῷ κατὰ τῶν κρατούντων τῆς πόλεως Λατίνων. Ὃ δὴ καὶ πεπλήρωκε νῦν, καὶ ταῦτα δίχα τῆς σφῶν βοηθείας γενόμενος αὐτῆς ἐγκρατής. Οἵ γε μὴν κατὰ χρόνους τακτοὺς ἄρχειν ἀποστελλόμενοι τούτων ὁ μὲν ἐκ Βενετίας καλεῖται μπαΐουλος, ὁ δ' ἐκ Πίσσης κούνσουλος, ὁ δ' ἐκ Γεννούας ποτεστάτος· ἅπερ εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταγόμενα τὸ μὲν τῶν ὀνομάτων καλεῖται ἐπίτροπος, τὸ δὲ ἔφορος, τὸ δὲ ἐξουσιαστής.

Ε'. Ὁ δὲ Βαλδουῖνος διαδρὰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως κίνδυνον καὶ ἀποπλεύσας εἰς Ἰταλίαν ἐκήδευσε τῷ ῥηγὶ τῆς Ἰταλίας Καρούλῳ (2), νύμφην ἀγόμενος τῷ υἱῷ τὴν θυγατέρα ἐκείνου· ἐλπίζων ἐκείνῳ συμμάχῳ χρησάμενος τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀναλήψεσθαι, μάταιος τῆς τε ἐφέσεως καὶ τῶν ἐλπίδων. Ὁ γὰρ βασιλεὺς πλεῖστον ἐξήρτυσε ναυτικὸν, ἐμπλήσας τριήρεις ὑπὲρ τὰς ἑξήκοντα ἔκ τε ἄλλων καὶ γένους τοῦ Γασμουλικοῦ (3). [P. 58] Ἦσαν δὲ οὗτοι συντεθραμμένοι τοῖς τε Ῥωμαϊκοῖς καὶ Λατινικοῖς ἔθεσιν, ὡς ἔχειν ἐκ μὲν Ῥωμαίων τὸ ἐσκεμμένως ἐς τὰς μάχας ἰέναι, ἐκ δὲ Λατίνων τὸ εὔτολμον. Συνῆν δὲ τούτοις καὶ στρατὸς ἐν τοῖς ὅπλοις θαλάττιος, Λάκωνες ἄρτι προσελθόντες ἐκ Πελοποννήσου τῷ βασιλεῖ, οὓς ἡ κοινὴ παραφθείρασα γλῶσσα Τζάκωνας (4) μετωνόμασεν. Ὁ γοῦν βασιλικὸς στόλος (5) οὕτω λαμπρῶς συγκεκροτημένος ἔπλει κελεύσει τοῦ βασιλέως καὶ πλεῖστον ἐνεποίει φόβον καὶ θόρυβον τοῖς Λατίνοις. Προσειλήφει δὲ καὶ τὰς ἐν Αἰγαίῳ νήσους μικροῦ πάσας, Λῆμνον καὶ Χίον καὶ Ῥόδον καὶ ὅσαι Λατίνοις ἐδούλευον.

Ϛ'. Τούτων οὕτως ἀσχολουμένων περὶ τὴν θάλασσαν, ἤρξατο πάλιν παρασπονδεῖν καὶ τὴν ὅμορον

Variorum notæ.

(99) Mera fabula de Joannis subita in imperatoris conspectu morte, ex iis quæ traduntur a Pachymere lib. v, cap. 27. DUCANG.

(1) Ut Pera seu Galata Venetis, Pisanis, et Genuensibus ad habitandum a Michaele concessa sit, multis egimus lib. I *Constantinopolis Christianæ* sect. 22 ; de singulorum vero præfectis hic recensitis, eorumque nominibus, tum ex Pachymere lib. II, cap. 33, et aliis, in Gloss med. Græcit. DUCANG.

(2) Vide *Historiæ Franco-Byzantinæ* lib. v, n. 48, 49. DUCANG.

(3) Pachymer. lib. IV, cap. 26. Vide *Glossar. med. Græcit.* in hac voce. DUCANG.

(4) Horum Laconum meminit Pachymeres lib. III, cap. 9. Vide pariter idem Glossar. in hac voce. DUCANG.

(5) Pachymer. lib. III, cap. 15. DUCANG.

χώραν Ῥωμαίων δῃοῦν ὁ Αἰτωλὸς Μιχαήλ· ὅπερ ἀκουσθὲν εἰς λύπην καὶ ὀργὴν τὸν βασιλέα κεκίνηκεν· ὥστε καὶ τὴν ταχίστην αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐκεῖσε δι' ἑαυτοῦ καταστήσοντα τὰ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων νοσήματα. Οὗ γενομένου καὶ τοῦ βασιλέως ἐν Θετταλίᾳ τὰς διατριβὰς ποιουμένου ἐφάνη σημεῖον ἐξ οὐρανοῦ, μάντις κακῶν καὶ προάγγελος· τὸ δὲ ἦν κομήτης περιφανὴς (6) περὶ τὸ τοῦ Ταύρου δωδεκατημόριον, περὶ τὰ ἑωθινά τε καὶ ὄρθρια τῆς νυκτὸς φαινόμενος μικρὸν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα· καὶ ὅσον ὁ ἥλιος παρήλαυνεν εἰς τὰ ἑπόμενα, τοσοῦτον καθημέραν καὶ αὐτὸς ἐς πλέον ἠρέμα διίστατο τοῦ ὁρίζοντος, ἕως καὶ αὐτὸ δὴ τὸ μεσουράνημα ἤδη παρήλλαξεν. Ὁπότε γὰρ ὁ κομήτης τὰ πρῶτα φαίνεσθαι ἤρξατο, τὴν θερινὴν ὁ ἥλιος ὥραν ἐποίει διιὼν τὸν καρκίνον. Ὁπότε δ' αὐτὸς ἐμαράνθη καὶ ἀφανὴς ἦν, B τὰς φθινοπωρινὰς ὁ ἥλιος ἐποίει τροπάς· ὡς γίνεσθαι τὸ ἀπὸ θερινῆς τροπῆς μέχρι τῆς φθινοπωρινῆς τριῶν δωδεκατημορίων διάστημα, ὅπερ ὁ ἥλιος ἤλασε, τοῦ κομήτου περὶ τὸν ταῦρον ἑδραζομένου καὶ ἠρέμα ἑαυτὸν ἀναλίσκοντος. Τοῦτο μάντις κακῶν καὶ προάγγελος ἔδοξεν εἶναι τῷ βασιλεῖ· καὶ αὐτίκα χαίρειν εἰπὼν τὰ Θετταλικὰ ὅλῳ ῥυτῆρι τὴν ἐς Βυζάντιον ἤλαυνεν. Ἐτάραττε γὰρ αὐτὸν οὐ μετρίως καὶ φήμη τις Σκυθική, μελλόντων αὐτῶν ὅσον οὐδέπω ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐσβαλεῖν γῆν. Ἀλλὰ πρὶν εἰς Βυζάντιον ἰέναι τὸν βασιλέα, φθάνουσιν ἐς πᾶσαν μικροῦ περιχυθέντες τὴν Θρᾴκην οἱ παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντες Σκύθαι, καθάπερ θάλασσα πλημμυρήσασα καὶ λίαν ἐπὶ πολὺ τοὺς ὅρους ὑπερπηδήσασα. Ταχύδρομον γὰρ τὸ τῶν Σκυθῶν ἔθνος καὶ μιᾶς ὁδὸν ἡμέρας πολλάκις ποιεῖται τὴν τῶν τριῶν. Ἡ δ' αἰτία τῆς αὐτῶν ἐξελεύσεως τοιάδε τις ἦν.

A vastare cœpit Ætolus Michael. Quo audito mœrore et ira affectus imperator quamprimum ipse illuc proficiscitur, ut illis reipublicæ morbis per se ipse mederetur. Cum autem in eo res esset, ac imperator in Thessalia versaretur, ostentum in cœlo apparuit, vates et nuntius malorum. Erat autem is cometa conspicuus, juxta signum Tauri, **99** noctu sub auroram ac diluculum paulum supra horizontem apparens : et quantum sol ad ulteriora pergebat, tantum in dies et ille ab horizonte sensim discedebat, donec tandem ipsum cœli medium præteriret. Nam cum is primum apparere cœpit, sol eo tempore Cancrum perambulans æstatem efficiebat. Idem, cum cometa languesceret atque exstingueretur, autumnale æquinoctium peragebat : ita et ab æstivo solstitio ad æquinoctium autumnale trium signorum spatium sol percurrerit, cometa interim circa Taurum fixo, ac paulatim evanescente. Is, inquam, malorum vates ac prænuntius imperatori visus est. Statim itaque valere jussa Thessalia, laxis habenis Byzantium contendit. Nam et fama Scytharum, qui mox in Romanos fines irrupturi essent, haud mediocriter eum turbabat. Sed priusquam in Urbem imperator redisset, Scythæ Istriani per universam fere Thraciam effunduntur instar exæstuantis maris, et longe extra suos limites evagantis. Est enim expeditissima natio Scytharum, adeo ut sæpe tridui iter uno die conficiant. Excursionis autem eorum causa hæc fuit.

CAPUT VI.

Joannis excæcati soror maritum suum Constantinum Bulgarum adversus Palæologum stimulat. Azatines Turcus eumdem promissis sollicitat. Scythicus exercitus accitu Constantini in Thraciam irrumpit. Palæologus triremes duas nactus fuga elabitur. Scythæ Azatinem liberant. Præda onusti discedunt. Thraciæ vastitas. De Azatinæ uxore, liberis, pecunia et comitibus quid actum sit.

[P. 59] Α'. Κωνσταντίνῳ (7) τῷ τῶν Βουλγάρων C ἄρχοντι συνοικεῖν ἔφημεν τὴν θυγατέρα Λάσκαρι τοῦ βασιλέως. Αὕτη τὴν τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου ἀκούσασα τύφλωσιν οὐκ ἠρέμησεν ἐνοχλοῦσα τὸν ἄνδρα καὶ ἐρεθίζουσα πρὸς τὴν τοῦ πεπραγμένου ἐκδίκησιν· ὅθεν ἐκεῖνος ἐζήτει καιρὸν ἐς τὴν τοῦ ἀδικήματος ἄμυναν. Μετεώρου τοίνυν τοῦ σκέμματος ὄντος, ὕλην δίδωσι τῇ φλογὶ τῆς ὁρμῆς καὶ ὁ σουλτὰν Ἀζατίνης. Τοῦ γὰρ βασιλέως ἀποδημοῦντος, τὴν δίαιταν κατὰ τὸ τῆς Αἴνου παράλιον ποιεῖσθαι πολίχνιον αὐτὸς ἐκελεύσθη, ὡς ἂν καὶ φρουρά τις ἅμα αὐτῷ εἴη λαθραίως, κωλύουσα τὴν ὕποπτον τούτου ἀπόδρασιν. Ὃ δὴ τούτῳ δεινὸν ἀφόρητον ὂν διαμηνύσασθαι (8) Κωνσταντίνῳ καὶ αὐτὸν ἀναγκάζει, ἐπιδόξῳ κατὰ Ῥωμαίων ἄρτι ἐξιέναι τυγχάνοντι, καὶ τῆς D ἐλευθερίας ἀντιμετρήσειν αὐτῷ ὑπισχνεῖται χρήματα οὐκ ὀλίγα.

I. Constantino Bulgarorum principi nuptam fuisse diximus Lascaris imperatoris filiam. Quæ cum fratris Joannis excæcationem audivisset, maritum ad illius facinoris ultionem sollicitare atque impellere non desistebat. Ille igitur vindicandæ injuriæ occasionem quæritabat. Pendente autem **100** deliberatione, rei aggrediendæ causam veluti flammæ materiam præbuit sultanus Azatines. Nam cum imperator domo abesset, iste apud Ænum maritimum oppidulum degere jussus est, ut etiam custodia aliqua ei clanculum apposita esset, quæ suspectam ejus fugam prohiberet. Quod cum ei malum intolerabile videretur, in causa fuit, ut Constantinum moneret, bellum Romanis inferre meditantem, cique pecuniam non parvam, si ejus ope liberatus esset, polliceretur.

Β'. Ταύτας τὰς ἀφορμὰς ἐνέχυρον οὐ μικρὸν ὁ Κωνσταντῖνος λαβών, ἤδη δὲ καὶ τὸν βασιλέα πρὸς

II. Quam occasionem Constantinus ut pignus non leve arripit ; et cum jam imperatorem ex Thessa-

Variorum notæ.

(6) Pachymer. lib. III, cap. 25. DUCANG.

(7) Pachymer. lib. III, cap. 25. DUCANG.

(8) Verbum διαμηνύεσθαι apud Gregoram non semel occurrit, pro μεταπέμπειν. Vide lib. VIII, cap. 6, sect. 2, etc. BOIVIN.

lia Byzantium redire accepisset, amplius viginti millia Scytharum Istrum accolentium arcessit, cum quibus celerrime in Romanos fines impressione facta ipsum etiam imperatorem in itinere excepturum se confidebat. Scythæ igitur cum per omnem Thraciam sagenæ instar se explicuissent, ad maris usque littora provecti sunt, ut neque jumentum, nec homo ullus, nec imperator ipsos effugeret. Ac cætera quidem illis omnia ex sententia successerunt. Solus autem imperator salvus elapsus spem eorum fefellit. Nam cum eorum incursionem antevertisset, clam per montes, qui circa Ganos sunt, ad mare descendit; ubi divina quadam providentia in duas Latinas triremes incidit, quæ cum Byzantium iter haberent, aquationis causa illac transibant; in quas cum se conjecisset, biduo post in Urbem pervenit.

III. Scythis **101** autem qui imperatoris capiendi occasionem amisissent, illud restabat, ne sultano Azatine fraudarentur. Quare omnis eorum labor et cursus Ænum versus recta tendebat, ut illum aut solum, volentibus civibus, aut iis invitis, cum ipso oppidulo et civibus abriperent. At ii qui ipsum detinebant, veriti ne funditus exciderentur, tradito eo impetrarunt, uti Scythæ pacati discederent. In reditu autem cerneres illos multitudinem Thracum pene innumerabilem jumentorum instar abigentes: ut aliquandiu vix raros seu boves seu aratores in Thracia conspiceres: usque adeo eam et habitatoribus et jumentis spoliarunt. At narratio de sultano nunc differatur; nam de ejus rebus fusius infra dicturi sumus. Uxor vero illius et liberi statim sunt in custodiam dati: pecunia ejusdem in fiscum imperatorium relata. Ejus autem comitatus, qui plurimi et bellicosissimi viri erant, Christiano baptismate regenerati, et Romanæ militiæ ascripti sunt.

A Βυζάντιον ἐκ Θετταλίας ἐπανιόντα μαθών, πλείους ἢ δισμυρίους τῶν Παριστρίων Σκυθῶν μεταπέμπεται· μεθ' ὧν τὴν ταχίστην ἐς τὴν Ῥωμαίων εἰσβάλλει γῆν, ἐλπίζων βεβαίως καὶ αὐτὸν βασιλέα χειρώσεσθαι ἐντυχὼν ἐπανιόντι. Οἱ μὲν οὖν Σκύθαι καθάπερ σαγήνην καθ' ὅλης τῆς Θρᾴκης ἁπλώσαντες ἑαυτοὺς ἤλασαν ἄχρι τῶν παραλίων ψάμμων, ἵνα μήτε κτηνῶν οὐδὲν μήτ' ἀνθρώπων οὐδεὶς μήτε βασιλεὺς αὐτοὺς διαδράσῃ. Τἆλλα μὲν οὖν κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἀπηντήκει πάντα· βασιλεὺς δὲ μόνος ἀνάλωτος διαμείνας ἔψευσε τῶν ἐλπίδων αὐτούς. Τὴν γὰρ αὐτῶν φθάσας ἔφοδον ἔλαθε διὰ τῶν περὶ τὸ Γάνος ὀρῶν ἐς θάλασσαν κατιών· ἔνθα συμβὰν οὑτωσὶ θειοτέρᾳ προνοίᾳ τριήρεσιν ἐνέτυχε δύο Λατινικαῖς ἐς Βυζάντιον μὲν ἀνιούσαις, κατὰ δὲ χρείαν B ὕδατος ἐκεῖ που παραπλεούσαις· αἷς ἐμβαλὼν ἑαυτὸν δευτεραῖος ἐς τὴν βασιλεύουσαν ἔρχεται.

[P. 60] Γ'. Τοῖς δὲ Σκύθαις, τοῦ βασιλέως σφαλεῖσι, τοῦ γε σουλτὰν Ἀζατίνη μὴ σφαλῆναι ὑπόλοιπον ἔργον ἦν. Ὅθεν σφίσι δρόμος ἀκλινὴς ἐγένετο καὶ πόνος ἅπας ἐς τὸ τῆς Αἴνου πολίχνιον ἐλθόντας αὐτὸν ἀφελέσθαι, ἢ παρ' ἑκόντων τῶν πολιτῶν μόνον αὐτὸν, ἢ μὴ βουλομένων αὐτῶν, αὐτῇ πόλει καὶ αὐτοῖς αὐτόχθοσιν. Ἀλλ' αὐτὸν οἱ κατέχοντες δέει τοῦ μὴ πανωλεθρίᾳ φθαρῆναι ἔκδοτον ποιησάμενοι καθ' ἡσυχίαν ἀπαλλάξαι τοὺς πολεμίους ἐπεπράχεσαν. Ἦν οὖν ἰδεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐπανόδῳ τῶν ὅσοι τὴν Θρᾴκην ᾤκουν πλῆθος μικροῦ πάντα νικῶν ἀριθμὸν συνελαύνοντας δίκην θρεμμάτων· ὡς μόγις που διὰ C χρόνου σποράδας ὁρᾶσθαι βοῦς καὶ ἀροτῆρας περὶ Θρᾴκην· οὕτως αὐτὴν ἐς βάθος τῶν οἰκητόρων ἐψίλωσαν ἅμα τοῖς κτήνεσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τοῦ σουλτὰν λόγος ὑπερτιθέσθω τὰ νῦν. Εἰρήσεται γὰρ ἡμῖν τὰ ἐκείνου πλατύτερον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. Ἡ μέντοι ἐκείνου γυνὴ σὺν τοῖς τέκνοις ἐν φρουραῖς εὐθὺς ἦν· τὰ δ' ἐκείνου χρήματα ἐς τὸ βασιλικὸν ἐκομίζοντο πρυτανεῖον. Ὁ δὲ περὶ ἐκεῖνον ὄχλος, ἄνδρες δ' οὗτοι μάλα τοι πλεῖστοι καὶ κράτιστοι τὰ πολέμια, τῷ Χριστιανῶν ἀναγεννηθέντες βαπτίσματι, τῇ Ῥωμαίων συγκατελέγοντο στρατιᾷ.

CAPUT VII.

Legatio ab Ægypti et Arabiæ sultano ad Palæologum. Navigatio per Bosporum Ægyptiis mercatoribus temere concessa. Ægyptii effeminati et imbelles. Militibus e Scythia ascitis Africam et Libyam domant. Gallos Phœnicia et Syria exterminant. Digressio. Galliæ limites. Galli sanctum sepulcrum vindicaturi in Syriam proficiscuntur. Danubii oram legunt. In Thracia castrametantur. Eorum legatio ad Alexium Comnenum de commeatu et de trajiciendo Hellesponto. Pactum cum eodem de Turcis Romano solo expellendis. Gallicæ copiæ Romanis junctæ magnam Asiæ partem subigunt. Urbibus Alexius, Galli omni præda potiuntur. Cilices transitum Christiano exercitui dant. Syriam et Phœniciam ingressuris Arabes obsistunt. Galli commeatu exclusi bellum gerunt. Hostibus debellatis domicilium in Syria constituunt. Voti obliviscuntur. Finis digressionis. Ægyptiorum Arabum imperium latissime patens.

I. His temporibus Ægypti et Arabiæ sultanus, missis ad imperatorem legatis, Romanorum amicitiam ambit, unaque petit, ut Ægyptiis, quos ipse vellet, liceret quotannis semel per fretum nostrum mercaturæ causa navigare. Quæ res cum initio parvi momenti esse videretur, facile concessa **102** fuit. Progressu deinde temporis, qualis et

D Α'. Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα ὁ τῆς Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας σουλτὰν (9), φίλος εἶναι Ῥωμαίοις ἐθέλων καὶ ἄδειαν ἔχειν τὸν ἡμέτερον πορθμὸν διαπλεῖν ἐσάπαξ ἀνὰ πᾶν ἔτος τῶν ἐκεῖθεν Αἰγυπτίων οὓς ἂν αὐτῷ γε εἴη βουλομένῳ, κατ' ἐμπορίας τρόπον. Τοῦτο λόγου μικροῦ τινος ἄξιον δόξαν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀνεῖται ῥᾳδίως. Τοῦ

Variorum notæ.

(9) Pachymer. lib. III, cap. 5. Is porro est quem nostri *Noradinum* vocant, Chronicon vero Orientale ab Echellensi editum, *Almansurum Nuraddinum*, ubi regnum iniisse dicitur anno Hegiræ 655, proinde Christi 1257, a quo scilicet expugnatas quas nostri in Syria obtinebant civitates narrant scriptores rerum Hierosolymitanarum. DUCANG.

δὲ χρόνου προϊόντος, ὅσον καὶ οἷόν ἐστιν ἀνακαλυφθὲν, κωλυθῆναι οὐκ εἶχε πῆξιν ἤδη συνηθείας καὶ κράτος δυσανταγώνιστον εἰληφός. Ἀνάγοντες μὲν γὰρ διὰ μιᾶς τινος ἢ καὶ δευτέρας ἔσθ' ὅτε ὁλκάδος κατ' ἐνιαυτὸν ἐς τοὺς περὶ Μαιῶτιν καὶ Τάναϊν Εὐρωπαίους Σκύθας καὶ λαμβάνοντες ἐξ αὐτῶν τοὺς μὲν αὐτομόλους, τοὺς δὲ πιπρασκόντων τῶν δεσποτῶν ἢ τῶν γονέων ἐξωνούμενοι (10) εἰς τὴν κατ' Αἴγυπτον Βαβυλῶνα καὶ Ἀλεξάνδρειαν ἐπανέρχονται, [P. 61] στρατὸν Σκυθικὸν οὑτωσὶ χαριζόμενοι τῇ Αἰγύπτῳ. Μηδὲ γὰρ εἶναι τοὺς Αἰγυπτίους ἀγαθοὺς τὰ πολέμια, ὅτι μὴ δειλοὺς ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀνάνδρους· κἀντεῦθεν στρατολογεῖν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀναγκάζεσθαι καὶ κυρίους ὡς εἰπεῖν ἑαυτῶν τοὺς ἀργυρωνήτους ποιεῖσθαι, πάσης ἀπηλλαγμένους φροντίδος, ὧν ἐν χρείᾳ καθίστανται ἄνθρωποι. Χρόνου τοίνυν ἐκεῖθεν οὐ πάνυ συχνοῦ, τηλικοῦτον ἐκ τῆς προφάσεως στρατὸν συνεστήσαντο οἱ κατ' Αἴγυπτον Ἄραβες, ὡς μὴ μόνον τοῖς ἑσπερίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνατολικωτέροις ἔθνεσι λίαν καθίστασθαι φοβεροί. Ἐδουλώσαντο μὲν γὰρ Ἀφρικὴν καὶ Λιβύην ἅπασαν ἄχρι Γαδείρων· ἔπειτα Φοινίκην καὶ Συρίαν καὶ τὴν ἄχρι Κιλικίας παράλιον πᾶσαν, στόματι μαχαίρας τοὺς κατέχοντας παραδόντες, τούς τε ἄλλους καὶ μάλιστα Γαλάτας καὶ Κελτοὺς τοὺς πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον κατέχοντας τῶν ἐκεῖσε χωρῶν καὶ πόλεων τὰς βελτίους, οἳ ἐξ ἑσπέρας ἐκεῖσε διέβησαν οὑτωσί πως.

Β'. Ἔστι παρὰ τὴν Εὐρώπην ὄρη πρὸς ὕψος κορυφούμενα μέγιστον, Ἄλπεις καλούμενα, ἐξ ὧν ποταμὸς καταῤῥεῖ μέγιστος ἐς Ὠκεανὸν τὸν Βρεττανικὸν, Ῥῆνος καλούμενος. Οὗτος μεσημβρινωτέρας ποιεῖ τὰς ἄμφω Γαλλίας καὶ τοὺς ἐν ταύταις οἰκοῦντας ἀνδρικωτάτους Γαλάτας καὶ Κελτούς. Τούτοις διάπυρόν τινα ζῆλον ἐν καρδίᾳ βαστάσασιν ὑπὲρ τοῦ σωτηρίου τάφου ἔδοξεν ἀξιόλογον στρατὸν συναθροίσαντας ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἐκείνου προσκύνησιν καὶ ἅμα ἐκδίκησιν κἀκεῖθεν ἐξέλασιν, εἰ δυνατὸν, τῶν ἐκεῖ τυραννούντων Ἀράβων. Καὶ δὴ κατὰ πλῆθος μυριάριθμον ἀθροισθέντες αὐτοῖς ἵπποις καὶ αὐτοῖς ὅπλοις τὴν καλὴν ἐκείνην ἐξῄεσαν ἔξοδον. Καὶ διαβάντες τὸν Ῥῆνον Ἴστρῳ κατ' ἴχνος εἵποντο ποταμῷ τῷ μεγίστῳ· ὃς καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ἄλπεων ῥηγνύμενος πέντε στόμασιν ἐς τὸν Εὔξεινον ἐκδίδοται πόντον. Τούτου τὰς βορείας ἀεὶ παραλλάττοντες ὄχθας προΐασιν ἄχρι καὶ αὐτῶν μικροῦ τῶν παρὰ τὸν Εὔξεινον ἐκβολῶν αὐτοῦ, φοβερὸν μὲν τοῖς μεταξὺ κειμένοις ἔθνεσι καθιστάμενοι θέαμα, καθάπερ

quanta esset patuit. Verum quia jam firmitatem et robur oppugnatu difficile a consuetudine acceperat, prohiberi non potuit. Trajiciunt enim quotannis una, interdum et altera navi oneraria ad Europæos Scythas, Mæotidem paludem et Tanaim accolentes: et ex iis partim sponte oblatos homines accipiunt, partim a dominis aut a parentibus venditos emunt; tum inde in Ægyptiam Babylonem et Alexandriam reversi Scythicas legiones Ægypto suppeditant. Neque enim bellicosos esse Ægyptios ferunt, imo timidos atque effeminatos plerosque: eaque de causa necessario sibi peregrinum militem parare, et ære emptis mancipiis propemodum se ipsos subjicere velut dominis, omnis sollicitudinis earum rerum, quibus humana vita eget, immunibus. Proinde tempore non adeo longo tantum per eam causam exercitum paraverunt ii Arabes qui Ægyptum incolunt, ut non Occidentalibus tantum, sed iis etiam populis, qui magis versus Orientem habitant, admodum formidabiles exsisterent. Africam enim universam et Libyam Gades usque, deinde Phœniciam et Syriam, et omnem oram maritimam usque in Ciliciam domuerunt, habitatoribus cum aliis occisis, tum vero Galatis sive Gallis et Celtis, qui longo jam tempore provincias et urbes earum regionum optimas tenebant, quique illuc ex Occidente sic ferme transierant.

II. Sunt in Europa montes altissimi qui Alpes dicuntur: e quibus ortus fluvius maximus in
103 Oceanum Britannicum influit. Is Rhenus vocatur, a meridie habens Galliam utramque, et earum incolas bellicosissimos, Galatas et Celtas. Qui cum salutaris sepulcri causa ardentissimo zelo inflammarentur, decreverunt magno exercitu coacto ad illud adorandum et vindicandum proficisci, atque ad Arabes qui ejus loci imperium invaserant, inde si fieri posset, exterminandos. Itaque armis et equis instructi infinitus hominum numerus pulchram illam expeditionem susceperunt: trajectoque Rheno Istrum maximum fluvium secuti sunt, qui et ipse ex iisdem Alpibus erumpens, quinque ostiis in Pontum Euxinum influit. Hujus septentrionales ripas cum porro usque legerent, prope ad ipsius ostia progressi sunt: terribile utique spectaculum gentibus in medio habitantibus, ferrei cujusdam muri ambulantis speciem præbentes: sed ea præditi probitate, ut nemini prorsus nocerent.

Variorum notæ.

(10) Pachymeres ταῖς συνεχέσι μετακομίσεσι τῶν ἐκεῖθεν μειρακίσκων Arabes suos auxisse exercitus scribit. Haytonus in *Hist. Orientali* cap. 1, de soldani Ægypti potentia: *Major pars exercitus Ægypti sunt servi empti pretio, quos mali Christiani sæpe portant cupiditate lucrandi, aut in prœliis acquisiti, quos compellunt eorum sectæ et fidei adhærere. Et illi qui empti pretio pecuniæ exstiterunt, chiavaci sunt et habentur, et plus aliis honorantur.* Apud Turcos vero Europæos alia inducta simili fere modo exercitus augendi consuetudo Amurate imperante sub ann. 1360 cujusdam Caramani doctore Caræ Rustenis et Zinderlu Chelilis consilio, qua inductum, ut de mancipiis puerilem ætatem egressis, quæ bello capta fuissent, quintum quodque caput sultano offerretur: sin tria duntaxat aut quatuor essent mancipia, singulorum nomine 25 aspri solverentur. Hi nomadibus seu agricolis traduntur discendæ linguæ Turcicæ et religionis Mahumetanæ causa, et annis aliquot exactis ad Portam revocantur, Genitzarorum officio functuri. Hanc puerorum collectionem παιδομάζωμα vocat Contares in *Hist. Athenar.* Vide Ducæ *Hist.* cap. 16; Leunclavium lib. V, *Hist. Musulman.* pag. 228, et in *Pandecte Turcico*, n. 35. DUCANG.

Sic igitur ibi Istro trajecto ulterius progressi castra in Thracia posuerunt.

A τι σιδηροῦν τεῖχος (11) κινούμενον· λυμαινόμενοι δὲ τὸ παράπαν οὐδέσιν αὐτῶν διὰ τρόπων χρηστότητα.

Οὕτω τοίνυν καὶ τὸν Ἴστρον ἐνταῦθα διαπεραιωθέντες καὶ προελθόντες παρὰ τὴν Θρᾴκην στρατοπεδεύονται.

III. Rei Romanæ præerat eo tempore Alexius Comnenus, a quo per legatos petunt commercium, ad coemendas res necessarias : item vectores, per quos trajecto Hellesponto in Orientem transmittantur. Ea occasio imperatori peropportuna visa est : itaque eam, quod proposito suo valde conduceret, arripuit. Quippe hic principatu recens suscepto Romanum imperium videbat undique oppugnatum et crudeliter **104** discerptum, ob graves superiorum imperatorum culpas. Nam Turci in Oriente cum alia omnia longo jam tempore obtinebant, tum ipsam Nicæam, celebrem illam urbem : præterea ingens pecuniæ inopia aulam ornatu suo spoliatam deformaverat, omni spe convenientium redituum interclusa : neque quidquam præter extrema et funestissima mala exspectabatur. Hunc igitur rerum statum intuenti et anxio imperatori optatissimus fuit et valde opportunus Gallici exercitus adventus. Cum his habito colloquio paciscitur, si inita in hunc modum societate Turcos Romanis provinciis et urbibus expulissent, ut illorum opes acciperent, sibi vero urbes opum vacuas habere liceret. Qua conditione illi avide accepta Hellespontum cum ipso imperatore trajiciunt.

Γ'. Ἐβασίλευε δὲ τηνικαῦτα Ῥωμαίων ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, πρὸς ὃν διαπρεσβεύονται ἀγοράν τε ζητοῦντες εἰς τὴν τῶν ἀναγκαίων ἐξώνησιν καὶ ἅμα τοὺς διαπεραιώσοντας πρὸς ἕω δι' Ἑλλησπόντου. Τοῦτο κράτιστον ἕρμαιον ἔδοξε βασιλεῖ, καὶ ἀπρὶξ ἔχεται μάλα κατὰ σκοπὸν ἐκφανέντος. Νεωστὶ γὰρ αὐτὸς τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας [P. 62] λαβὼν καὶ ἰδὼν πολλαχόθεν πολεμούμενα καὶ ἀπηνῶς τὰ Ῥωμαίων διακοπτόμενα πράγματα πλημμελείαις μεB γάλαις τῶν προβεβασιλευκότων (πάντα τε γὰρ τὰ πρὸς ἕω κατεῖχον οἱ Τοῦρκοι (12) χρόνοις συχνοῖς, τά τε ἄλλα καὶ Νίκαιαν αὐτὴν τὸ περιβόητον ἄστυ, ἥ τε βαθεῖα τῶν χρημάτων σπάνις ἀκοσμίαν ἔπραττε τοῖς βασιλείοις μακράν· ἐλπὶς δὲ πᾶσα τῶν ἁρμοζουσῶν προσόδων ἀπεκέκλειστο· καὶ τὸ προσδοκώμενον ἦν ἀπωλείας ἄβυσσοι καὶ ᾅδου κίνδυνοι)· ἰδὼν οὖν οὕτως ἔχοντα τὰ πράγματα καὶ διαπορούμενος ἕρμαιον κράτιστον καὶ μᾶλλα τοι καίριον ἡγεῖται τὴν τοῦ Κελτικοῦ τοῦδε στρατοῦ παρουσίαν. Μεθ' ὧν κοινολογησάμενος ποιεῖται συνθήκας, εἰ οὕτω συμμαχήσαντες ἐξελάσωσι τῶν Ῥωμαϊκῶν χωρῶν καὶ πόλεων τοὺς κατέχοντας Τούρκους, σφίσι μὲν ἐξεῖναι τὰ ἐκείνων λαμβάνειν πράγματα, τούτῳ δὲ τὰς πόλεις χρημάτων κενάς. Ἃς δὴ συνθήκας ἄσμενοι C λίαν ἐκεῖνοι δεξάμενοι διαπεραιοῦνται ξύν γε αὐτῷ βασιλεῖ τὸν Ἑλλησποντίαν πορθμόν.

IV. Sicut autem ignis densæ silvæ injectus alia tanquam stipulam celeriter, alia propter viriditatem tardius quidem, sed tamen absumit : sic geminus ille Romanorum Gallorumque exercitus terribilis hostibus ac toleratu difficilis visus est, tum ob armorum gravitatem roburque corporum, tum ob constantiam animorum inexpugnabilem. Proinde hostium alii veluti gramen et lutum (ut ita dicam) conculcabantur : alii repugnabant, modo angustiis locorum, modo Romanarum urbium mœnibus defensi : sed ne istorum quidem fortuna prorsus invicta fuit, quin alii **105** deditionem facerent, alii vi subigerentur, alii exsules et fugitivi abirent. Hoc modo omnem Asiam quæ est intra Alym, item quæ Mæandro Pamphyliaque terminatur, repurgarunt, promissisque assertarum urbium opibus acceptis cœptum iter prosecuti sunt. Ac dehinc cura ipsis fuit non parum anxia, ut superatis iis montibus, qui sunt inter Pamphyliam et Ciliciam, adversus Cilices, Syros et Phœnices, si transitus sibi ab iis non daretur, bellum susciperent. Verum primi Cilices ipso statim conspectu illorum territi, rectissime sibi consuluerunt, eosque per suos fines tan-

Δ'. Ὥσπερ γε μὴν ὕλῃ βαθείᾳ πλεῖστον ἐνσκῆψαν πῦρ τὰ μὲν ὡς καλάμην ἐπινέμεται ῥᾷστα, τὰ δὲ διὰ χλωρότητα βραδέως μὲν, ἐπινέμεται δ' οὖν· οὕτω καὶ ὁ διπλοῦς οὗτος στρατὸς ἔκ τε Κελτῶν καὶ Ῥωμαίων συγκροτηθεὶς φοβερὸς τοῖς πολεμίοις καὶ δυσκαρτέρητος ἔδοξε διὰ βάρος ὁπλίσεως καὶ σώματος ῥώμην καὶ ψυχῆς εὐτονίαν ἀπρόσμαχον. Καὶ οἱ μὲν τῶν πολεμίων, ὡς ἂν εἴποι τις, κατεπατοῦντο καθάπερ χόρτος καὶ πηλός· οἱ δὲ ἀπεμάχοντο βοηθούμενοι ποτὲ μὲν ταῖς δυσχωρίαις τῶν τόπων, ποτὲ δὲ τοῖς τῶν Ῥωμαίων τείχεσιν. Ἀλλ' οὐχ ἦν ἐς τέλος οὐδ' αὐτοῖς τὰ τῆς τύχης ἀήττητα· ἀλλ' οἱ μὲν ἑκόντες D ὑπέκυπτον, οἱ δὲ βίᾳ ἡλίσκοντο, οἱ δὲ φυγάδες καὶ δραπέται ἐγίνοντο. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πᾶσαν τήν τε ἐντὸς Ἅλυος ἐξεκάθηραν Ἀσίαν καὶ ὅση Μαιάνδρῳ καὶ Παμφυλίᾳ ὁρίζεται· καὶ ἐπὶ τούτοις τὰ συμπεφωνημένα τῶν ἐλευθερωθεισῶν πόλεων εἰληφότες χρήματα τὴν αὐτοῖς προκειμένην ὥδευον αὖθις ὁδόν· καὶ ἦν ἤδη σφίσι φροντὶς οὐ μικροῦ τινος ἀγῶνος μεστὴ διαβᾶσι τὰ μεταξὺ Παμφυλίας καὶ Κιλικίας ὄρη πρὸς Κίλικάς τε καὶ Σύρους καὶ Φοίνικας, εἰ μὴ συγχωροῖεν τὴν πάροδον, αἱρεῖσθαι πόλεμον. Ἀλλὰ πρῶτοι μὲν Κίλικες αὐτίκα τὴν

Variorum notæ.

(11) Idem Gregoras lib. v, cap. 6: Τὸ γάρ τοι γένος τῶν Ἰταλῶν τοιούτοις ἀρχῆθεν συντέθραπται τοῖς ἤθεσι· ἂν μὲν γὰρ εὐτάκτως ἀπαντᾷ πρὸς τὸν πόλεμον, τεῖχός ἐστιν ὀχυρὸν καὶ ἀμάχητον. Respexit etiam forte ad Latinorum seu Francorum pleniorem armaturam : unde Theophylactus Bulgariæ archiep. epist. 26 : Ὁ Φράγγος ὁ τὸν τράχηλον τέως σιδηρεος. DUCANG.

(12) Vide notata ad lib. II, cap. 6, sect. 1. DUCANG.

πρώτην ὀῤῥωδήσαντες ὄψιν τὰ βέλτιστα περὶ σφῶν αὐτῶν ἐβουλεύσαντο, καὶ ὡς διὰ φιλίας τῆς ἑαυτῶν ἔδωσαν διαβαίνειν ἀγοράν τε παρεῖχον καὶ τοὺς προπέμψοντας ὁδηγούς, καὶ πᾶν ὅ τι φίλον ἐχρῆν ἐς τὴν αὐτῶν ἐχρήσαντο ξενίαν. Κίλικες μὲν οὖν οὕτω ῥᾳδίως ἐς ξυμβάσεις ξυνῄεσαν τοῖς ἑσπερίοις τούτοις Γαλάταις καὶ Κελτοῖς, οὐ μόνον τὸ πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν ῥώμην δείσαντες, [P. 63] ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ σεβάσματος ἔγγιστα ταὐτὸν καὶ οὐ πάνυ τοι ἠλλοτριωμένον αἰδεσθέντες.

Ε'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς Συρίαν καὶ Φοινίκην εἰσβάλλειν ἤδη καιρὸς ἦν αὐτοῖς, οὐχ ὅμοια τὰ ἐκεῖ τοῖς ὄπισθεν ἀπηντήκει. Ἄραβες γὰρ ὄντες οἱ ταύτην κατέχοντες, γένος ἀλλόφυλον καὶ ὑπερηφανίας μεστόν, πράγματα παρέσχον αὐτοῖς· μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτοῖς, ἀλλ' ἑαυτοῖς. Ὅπλα γὰρ ἀράμενοι τὴν πάροδον διεκώλυον, ὕφεσιν τῆς σφῶν αὐτῶν ἀξίας λογισάμενοι, εἰ τὴν αὐτῶν αἵματος καὶ νεκρῶν χωρὶς διέλθοι γένος ἔκφυλον καὶ πάνυ τοι ὑπερόριον τῆς αὐτῶν γῆς. Ὅθεν σιτίων οἱ Κελτοὶ ἀποκεκλεισμένοι καὶ σπάνει πιεζόμενοι τῶν ἄλλων, ὅσα ἐς ἀπαραίτητον χρῆσιν ἐτύγχανον τοῖς τε ὑποζυγίοις καὶ αὐτοῖς, ὅπλοις καὶ διαμάχαις ἔδοξε τὴν τῶν ὅλων ἐπιτρέψειν κρίσιν. Ἐντεῦθεν πόλεμοι συνεχεῖς ἀνεῤῥήγνυντο καὶ χύσεις αἱμάτων Ἀραβικῶν κατὰ τῆς θρεψαμένης ἔῤῥεον νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ πόλεων ἐγίνοντο ἀνδραποδισμοί, ἐπικρατεστέρας ὁσημέραι τῆς τῶν Κελτῶν γινομένης ἰσχύος. Καὶ ἵνα τἀν μέσῳ συντέμω, πᾶν ὅ τι κράτιστον ἦν τοῦ τῶν Ἀράβων ὁπλιτικοῦ, τὸ μὲν αἵματι καὶ κόνει δόντες, τὸ δ' ὡς ποῤῥωτάτω διώξαντες, δούλοις ἀόπλοις ἅπασιν ἐχρήσαντο, τοῦ λοιποῦ τὴν οἴκησιν αὐτόθι πεποιηκότες. Τοὺς γὰρ ἄνδρας νενικηκότες ἔρωτι τῶν τοῦ τόπου χαρίτων ἡττήθησαν· κἀκεῖ τὸν ἑξῆς αἰῶνα διαμένειν ἐγνώκεσαν, ἔλεγχος πάσης κατηγορίας αὐτοὶ ἑαυτοῖς καταστάντες. Ἔργον γὰρ αὐτοῖς καὶ σκοπὸς τῆς οἴκοθεν ἐκδημίας ὑπῆρχεν, ἐς Παλαιστίνην εἰ δυνηθεῖεν ἐλθεῖν καὶ τοὺς τὸν σωτήριον κατέχοντας τάφον ἀσεβεῖς ἢ τελέως ἐκεῖθεν ἐξελάσαι, ἢ τὸ ἑαυτῶν ἐκεῖσε κενώσαντας αἷμα σωτηρίαν ψυχῆς ἀνταλλάξασθαι. Καὶ τοιοῦτος ἦν ὁ τῆς πατρίδος ὑπερορίους αὐτοὺς ποιησάμενος ἔρως, θεῖος ὡς ἀληθῶς καὶ ὑμνούμενος τοῖς ἀκούουσιν· ἀλλ' ὁ τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας ἔρως (13) τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἀκλεῶς ἐξέκρουσεν ἔρωτα ὑπὸ πλούτου βαρυνθεῖσι καὶ οἷον εἰπεῖν μεθυσθεῖσι κριταῖς ἐντυχὼν παρ' ἐλπίδα.

Ϛ'. Ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν εἰς τὸν περὶ Κελτογαλατῶν τουτωνὶ παρετράπημεν λόγον. Οἱ γὰρ κατ' Αἴγυπτον Ἄραβες πλείστην προσειληφότες δύναμιν διὰ τοῦ Σκυθικοῦ στρατεύματος ἐκείνου, καθάπερ ἔφθημεν εἰρηκότες, πλεῖστον ὅσον μάλα ἔξω τοὺς οἰκείους παρέδραμον ὅρους· πρὸς μὲν ἑσπέραν Λίβυας καὶ ὅσα Μαυρουσίων ἔθνη δουλωσάμενοι· πρὸς δ' ἀνατέλλοντα ἥλιον ἔνθεν μὲν Ἀραβίαν Εὐδαίμονα πᾶσαν ὅσην τά τε ἄκρα τῶν Ἰνδικῶν ὁρίζει θαλασσῶν καὶ ἑκατέρωθεν ὅ τε Περσικὸς καὶ ὁ Ἀραβικὸς

quam amicos transmiserunt, atque etiam fera ipsis nundinaria præbuerunt, et viæ duces dederunt, omniaque amicitiæ et hospitalitatis officia præstiterunt. Porro Cilices adeo prompte cum Occidentalibus istis Galatis et Celtis transegerunt, non multitudinem tantum et robur eorum veriti, sed religionis quoque ad suam proxime accedentis parumque abhorrentis verecundia adducti.

V. Cum autem jam eis in Syriam et Phœniciam invadendi tempus afforet, non eadem illic quæ in relictis retro provinciis evenerunt. Nam qui eam regionem incolebant cum Arabes essent, natio genere diversa, eademque superbissima, negotium illis fecerunt : imo non illis, sed sibi ipsis. Nempe arreptis armis transitu eos prohibuerunt, existimationem suam imminutum iri rati, si terram eorum gens peregrina et remotissima sine sanguine et cædibus penetraret. Unde Galli commeatu exclusi penuriaque **106** laborantes eorum quibus nec ipsi, nec jumenta carere ullo modo poterant, armis de summa rerum decertandum esse statuerunt. Hinc pugnæ continentes, et nocturnæ diurnæque cædes Arabum, suo sanguine altricem terram perfundentium; item urbium excidia, Gallorum viribus in dies invalescentibus. Ac ut ea quæ intercesserunt paucis comprehendam, bellicosissimis Arabibus partim cæsis et prostratis, partim longissime fugatis, reliquos pro inermibus mancipiis tractarunt, ac postea iis in locis consederunt. Viris enim victis, locorum amœnitate victi sunt, atque ibi reliquum ætatis exigere decreverunt. Quo facto ipsi sese manifesti criminis reos peregerunt. Munus enim atque institutum profectionis eorum fuerat Palæstinam, si possent, occupare, et impios, qui salutare sepulcrum tenerent, aut funditus inde exterminare, aut suopte sanguine illic profuso animarum salutem redimere. Cum autem talis amor eos patria extorres egisset, plane divinus et laude dignissimus, eum tamen divinum amorem Phœniciæ et Syriæ amor turpiter evicit. Nempe divitiis onerati et, ut ita dicam, ebrii, aliter ac speraveran. judicarunt.

VI. Sed omissis Celtogalatis ad institutæ historiæ seriem redeundum. Nam Ægyptii Arabes, Scythicis (ut diximus) copiis aucta majorem in modum potentia, extra **107** suos fines quam longissime excurrerunt; versus Occidentem Libycis et Mauritanis gentibus domitis : ad solis vero ortum tota Felici Arabia, quam et Indici maris ora terminat, et utrinque sinus Persicus et Arabicus includunt : item Cœlesyria et Phœnicia universa, quam fluvius Orontes continet, Celtogalatarum illorum posteris

Variorum notæ.

(13) Atqui illi sanctum sepulcrum recuperarunt, quidquid Gregoras dicat. Boivin.

partim inde pulsis, partim, ut jus belli est, brevi tempore interfectis.

A τειχίζουσι κόλποι· ἔνθεν δὲ τήν τε Κοίλην Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην πᾶσαν, ὅσην ὁ ποταμὸς Ὀρόντης ἔνδον ποιεῖται, [P. 64] τοὺς τῶν Κελτογαλατῶν ἐκείνων ἐκγόνους τοὺς μὲν ἐκεῖθεν ἀποδήσαντες, τοὺς δ' ἐς ὄλεθρον, οἷον πολέμιος ὑποτίθεται νόμος, ὀλίγου παραπέμψαντες χρόνου (14).

CAPUT VIII.

Germanus cur patriarchatum abdicaverit. Josephus ejus successor, quis, unde, quo ingenio, qua doctrina. Michaelem Palæologum perjurii et crudelitatis quomodo absolverit. Solis defectus futura a Turcis mala portendit. Quæ et quanta sit vis astrorum. Andronicus uxorem ducit Annam. Imperii insignibus ornatur. Jusjurandum quibus præstiterit, a quibus acceperit. Ejus nomen edictis subscriptum. Qua formula.

1. Cæterum patriarcha Constantinopolitanus Germanus, cum sibi vulgus per summam petulantiam insultare audivisset, quippe qui Arsenii legitimi patriarchæ adhuc superstitis sedem occuparet: ea cuivis alii relicta, in monasterium secessit. Huic in patriarchatum succedit Josephus, vir canitie venerandus, qui longo tempore in monte Gallesio vitam austeram et negotiorum expertem egerat, Græcarum litterarum plane rudis, et ingenio valde simplici. Nam ejusmodi sunt ii mores, qui a civilibus negotiis et a rerum usu abfuerunt. Hujus spirituali consuetudine utebatur, et delictorum confessionem ei edebat imperator Michael. Ad hunc itaque post sacram mystagogiam ab ipso primum cum cæteris pontificibus celebratam accedit, et in vestibulo sacri bematis prostratus, semet ipsum diserte accusat 108 de duobus peccatis, de perjurio scilicet et de excæcato imperatoris filio. Tum absolutionem petit. Primus igitur patriarcha ei jacenti astans scriptam quamdam absolutionis formulam recitavit: ac post eum singuli pontifices, suo quisque ordine, eamdem perlegerunt. Ita lætus discedit imperator, tam ob illam absolutionem, quam quod

Α'. Εἶεν. Ὁ μέντοι Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης Γερμανὸς (15) ἀκούων ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ πλήθους ὑβριζόμενον σὺν πλείστῃ τῇ ἀκοσμίᾳ, ἅτε Ἀρσενίου ζῶντος (16) ἔτι τοῦ γνησίου πατριάρχου αὐτὸς τὸν ἐκείνου κατέχων θρόνον, παραχωρεῖ τοῖς βουλομένοις αὐτόν· αὐτὸς δ' ἡσυχάσων ἄπεισι (17). B Καὶ μετὰ τοῦτον Ἰωσὴφ τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον (18), πολιὸς μὲν ἀνὴρ καὶ ἀσκήσει μακρᾷ καὶ ἀπράγμονι βίῳ κατὰ τὸ Γαλλήσιον ὄρος συνεζηκώς (19), σοφίας δ' Ἑλληνικῆς παντάπασιν ἀμέτοχος ὢν καὶ λίαν τὸν τρόπον ἁπλοῦς. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων καὶ ἐμπειριῶν ἄμικτα ἤθη. Τούτῳ πνευματικῶς ὡμίλει καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐξηγόρευεν (20) ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ. Διὸ καὶ πρώτως τὴν ἱερὰν ἐκτετελεκότι μυσταγωγίαν ξύν γε τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσι προσελθὼν πίπτει πρηνὴς (21) ἐπὶ τῶν προθύρων τοῦ ἱεροῦ βήματος, διαῤῥήδην ἐπὶ δυσὶν ἁμαρτήμασιν ἐγκαλῶν ἑαυτῷ, τῷ τε τῆς ἐπιορκίας φημὶ καὶ τῷ τῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως τυφλώσεως. Καὶ ἐπὶ τούτοις αἰτεῖται συγχώρησιν. C Πρῶτος μὲν οὖν ὁ πατριάρχης ἐπιστὰς αὐτῷ κειμένῳ συγχωρήσεως ἔγγραφόν (22) τινα διεξῄει λόγον· καὶ μετ' αὐτὸν ἕκαστος τῶν ἀρχιερέων κατὰ τὴν

Variorum notæ.

(14) Hic locus fuit commemorandi expeditionem sacram D. Ludovici; cujus mirum est nullam a Gregora mentionem habitam fuisse. BOIVIN.

(15) Pachymer. lib. IV, cap. 2, 17, 21, 23, 28. DUCANG.

(16) Non modo quod eo ipso pro μοίχῳ, seu adultero haberetur, uti docemus in Gloss. med. Græcit. in v. Μοῖχος, sed et διὰ τὴν ἐμφαινομένην τοῦ θρόνου μετάθεσιν, ut loquitur Pachymeres d. cap. 17, et quod ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς θυγατρὸς τῷ θρόνῳ τῆς μητρὸς ἀνέδην οὕτω καὶ αὐθαδῶς εἰσπηδήσειεν· οὕτω γὰρ τὰς ἐκκλησίας ἐκάλουν. Idem cap. 13. Adde cap. 28. DUCANG.

(17) A. C. 1266. BOIVIN.

(18) Eodem anno, Decemb. die 28. BOIVIN.

(19) Exstat in cod. Reg. 2964, f. 320, inter opera Nathanaelis (seu Nicephori) Chumni imperatorium diploma, inscriptum, Λόγος χρυσόβουλλος ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῆς ἐν τῷ Γαλησίῳ μονῆς καὶ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, ὥστε τοῦ λοιποῦ μὴ δύο, ἀλλὰ μίαν ταύτας εἶναι καὶ ὑφ' ἑνὶ τετάχθαι καὶ ἄγεσθαι καθηγουμένῳ. In quo diplomate cum alia multa præclara de Gallesii monasterio narrantur, tum hæc maxime notanda (a). Ἡ πρὸς ἕω ἐν τῷ τοῦ Γαλησίου τόπῳ σεβασμία μονὴ τῆς πανυπεράγνου μου Δεσποίνης καὶ Θεομήτορος, διαβόητος οὖσα ἐξότου δὴ καὶ τὴν ἀρχὴν συνέστη, καὶ σφόδρα γε θαυμαζομένη, οἷς καὶ πάνυ τι δεδύνηται ψυχὰς βελτιοῦν ζῆν κατὰ Θεὸν αἱρουμένας, καὶ νῦν ἐς δεῦρο περισώζει τοῦτο τὸ καλὸν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τὴν πολιτείαν τηνδε μετιέναι προθυμουμένους πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλα συναίρεται, καὶ δεξιά τις ἔστι πληροῦν τὸν πόθον. Ἵδρυται γὰρ ἐν ἀοικήτῳ τινὶ, πόῤῥω που τῶν κοσμικῶν θορύβων ἀνῳκισμένη. Ἱδρύει δ' αὐτὴν καὶ συνίστησι πρώτως ὁ περιβόητος τὴν ἄσκησιν καὶ μέγας τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν Λάζαρος, ἀπολεξάμενος τόνδε τὸν τόπον, καὶ τὴν θαυμασίαν ταύτην ἐν αὐτῷ τῇ Θεομήτορι καθοσιώσας μονὴν, καί γε δειμάμενος καὶ πήξας ἀρετῆς ὡς εἰπεῖν ἐργαστήριον.... ὄρος γάρ ἐστιν ὁ τόπος ἄναντες καὶ τραχὺ, τῶν ἐς ψυχαγωγίαν καὶ παραμυθίαν σωματικὴν μηδενὸς ἥκιστα μετέχων. D Οὔτε γὰρ σκιάζεται δένδροις· οὔτε βοτάνης, ἀλλ' οὐδὲ χλόης ἀπογεννᾷ βλάστησιν· οὐμενοῦν οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ γῆς χρησίμως οὐδὲν οὐδόλως καρποφορεῖ· ξηρὸν δ' ἐστὶν ὅλον καὶ πρὸς τοιαύτας γονὰς παντάπασιν ἀφυές· εἰ καὶ ἄλλως γόνιμον ἀρετῆς. Omitto cætera. BOIVIN.

(20) Interpres, *et suas illi cogitationes exponebat*. Emendavimus, *et delictorum*, seu peccatorum, *confessionem edebat*. Pachymeres: ἄνδρα πνευματικὸν, καὶ εἰς πατέρα τεταγμένον τῷ βασιλεῖ. Vide Gloss. med. Græcit. in ἐξαγορεύειν, in λογισμὸς et in πνευματικός. DUCANG.

(21) A. C. 1267, Kal. Januar. BOIVIN.

(22) Idem interpres: *Condonationis syngrapham*. Rursum emendavimus, *absolutionis*. Vide idem Gloss. in συγχωροχάρτιον. Ritum hunc absolutionis pluribus describit Pachymer. lib. III, cap. 25. DUCANG.

(a) Integrum diploma edidit Boissonadius in *Anecdot.*, tom. II. EDIT.

ἑκάστῳ προσήκουσαν τάξιν διαδεχόμενος ἀνέγνωσαν ἅπαντες ἐφεξῆς ἐπ' αὐτοῦ τὸν εἰρημένον τῆς συγχωρήσεως λόγον. Καὶ οὕτως ἀπῄει χαίρων ὁ βασιλεὺς ὁμοῦ τῇ τοιαύτῃ συγχωρήσει, καὶ Θεὸν αὐτὸν εὐμενῆ καὶ ἵλεων αὐτῷ καταστῆναι οἰόμενος.

Β'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπεσκότησεν ἡ σελήνη τὸν ἥλιον, ἄρτι τὴν τῶν Διδύμων τετάρτην παραλλάττοντα μοῖραν, περὶ ὥραν πρὸ μεσημβρίας τρίτην τῆς εἰκοστῆς πέμπτης ἡμέρας τοῦ Μαΐου, τοῦ ςψοε' ἔτους. Ἦν μὲν οὖν ἡ πᾶσα ἔκλειψις (23) δακτύλων ἔγγιστα δυοκαίδεκα. Τοσοῦτον δὲ κατὰ τὸν μέσον τῆς ἐκλείψεως χρόνον ἐγεγόνει τὸ σκότος περὶ τὴν γῆν, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν ἀστέρων φανῆναι. Ἐδήλου μέντοι τὰς μεγίστας καὶ παλαμναιοτάτας συμφορὰς τῶν Ῥωμαίων, ἃς ὑπὸ τῶν Τούρκων ὑφίστασθαι ἔμελλον. Οὐ γὰρ ἔληξεν ἡ τοῦ γένους κάκωσις ἐκεῖθεν ἀρξαμένη [P. 65] καὶ συχνῶς ἐπὶ μεῖζον ἀεὶ κατὰ βραχὺ κορυφουμένη. Ὅτι δὲ δήλωσιν ἐπιγείων παθῶν τὰ τῶν οὐρανίων φωστήρων τοιαῦτα συμπτώματα προαναφωνοῦσιν, ἀμφιβάλλειν οἶμαι τῶν πάντων οὐδένα, πλὴν εἰ μή ὅστις περιττὸς ἐπεφύκει μάτην ἐρίζειν. Εἰ δὲ τοῦτον λόγοις πείθειν πειρῷτό τις, ὃν πείθειν οὐ δύναται τὰ ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς οἰκουμένης κατ' ἄλλους ἄλλοτε χρόνους γινόμενα πράγματα, μάταιος ἂν εἴη καὶ πάνυ τοι φορτικὸς σύνεσιν ἐντιθέναι τοῖς πάνυ σκληροῖς ἐγχειρῶν. Ὃ γὰρ ἐν ἑνὸς ἀνθρώπου σώματι, τοῦτο κἂν τῷ τοῦ κόσμου σώματι παντὶ γίγνοιτ' ἄν. Ἓν γὰρ ὁ κόσμος σῶμα συμφυὲς, ἐκ μερῶν καὶ μελῶν ὡς ὁ ἄνθρωπος φάναι συγκείμενος· καὶ ὥσπερ ἐνταῦθα τῆς κεφαλῆς ἢ τοῦ τραχήλου τὸ πάθος ἐνεργεστέραν πρὸς τὴν κνήμην καὶ τὸν ἀστράγαλον τὴν κάκωσιν ἐξετόξευσεν, οὕτω κἂν τῷ τοῦ κόσμου σώματι τὰ τῶν οὐρανίων φωστήρων παθήματα κινούμενα πρὸς τὴν γῆν ἀπερείδονται κἀνταῦθα δημοσιεύουσι τὴν ἐνέργειαν.

Γ'. Συχνὸς ἐπὶ τούτοις ἐῤῥύη χρόνος καὶ ἄγεται ὁ βασιλεὺς τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ γυναῖκα Ἄνναν τὴν ἐκ Παιόνων καὶ ἅμα τῷ βασιλικῷ καταστέφει συμβόλῳ. Εἶτα αὐτὸς μὲν (24) Ἀνδρόνικος ὄμνυσι τῷ πατρὶ, πρῶτον μὲν (25) σέβειν τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὀρθῶς, καὶ τὰ ταύτης προνόμια περιέπειν καθ' ἅπαντα τρόπον καὶ ἀλώβητα συντηρεῖν· δεύτερον δὲ (26), τὴν αὐτοῦ δὴ τοῦ πατρὸς ζωὴν καὶ βασιλείαν διαφυλάττειν ὅση δύναμις ἀνεπιβούλευτον μέχρι τελευτῆς αὐτῆς. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπαν τὸ Ῥωμαίων ὤμνυε γένος τῷ νέῳ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τὰ εἰθισμένα τοῖς βασιλεῦσιν. Ὅ γε μὴν πατριάρχης καὶ πᾶν τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἄθροισμα γράμμασι

Deum etiam sibi placatum et reconciliatum existimabat.

II. Sub hoc tempus luna solem obscuravit, cum is quartam Geminorum partem præteriret, sub horam ante meridiem tertiam, 25 die Maii, anni 6775. Fuit tota eclipsis digitorum sive punctorum fere XII. Tantæ autem sub medium tempus illius eclipseos tenebræ circa terram exstiterunt, ut multæ stellæ apparerent. Ea nimirum maximas et funestissimas Romanorum calamitates portendebat a Turcis imminentes. Populi enim afflictio ab eo tempore non destitit, et subinde paulatim in majus aucta est. Terrena autem mala hujusmodi cœlestium luminum affectionibus præsignificari, extra controversiam esse puto, nisi forte quispiam rixis inanibus delectetur. Quem porro ea quæ in theatro universitatis hujus aliis atque aliis temporibus eveniunt, convincere non possunt, cum si quis conetur verbis convincere, stultus sit et plane ineptus, qui indociles velit erudire. Quod enim in hominis unius corpore fit, idem etiam
109 in corpore hujus universi contingit. Unum quippe mundus corpus est cohærens, ex partibus et membris compositus itidem ut homo. Quemadmodum autem in homine capitis aut colli affectio dolorem acriorem ad tibias aut ad talos ejaculatur: sic etiam in mundi corpore excitatæ cœlestium luminum affectiones terris se imprimunt et vim suam illic exserunt.

III. Post hæc longo tempore elapso imperator Andronico filio uxorem dat Annam Pæoniam, simulque insignibus imperii ornat. Tum ipse quidem Andronicus patri jurat: primum, se Dei Ecclesiam rite veneraturum, ejusque privilegia modis omnibus procuraturum et inviolata conservaturum esse: deinde se vitam et imperium patris sui ab insidiis tutum pro virili præstiturum esse usque ad ipsam mortem. His peractis omnis Romanus populus solenne jusjurandum juniori imperatori Andronico dedit. Patriarcha vero et collegium omne sacerdotum jusjurandum suum litteris consignatum in sacros codices retulerunt; profitendo se, et

Variorum notæ.

(23) De hac eclipsi, quæ accidisse dicitur anno mundi juxta Græcos 6775, Christi 1267, copiose egit Grandamicus, parte III *Chronolog. sacræ*, cap. 8, § 1, 2, 3, 4, et ex eo Possinus ad Pachymer. pag. 519. DUCANG.

(24) Conferendus Pachymeres lib. IV cap. 29. DUCANG.

(25) Hæc prima sacramenti a filio exacti pars spectat fidei professionem, quam recens dicti imperatores scripto dabant patriarchæ, quam ideo ἔγγραφον appellabant, ut in Gloss. med. Græcit. in hac voce observamus. DUCANG.

(26) Partem vero sacramenti istius hauserant Augusti recentiores Constantinopolitani a Francis nostris, seu Latinis, apud quos vassalli seu clientes in hominiis *fidem domino de vita et membris et terreno honore* se servaturos jurabant. Hæc tamen non tam est hominium quam *securitas*; neque enim reges cuipiam de regno hominium præstant. Unde in pacto inter Henricum II, regem Angliæ, et Henricum filium, quem antea pater regem dixerat, anno 1174, *cum is hominium* (quod filii alii fecerant) *facere voluisset, noluit dominus rex ab eo recipere, quia rex erat, sed securitatem accepit ab eo*, ut est apud Rogerum Hovedenum et Bromptonum. DUCANG.

eos qui deinceps in administrationem Ecclesiæ successuri sibi essent, imperium ejus ab omni fraude tutum servaturos. Pater autem ei permisit edictis subscribere rubris litteris, cæterum sine mense et indictione, sed, Andronicus Christi gratia imperator Romanorum.

A τοὺς ἑαυτῶν ἐγχαράξαντες ὅρκους τοῖς ἱεροῖς ἐντεθείκασι κώδιξιν, ἀνεπιβούλευτον αὐτῷ διατηρήσειν τὴν βασιλείαν ὁμολογοῦντες, αὐτοί τε καὶ οἱ ἐφεξῆς τὰ τῆς Ἐκκλησίας διαδεχόμενοι. Ἐπέτρεψε δ' αὐτῷ ὁ πατὴρ καὶ δι' ἐρυθρῶν ὑπογράφειν γραμμάτων προστάγματα, οὐ μέντοι μῆνα καὶ ἴνδικτον (27), ἀλλὰ, Ἀνδρόνικος Χριστοῦ χάριτι βασιλεὺς Ῥωμαίων (28).

CAPUT IX.

Michaelis Ætoli obitus. Quatuor liberi. Hæreditas duobus divisa. Natu minimis ut consultum. Eorum fuga ad imperatorem. Joannes sebastocrator Thessaliæ princeps Romanas provincias populatur. Joannes despotes cum magno exercitu Thessaliam ingreditur. Sebastocratoris trepidatio. Militum Romanorum sacrilegia. Sebastocrator multa oppida amittit. Novarum Patrarum mœnibus se defendit. Fessus longa obsidione clam exire statuit. Consilium uni tantum homini indicat. Noctu per funem demissus Romana castra pervadit. Athenarum ducem adit, a quo delectos milites quingentos accipit. In Romanos nec opinantes impetum facit. Joannes despotes obsidionem deserit. Oppidani cum sebastocratore Romana castra diripiunt. Instant fugientibus. Spoliis contenti cæde abstinent. Mos vetus. Milites Romani quonam se ex fuga receperint. Urbs Sicyon cur Demetrias dicta.

I. Hoc statu rerum e vivis excessit Michael despotes, Epiri et Thessaliæ **110** princeps, relictis liberis, in quibus unus nothus, nomine Joannes; legitimi vero tres. Horum natu maximus fuit Nicephorus despotes, qui imperatoris neptem ex sorore in matrimonio habebat: cujus curæ ac tutelæ reliquos duos natu minores filios Michaelem et Joannem adhuc cælibes pater commisit; divisitque omnem suam ditionem in duas partes: quarum unam, quæ vetus appellatur Epirus, Nicephoro despotæ reliquit. Continet autem Thesprotos, Acarnanes, Dolopes, prætereaque Corcyræos, Cephallenios et Ithacenses: terminatur ab occasu Adriatico et Jonio mari, versus septentrionem altis montibus Pydno et Acrocerauniis, ab ortu Acheloo flumine, a meridie insulis Corcyra et Cephallenia. Alteram partem Joanni notho filio reliquit: quæ et ipsa continet Pelasgos, Phthiotas, Thessalos, Locros Ozolas: ac versus septentrionem Olympum montem habet, ad meridiem Parnassum, utrumque altissimum et nubibus vicinum. Cæterum duo statim, Michael et Joannes, Nicephori fratris tutelam et curationem ægre ferentes, et alioqui rati habituram eam non bonum ipsis exitum, ad imperatorem profugiunt.

[P. 66] Α'. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐξ ἀνθρώπων ἐγεγόνει καὶ Μιχαὴλ ὁ δεσπότης, ὁ τῆς Ἠπείρου B καὶ Θετταλίας ἀρχηγὸς, καὶ παῖδας καταλιπὼν (29) ἕνα μὲν νόθον, Ἰωάννην ὄνομα (30), γνησίους δὲ τρεῖς, ὧν καθ' ἡλικίαν πρωτεύων ὑπῆρχεν ὁ ἐπ' ἀδελφιδῇ γαμβρὸς (31) τοῦ βασιλέως Νικηφόρος ὁ δεσπότης· ὑφ' ᾧ κηδεμόνι καὶ ἐπιτρόπῳ κατέλιπεν ὁ πατὴρ ὡς ἀτελεστέρους τὴν ἡλικίαν καὶ ἄζυγας ἔτι τοὺς δύο ἑτέρους υἱέας Μιχαὴλ καὶ Ἰωάννην. Σχίζει μέντοι καὶ τὴν ὅλην αὐτοῦ ἐπικράτειαν εἰς δύο μερίδας, ὧν τὴν μὲν μίαν, ἣ δὴ καὶ παλαιὰ ὀνομάζεται Ἤπειρος, ἀφίησι Νικηφόρῳ τῷ δεσπότῃ. Περιέχει δὲ αὕτη Θεσπρωτοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ Δόλοπας, καὶ πρὸς τούτοις Κερκυραίους καὶ Κεφαλλῆνας καὶ Ἰθακησίους· ὁρίζεται δὲ πρὸς μὲν δύσεως Ἀδριατικῷ τε καὶ Ἰονίῳ πελάγει, πρὸς δ' ἄρκτων ὄρεσιν ὑψηλοῖς τῷ τε Πύδνῳ καὶ τοῖς Ἀκροκεραυνίοις C ὀνομαζομένοις, ἐκ δ' ἀνατολῶν Ἀχελῴῳ τῷ ποταμῷ, ἐκ δὲ μεσημβρίας τῇ Κερκυραίων νήσῳ καὶ τῇ Κεφαλληνίᾳ· τὴν δὲ ἑτέραν μερίδα ἀφίησιν ὁ πατὴρ Ἰωάννῃ τῷ νόθῳ παιδί· ἣ καὶ αὐτὴ περιέχει Πελασγοὺς καὶ Φθιώτας, ἔτι τε Θεσσαλοὺς καὶ Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας· καὶ πρὸς μὲν ἄρκτους Ὄλυμπον ἔχει τὸ ὄρος, πρὸς δὲ μεσημβρίαν τὸν Παρνασὸν, ἀμφότερα ὑψηλὰ καὶ ἐς βαθὺν τὸν ἀέρα τὰς κορυφὰς ἀνατείνοντα. Οἱ μέντοι δύο αὐτίκα, Μιχαὴλ καὶ Ἰωάννης, δυσαρεστήσαντες τῇ τοῦ ἀδελφοῦ Νικηφόρου ἐπιτροπῇ καὶ ἐφορείᾳ, καὶ ἄλλως οὐκ εἰς ἀγαθὸν αὐτοῖς πέρας αὐτὴν προχωρήσειν ἐννοοῦντες, φυγάδες ἐς βασιλέα χωροῦσιν.

II. Nothus autem Joannes, effreni impetu et vafro ingenio vir, **111** suis contentus quiescere non poterat, quamvis nuper admodum sebastocratoris honorem ab imperatore consecutus, sed ruptis crebro fœderibus, Romanas provincias populabatur: ut indignatus imperator contra illum mitteret fra-

Β'. Ὁ δὲ νόθος Ἰωάννης, ἀκάθεκτος ὢν τὴν ὁρμὴν καὶ ποικίλος τὴν σύνεσιν, [P. 67] οὐκ ἠρέμει τοῖς οἰκείοις ἀρκούμενος, καὶ ταῦτα τὸ σεβαστοκράτορος ἀξίωμα παρὰ τοῦ βασιλέως πρότριτα εἰληφώς· D ἀλλὰ συχνὰ παρασπονδῶν τὴν Ῥωμαίων ἐδῄου γῆν, ὡς ἀγανακτήσαντα ἤδη τὸν βασιλέα πέμψαι τὸν

Variorum notæ.

(27) Hæc pluribus explicavimus in notis ad Alexiadem Annæam pag. 254, et in Gloss. med. Græcit. in v. Μηνολογεῖν. DUCANG.

(28) Non vero αὐτοκράτωρ, cum id nominis sibi solis reservarent patres imperatores, ut docemus in eodem Gloss. in v. Αὐτοκράτωρ, tametsi aliter observarit Joannes Cantacuzenus, cum Matthæo filio *Matthæo imperatore* dicto, is se βασιλέα et αὐτοκράτορα inscripsit, ut docet ejus subscriptio apud Gretserum ad Cantacuz. Hist. pag. 935. DUCANG.

(29) Vide supra lib. II, cap. 8, sect. 4. BOIVIN.

(30) Pachymer. lib. IV, cap. 31. DUCANG.

(31) Vide supra hujus libri cap. 3, sect. [illegible] BOIVIN.

ἑαυτοῦ ἀδελφὸν Ἰωάννην τὸν δεσπότην κατ' ἐκείνου, πολλὰς πολλαχόθεν ἀθροιζομένας τὰς Ῥωμαίων δυνάμεις ἕπεσθαι τούτῳ κελεύσαντα. Ὃς καὶ συναγαγὼν, ὅση δὴ παροῦσα ἐτύγχανε δύναμις, ἔκ τε Παφλαγόνων ἱππέων ἠθροισμένη καὶ Βιθυνῶν, συγκαταλέξας δὲ καὶ τὰ Κομάνων καὶ Τουρκοπούλων τάγματα, ἀπῄει τὰς πεζικὰς αὐτὸς στρατολογῶν δυνάμεις ἔκ τε Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας. Ὁ μέντοι σεβαστοκράτωρ ἀκούων τὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων ἔφοδον βέλεσι λογισμῶν ἐδαπάνα τὴν ψυχὴν, ἄπορα πανταχόθεν ὁρῶν τὰ ἑαυτοῦ καὶ οὐκ ἀξιόμαχα πρὸς τοσαύτην παρασκευὴν ἀντιπάλων δυνάμεων. Ὅθεν ἐπεὶ τό γε ὑποπεπτωκότι χρήσασθαι σχήματι καὶ συγγνώμην τῶν ἡμαρτημένων ζητεῖν οὔτ' εὔοδον ἑώρα οὔτε μὴν ἀνύσιμον διὰ τὸ πολλάκις σπείσασθαι μὲν, οὐκ ἐμμεῖναι δ' ἐπὶ μακρὸν ταῖς ὁμολογίαις τῶν σπονδῶν, ὁ δὲ ἄλλην ἐβάδισε γνώμην. Ὀχυρώσας γὰρ καθ' ὅσον ἐξῆν καὶ ἀσφαλισάμενος τὰ ἑαυτοῦ φρούρια περιῄει σύν γε τοῖς ἑαυτοῦ στρατεύμασι πόῤῥωθεν περισκοπῶν τὰ ὑπὸ τῶν πολεμίων γινόμενα, ἴσως ἐλπίζων λόγοις τισὶ καὶ αἰφνιδίοις ἐπιδρομαῖς ταράττειν καὶ ἀκρωτηριάζειν τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. Ἀλλ' ἄριστα τούτους ὁρῶν πεφραγμένους, καὶ οὐκ ἔξω τῆς νομιζομένης ἐμπειρίας τὰς ἐκδρομὰς ποιουμένους, προαπεγνώκει τὴν πεῖραν καὶ δειλῶν ἄνω καὶ κάτω ἐδεδίει περὶ τῶν ὅλων.

A trem suum Joannem despotam, magnis Romanorum copiis undecunque collectis, et eum sequi jussis. Is igitur coacto exercitu, quantus aderat ex Paphlagonibus et Bithynis equitibus conflatus, adjunctis etiam Comanorum et Turcopulorum turmis, pedestres copias ex Thracia et Macedonia ipse delecturus abiit. At sebastocrator, audito Romanarum virium adventu, cum se ab omni parte destitutum et tanto exercitui imparem esse cerneret, gravissimis curis æstuabat. Nam supplici habitu accedere et delictorum veniam petere, neque expeditum, neque etiam efficax esse judicabat, quod multoties fœdera pepigisset, et pactis nunquam diu stetisset. Itaque aliam viam ingressus, firmatis quantum poterat et munitis suis castellis, cum suis exercitibus B circumibat, eminus circumspiciens quid ab hostibus ageretur: forsitan et spe concepta, insidiis et subitis incursionibus se Romana castra turbaturum et aliqua parte afflicturum. Sed cum omnia optime munita, et disciplinam militarem a Romanis observari cerneret, illo conatu desperato, sursum deorsumque ambulans, summæ **112** rerum metuebat.

Γ'. Ὁ μὲν οὖν σεβαστοκράτωρ Ἰωάννης ἐν τοσούτοις ὑπῆρχε θορύβοις καὶ φόβοις. Τάχα δ' ἂν καὶ πέρας ἐλάμβανεν αὐτῷ τὸ ζῆν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, καὶ ἡ ὑπ' αὐτὸν ἐπαρχία τότ' ἂν ὑπὸ βασιλεῖ ἐγίγνετο, εἰ μὴ μεγάλη τις ἀταξία τε καὶ πλημμέλεια τῶν συστρατευομένων τοῖς ἡμετέροις ἀλλογενῶν ἔσφηλε παρ' ἐλπίδα καὶ λίαν αἰσχρῶς τὰ Ῥωμαίων ἀνέτρεψε πράγματα. Εἰσβαλόντων γὰρ τῶν Ῥωμαίων ἐς τὴν ἐκείνου καὶ μηδενὸς ἀνθισταμένου ῥᾳδίως ὑποποιουμένων ἅπαντα, οὐδὲν ὑγιὲς οἱ συστρατευόμενοι Κόμανοι ἔπραττον, ἀλλὰ πάντας νεὼς καὶ ἀσκητήρια πάντα ἐσύλων, καὶ ἀδεῶς ἐνεπίμπρασαν, καὶ σεμνὰς παρθένους ἠνδραποδίζοντο καὶ ὡς ἀνιέροις ἐχρῶντο τοῖς ἱεροῖς, τοῖς τε ἄλλοις καὶ πρός γε ἔτι ἀντὶ τραπεζῶν ταῖς ἱεραῖς εἰκόσι (32). Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; Πάντ' ἔδρων ἀδεῶς, ὅσα χρεὼν ἀσεβέσιν ἀνδράσι. Διά τοι τοῦτο καὶ οὐ καλῶς οὐδ' ὁμολόγως ταῖς ἀρχαῖς τὸ τέλος ἀπήλλαξε τοῦ πολέμου. Δηλώσει δὲ προϊὼν ὁ λόγος.

III. Igitur Joannes sebastocrator in tanto angore et metu versabatur. Ac fortasse eo tempore vivere desiisset, illiusque ditio ab imperatore occupata esset, nisi exterorum commilitonum immodestia et C nimia licentia rem Romanam præter spem labefactasset, et fœdissime pervertisset. Nam cum Romani impressionem in illius fines fecissent, et resistente nemine omnia facile subigerent, Comani cum iis militantes nihil frugi faciebant, sed omnia fana, omnia monasteria spoliabant et impune cremabant, et venerabiles virgines captivas abducebant, ac sacris ut profanis abutebantur cum aliis rebus, tum sacrosanctis imaginibus, quas pro mensis habebant. Et quid multis est opus? sine ullo metu faciebant omnia, quæ impiorum hominum consuetudo fert. Quamobrem belli exitus non bonus, nec principiis consentaneus fuit, ut progressu orationis ostendetur.

Δ'. Ἐπεὶ γὰρ ἧκεν ἄγων τὴν στρατιὰν ὁ δεσπότης Ἰωάννης, τὰ μὲν τῶν πολιχνίων αὐτίκα ὑπέκυπτον· τὰ δὲ ταῖς τῶν τόπων ὀχυρότησι θαῤῥοῦντα ἀνθίσταντο μέχρι τινός· ἔπειτα καὶ ταῦτα ὑπέκυπτον, ἀντέχειν εἰς τέλος ἥκιστα δυνάμενα πρὸς τὰς βιαίας τῶν πολεμικῶν μηχανημάτων ἐπιφοράς. Ὅ γε μὴν σεβαστοκράτωρ [P. 68] ἀπογνοὺς πανταχόθεν εἰς ὀχυρώτατον καταφεύγει φρούριον τὸ τῶν Νέων Πατρῶν ἐπικεκλημένον. Ἔνθα δὴ καὶ κυκλοῦσιν αὐτὸν οἱ πολέμιοι καὶ συχνόν τινα χρόνον πολιορκοῦσι περικαθήμενοι. Τὸ μέντοι φρούριον

D IV. Nam cum Joannes despotes exercitum secum adducens advenisset, oppidula partim statim deditionem faciebant, partim situ locorum freta aliquandiu resistebant; mox bellicarum machinarum violentis ictibus ad extremum sustinendis imparia, ipsa etiam sese submittebant. Quare sebastocrator Joannes, rebus omni ex parte desperatis, novas Patras (id munitissimo castello nomen est) se recepit: ubi eum hostes circumcludunt et longo tempore circumsessum oppugnant. Id castellum in edito monte situm bellicas **113** machinas facile contem-

Variorum notæ.

(32) Quippe apud Græcos picturæ ac imagines in ligno, rarius in linteis delineabantur. Vide Glossar. med. Græcit. in Κηρογραφία. DUCANG.

nebat : sed ob multitudinem hominum ibi inclusam, rerum necessariarum penuriam metuebat. Itaque sebastocrator inops consilii multis curis distrahebatur, et urgentium malorum remedium quærens animum in omnes partes versabat. Tandem post multas deliberationes consilium mirum ac plane divinum init : quod, ut sacrum et arcanum, penes se ipsum religiose custodit, ac nemini communicat, nisi urbis custodi. Nam arcanum plurium auribus quam unius commissum multifariam erumpit : amissoque arcani nomine, fama pervulgata dici debet, tota castra tam amicorum quam hostium permeans. Unde ille, quippe vir prudens et hujus rei non ignarus, callide suum commentum struxit, quod erat hujusmodi.

A ἐκεῖνο τῶν Νέων Πατρῶν ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ ὄρους ἱδρυμένον ῥᾷστα μὲν τῶν πολεμικῶν κατεφρόνει μηχανημάτων· διὰ δὲ τὸν ἔνδον ἀποκλεισθέντα πολυάνθρωπον ὄχλον ἀπορίαν ἐδεδίει τῶν ἀναγκαίων. Διὸ καὶ ἀμηχανίᾳ παντοδαπῇ τὴν ψυχὴν ὁ σεβαστοκράτωρ ἐμερίζετο καὶ ἄνω καὶ κάτω τὸν λογισμὸν περιέστρεφε, τῶν περιισταμένων δεινῶν λύσιν ζητῶν. Ὀψὲ δὲ μετὰ πολλὰς στροφὰς λογισμῶν εἰς ἔννοιαν ἐληλύθει ξένην καὶ δαιμονίαν ὡς ἀληθῶς· ἣν ὥσπερ ἱεράν τινα καὶ ἀπόῤῥητον ἐταμίευσεν ἐν ἑαυτῷ, οὐδενὶ κοινωσάμενος τῶν ἁπάντων, πλὴν ἢ μόνῳ τῷ τοῦ ἄστεος φύλακι. Τὸ γὰρ εἰς πλείους μιᾶς ἀκοῆς διασπαρὲν μυστήριον πολύχουν ἀνίσχει γεώργιον καὶ τὴν ἐπωνυμίαν οὐκ ἔτι μυστήριόν ἐστιν, ἀλλὰ διαπρύσιος φήμη, ὅλα στρατόπεδα παραμείβουσα γνήσιά τε καὶ πολέμια. Ὅθεν καὶ αὐτὸς συνετὸς ὢν καὶ τῶν τοιούτων οὐκ ἀδαὴς συνετῶς τὸ σοφὸν ᾠκονόμησε βούλευμα ἑαυτοῦ. Ἦν δὲ τοῦτο τοιοῦτον.

V. Observata nocte, in qua ob interlunium profundæ tenebræ terram circumirent, fune se de muro demittit. Deinde, cum alius transitus ei non pateret, clam in Romana castra laceris vestibus ingreditur : et ne agnosceretur, magna voce et verbis aliquantulum barbaris, velut amissum equum quæritans clamat, et sic tota castra pervadit ac præterit. Turba vero militaris eum deridet et exsibilat, et suavissimis dicteriis exagitat. His dolis castra cum pertransisset, et longissime abesset,
114 monasteriolum quoddam remotum adit, et soli præposito sese quis sit indicat : a quo quinque jumentis et totidem famulis acceptis, sub auroram monte Thermopylarum superato, postridie in Bœotiam pervenit, ac tertio inde die in Atticam : ubi et Athenarum ducem convenit, cui pecuniam promittit, splendidasque et opulentissimas liberorum affinitates : tum ab eo auxilium petit, et pacta magna mercede milites accipit quingentos, omnes Athenienses delectos.

B Ε'. Νύκτα παραφυλάξας, ἐν ᾗ τῆς σελήνης τῷ ἡλίῳ συνοδευούσης σκότος βαθὺ περιτρέχει τὴν γῆν, σχοίνῳ τοῦ τείχους καθίησιν ἔξω ἑαυτόν· κἄπειτα οὐχ ἑτέρας οὔσης αὐτῷ παρόδου, λάθρα κατῄει ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον ἐν διεῤῥωγόσι τοῖς ἐνδύμασι· καὶ τοῦ λαθεῖν ἕνεκα μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ βαρβαριζούσῃ μικρόν πως τῇ διαλέκτῳ, ὡς ἀπολωλεκὼς τὸν οἰκεῖον δῆθεν ἵππον ἐζήτει, διϊὼν καὶ παραμείβων οὑτωσὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν. Οἱ δὲ πολλοὶ τοῦ στρατοῦ κατεγέλων ἀκούοντες αὐτοῦ καὶ ὑπεσύριζον καὶ ἡδυτάταις εἰρωνείαις ἐχλεύαζον. Ἀλλ' ἐκεῖνος δόλοις τοιούτοις παρελθὼν τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον καὶ πάνυ τοι πόῤῥω γενόμενος περί τι μονύδριον γίνεται τῶν ὑπερορίων, καὶ γνώριμον ἑαυτὸν καταστήσας μόνῳ τῷ τῆς μονῆς ἐπιστάτῃ C ὑποζύγια πέντε καὶ θεραπόντων τοσούτους λαμβάνει παρ' αὐτοῦ· καὶ ἅμα ἕῳ διαβὰς τὸ τῶν Θερμοπυλῶν ὄρος δευτεραῖος ἐς Βοιωτίαν ἀφίκετο· τριταῖος δ' αὖθις ἐκεῖθεν εἰς Ἀττικήν· ἔνθα δὴ καὶ τῷ τῶν Ἀθηνῶν ἐντυγχάνει δουκί· (33) καὶ χρήματα ὑπισχνεῖται καὶ κήδη λαμπρὰ (34) τῶν τέκνων πολὺν ἐπαγόμενα πλοῦτον· καὶ ἐπὶ τούτοις αἰτεῖ καὶ λαμβάνει συμμαχίαν ἐπὶ συμφωνίᾳ μεγάλων μισθῶν, πεντακοσίους τοὺς πάντας κατ' ἐκλογὴν Ἀθηναίους.

VI. At Romanorum exercitus, sebastocratorem Joannem in castello esse ratus, perstabat in obsidione, et crebris velitationibus mœnia lacessebat (neque enim erat unde machinæ admoveri possent) : atque omnes circum exitus observabat, necubi Joannes furtim elaberetur, sed aut sponte deditionem facere cogeretur, aut invitus a civibus dederetur duplici malo pressis, obsidione, atque intus penuria rerum necessariarum. Et hi quidem ita securi desidebant; quidam vero etiam e castris excurrebant, alii prædatum adversus finitimos Achæos, alii venatum : in quos primos ita dissipatos incidit Joannes sebastocrator cum quingentis illis Atheniensibus; eosque partim illico capit, partim usque

Ζ'. Ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς ἐντὸς εἶναι νομίζων τὸν σεβαστοκράτορα Ἰωάννην περιεκάθητο διηνεκῶς, ἀκροβολισμοῖς τισι κατὰ τῶν τειχῶν χρώμενος (οὐ γὰρ εἶχεν ὅθεν ἂν ἐπαγάγοι τὰς μηχανάς), καὶ τὰς διεξόδους κύκλῳ παραφυλάττων, ὡς μὴ λάθῃ διαδρὰς ὁ Ἰωάννης, ἀλλ' εἰς ἀνάγκην ἔλθῃ, προδότης ἐθελοντὴς ἑαυτοῦ γενέσθαι, ἢ προδοθῆναι μὴ θέλων αὐτὸς [P. 69] παρ' ἑκόντων τῶν πολιτῶν δυσὶ πιεζομένων κακοῖς, τῇ τε πολιορκίᾳ καὶ D τῶν ἀναγκαίων ἔνδοθεν στενοχωρίᾳ. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἐκάθηντο ἀπεριμερίμνως. Τινὲς δὲ καὶ τοῦ στρατοπέδου παρεξήλαυνον, οἱ μὲν λείας ἕνεκα ἐς τοὺς ὁμόρους τῶν Ἀχαιῶν, οἱ δ' ἐπὶ κυνηγέσιοις· οἷς ἐπεισπίπτει πρώτοις ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰωάννης

Variorum notæ.

(33) Pachymer. ἐκεῖσε μὲν τὸν μέγαν κύριον ἐμονοσοῦντά οἱ, Συριωάννης γὰρ κατὰ γλῶσσαν ἐλέγετο, Joannes scilicet *de la Roche*, dux Athenarum et Thebanorum dominus, de quo supra ad cap. 3, sect. 2. DUCANG.

(34) Pachymer. εἰς πίστιν δὲ τῶν σπονδῶν ἔσεσθαι καὶ κῆδος γενέσθαι, ὡς λαβεῖν ἐκεῖνον γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρί. DUCANG.

μετὰ τῶν πεντακοσίων (35) Ἀθηναίων ἐκείνων, οὑτωσὶ διεσκεδασμένοις· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν εὐθὺς αἱρεῖ, τοὺς δὲ διώκει μέχρι τοῦ στρατοπέδου· ὡς τῷ ἀπροσδοκήτῳ καὶ αἰφνιδίῳ τοῦ πράγματος θόρυβον ἐγγενέσθαι τῷ Ῥωμαΐῳ στρατῷ καὶ ταραχὴν λογισμῶν τοῖς τε ἄλλοις στρατηγοῖς καὶ αὐτῷ δὴ Ἰωάννῃ τῷ δεσπότῃ, νομίσασιν ἢ τὸν Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας ἥκειν πρίγκιπα (36) μετὰ πλήθους ἀξιολόγου, ἢ Θηβαίων καὶ Εὐβοέων καὶ Ἀθηναίων στρατὸν παμπληθῆ μετὰ δουκὸς τοῦ αὐτῶν ἀρχηγοῦ πρὸς βοήθειαν ἐξιέναι τοῦ Σεβαστοκράτορος Ἰωάννου. Ὅθεν πρὶν ἐκείνους ἐπιστῆναι, λάθρα καὶ κατὰ μικρὸν οἴκοθεν ὁ Ῥωμαίων στρατὸς διελύετο, καὶ ἄλλος ἄλλον συχνὰ προλαμβάνοντες ἔφευγον ἀμεταστρεπτὶ, καὶ πολλὰ τῶν στρατηγῶν ἐπιβοωμένων καὶ καρτερεῖν κελευόντων, οἱ δὲ οὐχ ὑπήκουον, ἀλλ' ἅμα πάντες ἔθεον τὴν αὐτὴν ἀμεταστρεπτί· ὡς καὶ αὐτοὺς ἤδη τοὺς στρατηγοὺς ξύν γε τῷ δεσπότῃ Ἰωάννῃ συνιδόντας ὡς κατὰ χώραν μένουσιν ὄλεθρος ἕπεταί σφισι προφανὴς, μετὰ τοῦ μηδέν τι γενναῖον ἔργον καὶ ἀξιόλογον πεπραχέναι, ἕτερον πέρας οὐ μάλα τῆς ὥρας ἐθελούσης χαρίζεσθαι, ἐπὶ πόδα λοιπὸν ἀναγκασθῆναι κατὰ τὸ λεληθὸς ἀναχωρεῖν ἅμα τῷ περιλειφθέντι ἐκ Παφλαγόνων στρατεύματι μετὰ τάξεως μέντοι τινὸς καὶ ἐμπειρίας στρατηγικῆς.

A ad castra persequitur; ut ex re inopinata et sub ta tumultus in exercitu Romano **115** oriretur, et cum alii duces, tum Joannes ipse despotes perturbaretur, eo quod crederent aut Peloponnesi et Achaiæ principem cum justis copiis adesse, aut magnas Thebanorum, Eubœorum et Atheniensium copias cum suo duce exiisse, Joanni sebastocratori opem laturas. Igitur priusquam illi irruerent, clam et paulatim Romanus exercitus suapte divellitur: et alii alios subinde prævertentes, contento cursu fugiunt, ducibus quidem multum reclamantibus et manere jubentibus, illis autem non audientibus, sed effuse fugientibus. Itaque et ipsi duces cum Joanne despota, cum sibi, si manerent, certum exitium imminere prospicerent, ac præterea nullum B se egregium aut memorabile facinus edituros, ipsa occasione non alium exitum spondente, cessim ac furtim pedem referre coacti sunt cum reliquiis Paphlagonum, conservato tamen ordine ac disciplina militari.

Z'. Τοῦ δὲ τοιούτου πταίσματος οὕτω παρ' ἐλπίδα Ῥωμαίοις συμβάντος δι' ἔκτισιν ὧν ἐπεπράχεσαν ἐκεῖσε ἀσεβημάτων οἱ συστρατευόμενοι Κόμανοι, τὰς πύλας εὐθὺς οἱ ἐκ τοῦ φρουρίου ἀναπετάσαντες καταθέουσι πανδημεὶ, καὶ εἰς ταὐτὸν ἔρχονται τῷ τε σεβαστοκράτορι Ἰωάννῃ καὶ τοῖς συμμάχοις· καὶ κοινολογησάμενοι ἅττα ἐχρῆν, οἱ μὲν αὐτόθι κατὰ χώραν μένειν προὐτράπησαν εἰς συλλογὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν σκηνῶν καὶ ἵππου καὶ τῆς πάσης ἀποσκευῆς καὶ τοῦ παντοδαποῦ πλούτου, ὅν τε οἴκοθεν ἧκον αὐτοὶ ἐπαγόμενοι, καὶ ὃν ἐκ τῆς λείας προσεκτήσαντο· οἱ δὲ κατὰ νώτου Ῥωμαίοις ἕπονται σποράδην ἄλλοις ἄλλοσε διεσκεδασμένοις· καὶ τοὺς μὲν ξίφος ἀνταιρομένους ἔκτεινον· ὅσοι δὲ συλλαμβανόμενοι οὐκ ἀντεῖχον, οὗτοι δὲ καὶ αὐτοῦ γε δὴ τοῦ χιτωνίσκου γυμνούμενοι μετὰ μόνης ἀπελύοντο τῆς ἀναξυρίδος. Νόμος γάρ ἐστιν οὗτος (37) ἄνωθεν ἐκ διαδοχῆς ἀεὶ κατιὼν ἐς τοὺς ἀπογόνους ἀκήρατος, οὐ μόνον Ῥωμαίοις καὶ Θετταλοῖς, ἀλλὰ καὶ Ἰλλυριοῖς καὶ Τριβαλλοῖς καὶ Βουλγάροις, διὰ τὴν τῆς πίστεως ταὐτότητα τὰ μὲν πράγματα μόνα σκυλεύειν, τὰ δὲ σώματα μὴ ἀνδραποδίζεσθαι, [P. 70] μηδὲ φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως μηδένα. Καὶ εἰ μὴ φθάσαν τὸ τῆς ἑσπέρας σκότος τὸν τῶν διωκόντων πολεμίων ἀνεχαίτισε δρόμον, τάχ' ἂν ἐς μείζω τῶν εἰρημένων τὰ δεινὰ τοῖς φεύγουσιν ἀπήντα τὸ πέρας· ἀλλὰ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, οἱ μὲν πολέμιοι μετὰ τοῦ σεβαστοκράτορος ἀνεχώρησαν εἰς τοὐπίσω τῇ παραλόγῳ νίκῃ γαυρούμενοι· οἱ δὲ τὸν κίνδυνον διαφυγόντες Ῥωμαῖοι σύνδυο καὶ σύντρεις καὶ πλείους ἐπὶ πλείοσι περὶ τὸν δεσπότην Ἰωάννην ἠθροίζοντο, τῇ λύπῃ συγκεχυμένον ἐπὶ τῇ

VII. Hac tam insperata clade Romanis oblata, cujus causa fuere Comanorum commilitonum sacrilegia in iis locis commissa, oppidani statim patefactis portis universi erumpentes ad Joannem sebastocratorem et ad socios conveniunt. Cum quibus quantum opus erat collocuti, partim ibi jubentur manere ad colligendum Romana tabernacula, equos, impedimenta quælibet et omnigenas divitias, quas C Romani sive ipsimet secum domo attulissent, sive e **116** præda coegissent: partim tergis Romanorum inhærent palantium ac dispersorum; ac si qui resistant, eos occidunt: qui vero comprehensi se non defendant, eos etiam interula exuta, nec relicta ulla veste præter femoralia, dimittunt. Institutum enim hoc a majoribus constanter ad posteros propagatum servatumque fuit, non modo a Romanis et Thessalis, sed Illyriis etiam, et Triballis et Bulgaris, propter religionis communionem, spolia tantum auferenda: homines vero nec ad servitutem rapiendos, nec extra aciem occidendos esse. Ac nisi vespertinæ tenebræ offusæ hostium persequentium cursum inhibuissent, pejus fortasse quam D dictum est cum fugientibus actum esset. Sed nocte oborta ipsi quidem hostes cum sebastocratore inopinata victoria elati retro abierunt. Qui vero periculum evaserant Romani, bini ac terni, et subinde plures ad despotam Joannem confluebant, tristem et confusum ob improvisum illum et infaustum eventum. Hoc miserabili habitu ad vicina Demetriadi loca pervenerunt. Urbs ea quondam Sicyon dicta, post a Demetrio Poliorcete occupata, nomen ejus assumpsit. Fuit autem hic unius ex Alexandri

Variorum notæ.

(35) Trecentos duntaxat equites fuisse scribit Pachymer. l. d. cap. 31. DUCANG.

(36) Guilelmum Villharduinum, de quo supra. DUCANG.

(37) Nescio an istius moris alius scriptor meminerit. DUCANG.

successoribus filius, nempe Antigoni, cui Asia cis Euphratem paruit.

παραδόξῳ ταύτῃ διαμαρτίᾳ. Οὕτω δ' ἔχοντες δυστυχῶς καταντῶσιν ἐς τὰ πλησίον τῆς Δημητριάδος χωρία. Πόλις δὲ αὕτη Σικυὼν μὲν πρότερον ἐπικεκλημένη, ὕστερον δὲ τὴν ἐπωνυμίαν πρὸς τὸν κτησάμενον μετενεγκοῦσα, Δημήτριον δηλαδὴ τὸν Πολιορκητήν, ὃς ἐτύγχανε παῖς τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων ἑνὸς Ἀντιγόνου, τοῦ τῆς Ἀσίας κατάρξαντος, ὁπόσην ὁ ποταμὸς Εὐφράτης ἔνδον ὁρίζει.

CAPUT X.

De sinu Pelasgico. Imperatoria classis insulas a Latinis occupatas vexat. Cretensium et Eubœensium classis. Naves Romanas in sinu Pelasgico stantes pene opprimit. Prælium navale. Navium moles, forma, apparatus. Philanthropenus Romanæ classis præfectus suos adhortatur. Pugnæ exitus. Romani fugiunt. Joannes despotes recens a terrestri clade pugnam instaurat. Hostes in fugam vertit. Insignia despotica cur nunquam deinceps gestaverit.

117 I. Enimvero vix ex hac mœstitia recreatis aliud malum priore haud minus nuntiatur, quod jam narrabo. Sinus est, quem Pelasgicum vocant, in mediterranea longissime excurrens, Ossamque et Pelium versus septentrionem relinquens. Sunt autem ii montes altissimi. Hujus sinus extremitatem urbs Demetrii supra dicta attingit. Imperatoria vero classis insulas quæ a Latinis occupabantur præter et circum navigando infestabat. Id malum intolerabile Latinis erat, iis præsertim qui Cretam incolebant, nec minus Eubœam tenentibus. Igitur inita concordia classem instruunt, non ut adversus imperatoriam classem apertum bellum susciperent (quod perinde esset ac si in cœlum jacularentur), sed ut navalibus imperatoris copiis ingruentibus, sua promontoria custodirent, seseque defenderent, simul et terra et mari pugnam cientes.

Α'. Ἀλλὰ γὰρ (38) οὔπω τελέως τῆς ἀθυμίας ἀναλαβεῖν ἑαυτοὺς ἠδυνήθησαν ταυτησί, καὶ δεύτερον ἀγγέλλεται τούτοις δεινὸν καὶ τοῦ προλαβόντος οὐκ ἔλαττον, ὃ δὴ καὶ λέξων ἔρχομαι. Κόλπος ἐστὶ Πελασγικὸς οὑτωσί πως καλούμενος, ἐπὶ πλεῖστον τῆς μεσογείου παρεξιὼν καὶ πρὸς ἄρκτους ἀφεὶς τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸ Πήλιον. Ὄρη δὲ ταῦτα πρὸς ὕψος τὰς κορυφὰς ἀναπέμποντα μέγιστον. Τοῦ δὴ τοιούτου κόλπου κατὰ τὸ ἀκρότατον καὶ ἡ προειρημένη παραψαύει πόλις τοῦ Δημητρίου. Ὁ δὲ βασιλικὸς στόλος τὰς ὑπὸ τῶν Λατίνων κατεχομένας νήσους παραπλέων καὶ περιπλέων κακῶς διετίθει· καὶ ἦν τοῦτο δεινὸν τοῖς Λατίνοις ἀφόρητον· πάντων δὲ μάλιστα τοῖς ὅσοι τὴν Κρήτην οἰκοῦσι καὶ πρός γε δὴ τοῖς ὅσοι τὴν Εὔβοιαν· οἳ δὴ καὶ συνθέμενοι ναυτικὸν ἐξαρτύουσιν, οὐχ ἵνα φανερὸν ἐγείρωσι πόλεμον κατὰ τοῦ βασιλικοῦ στόλου (τοῦτο γὰρ ὅμοιον τούτοις ἐδόκει, ὥσπερ ἂν εἰ εἰς οὐρανὸν ἐπεχείρουν τοξεύειν), ἀλλ' ἵν' ἐπιούσης τῆς ναυτικῆς τοῦ βασιλέως δυνάμεως, τὰς ἑαυτῶν παραφυλάττωσιν ἄκρας καὶ ἀντέχωσιν ἀπὸ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης μαχόμενοι.

II. Contigit autem, ut sub hoc tempus imperatoriæ triremes amplius quinquaginta sinum hunc ingressæ velut in tuto portu considerent. Ac Cretenses et Eubœi pridem occasionem captantes et illis insidiantes, tempus ad invadendum illas opportunius aliud sibi dari non posse putaverunt. Itaque triremibus et quadriremibus suis quam celerrime instructis, quæ paulo plures triginta erant, et ligneis turribus in plerisque ad proram exstructis, cursum accelerant: ut priusquam imperatorii ipsorum 118 accessum animadverterent, ipsi naves occuparent, et ex navalibus detraherent vacuas vectoribus, qui interim securi et incauti in terra versarentur. Quæ res, nisi Dominus præter exspectationem opem Romanis attulisset, hostibus e sententia successisset. Nam Romani adventum Cretensium et Eubœorum senserunt, sed angustiæ temporis eos ita ut oportebat armari non siverunt. Tamen solutis anchoris festinanter et ut se habebant in altum provehuntur: et magnam utrique alacritatem præ se ferunt, minus quindecim stadiis a littore distantes.

Β'. Συνέβη γοῦν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ τὰς βασιλικὰς τριήρεις ὑπὲρ τὰς πεντήκοντα οὔσας ἐν τῷδε τῷ κόλπῳ τὸν εἴσπλουν ποιησαμένας ὡς ἐπ' ἀσφαλοῦς ἐνορμίσασθαι. Οἱ δὲ Κρῆτες καὶ Εὐβοεῖς πάλαι καιροφυλακοῦντες [P. 71] καὶ ναυλοχοῦντες αὐτάς, οὐχ ἕτερον τούτου βελτίονα ἐς τὸ ἐπιθέσθαι αὐταῖς ἐνόμισαν ἔχειν καιρόν. Καὶ δὴ τὴν ταχίστην συσκευασάμενοι τὰς τριήρεις καὶ τετρήρεις αὐτῶν μικρὸν ὑπὲρ τὰς τριάκοντα οὔσας καὶ πύργους ξυλίνους ταῖς πρώραις τῶν πλειόνων ἐπιστήσαντες ταχυναυτοῦσιν· ὡς ἂν πρὶν αἰσθέσθαι τοὺς βασιλικοὺς τὸν τούτων ἐπίπλουν, αὐτοὶ προκαταλαβόντες ἐκ τοῦ ναυστάθμου κενὰς τῶν ἐπιβατῶν τὰς ναῦς ἐφελκύσωνται, ἔξω περὶ τὴν γῆν ἀπεριμερίμνως τηνικαῦτα διατριβόντων αὐτῶν. Ὃ δὴ καί, εἰ μὴ Κύριος ἀπροσδόκητον χεῖρα παρεῖχε Ῥωμαίοις, κατὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἂν ἐς τέλος συνεπεπτώκει βούλησιν. Ἤσθοντο μὲν γὰρ καὶ Ῥωμαῖοι τὸν τῶν Κρητῶν καὶ Εὐβοέων ἐπίπλουν· ἀλλὰ στενὸς τυγχάνων ὁ καιρὸς χώραν ὁπλίσασθαι, ὡς ἐχρῆν, οὐκ ἐδίδου. Ἄραντες δ' ὅμως ἐκ τῆς γῆς κατὰ σπουδὴν ὡς εἶχον ἀνήχθησαν· καὶ γίνεται προθυμία πολλὴ παρ' ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, πεντεκαίδεκα σταδίων οὐκ ἔλαττον ἀπεχόντων τῆς γῆς.

III. Ac hostiles quidem naves mole et pondere præstabant, tam ob magnitudinem, quam ob arma-

Γ'. Αἱ μέντοι πολέμιαι νῆες ὄγκον εἶχον καὶ βάρος ὑπὸ μεγέθους καὶ ὁπλίσεως καινοτέρας καὶ ὥσπερ

Variorum notæ.

(38) Rem attigit Pachymer. lib. IV, cap. 32; ut et Phranzes, lib. I, cap. 6. DUCANG.

πόλεις ἐπὶ θαλάττης κινούμεναι σχολαιότερον παρετάσσοντο. Αἱ δὲ Ῥωμαϊκαὶ τοσοῦτον ἠλαττοῦντο μεγέθει τῶν πολεμίων, ὅσον πλήθει τὰς τῶν πολεμίων ὑπερεῖχον· εὔστροφοι δ' ἦσαν ἄλλως καὶ ταχεῖαι πρὸς κύκλωσιν, ἀλλ' οὐκ ἀντίῤῥοπον ἔχουσαι τὴν παρασκευὴν τῆς ὁπλίσεως. Ὅμως ἀντιπαρετάσσοντο καὶ αὗται, οὐ τοσοῦτον πρὸς ναυμαχίαν, εἰπεῖν, ὅσον πρὸς τειχομαχίαν. Τείχεσι γὰρ ἐῴκεσαν αἱ τῶν πολεμίων πρῷραι σοβαρῶς ἐστεφανωμένοις ὁπλίταις ἀκμαιοτάτοις. Ὁ μὲν οὖν ἀρχηγὸς τοῦ ναυτικοῦ Ῥωμαίων, ὁ Φιλανθρωπηνὸς, ἐπὶ τῆς ναυαρχίδος ὢν περιῄει παραθαῤῥύνων πρὸς πόλεμον τοὺς ὁπλίτας, ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως γινόμενος, ποτὲ δ' ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου· κατὰ στόμα μὲν δὴ ταῖς τῶν πολεμίων πρῴραις ἐμβάλλειν αἱ B Ῥωμαϊκαὶ νῆες οὐκ εἶχον, τῶν πολεμίων ὥσπερ ἐκ γῆς στερεᾶς ἀφ' ὑψηλοῦ λίθους μεγάλους καὶ συνεχεῖς βαλλόντων ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς ἄφεσιν ἄνωθεν ἐπιτήδεια, καὶ μάλα κακῶς διατιθεμένων αὐτούς. Ὅθεν παρὰ πλευρὰν ἐπιοῦσαι τὰς ἐμβολὰς καθόσον ἐξῆν ἐποιοῦντο. Τὸ μὲν οὖν εὐώνυμον κέρας τῶν πολεμίων ἐπόνει πληττόμενον, ἕωθεν τοῦ ἡλίου τὰς ὄψεις συγχέοντος σφῶν· τὸ δὲ δεξιὸν κραταιότερον ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ναυσὶν ἐγκείμενον, ἐνίκα λαμπρῶς καὶ δεινῶς ἐτραυμάτιζε τοὺς Ῥωμαίων ὁπλίτας τε καὶ ἐρέτας· ὡς ἀπογινώσκοντας ἤδη τούτους διεκπίπτειν καὶ παρὰ τὴν γῆν τρεπομένους ἐξιέναι, κενὰς ἐπὶ τῆς ψάμμου τὰς ναῦς ἀφιέντας. Καὶ εἰ μὴ ὁ τοῖς ἀπόροις εὐπορίαν διδοὺς καὶ τοῖς ἀνελπίστοις ἐλπίδα Θεὸς ἀπροσδόκητον τότε καὶ C Ῥωμαίοις ἐχαρίζετο χεῖρα, [P. 72] τάχ' ἂν ἐς ᾅδην εἰπεῖν τὰ Ῥωμαίων τότε ξυνωθεῖτο πράγματα δυσὶ μεγάλοις ἅμα περιπεπτωκότα πταίσμασιν.

Δ'. Ἀλλὰ θαυμάσειεν ἄν τις τὴν ἀνεξερεύνητον πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ, πῶς τὸ παράδοξον τῆς ἠπείρου σφάλμα παραδοξοτέραν τῇ θαλάττῃ τὴν ἀσφάλειαν ἐπορίσατο. Ὁ γὰρ τοῦ βασιλέως αὐτάδελφος Ἰωάννης ὁ δεσπότης μετὰ τῶν ἐκ τοῦ ἠπειρωτικοῦ ἐκείνου πολέμου διασωθέντων (39) ἔγγιστά που ποιούμενος τὰς διατριβὰς ᾔσθετο γινομένης τῆς ναυμαχίας ἐκείνης καὶ διακωδωνιζομένης ἤδη τῆς φήμης ἄχρι τῆς μεσογείου, καὶ παρελθὼν ἐς τὴν παραλίαν τοῦ κόλπου ὁρᾷ θέαμα ἐλεεινὸν, κινδυνεύουσαν ἤδη καὶ τὴν ναυτικὴν τῶν Ῥωμαίων δύναμιν· καὶ αὐτίκα τοῦ ἵππου ἀποπηδήσας μετὰ πολλῶν τῶν δακρύων D ῥίπτει τὰ τῆς δεσποτικῆς ἀξίας σύμβολα, « Γυμνὸς, » λέγων, « ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι σήμερον. » Εἶτα κατὰ κεφαλῆς ἐπάσατο κόνιν, καὶ βύθιόν τι στενάξας ἐβόα πρὸς Κύριον, ὀξεῖαν ἐκεῖθεν ἐπικαλούμενος τὴν βοήθειαν· μὴ καὶ ταύτης ἐπὶ νεαρᾷ τῇ προτέρᾳ τῆς ἥττης ἐπενεχθείσης Ῥωμαίοις, ἐς τέλος ἀνατετράφθαι καὶ ἀπολωλέναι τὰ Ῥωμαίων γένοιτο πράγματα. Καὶ μὲν δὴ σύμμαχον ἑαυτῷ θαῤῥήσας ἐπεσθαι τὸν Θεὸν ἔργου εἴχετο· καὶ τοὺς δοκιμω-

A turam novam, et urbium instar per mare ambulantium, tarde ad pugnam sese præparabant. Romanæ vero tantum magnitudine inferiores erant hostilibus, quantum numero superiores; alioqui sane celeres et agiles ad hostem circumveniendum, sed paribus armis haudquaquam instructæ. Tamen et ipsæ contra in aciem producebantur, non tam cum navibus quam cum mœnibus pugnaturæ. Nam proræ hostium similes mœnibus erant, militum robustissimorum corona cum fastu circumdatis. Porro classis Romanæ præfectus Philanthropenus prætoria nave circumvectus milites suos confirmabat, et nunc in dextro, nunc in sinistro cornu versabatur. Romanæ autem **119** naves in adversas hostium proras impetum facere non poterant, hostibus velB ut e stabili solo magna saxa continenter in eos ex editiore loco jaculantibus, et alia quæ deorsum commode mittuntur, pessimeque eos accipientibus. Quare ad latus euntes impressionem quatenus dabatur faciebant. Ac sinistrum hostium cornu impulsum laborabat, matutino sole oculos eorum confundente. Dextrum vero naves Romanas violentius premens aperte vincebat, graviterque et milites et remiges vulnerabat, ut jam ii rebus desperatis sese proriperent, et fusi fugatique in terram evaderent, navibus vacuis in arena derelictis. Itaque nisi is qui res impeditas expedit, et desperatis spe bona prælucet Deus, tum quoque Romanis insperantibus opem tulisset, fortasse is ultimus fuisset rei RoC manæ interitus, duabus simul cladibus magnis oppressæ.

IV. Sed merito aliquis admiretur inscrutabilem Dei providentiam, qua effectum est ut clades terrestris inopinata salutem classi afferret magis inopinatam. Nam imperatoris frater Joannes despotes, qui in proximo cum iis qui cladem terrestrem evaserant versabatur, pugnam illam navalem conseri animadvertit; cujus fama in mediterraneum usque jam vagata percrebuerat. Itaque ad illius sinus oram progressus miserabile spectaculum videt, navales Romanorum vires ipsas quoque in periculum adductas; ac statim ex equo desiliens despotica inD signia **120** cum multis lacrymis abjicit; ac, «Nudus, inquit, ex utero materno sum egressus, nudus etiam hodie discedam.» Tum caput pulvere conspersit, et ab imo suspirans clamavit ad Dominum, subitum ab eo auxilium implorans, ne post recentem cladem altera hac illata Romanum imperium funditus periret atque everteretur. Deinde futurum sibi adjutorem Deum confisus rem aggreditur: milites probatissimos, ex pedestribus copiis delectos, omni diligentia navibus imponit; item sagittarios, funditores et quidquid ferentariorum

Variorum notæ.

(39) *Qui cladem terrestrem evaserant.* Ita vertendum, non ut Wolfius, *qui cladem Epiroticam evas.* BOIVIN.

erat alios super alios crebro submittit; vulneratos subinde recipit, et iis vicissim alios recentes ac vegetos substituit, et hos quidem ipsos maximam partem lapidibus adversus hostem armatos. Quod cum ad vesperam usque faceret, victoriam de hostibus reportat; quorum omnes naves a Romanis captæ sunt, duabus exceptis, quæ fuga evaserunt. Proinde omnis exercitus laudes Deo cecinit gratiasque persolvit, salutem et victoriam præter spem iis largito. Cæterum frater imperatoris Joannes, despoticæ dignitatis insignibus omnibus depositis, ut diximus, sic Byzantium sine ornamentis rediit, eoque habitu reliquum vitæ exegi.

A τέρους τῶν ὁπλιτῶν τῆς πεζικῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἀπολεξάμενος, ὅλαις σπουδαῖς ἐνεβίβαζεν εἰς τὰς ναῦς, καὶ ἅμα ἄλλους ἐπ' ἄλλοις συχνοὺς τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ ὅσοι ἀκοντισταί· καὶ ἀεὶ τοὺς τραυματίας ἀναλαμβάνων ἄλλους ἀμοιβαδὸν εἰσῆγε νεαροὺς καὶ ἀκμάζοντας, χερμαδίοις καὶ τούτων τοὺς πλείστους κατὰ τῶν ἐναντίων χρωμένους. Καὶ οὕτω μέχρι δείλης ὀψίας ποιῶν τρόπαιον ἵστησι κατὰ τῶν πολεμίων· καὶ πλὴν δυοῖν φυγῇ χρησαμένων πᾶσαι τῶν πολεμίων αἱ νῆες Ῥωμαίοις ἑάλωσαν. Ὕμνοι τοιγαροῦν εὐχαριστήριοι παρὰ παντὸς ἀνήγοντο τοῦ στρατοῦ πρὸς Θεὸν, παραδόξως αὐτοῖς χαρισάμενον τήν τε σωτηρίαν ὁμοῦ καὶ τὴν νίκην. Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως αὐτάδελφος (40) Ἰωάννης τὰ τῆς δεσποτικῆς ἀξίας ἅπαντα ἀποθέμενος, ὡς εἰρήκαμεν σύμβολα, οὕτως ἐς τὸ Βυζάντιον ἧκεν ἀξύμβολος, ἐπὶ τοῦδε τοῦ σχήματος τὸ λεῖπον παραλλάξας τοῦ βίου.

Variorum notæ.

(40) Pachymer. lib. IV, cap. 32; lib. V, cap. 1. DUCANG.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Ε'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER QUINTUS.

—

CAPUT PRIMUM.

Fœdus a Balduino initum cum Carolo Italiæ rege. Pactum de Constantinopoli recuperanda. Caroli ambitio, prudentia, bellicæ virtutes. Quid illum impulerit ad bellum Palæologo inferendum. Belli apparatus. Copiæ terrestres. Classis. Palæologus Byzantium munit. Siciliæ regem et Venetos in Carolum concitat. Artaxerxæ stratagema. Carolus incepto non desistit. Palæologus legatos ad papam mittit: per quos de avertendo Carolo et de Ecclesiarum concordia agit.

123 I. Cæterum ut ordine progrediatur oratio et historiæ contextus ignoratione rerum, quas præcognitas esse oportet, non interrumpatur, quædam paulo altius repetenda sunt. Supra diximus Balduinum, Constantinopolitanis periculis elapsum, venisse in Italiam, ibique socium sibi adjunxisse regem Carolum, atque ejus filiam suo filio despondisse: ac dotis compensandæ causa daturum se ei promisisse quam perdidisset Constantinopolin, si illius opibus in bello adjuvaretur.

II. Ille igitur, cum hoc promissum velut semen quoddam animo concepisset, nihil jam exiguum de

B [P. 73] Α'. Ἀλλ' ἐπανιτέον (41) τὸν λόγον μικρὸν, ἵνα καθ' εἱρμὸν ὁ λόγος ὁδεύῃ καὶ μὴ τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας διακόπτηται δι' ἄγνοιαν ὧν προεγνῶσθαι χρεών. Ἔφθημεν εἰρηκότες τὸν Βαλδουῖνον τοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως διαδράντα κινδύνους ἐς Ἰταλίαν ἀφικέσθαι κἀκεῖσε τῷ ῥηγὶ τῆς Ἰταλίας Καρούλῳ συστάντα τῷ ἑαυτοῦ παιδὶ (42) τὴν ἐκείνου ἀγαγέσθαι θυγατέρα (43) ὑποσχέσθαι τε δοῦναι ἀντὶ προικὸς ἣν ἀπώλεσε Κωνσταντινούπολιν, εἰ συμμαχήσειε κἀκεῖνος αὐτῷ.

Β'. Ἐκεῖνος τοίνυν τὸν τῆς ὑποσχέσεως λόγον ἐν καρδίᾳ σπέρματος δίκην δεξάμενος οὐδὲν ἔτι μικρὸν

Variorum notæ.

(41) Pachymer. lib. V, cap. 8, 10. DUCANG.
(42) Philippo. DUCANG.
(43) Beatricem. DUCANG.

ὑπενόει περὶ τῶν ὅλων· ἀλλὰ τὴν ὅλην, ὡς εἰπεῖν, A Ἰουλίου Καίσαρος καὶ Αὐγούστου μοναρχίαν ὠνειροπόλει, Κωνσταντινουπόλεως εἰ γένοιτο ἐγκρατής. Δεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ (44) οὐ μόνον σκέψασθαι τὰ δέοντα, ἀλλὰ καὶ ῥᾷστα τελεσιουργὸν τὴν σκέψιν ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδείξασθαι· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, δυνάμει φύσεως καὶ κράτει συνέσεως μακρῷ τῷ μέτρῳ πάντας ἐνίκα τοὺς πρὸ αὐτοῦ. Διὸ καὶ τὴν τῶν εἰρημένων μελέτην ἐγκυμονήσας εἰς πέρας ἄξειν ἐθάῤῥησε χρόνου βραχέος ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτήν. Ἐνῆγε δ' αὐτὸν εἰς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν τό τε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀσθενὲς πολλαχόθεν διεσπασμένης καὶ διεῤῥηγμένης καὶ πολλοῦ δεομένης χρόνου πρὸς ἀνοικισμὸν καὶ στηριγμὸν τῶν διεῤῥωγότων, ἥ τε τοῦ βασιλέως περὶ τὰς τῶν καινοτέρων εὑρέσεων B ἐπινοίας δεινότης, καὶ ἡ σφοδροτάτη περὶ τὰς πράξεις ὀξύτης· ἃ δὴ καὶ σφόδρα ἐκεῖνον ἐλύπει καὶ τοὺς ἐκείνου λογισμοὺς περιέθραυε καὶ πρὸς μεγάλους ἐνέβαλλε φόβους. Δι' αὐτὸ γέ τοι τοῦτο καὶ ἔσπευδε καθελεῖν αὐτὸν, πρὶν ἂν μείζω τῆς οὔσης κτησάμενος αὐτὸς δύναμιν κατά γῆν τε καὶ θάλατταν εἰς τὰς ἐσχάτας ἐκεῖνον περιστάσεις ἐλάσῃ.

[P.74] Γ'. Καὶ πρῶτον μὲν ἔγνω στρατὸν ἱκανὸν ἀθροίσας κελεῦσαι διαβάντα τὸν Ἰόνιον ἐμβαλεῖν ἐς τὴν Ῥωμαίων καὶ μὴ πρότερον στῆναι δουλουμένους τὰ ἐν ποσὶν ἅπαντα, πρὶν καὶ αὐτὴν παραστήσασθαι τὴν βασιλεύουσαν· ἔπειτα μεγάλην διὰ θαλάττης ἐξαρτύσας δύναμιν διχόθεν τῷ βασιλεῖ περιστῆσαι τὸν κίνδυνον. Ἀλλ' ἐψεύσθη τῶν βουλευμάτων δεινοτέρῳ περιτυχὼν στρατηγῷ τῷ βασιλεῖ. Αὐτίκα γὰρ ὁ βασιλεὺς C πᾶσαν ἔθετο σπουδὴν προκαταλαβὼν ἀπράκτους τὰς ἐκείνου βουλὰς ἀποφῆναι. Διὸ καὶ ἠσφαλίζετο καὶ περιέφραττε πανταχόθεν τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, καὶ τεῖχος ὀχυρὸν τῶν παραλίων τειχῶν ἐξῆπλωσεν ἔνδοθεν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πάμπολλα καὶ διάφορα χρήματα πέμπων ἐξεπολέμου κατ' ἐκείνου τοὺς πέριξ ἐκείνου ῥῆγας, τόν τε τῆς Σικελίας κρατοῦντα καὶ αὐτὸν τῆς Βενετίας, τὸν παλαιὸν μιμησάμενος Ἀρταξέρξην ἐκεῖνον, ὃς τὴν Ἀγησιλάου τοῦ Σπαρτιάτου δείσας ὁρμὴν, χρήματα πέμψας συχνὰ, τόν τε Θηβαῖον Ἐπαμεινώνδαν καὶ Πελοπίδαν, καὶ ὅσοι τῆς Ἑλλάδος προὔχοντες ἦσαν, ἐξεπολέμωσε κατ' αὐτοῦ· καὶ πρὶν ἀνήκεστόν τι παθεῖν παρ' ἐκείνου, ἀνήκεστα παθεῖν ἐκεῖνον φθάσας ἐπεπράχει σοφαῖς ἐπινοίαις.

D

Δ. Ὁ μὲν οὖν Κάρουλος οὕτω καταστρατηγούμενος ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ τοιούτοις αὐτοῦ τοῖς ἀκροβολισμοῖς ἀποκρουόμενος, δῆλος ὅμως ἦν οὐκ ἠρεμήσων ἔτι, τῇ τε τοῦ οἰκείου στρατοῦ δυνάμει θαῤῥῶν καὶ τῶν χρημάτων τῷ πλήθει. Ὅθεν ἀνάγκαις τοσαύταις συνεζευγμένος ὁ βασιλεὺς, πρὸς ἀπόγνωσιν συνωθούσαις, διαπρεσβεύεται ἤδη καὶ πρὸς τὸν πάπαν (45) περὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ὁμονοίας τε καὶ

A summa rerum agitabat, sed totam Julii Cæsaris et Augusti monarchiam somniabat, si Constantinopoli potiretur. Erat enim vir ejusmodi, ut non solum quæ opus essent deliberando provideret, sed etiam deliberata strenue exsequeretur. Et ut paucis dicam, naturæ excellentia et solertis ingenii vi majores suos longe superabat. Quare ea quæ diximus cum animo parturiret, brevi perducturum se ad exitum sperabat. Ad eam porro expeditionem suscipiendam eum excitabat cum ipsius Constantinopolis passim divulsæ et ruinis abruptæ infirmitas, quæ multum temporis ad instaurationem et confirmationem postularet, tum imperatoris in rebus novis excogitandis solertia et summa in negotiis conficiendis celeritas. Quæ sane permolesta illi erant, B ejusque rationes turbabant, ac magnum illi terrorem
124 incutiebant. Atque ob hæc ipsa eum opprimere festinabat, priusquam is majoribus copiis terra et mari instructus in extremas angustias hunc adduceret.

III. Ac primum statuit justo exercitu comparato et trans mare Jonium misso jubere in Romanos fines impressionem fieri, et ab obviis quibusque subigendis non prius absisti, quam ipsa imperii sedes ad deditionem compulsa esset: deinde magna classe instructa imperatorem duplici periculo distractum circumvenire. Sed spe sua frustratus est, C cum imperator eo solertior dux exstitisset. Namque hic statim summa celeritate illius conatus prævertere et irritos reddere studuit, imperatricemque urbem præsidiis et structuris ab omni parte muniit, firmumque murum intra maritima mœnia extendit. Nec his contentus magna pecunia finitimos reges, nempe Siciliæ principem, et illum etiam qui apud Venetos imperabat, ad bellum illi faciendum concitavit: Artaxerxem illum veterem imitatus, qui, Agesilai Spartani impetum reformidans, magna pecuniæ vi transmissa Thebanum Epaminondam, Pelopidam cæterosque Græciæ primores ad bellum ei inferendum impulit: prudentique consilio cavit, ut priusquam insignem ab eo cladem acciperet, cum illo pessime ageretur.

D

IV. Cæterum quamvis Carolus imperatoris artibus ita eluderetur, ac per istas quasi velitationes
125 repelleretur, tamen palam erat eum non esse quieturum, tum viribus exercitus sui, tum pecuniæ copia fretum. Proinde tot difficultatibus circumventus imperator ac pene ad desperationem compulsus legatos ad papam mittit, acturos de Ecclesiarum concordia et communione, nempe ve-

Variorum notæ.

(44) Infra cap. 6, ait fuisse ἄνδρα μεγαλουργὸν, καὶ βελτίστῃ δυνάμει συνέσεως χρώμενον ἔς τε τὰς ἐπινοίας καὶ τὰ βουλεύματα ὧν ἔμελλε δρᾷν, ἔς τε αὐτὰ δὴ τὰ δρώμενα. Pachymer. lib. I, cap. 32, ἄνδρα σοβαρὸν καὶ ὑπὲρ τὰ μέτρα φρονοῦντα. Idem lib. III, cap. 8, εὑρὼν δραστήριον ἄνδρα ἀδελφὸν Ῥηγὸς τῶν Φραντζίσκων, καὶ εἰς Κόντους τεταγμένον τὸν Κάρουλον. DUCANG.

(45) Imo Pachymeres, lib. V, cap. 9, ait Michaelem ad hanc ineundam Ecclesiarum concordiam sol-

teris et novæ Romæ, modo ille Caroli expeditionem averteret.

A ἑνώσεως, τῆς τε παλαιᾶς Ῥώμης δηλαδὴ καὶ τῆς νέας, εἰ μόνον ἐμποδὼν τῇ ἐκστρατείᾳ γένοιτο τοῦ Καρούλου.

CAPUT II.

Palæologi legatio benigne auditur [a Romano Pontifice. Initur concordia. Quibus conditionibus. Josephus patriarcha concordiam improbat. Sede cedit. Sacerdotes et magistratus non pauci imperatori adversantur. Imperatoris blanda et artificiosa oratio. Ejusdem severitas in contumaces. Paucorum zelus et constantia. Vulgus imperitum passim dispersum. Sectæ duæ. Fanaticorum hariolationes. Vecchi chartophylacis elogium. Concordiam ipse quoque repudiat. Imperatorem et cæteros eruditos facile refellit. Ingenio et eloquentia longe omnibus præstat. In carcerem cum omni fere cognatione conjicitur. Blemmydæ libros, pro Latino dogmate scriptos, accurate legit. Confert cum scriptis SS. Patrum. Sententiam mutat. Creatur patriarcha. Imperatori egregium operam navat. Quos adjutores habuerit. Liturgia semel cum Latinis celebrata. Ubi. A quibus. Quonam casu.

I. Eam legationem Papa cupide accipit, promittitque se facile quæ imperator petiisset confecturum : statimque suos legatos imperatoriis adjungit, qui acciperent et inirent communionem. Venerunt itaque, et communio inita est adjecta lege, cujus tria capita fuerunt. Primum, ut inter sacras hymnodias papa, cum aliis quatuor patriarchis in diptycha relatus, memoraretur. Alterum de appellatione, hoc est, ut liceret cuivis ad veteris Romæ curiam, tanquam ad majus et augustius tribunal, provocare. Tertium, ut primatus in omnibus deferretur. De appendice vero quam ii sacro symbolo novantes adjiciunt, aut de alio quovis argumento, nulla tum contentio incidit, quæ vim faceret ; sed (quod ad eas quidem res attinebat) pacata et tranquilla fuerunt omnia.

II. At patriarcha Josephus ejusmodi communione repudiata sede sua cessit volenti cuilibet : nec longe ab urbe digressus se in Archistrategi monasterium ad Bosporum contulit, ubi reliquum 126 ætatis tranquillo et religioso otio exigeret. His peractis palam erat sacerdotum collegium non esse quieturum. Quin et plebem concitabant, et ab imperatoris communione revocabant, martyrii et coronarum athletis destinatarum tempus esse clamitantes ; ita ut magnus inde tumultus excitaretur atque in atrocem tempestatem erumperet, et imperator ab externis negotiis abstractus omne suum studium ad res domesticas transferre cogeretur,

[P. 75] Α'. Δέχεται τὴν πρεσβείαν ἀσμένως ὁ πάππας (45*), καὶ ὑπισχνεῖται ῥᾳδίως ἐκτελέσειν ὁπόσα κατὰ βούλησίν ἐστι τῷ βασιλεῖ· καὶ πέμπει μετὰ τῶν βασιλικῶν πρέσβεων εὐθὺς τοὺς δεξομένους B καὶ συμβιβάσοντας τὴν κοινωνίαν. Ἧκον οὖν, καὶ γέγονεν ἡ κοινωνία ἐφ' ὅρῳ τριῶν κεφαλαίων (46)· ἑνὸς μὲν, ἐν ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις τὸν πάππαν εἰς τὰ δίπτυχα μνημονεύεσθαι ὁμοῦ τοῖς ἑτέροις τέτρασι πατριάρχαις· δευτέρου δὲ, τῆς ἐκκλήτου· τοῦτο δέ ἐστιν ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ καθάπερ εἰς μεῖζον καὶ ἐντελέστερον ἀνατρέχειν δικαστήριον τὸ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης· καὶ τρίτου, τοῦ πρωτεύειν ἐν ἅπασι. Περὶ δὲ τῆς προσθήκης, ἣν ἐκεῖνοι περὶ τὸ ἱερὸν καινοτομοῦσι σύμβολον, ἢ περὶ ἄλλης οἱασοῦν ὑποθέσεως ἀναγκαστική τις ἔρις τέως οὐ συνηνέχθη· ἀλλὰ μακρά τις ἠρεμία καὶ ἄνεσις τὰ μεταξὺ περιέτρεχε πράγματα τούτων γε εἵνεκα.

Β'. Ὅ γε μὴν πατριάρχης Ἰωσὴφ τὴν τοιαύτην C οὐ δεξάμενος κοινωνίαν παραχωρεῖ τοῖς βουλομένοις τῶν θρόνων· αὐτὸς δὲ μικρὸν τῆς βασιλευούσης ἐκκεχωρηκὼς φέρων ἑαυτὸν τῇ περὶ τὸν Βόσπορον τοῦ Ἀρχιστρατήγου μονῇ (47) ἐδεδώκει, ἐκεῖ τὸ λειπόμενον τῆς ζωῆς μεθ' ἡσυχίας καὶ σχολῆς βιώσων πνευματικῆς. Ἐπὶ τούτοις ὁ ἱερὸς τῆς Ἐκκλησίας σύλλογος αὐτός τε δῆλος ἦν οὐχ ἠρεμήσων· καὶ τὸν ὄχλον ἀνέσειεν ἀπάγων τῆς κοινωνίας τοῦ βασιλέως, μαρτυρίου λέγων εἶναι καιρὸν καὶ στεφάνων ἀθλητικῶν· ὡς μέγαν ἐντεῦθεν ἐγείρεσθαι θόρυβον καὶ ἐπὶ μέγιστον κορυφοῦσθαι τὰ πράγματα κλύδωνα, καὶ ἀνάγκην εἶναι τῶν ἔξω πραγμάτων

Variorum notæ.

licitatum a Gregorio X papa, missis quibusdam ex ordine S. Francisci fratribus. Verum ex iis, quæ fusius attigimus in *Hist. Franco-Byzantina*, lib. v, n. 52 ; lib. vi, n. 3, constat, Michaelem, quo Caroli minas et bellicum in se apparatum retunderet, summum pontificem spe utriusque Ecclesiæ tandem uniendæ ab ejus partibus avertere conatum esse. Id porro gestum sub anno 1274. DUCANG.

(45*) Ascripsimus ad marginem annum Christi 1273. Est autem hæc Possini chronologia, observationum Pachymerian. lib. 3, cap. 6, n. 5. Mauritius David, in animadversionibus chronologicis ad Pachymeris Michaelem, n. 5, Possinum reprehendit, et multis probat eam legationem referendam esse ad annum Christi 1274. Verum abutitur testimonio Pachymeris, cum ait : *Sed nullus de anno ambigendi restat locus, postquam Pachymeres de hac ipsa legatione disserens cap. 17, lib. iv, annum mundi arguit* 6782, *Indict.* 2 *currente, qui annus respondet anno Christi* 1274. Nam D Pachymeres his verbis non indicat tempus missæ legationis, sed secessionis Josephi patriarchæ; quem post missos ad papam legatos secessisse innuit. Quodsi legati primum missi sunt, deinde Josephus secessit, oportet legatos profectos esse vel anno 1273 exeunte, vel 1274 ineunte, cum ibidem dicat Pachymeres Josephum secessisse die 11 mensis Januarii (anni scilicet Chr. 1274). BOIVIN.

(46) Hic interpretis versionem paulo immutavimus. Is enim ediderat : *Primum ut in sacrorum voluminum hymnodiis papæ cum quatuor patriarchis mentio fieret, alterum ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major et perfectior esset, appellare. Tertium ut illi principatus in omnibus deferretur.* Vide Pachymer. lib. v, cap. 11, et Phrantzem lib. i, cap. 6. DUCANG.

(47) Quod quidem monasterium in Anaplo statuit Pachymeres, lib. v, cap. 5 et 9. DUCANG.

θέντα τὸν βασιλέα πᾶσαν ἔνδον τὴν σπου-
αθεῖναι, μείζους τοὺς ἔνδοθεν ἡγούμενον
ς τῶν ἔξωθεν πολεμίων. Ἦσαν [P. 76] γὰρ
οι καὶ τῶν ἐν τέλει τῆς γνώμης τὰ δόγματα
ν βασιλικῶν προσταγμάτων ὁπλίζοντες μά-
νται· ἐν στενῷ μέντοι (48) κομιδῇ κατα-
βασιλεὺς οὑτωσὶ ἔγνω δυοῖν θάτερον εἶναι
ῆς τῶν πραγμάτων βιαίας ἀνάγκης ἕτερον
εχομένης πέρας ἐν τῷ παρόντι· ἢ γὰρ πάντας αὐτῷ συμφρονεῖν, ἢ πολεμίοις ἴσα τούτοις κε-

A intestina pericula bellis externis graviora arbitratus. Erant enim non pauci e magistratibus etiam, qui suam sententiam imperatoriis edictis alacriter opponerent. In eas igitur redactus angustias viam inire statuit duarum alteram, summa necessitate alium exitum non admittente in præsentia : quippe aut omnes sibi assensuros, aut omnes æque hostium loco habendos.

ῦτ' ἄρα καὶ μειλιχίοις τὰ πρῶτα λόγοις καὶ
λαροῖς καταδημαγωγεῖν καὶ ὑποποιεῖσθαι
στασιαζόντων ἐπειρᾶτο γνώμας, οἰκονομίαν
ων τὸ πρᾶγμα καὶ οὐ καινοτομίαν· φρονί-
ναι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοεῖσθαι
η γένηται· κἂν τι δέῃ καινοτομεῖν ὑπὲρ
μείζοσι κινδύνοις περιπεσεῖν, μηδὲ τούτου
ι. Ἐὰν γὰρ ἐπίωσιν οἱ πολέμιοι, πολλαχῇ
σταντινουπόλεως ἔτι διεῤῥηγμένης καὶ ἀρ-
ζομένης καὶ οἷον εἰπεῖν ἀναβιωσκούσης ἐκ
βραχέος θανάτων, χείρονα τῶν προτέρων
παρόντα δεινὰ, καὶ κύριοι καθεστήξουσιν
ιοι οὐ μόνον τῶν ἱερῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων
ίδων καὶ γυναικῶν καὶ πραγμάτων· οἱ δὲ
δεσπόται ἀνάρπαστοι καὶ δοῦλοι ἀντ' ἐλευ-
ὐ μόνον τὰ σώματα, ὅτι μὴ καὶ τὰς γνώμας
νάγκῃ βιαίᾳ πρὸς ἅπερ ἂν οἱ πολέμιοι
ο, ἑπόμενοι. Καὶ τότε λελείψεται, μηδένα
στησόμενον εἶναι τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ νο-
καὶ πρός γε ἔτι τῶν ἱερῶν θεσμῶν καὶ δογ-
ἀλλὰ πάντων ἔσται ῥᾳδία παρατροπὴ καὶ
ις. Ἃ νῦν ἐγὼ προορώμενος διάκονον πρό-
μαυτὸν ταυτησὶ τῆς οἰκονομίας κατεστησά-
κονομίας δ' ἐστιν ἔμφρονος, ἀνάγκης κατ-
σης ζημιωθῆναι μικρὸν κέρδους εἵνεκα μεί-
καὶ συγχωρῆσαι τὰ ἥττω τοῖς ἕλκουσιν ὑπὲρ
μείζω ῥᾳδίως καρποῦσθαι.
αῦτα λέγων ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ἔπειθε,
οὐδαμῶς. Ὅθεν τὸ πείθειν ἀφεὶς τὴν ἑτέ-
δισε· ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ βιάζεσθαι·
πολλὰ καὶ διάφορα μεριζομένης εἴδη. πάντα
ργὰ τῷ βασιλεῖ, δημεύσεις, ἐξορίαι (49),
ι, ὀφθαλμῶν ἀφαιρέσεις, μάστιγες, χειρῶν
ι, πάντα οἷς αἱ γνῶμαι τῶν ἀνδρικῶν καὶ
μάζονται. Ὅσοις μὲν οὖν κατ' ἐπίγνωσιν ὁ
ἦν (σπάνιοι δ' οὗτοι ἐτύγχανον), οὗτοι στεῤ-
καὶ ἀνδρικὴν τὴν ἔνστασιν ἐνδειξάμενοι
ασμένως ὑπήνεγκαν καὶ πεπόνθασιν, ὁπόσα
ασιλέως ἐπήνεγκε χείρ. Οἱ δὲ πλεῖστοι μη-
ιὲς εἰδότες, ἀλλὰ δῆμος ὄντες καὶ ἀγοραῖος
αὶ χαίροντες ἀεὶ [P. 77] ταῖς τοιαύταις και-
ις, τρίχινα καθάπερ ἄλλην σκηνὴν ὑποδεδυκό-
δόνια, πανταχῇ τῆς οἰκουμένης ἐξήπλωσαν
ς, ὅπῃ φῦλα Χριστιανῶν εἶναι ἐπύθοντο· ἐν
οποννήσῳ φημὶ καὶ Ἀχαΐᾳ καὶ Θεσσαλίᾳ ἐν

III. Quamobrem factiosorum animos principio blanditiis verborum et comitate morum conciliare sibi et mancipare conabatur, eamque rem non no-B vitatis studio, sed prudenti consilio cœptam esse aiebat : esse autem prudentiæ, impendentes præcavere calamitates, et si quid ad graviora mala avertenda novandum sit, non esse cunctandum. Si enim hostes adventarent, urbe multis in locis adhuc per ruinas patente ac novissime instaurata et velut reviviscente post illas mortes quas paulo ante pertulisset, præsentia mala graviora futura præteritis : ac dominos fore hostes **127** non tantum sacrorum, sed omnium simul, liberorum, conjugum et rerum : quorum vero propriæ hæ res essent, eos vi abreptos, libertate amissa, non corporibus tantum, sed animis etiam servituros, et hostium sequi voluntates violenta necessitate coactum iri. Id etiam, inquiebat, reliquum erit, ne quis patrio-C rum rituum et institutorum, aut etiam legum ac dogmatum sacrorum patrocinium suscipiat. Sed eorum omnium depravatio et abrogatio liberrima futura est. Quæ ego nunc prospiciens in hanc administrationem cupide me ipsum interposui. Est autem sapientis administratoris officium, necessitate subigente leve damnum sufferre amplioris lucri gratia ; et vim facientibus minora concedere, ut majora ipse facile percipiat.

IV. Hac oratione alios commovit imperator, alios non item. Unde suasione omissa viam alteram ingressus est, quæ erat vis aperta : cujus cum multæ sint ac variæ species, omnes ab imperatore adhibitæ sunt : publicationes bonorum, exsilia, cu-D stodiæ, excæcationes, flagra, manuum amputationes, omnia denique quibus virorum fortium et mollium animi explorantur. Ac quorum zelus erat secundum scientiam (qui quidem pauci erant), ii firmam et virilem constantiam præferentes omnia libenter tolerabant et perpetiebantur, quæ principis manus inferebat. Maxima vero pars veri judicii expers, fæx plebis et circumforanea turba, semper istiusmodi rebus novis gaudens, hirsutis pannis veluti scenico amictu novo induti **128** toto orbe dispersi sunt ubi Christianos esse audiverunt : in Peloponnesum, inquam, Achaiam, Thessaliam et Colchidem et quacunque imperatoris ditio non pa-

Variorum notæ.

Ibidem Pachymer. cap. 12, 18, 19, 20. Du- cap. 16, 24. Vide præterea Allatium de concordia utriusque Ecclesiæ, cap. 15, n. 7. DUCANG.

Pachymer. eodem libro cap. 19, 20 : lib. VI,

tebat. Sparsi autem et vagi huc illuc circumibant, neque cum Catholicis pacem conservare volentes, neque inter sese : sed alii aliis nominibus ascitis aut Arsenii patriarchæ sectatores se et ejus doctrinæ addictos profitebantur, aut Josephi, aut aliud quid jactitabant ; atque ita tempus fallebant plerique et decipientes et decepti. Nec enim deerant qui oracula in vicis et urbibus, quasi a conspectu Dei modo reversi, cantarent. Id vero faciebant lucri causa et ad implendos saccos. Iique ob eam ipsam rem semper in eodem habitu perseverarunt, nec post Ecclesiæ instaurationem vitæ ratione mutæ

V. His temporibus Magnæ ecclesiæ chartophylax erat Veccus, excellenti vir ingenio idemque eloquentiæ et eruditionis alumnus; præterea tantis naturæ donis ornatus, quantis quisquam alius illa ætate. Nam et proceritate corporis præstabat, et majestate vultus, in quo venustas erat cum gravitate conjuncta; item dicendi facultate ac torrente eloquio aliisque rebus plurimis; maxime autem ingenii felicitate et acumine in expedienda qualibet quæstione proposita : iis, inquam, omnibus ornamentis natura ipsum pulcherrime instruxerat. Quibus **129** id erat consecutus, ut et imperatoribus et principibus, et omnibus eruditis venerabilis, atque illustri apud eos fama esset. Qui cum imperatorio decreto acriter adversaretur, imperator nihil non tentavit, tam per se ipsum quam per alios eruditos, quo ipsum petitis ex ratione et ex legum auctoritate argumentis adduceret, ut decreto assentiretur. Verum ille ingenii et linguæ vi omnium animos commovebat, eorumque argumenta veluti Penelopes telam retexebat. Nam Græcarum litterarum doctrina erant qui illum superarent : sed acumine ingenii et linguæ volubilitate et ecclesiasticorum dogmatum usu omnes cum illo collati pueri videbantur.

VI. Ea spe frustratus imperator aliam viam init, eumque et omnem fere ejus cognationem in teterrimos carceres conjicit. Quibus peractis tandem in mentem venit imperatori, eamdem rem a Latinis ante annos quinque et viginti, Joanne Duca rerum potiente, agitatam fuisse, ac tum doctum exstitisse virum, Nicephorum Blemmydam, divinarum litterarum peritissimum ; qui cum se in otium contulisset, multa e sacra Scriptura testimonia, quæ

A τε τῇ Κολχίδι καὶ ὅπῃ μὴ ἐνῆν ἐπικράτεια τοῦ βασιλέως. Καὶ περιῄεσαν ἔνθεν κἀκεῖθεν σποράδες καὶ πλάνητες, μήτε πρὸς τὸ καθόλου τὴν εἰρήνην ἐθέλοντες διασώζειν, μήτε πρὸς ἀλλήλους· ἀλλ' ὀνόματα περιθέντες ἑαυτοῖς ἄλλοι ἄλλα, οἱ μὲν Ἀρσενίου (50) λέγοντες εἶναι τοῦ πατριάρχου καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν, οἱ δὲ Ἰωσήφ, οἱ δὲ ἄλλα λέγοντες, οὕτω τὸν χρόνον παρεκρούοντο πλανῶντες οἱ πλείους καὶ πλανώμενοι. Ἦσαν γὰρ οἳ καὶ προφοιβασμοὺς ἀνά τε πόλεις καὶ κώμας ἐκήρυσσον, ὥσπερ ἀπὸ θεοπτίας ἄρτι κατιόντες. Ταῦτα δ' ἐποίουν λημμάτων ἕνεκα καὶ βαλαντίων πληρώσεως· οἳ δὴ καὶ δι' αὐτό γέ τοι τουτὶ παρέμειναν οὕτως ἔχοντες ἐσαεί, μηδὲ μετὰ τῆς Ἐκκλησίας διόρθωσιν τὴν δίαιταν ἀλλαξάμενοι.

B Ε'. Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς καιροῖς (51) τῆς Μεγάλης ἦν ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ, ὄνομα Βέκκος (52), συνετὸς ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ λόγου καὶ παιδείας τρόφιμος· τοσούτοις δὲ καὶ παρὰ τῆς φύσεως συγκεκροτημένος χαρίσμασιν, ὅσοις τῶν τότε ἀνθρώπων οὐδείς. Σώματος γὰρ εὐμήκει μεγέθει καὶ ὄψει μετὰ τοῦ χαρίεντος ἐμβριθεῖ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῃ καὶ γλώττης εὐκολίᾳ καὶ δρόμῳ συντόνῳ ἄλλοις τε πλείστοις καὶ ἔτι διανοίας εὐπορίᾳ τε καὶ ὀξύτητι πρὸς ἅπαν τὸ προτιθέμενον, τούτοις ἅπασιν ἄριστα τοῦτον ἡ φύσις ἐξώπλισεν, ὡς εἶναι βασιλεῦσι καὶ ἄρχουσι καὶ πᾶσι σοφοῖς αἰδέσιμον καὶ λαμπρὸν περιλάλημα. Τοῦτον γενναίως ἀνθιστάμενον τῷ βασιλικῷ δόγματι παντοῖος ὁ βασιλεὺς ἐγεγόνει δι' ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν τότε λογίων ἀποδείξεσι
C λογικαῖς καὶ νομίμοις πεῖσαι συνθέσθαι τῷ δόγματι. Ἀλλ' ἐκεῖνος τῇ εὐθηνίᾳ τοῦ νοῦ καὶ τῆς γλώττης ἅπασαν συγχυκῶν ὡς εἰπεῖν ἀκοὴν ἀνέλυε τὰ τούτων προβλήματα, καθάπερ τινὰ Πηνελόπης ἱστόν. Ἑλληνικῆς μὲν γὰρ παιδείας εἵνεκα ἦσαν οἳ τότε προεῖχον αὐτοῦ· φύσεως δ' ὀξύτητι καὶ γλώττης δρόμῳ καὶ ἀσκήσει δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν παῖδες ἀνδρὶ παραβαλλόμενοι πάντες ἐδόκουν ἐς αὐτόν.

Ϛ'. Ἐπεὶ δ' ὁ βασιλεὺς τῶν ἐντεῦθεν ἐλπίδων ἐσφάλη, τὴν ἑτέραν ἐβάδισε· καὶ συλλαβὼν αὐτὸν καὶ γένος μικροῦ πᾶν δεσμωτηρίοις καθείργνυσι δεινοτάτοις. Καὶ ἦν οὕτω ταῦτα. Ὀψὲ δ' ἐπὶ νοῦν ἀναβιβασάμενος ὁ βασιλεὺς ὡς καὶ πρὸ πέντε καὶ εἴκοσιν
D ἐτῶν ἐπὶ τῆς Ἰωάννου τοῦ Δούκα βασιλείας ἡ τοιαύτη παρὰ Λατίνων ἐκινήθη ὑπόθεσις, καὶ ἦν τηνικαῦτα σοφὸς ἀνὴρ Νικηφόρος [P. 78] ὁ Βλεμμύδης (53), θείων Γραφῶν ἐμπειρότατος, ὃς σχολῇ δι-

Variorum notæ.

(50) Pachym. lib. v, cap. 2. DUCANG.

(51) Vide Leon. Allat. *Exercit. in Creyght*. p. 608. BOIVIN.

(52) Pachymer. lib. v, cap. 13, 14, 15, 22, 24, 28, Vecci patriarchæ Constantinopolitani historiam fuse persequitur, cui Βέκκος, ut et Phranzi et aliis dicitur. DUCANG.—Aliis Βέκκος, quibusdam etiam Βέκων.

Καὶ Λατινόφρων Ἰωάννης ὁ Βέκων.

Cod. Reg. 3058. Vide et clausulam Cod. Reg. 2066. Latine Becus, Beccus, Vecus, et Veccus promiscue dicitur. BOIVIN.

(53) De prolatis a Vecco S. Scripturæ de S. Spiritus processione locis, qui Latinorum dogmata firmarent, scribit quidem Pachymeres : sed de collectionis auctore hic silet, Blemmyde scilicet, valido apud Græcos Latinæ Ecclesiæ sententiæ adversus Græcos propugnatore. Nam cum Joanne Duca rerum potiente inter Græcos de processione Spiritus sancti controversia discuteretur, ipse e multis ex sacra Scriptura et sanctis Patribus collectis testi-

τὸν (54) ἤρξατο συλλέγειν πολλὰς παρὰ Γραφῶν μαρτυρίας, συγκροτεῖν δοκούσας Λατίνων δόγματι, καὶ λογογραφεῖν ἐπὶ θρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν (55). ει δ' οὖν ἔστιν ἃ· ταῦτα δὴ νῦν ὁ βασι-ρὼν πέμπει τῷ Βέκκῳ. Ἅπερ αὐτὸς ἀνα- πολλῆς ἀγχινοίας τὰς τῶν ἁγίων ἐζητή-ς, ἐξ ὧν ὁ Βλεμμύδης τὰς μαρτυρίας ἦν ναλογιῶς· καὶ μάλα ἀσμένως παρὰ τοῦ τὸ ἐνδόσιμον εἰληφότι ἔργον ἦν αὐτῷ τοῦ μελῶς αὐτὰς ἐπιέναι καὶ ἀνιχνεύειν καὶ ἐπιστατεῖν· ὡς ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον αὐτὸν ἶναι μαρτυριῶν ὁρμαθὸν, ὥσθ' ἱκανὰς εἶ-ς ὅλας πληροῦν· καὶ ὁ πρὶν μάχαιρα δί-τὰ Λατίνων ἱστάμενος, πρύμναν ἤδη ος, ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖται.

A dogma Latinorum confirmare viderentur, colligere cœpisset ac postea etiam de iis scripsisset clam ille quidem, propter opinionem, in qua plerique erant, sed tamen scripsisset quædam. Quæ tum imperator nactus Vecco misit; quibus ille multa cum sagacitate perlectis sanctorum libros e quibus Blemmydes ea testimonia collegerat, postulavit: quorum copiam cum imperator libentissime ei fecisset, in eo deinde occupabatur, ut diligenter illos legeret, **130** expenderet, ad verbum conferret. Itaque brevi tempore cum testimoniorum acervum coegit, quæ integra volumina complere possent: ut qui dudum acerrime Latinis adversabatur, mutata sententia, victoriam ad illos transferret.

B

δὴ καὶ ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς) πάντα ἦν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ γλῶττα αὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ γράφων καὶ δογματίζων· ἔχων συνερ-υλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος τόν τε Μελιτη-) καὶ τὸν Μετοχίτην, ἀρχιδιακόνους δυ-σιλικοῦ κλήρου· καὶ ἔτι Γεώργιον τὸν υ (58). Συνελειτουργήκει μὲν οὖν πάν-τοῖς τοῦ Πάππα (59), οὐδ' ὁ πατριάρχης ε τῶν ἄλλων οὐδεὶς, ὅτι μὴ τὸ ἐνδόσιμον τῶν Φρερίων τινὲς (60) ἐλειτούργησαν τῷ ναῷ τῶν Βλαχερνῶν διὰ χειροτονίαν τῶν οἰκείων. Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν

VII. Quamobrem patriarchali sede conscensa imperatori unus fuit omnia, et lingua, et manus, et velociter scribentis calamus, et dicendo, et scribendo, et dogmata exponendo: ejus certaminis sociis et adjutoribus Meliteniote et Metochite, imperatorii cleri archidiaconis, et Georgio Cyprio. Nullus tamen eorum omnium cum pontificiis Latinis liturgiam celebravit; ne ipse quidem patriarcha, neque alius quisquam, nisi quod Fratrum (Minorum) nonnulli licentia impetrata semel in Blachernio templo id fecerunt, propter ordinationem cujusdam e suis. Sed ad institutum redeundum est.

Variorum notæ.

C

tinorum sententiam confirmavit, posteaque orem Theodorum Lascarim et ad Jacobum elertum archiepiscopum transmisit, ut ex le Vecco docet Allatius lib. II, *De utriusiæ consensu*, cap. 14, n. 4, quorum quidem meminit Pachymeres lib. VI, cap. 23., tur editi post tom. I *Annal. Eccl.* Odorici cum versione Latina ejusdem Allatii.

psi sibi ipsi scribens, nec libro publiumbens. Mox, λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν ύπόληψιν, quæ verba, inquit Allatius, perrtit interpres, *infamiæ metu*, cum verisset, *propter multorum invidiam*, seu *opter vitandam suspicionem*, quod Latilicet partibus addictior videretur. Neque clam scripsisse dicendus est, quod impessu egerat. DUCANG.

rterat Wolfius *infamiæ metu*. Leo Allatius n putabat, *propter multorum invidiam*, *propter vitandam suspicionem*. Ego vero ma-r *opinionem in qua plerique erant*. BOIVIN.

D

m Josephus sede sua pulsus in Periblepte um sese contulisset, 11 Januarii secundæ s, anno mundi juxta Græcos 6782 (Chriut est apud Pachymer. lib. V, cap. 17, 22, n Anaplum (forte in Archangeli monastequo supra) amandatus, Veccus patriarcha us est 26 Maii, et 2 Junii die Pentecostes us. Idem Pachymer. cap. 24, 28. DUCANG — osephus, ut supra dictum est, A. C. 1274, ie 11. Veccus non statim ei subrogatus. ex Pachymeris verbis lib. IV, cap. 17, cap. 21, a prima secessione Josephi ad Vecco patriarchatum menses solidos sex-

decim intercessisse colligit; atque ita Vecci creationem confert in annum Christi 1275. Possini calculus firmatur auctoritate Chronicorum manuscriptorum, in quibus Veccus annis octo sedem tenuisse dicitur. Vide cod. Reg. 3058², 3502, etc. In Codice 2525³, fol. 282, v. septem anni tantum ei patriarchæ tribuuntur. BOIVIN.

(57) Quem cum Vecco legatum antea miserat ad S. Ludovicum Franciæ regem, quo Carolum fratrem a consiliis averteret; ut auctor est Pachymeres lib. V, cap. 9, quem quidem Ludovicum, ut hoc obiter adnotem, πρῶτον ὄντα καὶ ῥῆγα τετιμημένον ἀρχῆθεν, καὶ ἐπὶ μεγαλειότητι ἐξουσίας τιμώμενον, πρὸς δὲ καὶ τοὺς τρόπους εὐθὺν, vocat. DUCANG.

(58) Dignitate Πρωτοαποστολάριον, ut est apud Pachymerem, lib. V, cap. 12, 22, ac deinde patriarcham Constantinopolitanum effectum. Ita alter ex archidiaconis Palatini cleri Evangelium, alter Apostolum legit. DUCANG.

(59) Fateor me non satis assequi quid sibi velit. Φρέριοι fortassis sunt *fratres*, hoc est monachi, qui Latinam Missam permissu imperatoris celebrarunt. Sed hæc ex iis, quæ e Pachymerio de Metochite adnotata sunt, intelligentur. WOLFIUS. — Verterat Wolfius, *Nullus tamen eorum omnium ad Papæ rationem liturgiam celebravit*. Verterdum ita ut edidimus. BOIVIN.

(60) Expressit vocem Gallicam *Frères*, quomodo tum indigitabantur ex ordine S. Francisci et S. Dominici monachi. Illi porro Constantinopolin advenerant a Gregorio missi, in quibus erat Joannes Parastron. DUCANG.

(61) Interpres, *suffragio cujusdam e familiaribus*. Emendavimus, *propter ordinationem cujusdam e suis*. DUCANG.

CAPUT III.

Anna et Maria, imperatoris neptes ex sorore, quibus maritis nupserint. Lachanas Bulgarus latrociniis ditescit. Exercitum cogit Constantinum Tæchum vincit et occidit. Ejus regnum et uxorem accipit. Oppidis Romanis imminet. Palæologus eum antevertere statuit. Joanni Asani, legitimo Bulgarici regni hæredi, filiam suam Irenen despondet. Eumdem cum magnis copiis in Bulgariam mittit. Lachanas Palæologi dolo occiditur. Asan regnat. Constantini Tæchi uxor et filius expelluntur. Terteres Bulgarus Asani socero exitium machinatur. Eum regno spoliat. Asan Byzantium aufugit.

I. Soror erat imperatori nomine Eulogia : quæ cum filias multas haberet, Annam Nicephoro Ætoliæ principi despondit ; Mariam Constantino principi Zagoræ sive Bulgariæ. Nam illorum primæ uxores decesserant : quas ipsas quoque sorores fuisse et imperatoris Theodori Lascaris filias, supra diximus.

II. His temporibus quidam ex Bulgaris consurgit, pastorali quidem genere ortus, sed versuto vir ingenio et ad res novandas **131** promptus, nomine Lachanas : qui magna hominum vilium et improborum manu sibi adjuncta latrocinari instituit : unde brevi tempore magnas divitias et justum exercitum coegit. Hujus continentes incursiones et illata sibi detrimenta non ferenti Constantino visum est, convocatis in unum copiis suis, acie cum illo decernere, ac jacta omni alea de summa rerum dimicare. Turpe enim ducebat, nihili hominem exiguo tempore tanta potentia auctum non modo magnas Bulgaris clades subinde inferre, sed jam toti regno periculum ingens minari et intentare. Itaque bellico apparatu instructus progreditur, et collatis signis vincitur ; nec modo regnum, sed vitam etiam amittit. Lachanas autem non solum principatu præter spem potitur, verum etiam uxoris Constantini viduæ maritus exsistit. Quin et constituebat deinceps, exacta hyeme, sub veris initium Romanorum finitimos agros et oppidula ex insidiis aggredi, ut illorum viribus imminutis ipse validissimus haberetur.

III. Quæ imperator cum audivisset, non ferenda nec per oblivionem aut contemptum negligenda esse judicavit : sed curis æstuare et æger animo esse cœpit. Nec tamen illum in præsentia formidabilem putabat : at cum ad ea quæ concupisset, acerrimo cum studio ferri cerneret, dicebat ipsum sensim ac paulatim progrediendo ad magnam potentiam sese evectum ire, ut et Romanis ipsis tandem expugnatu difficilis **132** foret. Oportere autem eos qui citra periculum velint vivere, antevertere et occurrere malis impendentibus : et si in præsentia crescentis plantæ radicem facile præcidere possis, non esse cunctandum, neque exspectandum donec acceptam injuriam cum periculo ulciscaris, cum ipsa consilia et ipsos conatus possis sine pe-

Α'. Ἦν ἀδελφὴ (62) τῷ βασιλεῖ ὄνομα Εὐλογία. Ταύτῃ πολλῶν οὐσῶν θυγατέρων, τὴν μὲν μίαν τὴν Ἄνναν συνέζευξεν ἀνδρὶ Νικηφόρῳ, τῷ τῆς Αἰτωλίας ἄρχοντι· τὴν δὲ ἑτέραν τὴν Μαρίαν Κωνσταντίνῳ, τῷ τῆς Ζαγορᾶς ἄρχοντι (63)· ἄρτι τῶν προτέρων αὐτῶν γυναικῶν τὸν βίον ἀπολιπουσῶν. Ἀδελφὰς δὲ κἀκείνας ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε καὶ θυγατέρας τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι.

Β'. Ἐν [P. 79] τούτοις (64) μέντοι τοῖς χρόνοις ἀνίσταταί τις ἐκ τῶν Βουλγάρων, βοσκηματώδης μὲν τὸ γένος ἀνὴρ, ποικίλος δὲ τὴν φρόνησιν καὶ δεινὸς καινοτέροις ἐπιθέσθαι πράγμασιν, ὄνομα Λαχανᾶς (65)· ὃς πολλοὺς προσεταιρισάμενος τῶν χυδαίων καὶ ἀτασθάλων λῃστρικὸν ἐπετήδευσε βίον· ἐξ οὗ πολὺν ἐν βραχεῖ συνέλεξε πλοῦτον καὶ ἅμα στρατὸν ἱκανόν. Τούτου τὰς συνεχεῖς καταδρομὰς καὶ ζημίας οὐκ ἀνεχομένῳ τῷ Κωνσταντίνῳ ἔδοξε συνηθροικότι τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις εἰς ἀντιπαράταξιν ἐξιέναι ἐκείνου καὶ διακυβεῦσαι τὸν περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων κίνδυνον. Αἰσχρὸν γὰρ εἶναι ἡγεῖτο, ἄνθρωπον τοῦ μηδενὸς ἄξιον ἐν βραχεῖ χρόνῳ μεγάλην ξυνειλοχότα δύναμιν οὐ μόνον μεγάλας ἐπάγειν συχνὰ τοῖς Βουλγάροις κακώσεις, ἀλλὰ καὶ μέγαν ὅλῃ τῇ ἀρχῇ τὸν κίνδυνον ἐπισείειν ἤδη. Παρασκευασάμενος οὖν ἔξεισι· καὶ συμβαλὼν ἐκείνῳ νικᾶται καὶ στερεῖται μὴ μόνον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ ζωῆς αὐτῆς· καὶ γίνεται παρ' ἐλπίδα μὴ μόνον τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ὁ Λαχανᾶς, ἀλλὰ καὶ σύζυγος δεύτερος τῆς γυναικὸς Κωνσταντίνου. Ὃς καὶ διενοεῖτο λοιπὸν τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι πέμπειν ἐνέδρας καὶ κατὰ τῶν ὁμορούντων Ῥωμαϊκῶν χωρίων καὶ πολιχνίων, ἵν' ἀσθενεστέρων αὐτῶν γινομένων ἰσχυρότατος ἐκεῖνος δοκῇ.

Γ'. Ταῦτα τῷ βασιλεῖ ἀκουσθέντα οὐκ οἰστὰ ἔδοξεν, οὐδὲ λήθης ἄξια καὶ περιφρονήσεως· ἀλλ' ἐν παντὶ φροντίδος ἐχώρει καὶ πλήρης ἦν ἀθυμίας· οὐχ ὅτι τέως ἐνόμιζε φοβερὸν ἐκεῖνον, ἀλλὰ σπουδῇ χρώμενον θερμοτάτῃ πρὸς ὅπερ ἂν τὸ βουλόμενον ὑποτίθησι βλέπων ἔλεγεν ὁδῷ προβαίνοντα κατὰ μικρὸν ἐς μέγα δυνάμεως ἐπαρθῆναι, ὡς δυσκαταγώνιστον καὶ Ῥωμαίοις ὀψὲ γενέσθαι. Χρῆναι δὲ τοὺς ἀκινδύνως βιοῦν ἐθέλοντας φθάνειν καὶ προαναστέλλειν τὴν ὁρμὴν τῶν δεινῶν· καὶ παρὸν ἐκ τοῦ ῥᾴστου τὰς ῥίζας ἐκτέμνειν ἐν τῷ παρόντι τῆς μελλούσης βλάστης, μὴ μέλλειν μηδὲ περιμένειν τῶν πονηρῶν ἔργων ἀμύνεσθαι μετὰ κινδύνων τὸν δράσαντα, παρὸν ἀκινδύνως τῆς διανοίας καὶ τῆς ὁρμῆς αὐτῆς. Ὅθεν ἐπειδήπερ (66) ὁ λόγος φθάσας (67) ἐδήλωσε τὸν τοῦ

Variorum notæ.

(62) Pachymer. lib. v, cap. 3. Vide stemma Palæologorum in *Famil. Byzant.* DUCANG.

(63) Bulgariæ regi. Cur porro Zagoræ reges dicerentur Bulgariæ principes, diximus in eorumdem regum serie, n. 17. Vide præterea Leunclavium in *Pandecte Turc.* n. 33, et in *Onomastico.* DUCANG.

(64) Pachymer. lib. VI, cap. 3. DUCANG.

(65) Cur id ei nominis inditum, indicat ibid. Pachymeres. Vide stemma Bulgaricum. DUCANG.

(66) Pachymer. lib. v, cap. 5 ; lib. VI, cap. 4, 5. DUCANG.

(67) Libr. III, cap. 2, sect. 4. BOIVIN.

Ἀσὰν ἀπόγονον (68) τὸν Μυτζῆν περὶ τὴν Τροίαν ποιεῖσθαι τὴν δίαιταν δι' ἃς ποτ' εἰρήκειμεν τὰς αἰτίας, εἶτα αὐτὸς μὲν ἔφθη τὸν βίον ἀπολιπών· καταλελοίπει δὲ παῖδα Ἰωάννην τὸν Ἀσάν· τοῦτον ὁ βασιλεὺς νῦν μεταπέμπεται, ἄνωθεν ἐκ πατέρων τὰ δίκαια τῆς Βουλγαρικῆς ἀρχῆς κεκτημένον· καὶ τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ συζεύξας Εἰρήνῃ πέμπει μετὰ βαρείας δυνάμεως ἐλευθερώσοντά τε τὴν Βουλγαρικὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ Λαχανᾶ τυραννίδος καὶ ἅμα διαδεξόμενον αὐτὸν αὐτήν, δίκαιον κλῆρον ἤδη πρὸς αὐτὸν [P. 80] καταβεβηκυῖαν.

Δ'. Ὁ μέντοι Λαχανᾶς, ἐπειδήπερ ἔτυχε τηνικαῦτα τὴν ἐπὶ Σκύθας ἰὼν βεβαιώσεως ἕνεκα τῆς τυραννίδος, λαθραίαις τοῦ βασιλέως ἐπιβουλαῖς ἐκεῖ τὴν δι' αἵματος δίδωσι δίκην. Ἀπονητὶ δ' ὁ Ἀσὰν (69) τὴν ἀρχὴν διαδέχεται, τῶν Βουλγάρων ὑποδεξαμένων ἀσμένων. Τούτων οὕτω τελεσθέντων ἐξωθεῖται καὶ Μαρία ἐκεῖθεν ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆ σὺν υἱῷ Μιχαήλ, ὃν ἐκ τοῦ Κωνσταντίνου γεγέννηκε, καὶ ἥκει πρὸς Κωνσταντινούπολιν. Ἐπεὶ δ' ὡς τὰ πολλὰ ταῖς μεγάλαις εὐφροσύναις ἐπιφύονται λῦπαι, καθάπερ τινὰ ξίφη πολέμια τὴν τῆς εὐθυμίας ἐκείνης κατάστασιν ἐπιταράττοντα καὶ συγχέοντα, οὐδ' ἐνταῦθα τὸ ἔθος ἐπιλελοίπει· ἀλλ' ἦν τηνικαῦτα ἀνὴρ εὐγενὴς κἀν τοῖς μάλιστα συνετὸς καὶ τῷ δραστηρίῳ τῆς φύσεως ἐν Βουλγάροις ἐπίσημος, ὄνομα Τερτερῆς. Τοῦτον οἰκειώσασθαι θέλων ὁ Ἀσὰν καὶ ἅμα περιποιούμενος ἑαυτῷ ἀφοβίαν γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ ποιεῖται, ἀφελόμενος καὶ ἀποστείλας ἐς Νίκαιαν τὴν προτέραν ὁμόζυγον σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ. Τετίμηκε δ' ἐπὶ τούτοις αὐτὸν καὶ τῷ τοῦ δεσπότου ἀξιώματι· ἀλλ' οὐκ ἐνέμεινεν οὗτος ἐπὶ πολὺ τῇ πρὸς τὸν τετιμηκότα στοργῇ· ἀλλ' ἀφέλειαν καὶ κουφότητα πλείστην καταγινώσκων αὐτοῦ ἔλαθεν ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ τὰς γνώμας ἐφελκυσάμενος τοῦ τε στρατιωτικοῦ παντὸς καὶ πρός γε οὐκ ὀλίγων ὅσοι τῶν ἐν τέλει. Ἔμελλε δὲ ἤδη καὶ τὸν Ἀσὰν διαχειρισάμενος ἐγκρατὴς ἔσεσθαι καὶ τῆς ἀρχῆς. Ὅπερ αὐτὸς ἐγνωκὼς προσποιεῖται μετὰ τῆς γυναικὸς ἐκδημίαν ἐς τὸν πενθερὸν καὶ βασιλέα· καὶ λάθρα ξυναγαγὼν πᾶν ὅ τι τῶν κειμηλίων καὶ χρημάτων ἦν τῶν Βουλγαρικῶν τὸ ἐξαίρετον, ἧκεν εἰς τὸ Βυζάντιον παρὰ τὸν βασιλέα καὶ πενθερόν· καὶ αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα διήγαγε τοῦ λοιποῦ· ὁ δὲ Τερτερῆς κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν ἐκεῖ σφετερίζεται. Εἶεν.

A riculo tuo ulcisci. Igitur cum, ut supra est expositum, Mytzes et Asanis posteritate apud Trojam ob eas causas quas diximus degens decessisset; filium ejus Joannem Asanem, ut cui regnum Bulgariæ paterno jure deberetur, arcessit, desponsaque Irene filia, cum magnis copiis mittit, tum ad Bulgariam a Lachanæ tyrannide liberandam, tum ad suscipiendum regnum justa successione ad se devolutum.

IV. Cæterum Lachanas firmandæ tyrannidis causa tum in Scythiam proficiscens clandestinis imperatoris insidiis profuso illic sanguine dat pœnas. Asan vero citra laborem volentibus Bulgaris regno potitur. B His peractis Maria, imperatoris ex sorore neptis, cum filio Michaele, quem ex Constantino susceperat, indidem expulsa Constantinopolim venit. Quoniam autem magnis gaudiis dolores plerumque agnascuntur, et velut gladii quidam hostiles illam lætitiæ tranquillitatem turbant et confundunt, id ipsum tunc quoque **133** usu venit. Nam eo tempore exstitit vir quidam nobilis, singulari prudentia et animi promptitudine inter Bulgaros insignis, nomine Terteres : quem Asan ut sibi conciliaret, atque ut securitati suæ consuleret, jungit sibi affinitate, desponsa ei sorore sua : priore videlicet uxore adempta, et cum liberis Nicæam missa. Deinde Despotæ dignitate illum ornat. Verum is non diu apud eum, a quo ita honoratus fuerat, C in fide et officio permansit : sed animadversa ejus simplicitate et levitate insigni, brevi tempore totius exercitus et procerum non paucorum animos sibi clam conciliavit. Jamque id agebat ut Asane interfecto principatu potiretur. Quo ille cognito se cum uxore ad visendum imperatorem eumdemque socerum proficisci simulat : opum et pecuniarum Bulgaricarum electissima quæque clanculum cogit : deinde se Byzantium ad socerum imperatorem confert, atque illic reliquum vitæ transigit. Terteres vero, prohibente nemine, Bulgaricum regnum occupat. Et hæc hactenus.

CAPUT IV.

Genuenses Galatæi insolescunt. Palæologus ob unius civis Byzantini cædem minatur illis extrema. Ut veniam impetraverint. Eorumdem triremes duæ piraticæ, insalutato imperatore, Constantinopolin prætervehuntur. Earum reditum imperatoriæ exspectant. Genuenses conantur evadere. Cum imperatoriis confligunt. Vincuntur. Latinorum fastus imminutus.

[P. 81] Α'. Ἐγὼ δὲ τοῦτο ἐκεῖνο τῶν πάλαι πολλῶν διακηκοώς, ὡς πολιτικῶς καὶ μετρίως ἐνεγκεῖν εὐτυχίαν χαλεπώτερον ἢ δυστυχίαν, νῦν μᾶλλον ἐπὶ τῆς χρείας ἐτεθαυμάκειν συννενοηκώς. Ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ ἐκ Γεννούας (70) ἀντιπέραν οἰκοῦντες τοῦ Βυζαντίου τῷ τῆς ἀτελείας κέρδει μεθυσθέντες καὶ

D I. Ego vero quod e multis veterum cognovi, difficilius esse res secundas quam adversas civiliter et moderate ferre, nunc re ipsa edoctus magis admiror. Ecce enim Genuenses, qui e regione Constantinopolis habitabant, lucro immunitatis inebriati elatique superbia adversus Romanos inso-

Variorum notæ.

(68) Mytzes Asanis sororem duxerat uxorem, ut dictum supra, lib. III, cap. 2, sect. 4. Cur itaque cum Gregoras ἀπόγονον vocat? BOIVIN.

(69) Pachym. lib. V, cap. 3; lib. VI, cap. 1, 2, 7, 8, 9. DUCANG.

(70) Pachymer. lib. V, cap. 30. DUCANG.

lescere, eosque ut imbecilliores contemnere cœperunt. Ac tandem aliquis **134** ob paucos autumnales fructus rixa cum quodam orta, ense quam lingua promptior, statim hominem interficit. Quod facinus cum imperator audiisset, non ut unius cædem neglexit : sed ita exarsit et commotus est, ac si tota civitas eversa, et imperatoria majestas violata esset, statimque exercitu omnes eorum ædes cinxit. Nondum enim murorum munitiones habebant, nec urbem quæ cum vellet imperatrici urbi adversaretur. Ac fortasse tum funditus periissent, nisi miserabili habitu, ultro multa ipsi sibi irrogata, supplices sese statim ad pedes imperatoris abjecissent, atque ita veniam impetrassent.

A πέρα φρονήσαντες τοῦ μετρίου κατεπαίρεσθαι ἤρξαντο Ῥωμαίων καὶ περιφρονεῖν ὡς ἀσθενεστέρους. Ἤδη δέ τις καὶ φιλονεικίαν τινὰ καθ' ἑνός τινος ἀράμενος ὑπὲρ βραχείας ὀπώρας προχειρότερον ἔσχε τὸ ξίφος τῆς γλώττης καὶ παραχρῆμα τὸν ἄνθρωπον τοῦ βίου ἀπήλλαξε. Τοῦτο ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς οὐχ ὡς ἑνὸς φονευθέντος τὸ πρᾶγμα παρέδραμεν, ἀλλ' ὡς ὅλης πόλεως κατασκαφείσης καὶ τοῦ βασιλικοῦ περιφρονηθέντος κράτους, οὕτως ἐζήλωσέ τε καὶ διανέστη· καὶ τὴν ταχίστην περιήγαγε τὸ στρατόπεδον περὶ πάσας αὐτῶν τὰς οἰκίας. Οὔπω γάρ σφισι τειχῶν ὀχυρώματα ἦν καὶ πόλις εἰς ἀντίπαλον ὁπότε βούλοιτο καθισταμένη τῇ βασιλευούσῃ· καὶ τάχ' ἂν ἐμέλλησαν τότε πανωλεθρίᾳ φθαρήσεσθαι, εἰ μὴ σχῆμα περιθέντες ἐλεεινὸν καὶ ζημίαν ἑκούσιον αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπιθέντες προσέπεσον δραμόντες αὐτίκα μάλα τῷ βασιλεῖ καὶ οὕτως ἀπήλλαξαν ἑαυτούς.

II. Hoc illi primo documento promptum et acrem imperatoris animum cognoverunt. Alterum et majus illud. Quidam eorum populares duas piraticas triremes instruxerunt, et Byzantini freti angustiis clam superatis in Euxinum pontum delati sunt, omissa solemni et usitata imperatoris salutatione. Quod nec ipsum ille inultum pati voluit. Collectas itaque triremes non paucas, et unam magnam onerariam navem ad promontorium fani collocat (quod os Ponti appellatur, ubi Cyaneas et Planctas Græci olim esse dixerunt), piratarum accessum exspectaturas, ne audaces illi et scelerati homines incolumes clam evaderent. Quod cum illos **135** haud fefellisset, hac calliditate saluti suæ consulunt. Omnes opes quas latrocinando coegerant per speciem negotiationis una secum in maximam onerariam transferunt. Deinde omni armorum genere eas tegunt et muniunt; ut cum septentrionales venti vehementius spiraturi essent, oram solverent, et vi patefacta via per eos qui in faucibus stationem habebant, citra periculum evaderent. Paulo post cum vehementior Boreas a tergo erupisset, etiam piratica illa navis e medio pelago plurimis armatis cincta apparet, quasi quædam urbs integra per fluctus gradiens, vel potius avis instar maria pervolans.

B Β'. Τοῦτο τῆς βασιλέως σπουδῆς καὶ ὀξύτητος γέγονε γνώρισμα πρῶτον αὐτοῖς. Δεύτερον δὲ καὶ μεῖζον· συνεστήσαντό τινες ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν δύο τριήρεις ἐπὶ δίαιταν καὶ τρόπον πειρατικόν, καὶ λάθρα διαβάντες τὰ περὶ Βυζάντιον τῆς θαλάττης στενὰ ἐπὶ τὸν Εὔξεινον πόντον ἐπεποιήκεσαν τὸν ἀπόπλουν, μὴ παρασχόντες τὴν συνήθη τῷ βασιλεῖ εὐφημίαν· οὐδὲ τοῦτο τοίνυν ἀτιμώρητον ἔδοξε παρεληλυθέναι τῷ βασιλεῖ. Ὅθεν τριήρεις συνηθροικὼς οὐκ ὀλίγας καὶ μίαν μεγάλην ὁλκάδα περὶ τὴν ἄκραν ἵστησι τοῦ Ἱεροῦ (71) (ὃ δὴ στόμα καλεῖται τοῦ Πόντου, ἔνθα τὰς Κυανέας καὶ Πλαγκτὰς ἔφασκον Ἕλληνες εἶναι), τὸν εἴσπλουν ἐκδεχομένας τῶν πειρατῶν, μὴ λαθόντες ἀπαθεῖς οἱ θρασεῖς ἐκεῖνοι καὶ ἀλιτήριοι διαδράσωσιν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐκείνους οὐκ ἐλελήθει, μηχα-
C νῶνταί τινά σφισι σωτήριον τρόπον. Πάντα γὰρ πλοῦτον ὃν ἐκ λῃστείας συνήγαγον πραγματείαν ἐμπορικὴν ποιησάμενοι μεθ' ἑαυτῶν εἰς μεγίστην ἐμβιβάζουσιν ὁλκάδα καὶ πᾶσαν ἐπὶ τούτοις προστατίθενται καὶ παρασκευάζουσι πανοπλίαν, ἵνα καιρὸν ἐπιτηρήσαντες, ὁπότε σφοδρότερον ῥέοιεν [P. 82] τῶν ἀρκτικῶν πνευμάτων αἱ πηγαί, λύσαντες ἀποπλεύσωσι καὶ βίᾳ ῥηξάμενοι τοὺς ἐπὶ τοῦ στόματος ναυλοχοῦντας ἀκίνδυνον τὸν εἴσπλουν ποιήσωνται. Ἐπεὶ δὲ μετὰ μικρὸν σφοδρότερο, ἄνωθεν κατεῤῥάγη βορέας, ἐπιφαίνεται κατιοῦσα καὶ ἡ πειρατικὴ ἐκείνη ὁλκὰς ἀπὸ πολλοῦ τοῦ πελάγους, μυρίοις ἐστεφανωμένη τοῖς ὁπλίταις, καθάπερ πόλις ὅλη κατὰ κυμάτων πεζεύουσα ἢ μᾶλλον πτηνοῦ δίκην ἐφιπταμένη τοῖς κύμασιν.

III. Jam et imperatoris triremes instructæ aderant. Ac oneraria quidem navis imperatoria sublatis antennis nondum vela expanderat, sed manebat immota. Hostili autem oneraria accedente ipsa etiam vela explicat; et illam modo a latere arripit, modo a puppi insequitur, quasi vestigiis inhærendo; cæditque et cæditur, ac prælio quodam veluti æthereo et volatili defungitur. Ibi dispares ac varios militum ordines cominus eodemque in loco pugnare inter se cerneres. Alii enim ex tabulatis eos

D Γ'. Ἤδη δὲ καὶ αἱ βασιλικαὶ τριήρεις παρεσκευασμέναι παρῆσαν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ βασιλικὴ ὁλκὰς ἄρασα τὰς κεραίας οὔπω διεπέτασε τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμενεν ἠρεμοῦσα. Ἐγγισάσης δὲ ἤδη καὶ τῆς πολεμίας ὁλκάδος, τότε καὶ αὐτὴ διαπετάσασα τὰς ὀθόνας λαμβάνει τὴν πολεμίαν, πῇ μὲν ἐκ πλευρᾶς, πῇ δ' ἐκ πρύμνας, ἑπομένη κατ' ἴχνος βάλλουσά τε καὶ βαλλομένη καὶ τὸν αἰθέριον εἰπεῖν ἐκεῖνον καὶ ἱπτάμενον πράττουσα πόλεμον. Ἦν γὰρ ἰδεῖν διάφορα καὶ ποικίλα τάγματα στρατοπέδων ἐν ταὐτῷ κατ' ἀλλήλων

Variorum notæ.

(71) Nomen arcis est ruinosæ in Asiatico littore, trans Bosporum, non procul ab ostio Ponti Euxini, inquit Leunclavius in Onomastico priore Turcico : de quo quidem Hiero multis egimus in notis ad Alexiadem, pag. 361. DUCANG. — Vide lib. XVIII, cap. 2, sect. 1. BOIVIN.

...ην μαχόμενα. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν καταστρω- A ...τοὺς ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων ἔβαλλον· οἱ ...τῶν ξυλίνων πύργων τοὺς ἀπὸ τῶν ξυλίνων ...ν· οἱ δ' ἀπὸ μετεώρου τῶν ἄκρων ἱστίων τοὺς ...τεώρου τῶν ἄκρων ἱστίων. Ἐχρῶντο δὲ καθ' ...ων ἑκάτεροι χειροπληθέσι χερμαδίοις καὶ βέ- ...ξικοῖς· ἔστι δ' ὅτε καὶ πελέκεσι καὶ ξίφεσιν ...ὁπότε μάλα δὴ πελάσαιεν ἀλλήλοις. Αἱ δὲ ...ς οὐ μάλα τοι ἐγγύθεν παραπλέουσαι μόνοις ...ι τοῖς τηλεβόλοις βέλεσι. Καὶ οὕτω δὴ μέχρι ...τῆς ἡμέρας τὸν ἀπὸ τοῦ στόματος ἀμείβοντες ...εὐρώστως ἑκατέρωθεν ἅπαντες ἠγωνίζοντο, ...ὰς μὲν ἀρχαῖς ἐπικρατέστερα τὰ Λατίνων ...ἔπειτα κωλυόμενον ὑπὸ τῶν τῆς βασιλικῆς ...ς ἱστίων τὸ πνεῦμα, ἀναπόσπαστα παρα- ...ης διηνεκῶς καὶ συμμέτρως ἔκ τε πρύμνης B ...τορᾶς δεξιᾶς, ὅθεν ἐκεῖνο προσέῤῥει, μαλα- ...ν τοῖς τῶν πολεμίων ἱστίοις προσέβαλλε καὶ ...ῥὰν οὐδὲ μάλα τοι εὔτονον παρεῖχε τῇ ὁλκάδι ...ησιν.

...ὃ δὲ μεῖζον Λατίνοις ἀτύχημα ἐγεγόνει, θρα- ...ν τις ἐξ αὐτῶν τῇ Ῥωμαίων ἐπιπηδήσας ὀ- ...ξεῖ πελέκει τὰ καιριώτερα τῶν καλωδίων ...ε· διὸ κατενεχθεῖσα ἡ κεραία κατὰ μέσην τὴν ...τίνων ὁλκάδα ἀπόλεμον ἐκείνης τὸ πλεῖστον ...ὸν ἐξαίφνης πεποίηκε· κἀντεῦθεν ἀδεῶς κατὰ ...καὶ αἱ τριήρεις πελάσασαι στεῤῥότερον ἐκ ...εγγυς ἔβαλλον. Ἤδη δέ τις καὶ εἰσεπήδησεν ...ῆς πολεμίας ὁλκάδος, καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, καὶ ...ὶ δύο, καὶ τέσσαρες ἐπὶ πλείστοις, ἕως τελέως C ...παντες, τῶν πολεμίων ὅσοι μὴ ἐτεθνήκεσαν, ...ὲν τραυματίας, τοὺς δὲ δεσμώτας ἐκεῖθεν ἐξεῖ- ...[P 85] Τοῦτο δεύτερον τῆς βασιλέως ὀξύτητος ...ουδῆς ἐναργέστερον γνώρισμα· τοῦτο τοὺς Λα- ...εἰς ἐσχάτην ἤλασε δειλίαν καὶ φόβον· καὶ τὸ ...τοῦ θράσους μεταθεμένους καὶ τὸν συνήθη τῦ- ...ς ἄκαιρον ἀποῤῥίψαντας μετριωτέρους γενέ- ...ἠνάγκασεν.

A qui in tabulatis essent feriebant : alii ex ligneis turribus, eos qui in ligneis turribus starent; alii denique ex summis navium malis, eos qui e similibus fastigiis pugnarent. Petebant autem se utrinque pugillaribus **136** saxis et missilibus telis : aliquando et securibus et aliis armis, cum propius hostem ventum erat. Triremes vero, quia non ita propinquæ navigabant, telis solum missilibus utebantur. Ita in multam diem ab ostiis usque per fretum provecti utrinque omnes fortiter dimicabant. Ac initio quidem Latini superiores videbantur. Deinde cum ventus interpositis onerariæ imperatoriæ velis inhiberetur (quippe hæc alteram continenter et æqualiter cum a puppi tum a dextro latere, unde ventus spirabat, usque assectabatur, B nec ab ea divelli poterat); eo fiebat ut in hostium vela segnior ventus incideret, ac proinde eorum navis tardius ac lentius moveretur.

IV. Jam, quæ major Latinorum calamitas fuit, quidam ex iis audacius in Romanam navem cum insiluisset, acuta securi funes maxime necessarios resecuit. Quare antennæ in mediam illorum navem delapsæ milites eorum plurimos subito pugnæ inutiles reddiderunt. Atque ex eo triremes ipsæ propius advectæ audacter eam circumsteterunt, et validioribus ictibus cominus oppugnarunt. Tum statim aliquis in hostilem navem insiluit. Deinde alii C atque alii, terni, quaterni, et subinde plures : donec integram victoriam adepti eos ex hostibus, qui non occubuissent, partim vulneratos, partim in vincula conjectos inde abduxerunt. Alterum hoc specimen fuit quo imperator animi sui promptum ac celerem impetum evidentius declaravit. Ea **137** res Latinis metum ac terrorem maximum incussit, coegitque posita audaciæ insolentia et suo illo intempestivo fastu abjecto fieri moderatiores.

CAPUT V.

...inæ sultani obitus. Melecus ejus filius paternum imperium repetit. Ab Amurio Satrapa vincitur. ...mum reversus occiditur. Turci ut latrocinari cœperint. Romanas provincias populantur. Adversus ...ythas infirmi; adversus Romanos validissimi. Palæologus magnum exercitum eis opponit. Duces præ-...t incautos. Turci præparatis insidiis prælium ineunt suo more. Terga vertunt. Romanos in insidias ...tractos circumveniunt et opprimunt. Ad Sangarium usque prædabundi excurrunt. Palæologus munita ...ngarii ripa Bithyniam tutatur. Copiæ ejus terrestres ac navales aliis bellis distractæ. Turci Asianis ...rinciis occupatis grassantur. Lamentatio rhetorica. Prædæ partitio. Sorores duæ in mutuo complexu ...spirant. Andronicus jussu patris Tralles instaurat. Eadem urbs quadriennio post Turcis dedita. ...raculum de Trallibus et de Andronico multis suspectum. Eventu comprobatur. Attalus Trojanus Trallium ...nditor; unde urbis nomen.

... Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο ἐπαναλήψομαι. Τῷ σουλτὰν D ...τίνῃ (72) φυγάδι, ὡς εἴρηται, γενομένῳ ἐκ τῆς ...ως Αἴνου ἅμα τῷ υἱῷ αὐτοῦ Μελὴχ καὶ διαβάντι ...Ἴστρον, αὐτῷ μὲν τὸ βουλόμενον ἐκπληρῶσαι ...ἐξεγένετο. Φθάσαν γὰρ τὸ χρεὼν τῶν βουλευμά- ...ἐξέτεμε τὰς ὁδούς. Ὁ δὲ Μελὴχ βραχὺ διατρί- ...αὐτόθι βίον ἔπηλυν καὶ οὐ μάλα οἱ ἀρέσκοντα ...διὰ τοῦ Πόντου διέβη πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Σκύ-

I. Nunc ego illuc redeo. Cum sultanus Azatines ex oppido Æno, ut dictum est, una cum filio suo Meleco profugisset, Istrumque trajecisset, ipse quidem id quod destinarat conficere non potuit, morte præventus. Melecus vero cum illic vitam peregrinam et parum gratam aliquantisper egisset, per Pontum ad Scythas Asianos transiit : a quibus potestate accepta Turcorum principatum ut pater-

Variorum notæ.

(72) Vide seriem Sultanorum Iconiensium post *Familias Dalmaticas*. DUCANG.

nam hæreditatem postulavit. Ac cæterorum quidem satraparum alii convenerunt, illumque adierunt ut dominum suum : alii cunctabantur. Unus autem nomine Amurius, collecto latronum exercitu, non parvo quidem illo, sed valde numeroso, bellum adversus eumdem suscepit, ac tandem fusum fugatumque ad mare usque compulit. Tum igitur Melecus ad Heracleam Ponticam fuga evasit. Vere autem appetente imperatorem adire apud Nymphæum commorantem decrevit. Cæterum iter ingressus non eo usque perrexit, sed interea alio conversus ad Turcos denuo se contulit, atque ab illis paternum principatum restitui sibi postulavit. Deinde et ipse non longo post vita excedit, clandestina quorumdam sicariorum conspiratione oppressus.

II. Turcorum imperio sic everso et eorum rebus ex honesta disciplina splendidaque fortuna ad maximam **138** perturbationem prolapsis non modo satrapæ et quotquot nobilitate ac fortuna eminebant, omnem ditionem in plurimas partes divulsam partiti sunt : sed multi etiam obscuri et ignobiles, adjuncta sibi hominum infimorum colluvie, latrocinari cœperunt, præter arcum et pharetram nihil secum gestantes : qui faucibus montium insessis finitimos agros et urbes Romanorum crebris et occultis incursionibus vexabant. Nam paulo ante acciderat, ut præsidia quæ arces tuebantur, inde migrarent, cum annua stipendia e fisco imperatorio non numerarentur. Quod initio ut res parvi momenti neglectum maximum postea Romanis infortunium exstitit, et clades ipsis gravissimas importavit. Turci autem illi qui Satrapias varie diviserant, cum a Scythis pellerentur, Romanos pellebant : et quam infirmi erant adversus Scythas, tam adversus Romanos invalescebant : ut Scytharum incursio non calamitatis causa, sed summæ felicitatis occasio illis esset. Frequentes itaque e Paphlagonia et e Pamphylia irruebant, Romanasque

A θας· ἀφ' ὧν τὸ ἐνδόσιμον εἰληφὼς ἧκε ζητῶν τὴν τῶν Τούρκων ἀρχὴν ὡς πατρικόν τινα κλῆρον. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων σατραπῶν οἱ μὲν συνῄεσαν καὶ προσῄεσαν ὅσα καὶ δεσπότῃ σφῶν αὐτῶν· οἱ δ' ἤμελλον. Εἷς δέ τις Ἀμούριος ὄνομα (73) δῆμον συνηθροικὼς λῃστρικὸν οὐ βραχὺν, ἀλλὰ μάλα συχνὸν, πόλεμον ἤρατο κατ' αὐτοῦ καὶ τέλος τρεψάμενος ἐδίωξεν ἄχρι θαλάττης· τότε μὲν οὖν ὁ Μελὴκ ἐς τὴν κατὰ Πόντον Ἡράκλειαν διεσώθη καταφυγών. Ἦρος δ' ἐπιστάντος (74) ἔδοξεν αὐτῷ ἀπιέναι πρὸς βασιλέα περὶ τὸ Νύμφαιον διατρίβοντα. Καὶ μέντοι καὶ ἀπιὼν ἐκεῖ μὲν οὐκ ἀφίκετο· ὁ δὲ ἀλλ' ἑτέραν ἐτράπετο μεταξὺ καὶ παρὰ τοὺς Τούρκους αὖθις ἐλθὼν τὴν πατρικὴν ἐζήτει ἀρχήν. Ὅθεν ἐν οὐ μακρῷ καὶ οὗτος τὸν βίον ἀπολιμπάνει, λάθρα τινῶν φονευτῶν B συστάντων ἐπ' αὐτόν.

Β'. Τῆς δὴ τῶν Τούρκων ἀρχῆς οὕτω φθαρείσης [P. 84] καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων ἐξ εὐταξίας καὶ τύχης λαμπρᾶς εἰς ἀταξίαν μεγίστην κεχωρηκότων, οὐ μόνον σατράπαι καὶ ὅσοι τῶν γένει καὶ δόξῃ διαφερόντων, εἰς πλεῖστα τεμόντες (75) τὴν ὅλην διέλαχον ἐπικράτειαν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν ἀδόξων καὶ ἀνωνύμων ὄχλους τινὰς συρφετώδεις προσεταιρισάμενοι πρὸς λῃστρικὸν ἀπέκλιναν βίον, μηδὲν τόξου καὶ φαρέτρας ἐπιφερόμενοι πλέον· οἳ καὶ τὰς τῶν ὀρῶν δυσχωρίας ὑποδυόμενοι συχναῖς καὶ λαθραίαις ἐχρῶντο ταῖς ἐκδρομαῖς καὶ τὰς ὁμόρους χώρας καὶ πόλεις Ῥωμαίων κακῶς διετίθεσαν. Συνέβη γὰρ καὶ πρὸ βραχέος τοὺς τὰς ἄκρας οἰκοῦντας φύλακας μετ- C ανάστας ἐκεῖθεν γενέσθαι δι' ἔνδειαν τῶν ἐτησίων λημμάτων, ἃ παρὰ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐλάμβανον. Ὅπερ ὡς οὐδενὸς ἄξιον παροραθὲν ἐν ἀρχαῖς μέγιστον ὕστερον ἔδοξε Ῥωμαίοις ἀτύχημα καὶ τῶν μάλα μεγίστων αἴτιον συμφορῶν. Οἱ δὲ τὰς σατραπείας ἐκεῖνοι πολλαχῇ διελόμενοι Τοῦρκοι παρὰ Σκυθῶν ἐλαυνόμενοι Ῥωμαίους ἤλαυνον· καὶ ὅσον πρὸς Σκύθας ἐθηλύνοντο, τοσοῦτον κατὰ Ῥωμαίων ἠνδρίζοντο· ὡς εἶναί σφισι τὴν τῶν Σκυθῶν ἔφοδον οὐ συμφορῶν αἰτίαν, ἀλλὰ σφόδρα μεγίστης χορηγὸν

Variorum notæ.

(73) Quem a Meleco Sultano Iconiensi una cum filiis insigni perfidia postea interfectum fuisse narrat Pachymeres lib. x, cap. 25, ex quibus unus Halis nomine, divina quadam providentia servatus, collecta Persarum manu, Melecum prælio adortus hunc interfecit, indeque aucta Hali, qui tum Amurii nomen suo adjecit, potentia, Romanas regiones incursionibus infestavit. Ut porro is perierit, exponit Gregoras in altera Historia. Iste autem Amur, Ἀμούρπεκις, unico vocabulo, dicitur Cantacuzeno, lib. II, cap. 28. Id est *Dominus Amur*. Est enim *Beg* Turcis *Dominus*, ut est apud Leunclavium in secundo Onomastico Turcico, et lib. IV *Hist. Musulman.* pag. 196, ubi observat Beg nomen dari solere officium vel munus aliquot a rege vel Sultano consecutis. Græci vero Πὲγ et Πέγις dicunt, vel Μπέγις, ut in Gloss. med. Græcit. observamus. Unde discimus quis is sit quem Froissartus, 3 vol. cap. 22, et 23, *Amorabakin* vocat, quæ vox effecta ex *Amur Begis* vel *Begin*. Sed an *Amur* iste, cujus meminit Gregoras, et Cantacuzenus loco laudato, sit ille a quo interfectus est Melecus, dubium ingerit idem Cantacuzenus, qui lib. II, cap. 29, et lib. III, cap. 7, eumdem Amurium Aitinis Joniæ (seu Cariæ, uti habet lib. II, cap. 15) Satrapæ filium fuisse ait, eumdemque Satraparum D Asiæ opulentissimum. Aitinem præterea duos alios filios habuisse, quorum alter *Chetir*, alter *Souleimasas* vocabatur. Amurii porro crebra deinde mentio apud Cantacuzenum. DUCANG.

(74) Circa an. 1275. DUCANG.

(75) Hinc igitur exstincto Turcorum Iconiensium principatu, cum eidem tuendo contra Tartaros impares essent singuli ex primoribus Turcis, prout libitum fuit, oppida et provincias pervaserunt, cum Græcis æque ac Tartaris bellum gerentes, tandemque iisdem Tartaris recedentibus, pulsoque vel certe non admisso sultano, Turcicum principatum provinciis invicem dispertitis, deinde quod Romani seu Græcorum in Asia supererat imperii invaserunt, indeque in Europam evolarunt, ab ipsismet Græcis imperatoribus evocati, dum opem ac auxilium quærunt, quo se adversus suæ gentis principes, atque adeo etiam Latinos, tuerentur, unde universi postmodum imperii clades exorta est, ut Gregoras post hæc pluribus narrat. DUCANG.

εὐτυχίας. Εἰσεχέοντο μὲν οὖν κατὰ πλήθη ἔκ τε Παφλαγονίας ἔκ τε Παμφυλίας καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐδῄουν γῆν· ἤδη δὲ καὶ πόλεμοι συνεῤῥήγνυντο συνεχεῖς· εἷς δὲ καὶ μέγιστος, ὃς καὶ Ῥωμαίοις ἀρχηγέτης γέγονε τῶν ὅλων κακῶν.

A provincias populabantur. Tandem etiam ad bella et assiduas dimicationes ventum : e quibus unum prælium Romanos in omnia mala conjecit.

Γ'. Στρατοπέδων πολλῶν (76) Τουρκικῶν ἀθροισθέντων περὶ Παφλαγονίαν ἔδοξε τῷ βασιλεῖ μεγάλην καὶ ἀξιόμαχον στείλαντι δύναμιν τὴν ἐκείνων ὀξεῖαν ἀναχαιτίσαι ἔφοδον, καθόσον ἐφικτόν· μὴ καθάπερ πύλας ῥήξαντες ἐκεῖνο τὸ μέρος μετὰ πολλῆς ἔπειτα τῆς ἀδείας καὶ κατὰ τῆς ἄλλης χεθῶσι χώρας. Ἔπεμψεν οὖν στρατόν τε ἱκανὸν καὶ τοὺς ἄξοντας στρατηγοὺς, οἳ διὰ κακοβουλίαν αὐτοί τε ἐσφάλησαν καὶ τὸ πᾶν ἀπώλεσαν στράτευμα. Οἱ γὰρ Τοῦρκοι τῇ ὑστεραίᾳ μελλούσης τῆς μάχης συῤῥήγνυσθαι διαγρηγορήσαντες πρὶν ἡμέραν γενέσθαι B προλοχίζουσιν οὐκ ὀλίγας ἐνέδρας παρὰ τὰς πρὸς ἕω τοῦ πλησίον ποταμοῦ ὄχθας· κἄπειτα διαβάντες τὸν ποταμὸν ἐνταῦθα πηγνύουσι τὸ στρατόπεδον. Τῆς δὴ προσηκούσης ὥρας ἐληλυθυίας συνῆεσαν τὰ στρατόπεδα. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα οὐ μάλα ἀνυπόστατος ἔδοξε Τούρκοις ἡ Ῥωμαίων ὁρμή· ἀλλ' ἐκαρτέρουν ὅμως καὶ ἀντεῖχον μαχόμενοι, οὐ συστάδην τὴν μάχην ποιούμενοι, ἀλλὰ συχνῶς ἐναλλασσομένην, ὡς ἔθος αὐτοῖς. Νῶτα γὰρ δεικνύουσι φεύγειν δοκοῦντες· εἶτα ἐπαναστρέφουσι τάχιστα καὶ συχνὰ τοῦτο ποιοῦντες διατελοῦσιν, ὡς ἂν τὴν τῶν ἀντιπάλων στρατοπέδων τάξιν ταράττωσι καὶ τῆς προσηκούσης στάσεως ἐξιστῶσι· κἄπειτα οὕτω τεταραγμένοις ἐπεισπαίπτοντες ῥᾷστα κατατροποῦνται. C

• III. Multis Turcorum copiis in Paphlagonia collectis imperatori visum est magno et idoneo exercitu celerem illorum, quantum fieri posset, impressionem inhibere : ne illa parte veluti porta perfracta impune deinde ac prohibente **139** nemine longius evagarentur. Exercitum itaque illuc validum misit. Duces vero præfecit qui stultitia et temeritate sua tum ipsi impegerunt, tum omnes copias amiserunt. Nam Turci pridie instantis pugnæ tota nocte insomni exacta, antequam dies illucesceret, homines non paucos ad orientalem vicini fluminis ripam collocant. Tum amne superato ibidem castrametantur. Cum pugnæ tempus advenisset, conflixere exercitus. Ac initio quidem Romanorum impetus Turcis non adeo vehemens esse visus est ut sustineri non posset. Substiterunt igitur et repugnarunt, non stataria pugna, sed, ut eorum mos est, crebris alternisque vicibus repetita. Fugam enim simulantes terga dant, statimque redeunt : idque subinde facere pergunt, ut hostilem aciem perturbent, et de statu dejiciant. Postea ita turbatos cum impetu adorti facile in fugam vertunt.

[P. 85] Δ'. Τότε μὲν οὖν κατὰ Ῥωμαίων ἀνύσαι τὸ σφῶν αὐτῶν ἐπιτήδευμα οὐ δεδύνηνται κράτιστα πεφραγμένων καὶ ὡπλισμένων· ἀλλὰ μάλα τοι τῶν οἰκείων πλείστους ἀποβαλόντες ἔφευγον παρὰ τὸν ποταμὸν ἀμεταστρεπτί· ἐδίωκε δ' ὁ στρατὸς (ὡς μὴ ὤφελον) ἀναπόσπαστα· καὶ ταῦτα τῶν συνετωτέρων στρατηγῶν συχνὰ βοώντων καὶ κωλυόντων τὴν δίωξιν, οὐ μάλα τοι πεφυκυῖαν ἀνύποπτον, οὐδὲ πόῤῥω που δέους. Ἀλλ' ἐχρῆν ἄρ', ὡς ἔοικεν, ἀρχὴν ἐκεῖνον εἶναι τὸν πόλεμον τῆς Ῥωμαίων καταστροφῆς, κολαζούσης μετρίως ἄνωθεν τῆς Προνοίας μυρίων χάριν ἁμαρτημάτων. Ταύτῃ τοι καὶ διαβάντας τὸν ποταμὸν διαβάντες ἐδίωκον καὶ αὐτοὶ, κόπτοντες ἀεὶ τοὺς νωθρότερον φεύγοντας, ἕως ἐνέτυχον αἰφνιδίως καὶ ἀπροόπτως τοῖς λόχοις τῶν Τούρκων, D ἀνδράσιν ἀναπεπαυμένοις καὶ ἀκμάζουσιν ἄνδρες ἀσθμαίνοντες ὑπὸ δρόμου καὶ καύματος· καὶ οὕτω δὴ κυκλωθέντες ἐκεῖθεν μὲν μυριάσι στρατοῦ, ἐντεῦθεν δὲ τῷ ποταμῷ, πλὴν ὀλίγων ἅπαντες κατεκόπησαν, ὀλίγον δυνηθέντες ἐνδείξασθαί τι λόγου καὶ μνήμης ἄξιον.

IV. Tum autem astus is nihil illis contra Romanos profuit optime munitos et armatos : sed plurimis suorum amissis effuse ad flumen fugerunt. Romani autem illos (quod utinam non fecissent) continenter persecuti sunt : quamvis prudentiores duces identidem reclamarent ac receptui canerent ; quod hostium fuga suspecta et periculosa esset. Sed illam pugnam utique oportebat excidii initium Romanis exsistere, quorum infinitis peccatis divina Providentia **140** mediocrem hanc pœnam rependebat. Itaque Turcos fluvium transgressos transgressi ipsi quoque insequuntur, et eos qui segnius fugerent usque occidunt ; donec in insidias Turcorum repente et de improviso incurrunt, nempe in viros recentes et vegetos ipsi cursu et æstu anhelantes. Ita hinc numeroso exercitu, inde flumine interclusi, paucis exceptis omnes ceciderunt, vix ulla re memorabili gesta.

Ε'. Ἐκεῖθεν μέντοι ἀρξάμενοι καθάπερ πύλης ἀνοιχθείσης κατὰ πολλὴν ἤδη τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν οἱ πολέμιοι πᾶσαν ἐπόρθουν καὶ ἔκαον τὴν Ῥωμαίων χώραν, κατιόντες ἄχρι Σαγγαρίου τοῦ ποταμοῦ. Ὅθεν ἀπηγορευκὼς ὁ βασιλεὺς πολιχνίοις συχνοῖς ὠχύρωσε τὸν ποταμὸν Σαγγάριον, μὴ καὶ

V. Turci autem inde auspicati velut porta aperta securi ac prohibente nemine omnes Romanas provincias ferro et flammis vastabant, et ad Sangarium usque fluvium progrediebantur. Quamobrem desperatis rebus imperator ripas fluminis crebris castellis munivit, ne ipsa etiam Bithynia potirentur.

Variorum notæ.

(76) Phranzes, lib. 1, cap. 6. DUCANG.

Neque enim cæteras Romanas legiones ab urgentibus bellis revocandas esse censebat. Nam Thracenses Bulgaricis, Macedonicæ Thessalicis et Illyricis motibus; inferioris vero Asiæ vires (quam Phrygia et Lycia terminant et quam Mæandri flumina alluunt) aliis atque aliis Turcorum latrocinantium incursionibus obstare debebant. Neque etiam ullo modo committendum videbatur ut classe dissoluta et in terram perducta maris ipsius tranquillitas majoribus statim tempestatibus ac procellis turbaretur, quam quibus Asia laboraret. Quapropter imperator suis quasque locis hostium adventum exspectare jussit, **141** prudentem et tutam eorum quæ superessent custodiam incerto et periculoso eventui præferendam ratus.

αὐτοῦ ἐπιβάντες κυριεύσωσι Βιθυνίας. Οὐ γὰρ ἔκρινε δεῖν ἀποσπάσαι τὰς ἄλλας Ῥωμαίων δυνάμεις, ὅθεν ἀπησχόληντο. Αἱ μὲν γὰρ Θρᾳκικαὶ ταῖς Βουλγαρικαῖς ἀπησχόληντο μάχαις· αἱ δὲ Μακεδονικαὶ ταῖς τε Θετταλικαῖς καὶ ταῖς τῶν Ἰλλυριῶν· αἱ δ' αὖ τῆς κάτω Ἀσίας, ὅσην Φρυγία τε καὶ Λυκία ὁρίζουσι καὶ οἱ περὶ Μαίανδρον ἀρδεύουσι ποταμοί, πρὸς τὰς λῃστρικὰς ἐφόδους τῶν ἄλλοτε ἄλλοσε ἐρχομένων Τούρκων ἔμελλον ἀπαντῆσαι· τό τε ναυτικὸν καταλύειν καὶ ἀνθέλκειν πρὸς ἤπειρον τῶν ἀτοπωτάτων ἐδόκει. Τάχιστα γὰρ ἂν οὕτω γε ἀνατραπήσεσθαι καὶ τὴν τῆς θαλάττης γαλήνην πρὸς χειμῶνας καὶ κλύδωνας μείζους τῶν τῆς Ἀσίας. Ὅθεν κατὰ χώραν μενούσας αὐτὰς αὐτόθεν ἀπαντᾷν πρὸς τοὺς πολεμίους ὁ βασιλεὺς προσετετάχει, ἀγαπητὸν εἶναι μᾶλλον κρίνας τὴν ἐσκεμμένην τῶν ὄντων ἀσφάλειαν, ἢ τὴν μετὰ κινδύνων ἄδηλον ἔκβασιν.

VI. Postquam vero Turci nostrorum finium arces impune in Asia occupaverunt, et terris quas subegerant in satrapias divisis totam amplexi sunt a mari Pontico et Galatico usque ad mare quod est circa Lyciam et Cariam et fluvium Eurymedontem: quis Iliade proliziorem eorum malorum quibus noctu atque interdiu in Romanos grassati sunt, commemorationem pro dignitate absolverit, Romanorum viribus tantum imminutis et depressis, quantum potentia Barbarorum augebatur? Nam omnia quidem velut uno collecta fasce perstringere segnioris et ingenii et linguæ fuerit: nec quam lamentabilia sint ea quæ perpetrata fuerunt, unus ac simplex sensus ullo modo percipiat. Contra singulatim omnia neque nos narrando persequi possimus, neque quisquam, cujus animus miseratione et doloris sensu facile afficiatur, sine magna vi lacrymarum legere queat. Alioqui vero non historiam, sed næniam scribere putaremur. Quare nec dicenda nec prætereunda sunt omnia: sed quædam selecta de multis, atque alias alia, prout se dabit occasio, referenda erunt.

ϛ'. Ἐπεὶ δὲ ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἄκραις τῶν ἡμετέρων ὁρίων ἐς οἴκησιν σφῶν αὐτῶν ἀδεῶς οἱ βάρβαροι κατεχρήσαντο καὶ κατὰ σατραπείας ὅσην αἰχμάλωτον ἔσχον γῆν αὐτοὶ διελόμενοι διέζωσαν πᾶσαν ἀπὸ θαλάσσης τῆς περὶ Πόντον καὶ Γαλατίαν ἕως θαλάσσης τῆς περὶ Λυκίαν καὶ Καρίαν καὶ ποταμὸν τὸν Εὐρυμέδοντα· τίς ἂν ἱκανὸς εἴη μακρότερον Ἰλιάδος ἀποτεῖναι λόγον πρὸς ἀξίαν ἀφήγησιν τῶν δεινῶν, ὧν ἐπῆγον [P. 86] Ῥωμαίοις διηνεκῶς ἐφ' ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ, ὡς τοσοῦτον ἐᾶσαι τὰ Ῥωμαίων ἐς φθορὰν καταρρεῖν, ὅσον οἱ βάρβαροι προὐχώρουν ἐπὶ τὸ μεῖζον; Πάντα μὲν γὰρ ὡς ἐν κεφαλαίῳ ξυνειλοχότα; παραδραμεῖν νωθρᾶς ἂν εἴη καὶ γνώμης καὶ γλώττης· καὶ μία μὲν οὐδεμία γένοιτ' ἂν αἴσθησις, ὅσων ἄξια θρήνων τὰ πεπραγμένα. Πάντα δ' αὖ καθ' ἕκαστον ἀφηγεῖσθαι πειρᾶσθαι μήτε τῶν ἡμῖν δυνατῶν εἶναι, καὶ πρός γε ἔτι δεήσει πηγὰς δακρύων ἀφιέναι συχνὰ τῶν ὀφθαλμῶν, ὅσοι φιλοικτον καὶ μάλα εὐαίσθητον ἔσχον καρδίαν· καὶ δόξομεν αὐτοί γε ἡμεῖς μονῳδεῖν, οὐχ ἱστορίαν διεξιέναι. Ὅθεν οὔτε πάντα λεκτέον οὔτε πάντ' ἀφετέον· ἀλλὰ μέτριά τινα λεκτέον ἀπολεξαμένοις ἀπὸ πολλῶν καὶ ἄλλοτ' ἄλλα, κατὰ καιρὸν ἕκαστα τὸν προσήκοντα.

VII. In illa igitur prima aggressione Barbari prædam maximam et innumerabilem virorum, mulierum et earum rerum quæ a viris expeditis ferri queunt cum coegissent, inter sese diviserunt. Porro in illa præda inter cæteras res fuerunt **142** et duæ adolescentulæ sorores: quæ cum divellendæ essent, quod non eidem domino sorte obvenerant, altera alteram intuens ita lamentari cœperunt, ut et Trojanam Hecubam hac re superarent, et Nioben ipsam perennibus lacrymis genas rigantem, et quascunque libri tragici jactant. Nam et pectora palmis plangebant, et sanguinis rivos unguibus exprimebant, et ardentibus dolore visceribus gemitus edebant, veluti quosdam fumos ex magna fornace erumpentes: donec animo prorsus defectæ mutuo in complexu vitam abruperunt, quasi natura corpora non prius quam animas separari pateretur.

Ζ'. Ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ ἐκείνῃ ἐφόδῳ πλείστην καὶ ἀναρίθμητον ξυναγαγόντες οἱ βάρβαροι λείαν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ ὅσα τῶν πραγμάτων εὐζώνοις ἀνδράσιν ἐτύγχανον φορητὰ, διεμερίζοντο κατὰ σφᾶς. Μετὰ μέντοι τῶν ἄλλων ἦσαν ἐν ἐκείνῃ τῇ λείᾳ καὶ ἀδελφαὶ δύο κόραι νεάζουσαι· αἳ δὴ, ἐπειδὴ χωρίζεσθαι ἤμελλον ἀπ' ἀλλήλων διὰ τὸ μὴ ὑφ' ἑνὶ δεσπότῃ λαχεῖν, στᾶσαι κατὰ πρόσωπον ἀλλήλαις ἥττους τοῖς θρήνοις ἀπέδειξαν τήν τε Ἑκάβην ἐκείνην τὴν ἀπὸ Τροίας καὶ Νιόβην ἐκείνην τὴν δι' αἰῶνος δακρύουσαν καὶ πάσας ὁπόσας βίβλοι φέρουσι τραγικαί· ἐστερνοτυποῦντο πικρῶς, ῥύακας αἱμάτων ἐτρύγων τοῖς ὄνυξιν, ἐπυρπολοῦντο τὰ σπλάγχνα, στεναγμοὺς ἀνέπεμπον οἷα καπνὸν ἐκ μεγάλης καμίνου· τέλος περιπλακεῖσαι ἀλλήλαις ὑπὸ λειποθυμίας εὐθὺς τοῦ ζῆν ἀπερράγησαν, ὥσπερ οὐκ ἀνεχομένης ἐνδοῦναι τῆς φύσεως διαζευχθῆναι τὰ σώματα πρότερον ἢ τὰς ψυχάς.

Η'. Συνέβη δ' ἐπὶ τούτοις (77) ἀπελθόντα τὸν τοῦ A βασιλέως υἱὸν Ἀνδρόνικον ἐντολαῖς πατρικαῖς ἀνοικοδομῆσαι πάλαι πεπτωκυῖαν (78) τὴν πέραν Μαιάνδρου τοῦ ποταμοῦ πόλιν οὕτω πως ἐπικεκλημένην Τράλλεις, ἔρυμα δῆθεν γενησομένην τῶν ἔγγιστα χωρίων, ὁπότε κατατρέχοιεν οἱ πολέμιοι· ἀλλ' οὔπω μετὰ τὴν κτίσιν τέτταρες ὅλοι παρῆλθον ἐνιαυτοὶ, καὶ κυκλωσάντων τῶν Τούρκων καὶ περιστρατοπεδευσάντων ἐφ' ἱκανὸν, ἠναγκάσθησαν ἔνδοθεν ὅσοι μὴ τῇ δίψῃ καὶ τῷ λιμῷ ἐτεθνήκεσαν ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις προδοῦναι, εἴκοσι χιλιάδων τὸ πλῆθος οὐ μείους ὑπάρχοντες· οἳ δὴ καὶ ἀπαγόμενοι δέσμιοι τοὺς τελευτήσαντας ἐμακάριζον, ἅπαξ δουλείας καὶ πόνων ἀπαλλαγέντας μακρῶν.

Θ'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν. Ἀνοικοδομουμένης, ὡς εἰρήκειμεν, τῆς πόλεως ταυτησὶ εὑρηται B λίθος [P. 87] πάλαι πολὺν κατορωρυγμένος ἐκεῖ που τὸν χρόνον, ἐν ᾧ ἐνεγέγραπτο χρησμὸς οὑτοσί· Τῆς δὲ πόλεως (79) Τράλλεως τὸ κάλλος χρόνοις ἐσεῖται σβεννύμενον. Τὸ δὲ πολλοστὸν ταύτης καταλειφθὲν ἐν ὑστάτοις ἐκφοβηθήσεται ἔθνει ἀνάρχῳ. Ἁλώσεται δὲ οὐδαμῶς. Ἀνακαινισθήσεται δὲ παρὰ δυνατοῦ νικωνύμου, ὃς ὀκταπλῆν ἀγλαῶς ἐννάδα βιώσει δίσκων καὶ τρὶς ἑπτὰ κυκλῶν πόλιν Ἀττάλου λαμπρυνεῖ. Ὧι καὶ πόλεις ἑσπέριαι ὑποκύψουσι, καὶ ἀγέρωχοι ὑποκλιθήσονται παιδικῶς. Οὗτος ὁ χρησμὸς τοῖς πολλοῖς οὐ παλαιὸς ἐδόκει χρησμὸς, ἀλλὰ νεωτέρων πλάσμα τινῶν. Ἦσαν δ' οἳ καὶ πι-

A VIII. Post hæc imperatoris filius Andronicus abiit jussu patris instauratum urbem jampridem eversam. Ea erat Tralles, ultra Mæandrum sita. Ideo autem instauravit, ut esset deinceps propugnaculum vicinæ regioni, quandocunque hostes incursuri essent. Sed priusquam ex eo tempore anni quatuor integri elaberentur, cum eamdem urbem Turci circumdedissent, et diuturna obsidione pressissent, coacti sunt se ipsos hosti dedere qui intus erant, quotquot videlicet nondum siti et fame perierant, viginti millibus haud pauciores : qui cum in servitutem abducerentur, felices eos prædicabant qui occubuissent, propterea quod semel et servitute et diuturnis laboribus defuncti essent.

IX. Sed illud pæne præterissem. Cum ea urbs, ut B dixinus, instauraretur, saxum inventum **143** est longo ibi tempore defossum, in quo hoc oraculum insculptum erat : Hujus urbis Trallium pulchritudo annis exstinguetur : sed ejus exiguæ reliquiæ extremis temporibus a populo, cui non erit princeps, perterrefient. Sed nequaquam capientur. Renovabitur autem a potente, cui a victoria nomen est : qui octuplicem splendide novenarium vivet discorum : et ter septem volvens Attali urbem illustrabit : cui et Occidentales urbes parebunt, et feroces puerorum instar se submittent. Hoc oraculum multi non vetus vaticinium, sed recentiorum hominum commentum putabant. Nec etiam deerant, qui id

Variorum notæ.

(77) Pachymer. lib. VI, cap. 50, 31, 32. DUCANG. C — Ascriptus hic in margine annus Christi 1280, atque hoc urbis Trallium instauratæ tempus assignavit nobis Possinus in tabulis chronologicis. Quodsi Andronicus annos vixit 74, ut hoc capite infra et libri decimi capite primo Gregoras docet, referenda erit ejus urbis instauratio ad annum Christi 1279. Nam si Andronicus annos vixit 74, oportet eum natum esse A. C. 1258, quippe quem constat obiisse A. C. 1332. Si natus est A. C. 1258, annum ætatis vicesimum primum excessit A. C. 1279. Porro hoc capite Tralles instaurasse dicitur cum esset major an. 21. BOIVIN.

(78) De Trallibus instauratis ita Gregorius Cyprius in encomio Andronici : Ἦσαν μὲν οὖν αἱ Τράλλεις πόλις ἐν καλῷ τῆς Ἀσίας κειμένη, μεγέθους τε μείζονος ἢ κατὰ τὰς πόλεις ἀπολαύουσα, καὶ περιφανὴς ἐν ταύταις ὑπάρχουσα. Ἦσαν δὲ παλαίποτε, πρὶν δηλονότι τὸν πάντα μεταβάλλοντα χρόνον καὶ ὡς ἐς φθεῖραι μεταβαλόντα, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἐξῶσαι D τῶν πόλεων, τείχη τε καθελόντα, οἰκίας τε ἀνατρέψαντα, κἀκ τῶν ἐρειπίων μόνων γνωρίζεσθαι καταλείψαντα. Ἀλλὰ μέχρι σοῦ, βασιλεῦ, ταῖς Τράλλεσιν ἡ φθορὰ, καὶ τῷ χρόνῳ ἡ καύχησις· νυνὶ δὲ διὰ σοῦ πάλιν ἐν πόλεσιν ἐκεῖναι, etc. Vide cod. Reg. 1835 fol. 179. V. item codd. 3555 et 3118. BOIVIN. [Exstat hoc Andronici encomium in Boissonadii *Anecdot.*, ex quo recudimus in Georgio seu Gregorio Cyprio ad an. 1280. EDIT.]

(79) Ordo versuum sic restituendus :

Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεως τὸ κάλλος χρόνοις ἐσεῖται
Σβεννύμενον· τὸ δὲ πολλοστὸν ταύτης καταλειφθὲν
Ἐν ὑστάτοις ἐκφοβηθήσεται ἔθνει ἀνάρχῳ·
C Ἁλωθήσεται δ' οὐδαμῶς. Ἀνακαινισθὲν δὲ
Ἐσσεῖται παρὰ δυνατοῦ Νικωνύμου, ὃς
Ὀκταπλῆν ἀγλαῶς ἐννάδα βιώσει δίσκων,
Καὶ τρὶς ἑπτὰ κύκλων *) πόλιν Ἀττάλου λαμπρυνεῖ.
Ὧι καὶ πόλεις ἑσπέριαι ὑποκύψουσι **),
Καὶ ἀγέρωχοι ὑποκλιθήσονται παιδικῶς.

Sunt versus hexametri, omnes exceptis tribus primis spondaici, iidemque inconditi et immodulati, in quibus vocales α, ι, υ, longæ sunt vel breves, prout poetæ libuit. Quin et syllabas natura breves, accentu acuto vel gravi notatas, producit in τὸ, in χρόνοις, in πόλεις. Item diphthongum οι corripit in χρόνοις, et vocalem η in ἐκφοβηθήσεται, id quod factum videtur vitio iotacismi, quo η et οι sic pronuntiantur ut iota. Præterea in uno versu συνιζήσεις adhibuit duas, πόλεως Τράλλεως. Quæ omnia arguunt oraculum istud non fuisse Delphicum, aut Sibyllinum, sed omnino recens. In codice Barberi- D niano, quo usus est Possinus, idem oraculum exstat paulo auctius ***), eique præfixa hæc inscriptio, Οὗτος ὁ χρησμὸς Παυσανίου προέδρου, *Hoc est Oraculum Pausaniæ Præsidis*. Ego vero facile crediderim fabricatum illud fuisse ab aliquo Andronici amico, sive is Theodorus Metochita fuerit, sive alius. Maxima certe illis temporibus erat Græcarum Musarum ἀμουσία. Vide carmina Theodori Metochitæ, et cum istis confer. Solus, quem sciam, ea ætate Maximus Planudes tolerabiles aliquos versus fecit. Sed de recentiorum Græcorum poesi etiam infra ad p. 190 C dicturi sumus, ubi de Theodori Metochitæ poematibus. BOIVIN.

* Al. κυκλῶν. BOIVIN.

** Fort. ὑπουκύψ., licentia apud ejus temporis poetas usitata. BOIVIN.

*** Vide observationes Possini Pachymerian. tom. I, pag. 479. BOIVIN.

fide dignum et verum judicarent, indeque imperatorem longævum fore augurarentur. Nec enim in octuplici novenario resistebant, qui septuaginta duos annos conficit: sed et ter septem adjiciebant circuitus; ut totus numerus annos nonaginta tres impleret. Cæterum ut alia oracula obscura et intellectu difficilia sunt, multasque explicationes et interpretationes admittunt, donec ipso eventu comprobentur; sic et hoc plerosque decipiebat, atque ipsum adeo imperatorem Andronicum ad obitum usque decepit, ut paulo post dicetur. Eo vero humanis rebus exempto ipsum sese declaravit. Nam Andronicus cum imperii insignibus annos duos et septuaginta exegit, et in habitu monastico fere biennium. Verum illud. **144** ter septem volvens, nihil volebat aliud, nisi quod, cum urbem instauraret et exornaret, annum ætatis excederet primum et vicesimum. Primus autem urbis illius conditor fuit Attalus, nobilis quidam Trojanus, qui cum vetus Troja capta esset, hanc in patriæ memoriam exstruxerat. Unde Τράλλεις, si nomen resolvatur, non aliud est nisi Τροία ἄλλη, hoc est, altera Troja. Sed de Andronici vita et obitu singulatim post suo loco agemus. Nunc ad institutum redeat oratio.

στὸν ἡγοῦντο καὶ ἀληθῆ· καὶ πολλοὺς ἐντεῦθεν ὑπέτεινον χρόνους τῷ βασιλεῖ τῆς ζωῆς. Οὐ γὰρ ἐπὶ μόνην ἵσταντο τὴν ὀκταπλῆν ἐννάδα, ἣ πρὸς δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἀναλύεται ἔτη· ἀλλὰ καὶ τοὺς τρὶς ἑπτὰ προσετίθεσαν κύκλους, ὡς ἔτη γίνεσθαι ἅμα τὰ πάντα τρία καὶ ἐνενήκοντα. Ἀλλ' ὥσπερ καὶ τἆλλα τῶν χρησμοδοτουμένων δυσείκαστά εἰσι καὶ δυσξύμβολα καὶ πλείστας δεχόμενα τὰς ἀνελίξεις καὶ ἀναπτύξεις μέχρις αὐτῆς ἐκβάσεως, οὕτω καὶ οὗτος ὁ χρησμὸς ἐπλάνα τοὺς πλείστους καὶ αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον μέχρις αὐτῆς τελευτῆς, ὡς εἰρήσεται. Ἐξ ἀνθρώπων δ' αὐτοῦ γενομένου αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ χρησμὸς διεσάφησεν. Ἐγένοντο μὲν γὰρ ἔτη τὰ μὲν μετὰ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τῆς τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου ζωῆς δύο καὶ ἑβδομήκοντα· τὰ δὲ μετὰ τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ἕτερα (80) δύο ἔγγιστα. Τὸ δὲ, τρὶς ἑπτὰ κυκλῶν, οὐδὲν ἦν ἕτερον, ὥς φασιν, ἢ ὅτι πρῶτον καὶ εἰκοστὸν τηνικαῦτα παρήμειβεν ἔτος (81), ὁπότε τήνδε τὴν πόλιν ἀνέστησε καὶ ἐλάμπρυνεν. Ἦν δὲ τῆς πόλεως πρῶτος οἰκιστὴς ταυτησὶ Ἄτταλός τις εὐγενὴς (82), ἄποικος Τροίας, εἰς ὑπόμνημα ταύτην ἐγείρας τῆς παλαιᾶς ἐκείνης Τροίας ἁλούσης· ὅθεν καὶ ἀναλυομένου τοῦ ὀνόματος τούτου Τροία ἄλλη καλοῖτ' ἂν ἡ τοιαύτη πόλις. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῆς τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου βιοτῆς καὶ τελευτῆς εἰρήσεται καθ' ἕκαστον κατὰ τὸν προσήκοντα τόπον ἔμπροσθεν· νῦν δ' ἐπὶ τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου φέρε ἐπανακάμψωμεν.

CAPUT VI.

Carolus rex et Palæologus imperator diversis artibus pares. Sibi invicem officiunt. Providentia divina. Carolus hostis perpetuus Palæologi, sed irrito semper conatu. Byzantinos terra marique aggreditur. Rosonsules terrestribus copiis præfectus Ionium trajicit; quo consilio; qua spe. Palæologus Fredericum Siciliæ regem in Carolum armat. Eo astu classem Caroli in Siculos avertit. Publicis precibus indictis exercitum cogit. Italorum militaris disciplina. Ut suo fastu sibi noceant. Dolis et levibus pugnis lacessuntur. Rosonsules Bellegradum obsidere pergit. Cum paucis progreditur ad aquatores defendendos. Byzantini eum circumveniunt. Reliquas ejus copias opprimunt. Carolus male adversus Siculos rem gerit. Filium amittit. Mœrore confectus moritur.

I. Supra ostendimus, Carolum Italiæ regem virum fuisse magnis rebus gerendis intentum, et singulari ingenii vi cum in excogitandis et deliberandis, tum in administrandis negotiis uti solitum. Verum ei prorsus obstabat efficacior et vividior imperatoris virtus, ac velut e superiore loco illi repugnabat. Ita fiebat, ut neque huic sui contra Romanos conatus, nec illi quæ contra Latinos moliebatur succederent. Sed amborum vires longo tempore adeo pares et quasi æquilibres fuerunt, ut illud a viris prudentibus vulgo diceretur, nisi respublica Romana talem imperatorem habuisset, facile Romanum imperium ab Italiæ rege Carolo potuisse

[P. 88] Α'. Ἔφθημεν ἀποδεδειχότες τὸν ῥῆγα τῆς Ἰταλίας Κάρουλον ἄνδρα μεγαλουργὸν καὶ βελτίστῃ δυνάμει συνέσεως χρώμενον ἔς τε τὰς ἐπινοίας καὶ τὰ βουλεύματα ὧν ἔμελλε δρᾷν ἔς τε αὐτὰ δὴ τὰ δρώμενα. Ἀλλ' ἀντέπραττεν αὐτῷ καθάπαξ εἰπεῖν ἡ τοῦ βασιλέως δραστικωτέρα ὀξύτης καὶ ἀντεκάθητο ὑπερδέξιος· καὶ πέρας οὐ συνεχώρει χρηστὸν οὔθ' οὗτος ταῖς ἐκείνου κατὰ Ῥωμαίων ἐπακολουθῆσαι πράξεσιν, οὔτ' ἐκεῖνος ταῖς τοῦ βασιλέως κατὰ Λατίνων· ἀλλ' ἦν οὕτως ἐπὶ μακρὸν τὰ ἐξ ἀμφοτέρων ἀντίπαλα καὶ ἰσόρροπα, ὡς καὶ φήμην ἐξενεχθῆναι τοιαύτην πρὸς τῶν συνετωτέρων ἀνδρῶν εὐστόχως ἐπ' ἀμφοῖν εἰρημένην, ὡς εἰ μὴ τηνικαῦτα τοιοῦτος

Variorum notæ.

(80) Asteriscum post ἕτερα apposuerat interpres, nec quod statim sequitur vertit: et certe post ἕτερα legendum δύο, tot enim annos in habitu monachico exegit Andronicus, ut scribit idem Gregoras lib. IX, cap. ult. seu ut est in nota marginali ad cap. 28, lib. II, Cantacuzeni, ἐν μοναχῶν σχήματι διαγαγὼν ἐνιαυτοὺς δύο παρ' ὀλίγον. Tunc addit: Ἧως τρὶς ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοὶ, ὃ καὶ βέλτιον, δύο ἔγγιστα, id est, *vel* (ex quo monachum induit, intersunt) *ter septem circuli lunares* (seu menses 21, *seu potius anni prope* 12). DUCANG. — Græci recentiores dicunt ἤως pro ἢ, vel ἤτοι. Vide *Glossar. med. Græcit.* In editione Wolfiana post ἕτερα interseruntur hæc verba ἤως τρὶς ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοὶ, ὃ καὶ βέλτιον, quæ tamen Wolfius non vertit. Absunt a codice A, et scholium sapiunt. BOIVIN.

(81) Vertit Wolfius, *annum ætatis ageret primum et vicesimum*. Vertendum fuit, *annum aet. excederet* etc. præsertim si legatur, παρήμειβεν, ut legitur in codice Regio. BOIVIN.

(82) Tralles, urbem ad Mæandrum, Pelasgorum coloniam fuisse scribit Agathias lib. V, duce forte Attalo isto Trojano. DUCANG.

βασιλεὺς τοῖς Ῥωμαίων ἐπεστάτει πράγμασι, ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τῷ ῥηγὶ τῆς Ἰταλίας Καρούλῳ ἡ Ῥωμαίων ἡγεμονία ἐγεγόνει· καὶ αὖ τὸ ἀντίστροφον, εἰ μὴ τηνικαῦτα τοιοῦτος ῥὴξ τοῖς Ἰταλῶν ἐπεστάτει πράγμασι, ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ ἡ Ἰταλῶν κατέστη ἡγεμονία. Ὥστε καὶ θαυμάζειν ἔπεισί μοι τὴν ἀνεξιχνίαστον τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν, πῶς κἀκ τῶν ἄκρων ἐναντίων ἓν ποιεῖ συνάγεσθαι τέλος. Ὁπόταν γὰρ ἐναντιουμένας ἀλλήλαις δύο τινὰς ἐπαρχίας συνίστασθαι καὶ ἄμφω βούληται καὶ μηδετέραν παρὰ τῆς ἑτέρας κυριευθῆναι, δυοῖν οἰκονομεῖ θάτερον· ἢ γὰρ μεγαλογνώμονας καὶ σπουδαίους ἑκατέραις τοὺς ἀρχηγοὺς ἐξευρίσκει καὶ ἐφιστᾷ, ὡς ἂν κατὰ ἀντιπαρίστασιν παρ' ἑκατέρων τὰ ἑκατέρων ὁρμήματα θραύηται καὶ ἀνενέργητα διαμένῃ, καί τ' ἀσφαλὲς οὑτωσὶ τοῖς τόποις διασώζηται· ἢ καὶ ἄμφω τοὺς ἀρχηγοὺς ὀλιγογνώμονάς τε καὶ ἀσθενεῖς, ὡς μηδέτερον καθ' ἑτέρου κινεῖσθαι δύνασθαι, μηδ' ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν καὶ συγχεῖν τοὺς ἀρχαιοτέρους τῶν ἐπαρχιῶν ὅρους· καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων ἐναντιωμάτων μίαν ποιεῖται ἀσφάλειαν.

Β'. Ἰδοὺ γὰρ κἀνταῦθα παρὰ πάντα τὸν χρόνον τῆς αὐτοῦ βιοτῆς οὐκ ἔληξεν ἐπίβουλα δρῶν καὶ πολέμια κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὁ Κάρουλος· ἀλλ' ἔμενεν ἄπρακτος παρευδοκιμούμενος ταῖς τοῦ βασιλέως ὀξείαις ἀντεμβολαῖς καὶ [P. 89] ἀντεπιχειρήσεσι. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὴν οἰκείαν ἕκαστα διεξεληλύθειμεν χώραν· ἤδη δὲ τὸ τελευταῖον ἐρῶν ἔρχομαι. Ὤδινε μὲν γὰρ ὁ Κάρουλος (83) ἀεὶ κατὰ βασιλέως ἐπιβουλὴν καὶ καιρὸν ἐζήτει τὴν ὠδῖνα ἐκρῆξαι. Ἄρτι δ' ἐκπολεμωθέντας ἰδὼν κατὰ βασιλέως ἔνθεν μὲν Ἰωάννην τὸν σεβαστοκράτορα τὸν τῆς Θετταλίας ἄρχοντα, ἐκεῖθεν δὲ τοὺς Ἰλλυριούς, ἔγνω καιρὸν καὶ αὐτὸς ἔχειν οὕτω τεταραγμένοις τοῖς Ῥωμαίων ἐπιθέσθαι πράγμασιν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης καὶ ἀνύσαι τὸ πάλαι σκοπούμενον. Καὶ δὴ πολλὰς τὰς ναυτικὰς ἐξαρτύσας δυνάμεις πλείονα συγκροτεῖ τὰ ἐκ τῆς χέρσου στρατόπεδα, ὧν ἡγεμόνα καθίστησιν ἄνδρα γεννάδαν ὄνομα Ῥωσονσουλῆν (84). Οὗτος τὰς ἠπειρωτικὰς παρειληφὼς δυνάμεις διαπερᾷ τὸν Ἰόνιον, καὶ ἦν αὐτῷ σκοπιμώτατον ἐκπολιορκήσαντι τὸ τῶν Βελλεγράδων φρούριον καὶ ὅσα τῶν Μακεδονίας καιριωτέρων, ἔπειτα ἀδεῶς ἄχρι Βυζαντίου πορεύεσθαι. Μηδὲ γὰρ ἔσεσθαι μηδένα, ὃς πρὸς τοσαῦτα στρατόπεδα καὶ οὕτω στεῤῥῶς ὡπλισμένα πολέμιον ὀφθαλμὸν ἀντιστήσας ἔπειτα καλῶς ἀπαλλάξει.

A invadi; **145** et contra, nisi talis rex eo tempore Italicis rebus præfuisset, Italiæ principatum facile ab Imperatore occupari potuisse. Itaque mirari mihi subit impervestigabilem Dei sapientiam, qui extreme contraria uno fine conclusit. Nam cum binas adversarias provincias constabilire vult, nec alteram alteri subjicere, duorum alterum providet. Aut enim magnanimos et diligentes utrique moderatores suscitat ac præficit, ut uterque æqualium virium opposita alterius conatus retundat et irritos reddat, ac sic locorum securitati consulatur: aut utrosque animi pusilli et imbecillos deligit, ut neuter alterum tentare ac septa, quod aiunt, transilire audeat veteresque provinciarum limites convellere. Sic ex duobus extremis contrariis unam eamdem-
B que securitatem efficit.

II. Ecce enim præsens ejus rei exemplum. Nimirum rex Carolus per omne vitæ suæ tempus Romanos et insidiis et armis appetere nunquam destitit: nec tamen quidquam profecit, imperatore summa celeritate ac pari contentione conatus illius evertente. Ac cætera quidem singula suis locis supra commemoravimus: nunc quod postremo actum est id dicam. Carolus imperatori perpetuas struebat insidias, easque perducendi ad exitum occasionem captabat. Cum autem hinc Joannem Sebastocratorem Thessaliæ Principem, inde Illyrios bellum inferre illi cerneret; **146** sibi quoque opportunita-
C tem dari ratus est oppugnandi terra et mari rem Romanam ita turbatam, et ea quæ jam pridem animo destinasset exsequendi. Itaque magna classe instructa terrestres copias majores parat, quibus virum fortem nomine Rosonsulem præponit. Hic exercitum terrestrem secum ducens, Ionio mari trajecto, nihil spectabat magis, quam ut castello Bellegrado et opportunioribus Macedoniæ locis expugnatis impune Byzantium usque progrederetur. Neque enim fore quemquam, qui contra hunc tantum et tam gravi armatura instructum exercitum oculos ausus attollere sine malo discederet.

Variorum notæ.

(83) Pachymer. lib. VI, cap. 32. DUCANG.

(84) Qui Pachym. lib. VI, cap. 31. Ῥὼς Σολυμᾶς appellatur, quem hic pariter depingit. Vide *Hist. Franco-Byzant.* lib. VI, n. 11. DUCANG. — Ducangius, *Hist. Franco-Byzant.* lib. VI, n. 11, eum vocat *Solyman de Rossi*. Ego autem non dubito, quin is fuerit *Rufus de Soliaco*, ille ipse scilicet, qui memoratur in instrumento seu Diplomate regio, quod ex Thesauro Chartarum excerptum cum aliis actis et instrumentis publicis Ducangius edidit. Vide Chartas *Historiæ Franco-Byzantinæ* subjunctas, pag. 34. Nomen, ut videtur, Gallicum fuit *Rousseau de Soli*, quod est Græcis Ῥούσο ντε Σουλή. Poeta Græco-Barbarus cod. Reg. 2569, fol. 219, V, cum sic appellatum scribit,

Ῥοῦσον τὸν ὀνομάζασιν· ντε Σουλὴ τὴν ἐπίκλην.

D Ἄνθρωπος ἦτον εὐγενής, στρατιώτης πεδευμένος.

Rufum *hunc nominarunt, cognomento* De Souli.

Vir erat nobilis, miles exercitatus.

Idem poeta Græco-Barb. eumdem Ῥοῦσον ντε Σουλή, post obitum principis Guil. de Villa-Harduini bailum Moreæ a Carolo rege Neapoli ano constitutum narrat. Gregoras non multum aberravit a vero nomine, siquidem ab eo vocatur Ῥῶσον σουλῆς, seu, ut præfert diversa lectio, Ῥῶσος Σουλῆς. Pachymeres lib. VI, cap. 32, Ῥῶς Σολυμᾶν vocat: unde Ducangius nomen fecit *Solyman de Rossi*. Præter hunc *Rufum de Soliaco*, recensetur inter aulæ Neapolitanæ nobiles *Henricus de Soliaco* in illa quam dixi collectione chartarum, Histor. Franco-Byzantinæ subjuncta p. 21 et p. 22. BOIVIN.

III. Quod cum imperatori nuntiatum esset, non A cunctandum ratus, sed armis et pecuniis et prudentibus consiliis resistendum illi atque eminus cum eo velitandum censuit. Unde apparet, quanto prudentia sit armis potentior, et ingenii solertia milite numeroso. Primum itaque omnis generis opibus missis Siciliæ regem Fridericum ad bellum Carolo faciendum concitavit; ut si aliud non posset, saltem ejus classem foras progredi vetaret, atque ipsius curas præcipuas, a longinquis expeditionibus abstractas, ad negotia circumstantia revocaret. Id quod maximum et efficacissimum esse visum est. Ac navales copias Caroli, bellis vicinis occupatas, imperatoris prudentia hoc modo inutiles reddidit.

IV. Deinde supplicationibus **147** per omnes Ecclesias indictis Romanas copias, quæ tum erant, contra Rosonsulem mittit. Quibus profectis neque consultum neque tutum visum est, aperto Marte congredi cum hoste numerosissimo, firmissimis armis instructo et optime munito: sed dolis et insidiis et velitationibus e loco superiore lacessendos esse, et cum superbi atque impatientes essent, concitandos, ut per indignationem nullo ordine solutaque acie erumperent. Nam Italorum a multis sæculis ea disciplina est, ut cum ordine conservato invadunt hostem, firmus sint murus et inexpugnabilis: sin a consueto ordine nonnihil recesserint, nihil prohibeat quo minus statim ab hostibus capti abducantur. Neque raro insitus illos fastus et stolida arrogantia multum læsit, intempestivo animi impetu facile abreptos. Quæ cum Romanis olim nota essent, talibus eos dolis ac machinis circumveniebant. Frumentarios mulos ex insidiis cædebant, et mercatum qui illos sequebatur impediebant. Velitationibus autem eos qui aquabantur ex editioribus locis occidebant.

V. Rosonsules vero copias suas a Bellegradi obsidione statim ad tutiorem locum reducere, suo spiritu indignum judicabat: praetereaque turpissimum ducebat: *Mansisse diu, vacuumque reverti.* Sed ira inflammatus cum perpaucis suorum invadit D eos qui aquationem infestam reddebant. **148** Quod nostri cum vidissent promptissime descenderunt, et hostibus circumdatis equos sagittis confixerunt; equites vero omnes in Romana castra vivos perduxerunt. Quæ res Latinos vehementer perturbavit, et maximum apud eos tumultum excitavit; Romanos autem statim impulit, ut in eos turbatos impetum facerent. Ita Romani insignem et omni

Γ'. Τῷ γε μὴν βασιλεῖ τοσαύτην ἀκοὴν δεδεγμένῳ οὐκ ἐνῆν ἠρεμεῖν, ἀλλ' ἀνθίστασθαι καὶ ὅπλοις καὶ χρήμασι καὶ τοῖς ἀπὸ συνέσεως μηχανήμασί τε καὶ ἀκροβολισμοῖς. Ἐντεῦθεν ἔστιν ἰδεῖν, ὅσον ὑπερέχει σύνεσις ὅπλων καὶ φρονήσεως ἐπιτηδεύματα μυριάδων στρατοῦ. Πρῶτον μὲν οὖν χρήματα πέμψας παντοδαπὰ τὸν Σικελίας ἐξεπολέμωσε ῥῆγα Φερδέριχον (85) κατὰ τοῦ Καρούλου, ἵν' εἰ μή τι ἄλλο, τῶν γοῦν ναυτικῶν δυνάμεων ἐκείνου κωλύῃ τὸν ἔκπλουν καὶ ἀντιπερισπᾷ τὰς καιριωτέρας φροντίδας πρὸς τοὺς ἐκ πλευρᾶς ὡς εἰπεῖν πόνους μᾶλλον ἢ τοὺς ὑπερορίους· ὃ δὴ καὶ μέγιστον ἔδοξεν ἔργον καὶ τελεσιουργὸν, εἴπερ τι τῶν πάντων ἕτερον. Τὰς μὲν οὖν ναυτικὰς τοῦ Καρούλου δυνάμεις οὕτως ἀπράκτους ἀπέδειξεν ἡ τοῦ βασιλέως σύνεσις, πρὸς B τοὺς ἐγγύθεν πολέμους ἀντιπερισπάσας αὐτάς.

Δ'. Μετὰ δὲ ταῦτα δεήσεις πρὸς Θεὸν παραγγείλας ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τὸν ὄντα Ῥωμαίοις τηνικαῦτα στρατὸν ἐκπέμπει κατὰ τοῦ Ῥωσονσουλῆ· οἷς δὴ καὶ ἀπελθοῦσιν οὐκ εὖ ἔχειν ἔδοξεν οὐδὲ πάνυ τοι ἀσφαλὲς πόλεμον ἐμφανῆ κατὰ τῶν ἐναντίων ἐγείρειν, πλείστων τε ὄντων καὶ λίαν ἀσφαλῶς ὡπλισμένων καὶ ἄριστα πεφραγμένων· ἀλλ' ἐνέδραις καὶ λόχοις καὶ ἀκροβολισμοῖς ἐκ λόφων ὑπερδεξίων παρακειμένων τὴν ἐκείνων παροξύνειν ὀφρὺν καὶ τὸν τῦφον ἐς ἀσύντακτόν τινα κίνησιν καὶ ὁρμήν. Τὸ γάρ τοι γένος τῶν Ἰταλῶν τοιούτοις ἀρχῆθεν συντέθραπται τοῖς ἤθεσι. [P. 90] Ἂν μὲν γὰρ εὐτάκτως ἀπαντᾷ πρὸς τὸν πόλεμον, τεῖχός ἐστιν ὀχυρὸν καὶ C ἀμήχανον· ἂν δὲ βραχύ τι τῆς νενομισμένης παραλύσῃ τάξεως, οὐδὲν ἂν εἴη τὸ κωλύον αἰχμαλώτους σφᾶς ὑπὸ τῶν πολεμίων αὐτίκα μάλα ἀχθήσεσθαι. Ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ τῆς ἐμφύτου κορύζης τε καὶ ὀφρύος μεγάλως παρέβλαψε τῷ μὴ ἐν καιρῷ τοῦ θυμοῦ στρατηγουμένους ῥᾳδίως. Ταῦτ' οὖν ἐκ πολλοῦ συνειδότες ὁ Ῥωμαίων στρατὸς τοιούτοις αὐτοὺς περιήρχοντο δόλοις καὶ μηχανήμασι· καὶ τοῖς μὲν λόχοις τὰς σιταγωγοὺς ἡμιόνους κατέκοπτον καὶ τὰς ἑπομένας κατέλυον ἀγοράς· τοῖς δ' ἐκ τῶν λόφων ἀκροβολισμοῖς τοὺς ὑδρευόντας ἔκτεινον.

Ε'. Τὸ μὲν οὖν αὐτίκα μεταστῆσαι τὸ ἑαυτοῦ στρατόπεδον ἐκ τῆς τῶν Βελλεγράδων πολιορκίας ὁ Ῥωσονσουλῆς εἰς ἀσφαλέστερον τόπον σφόδρα ἀνάξιον ἔκρινε τῆς οἰκείας ὀφρύος καὶ ἅμα οὐ πόρρω μεγάλης αἰσχύνης, D *Δηρόν τε μένειν* (86) *κενεόν τε νέεσθαι.* Ὁ δὲ ἀλλὰ τῷ θυμῷ κινηθεὶς ἔπεισι μετὰ πάνυ βραχέων κατὰ τῶν βαλλόντων τοὺς ὑδρευόντας· οὓς οἱ ἡμέτεροι θεασάμενοι σπουδῇ παρακατιόντες ἐκύκλωσαν, καὶ αὐτίκα τοὺς μὲν ἵππους νεκροὺς τοῖς τοξεύμασιν ἔφηναν, πάντας δ' αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον ζῶντας ἐκόμισαν (87). Τοῦτο μὲν Λατίνους τὰ ἔσχατα συνεχύκησέ τε καὶ συνετάραξε· τοὺς δὲ Ῥωμαίους τὴν ταχίστην παρέ-

Variorum notæ.

(85) Fredericum, Aragonum regem, qui demum Siciliæ rex factus est, hac Carolo postmodum erepta. Vide Joannem Villaneum, lib. VII, cap. 57 Ricordan. cap. 206. DUCANG.

(86) Homer. *Iliad.* lib. II. BOIVIN.

(87) Captus ipse quoque *Rufus de Soliaco*, ut ex Pachymere discimus. Redemptum deinde in Italiam rediisse verisimile est. Anno certe 1291 aderat in aula Caroli II regis Neapolitani *Rufus de Soliaco*, ut patet ex instrumento supra laudato. BOIVIN.

πιστὰ σφισιν ἐπιθέσθαι τετραγμένοις. Ἀλλ' οἱ μὲν A Ῥωμαῖοι οὕτω ῥαδίως καὶ πόνων μεγάλων χωρὶς κατὰ Λατίνων ἐστήσαντο τρόπαιον μέγιστόν τε καὶ πάσας ἐλπίδας εὐχερῶς ὑπερβαῖνον.

Ϛ'. Ὁ δὲ Κάρουλος οὕτω καταστρατηγηθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ ἀντὶ μιᾶς μάχης εὐχεροῦς τε καὶ εὐμηχάνου διχόθεν συγκροτουμένης ἔκ τε γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης ἐς δύο παρ' ἐλπίδα μερισθεὶς καὶ τῇδε μὲν ὅλα συλλήβδην ζημιωθεὶς τὰ τὸν Ἰόνιον διαβάντα στρατόπεδα, κατὰ δὲ τὴν Σικελικὴν μάχην οὐχ ὅλα μὲν, τὸν υἱὸν δ' οὖν ἀπολωλεκὼς ἐκάθητο πικροῖς βέλεσι τῆς λύπης κεντούμενος πυκνὰ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ ζῆν ὑπὸ βαρυθυμίας ἀπολεγόμενος. Βραχὺ τὸ μεταξὺ καὶ τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν, οὐ δυνηθεὶς ἐς τέλος καταπέψαι τὴν λύπην, πολλαπλῆν τινα καὶ δυσίατον οὖσαν. B

spe majorem victoriam de Latinis facile et minimo labore reportarunt.

VI. Carolus vero artibus imperatoris ita superatus, et uno bello facili et expedito, quod terra marique paraverat, præter spem in duo diviso, ac altero exercitu qui Ionium transierat prorsus perdito, altero vero qui cum Siculis pugnarat non quidem plane deleto, sed filio per illud bellum amisso; acribus doloris stimulis animum subinde pungentibus æger et afflictus sedebat, ut eum his malis fractum vitæ tæderet. Nec longo post e vivis excessit confectus eo mœrore, quem multiplicem et levatu difficilem concoquere ad extremum non potuit.

CAPUT VII.

Joannes Trapezuntis imperator Byzantium venit. Eudociam Palæologi filiam uxorem ducit, unde natus Alexius Joannis successor. Joannes sebastocrator fidem rursus frangit. Palæologus legatos mittit ad Nogam Scytham affinem suum. Auxilia ab eo accipit. Thessaliæ exitio imminet. Subito morbo correptus non potest destinata exsequi. Audito locorum nomine reminiscitur oraculi. Dolet se ænigmate deceptum oculos viro insonti effodisse. Digressio de oraculis. Quis eorum auctor. Cur ambigua et obscura. Quænam cavenda. Quo anno mundi Michael Palæologus obierit. Quo ætatis. Ejus cadaver neglectum et fortuito humatum. Ejusdem dotes eximiæ. Conscientia. Charitas erga liberos nimia. Quantum cuique liceat sui ipsius et liberorum causa. Palæologus suorum amore jus omne violavit. Scelerum fructus.

[P. 91] Α'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν. Ἰωάννης γὰρ (88) ὁ τοῦ ῥηθέντος Ἀλεξίου ἀπόγονος, τοῦ μετὰ τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσιν τῆς τῶν Κόλχων καὶ Λαζῶν τυραννήσαντος γῆς, ὅρκους ἐγγράφους παρὰ τοῦ βασιλέως ἐκεῖθεν δεξάμενος ἐπιδημεῖ τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῇ τοῦ βασιλέως συζεύγνυται θυγατρὶ Εὐδοκίᾳ· καὶ βραχύν τινα τῷ βασιλεῖ παρὰ τῇ βασιλευούσῃ συνδιατρίψας χρόνον ἔπειτα ἐπανῆκεν ἅμα τῇ γυναικὶ Εὐδοκίᾳ πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, ἧς τὰ βασίλεια Τραπεζοῦς (89). Ἔνθα C δὴ καὶ μήπω τελέως ἐνιαυτοῦ πληρωθέντος παῖδα μετὰ τῆς Εὐδοκίας οὗτος γεγέννηκεν, Ἀλέξιον τὸν νέον Κομνηνόν· ὃς δὴ καὶ διάδοχος ὕστερον γεγένηται τῆς ἐκείνου ἀρχῆς, ὡς εἰρήσεται.

I. Sed me illud pæne prætererat. Nam Joannes Alexii nepos (illius qui post urbem captam Colchorum et Lazorum tyrannidem invaserat), cum jusjurandum scriptum ab imperatore accepisset, Byzantium venit, et Eudociam ejusdem filiam uxorem ducit. Ac paulisper in urbe apud imperatorem **149** commoratus una cum Eudocia conjuge in regnum suum revertitur: cujus regia sedes erat Trapezus. Ubi antequam annus elaberetur, filius ei ex Eudocia natus est, junior Alexius Comnenus: qui patri deinde, ut infra dicetur, in regnum successit.

Β'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων ἄρχεται πάλιν παρασπονδεῖν ὁ τῆς Θετταλίας ἀρχηγὸς Ἰωάννης ὁ Σεβαστοκράτωρ (90)· ὃ δὴ καὶ εἰς λύπην καὶ ἀκατάσχετον θυμὸν ἀνῆψε τὸν βασιλέα. Πᾶσα γὰρ ἤδη σπονδῶν καὶ φιλίας ἐλπὶς ἔσβη καὶ ὡς εἰπεῖν ἐτεθνήκει. Τὸ γὰρ συχνὰ μὲν αὐτὴν διαῤῥήγνυσθαι, συχνὰ δ' αὖθις συνδεῖσθαι καὶ βίᾳ μὲν καὶ μόλις λαμβάνειν τὴν ἐπανόρθωσίν τε καὶ σύμπηξιν, ῥᾷστα δὲ καὶ τὴν ταχίστην πρὸς σύγχυσιν καὶ διάλυσιν καταῤῥεῖν καὶ συμφύρεσθαι, πρὸς ἀπόγνωσιν ἤδη D τὸν βασιλέα συνήλασε παντελῆ. Καὶ οὐκέτι σπονδῶν ἄλλων ἐμνημόνευσε τοῦ λοιποῦ, ἀλλὰ διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν Σκύθην Νογᾶν, ὃς τὰς διατριβὰς καὶ τὴν δίαιταν εἶχε πέραν τοῦ Ἴστρου. Ἦν γὰρ τούτῳ φιλία βεβαία πρὸς βασιλέα διὰ τὸ κῆδος· ἠγάγετο

II. Hoc rerum statu rursus fidem fregit Thessaliæ princeps Joannes sebastocrator: quæ res exacerbavit imperatoris animum et maxima iracundia inflammavit, exstincta et ut ita dicam mortua omni fœderis et amicitiæ spe. Nam quod societas et sæpe abrumperetur et sæpe resarciretur et vix redintegrata per vim coiret, facile vero turbata ac dirempta difflueret et confunderetur, id quidem nullam prorsus imperatori retinendæ ejus spem relinquebat. Quare omni deinceps pacificationis mentione sublata legatos mittit ad Nogam Scytham, qui ultra Istrum sedes et domicilium habebat. Erat enim huic cum imperatore firma amicitia ob affinitatem: quippe Irenen, filiam illius notham, paulo ante duxerat, atque ideirco ejus amicus erat.

Variorum notæ.

(88) Qui primus ducum aut principum Trapezuntinorum sese imperatorem appellavit. Vide *Famil. Byzant.* pag. 192. DUCANG.

(89) Cujus urbis elogium habetur in cod. Reg. nondum signato. DUCANG.

(90) Pachymer. lib. V, cap. 4; lib. VI, cap. 19, 35, 35. De Joanne egimus in *Famil. Byzant.* p. 206, de Irene vero Michaelis notha et Noga ejus conjuge p. 235. DUCANG.

Ab eo accepta quatuor millia delectorum Scytharum et iis adjunctas aliquas Romanas vires missurus erat imperator adversus Thessalum Joannem Sebastocratorem, tum ut eum ipsum deleret, tum ut omnes adultos, qui militiæ operam navarent, ac **150** Thessaliæ flos quodammodo essent, jugularet.

A γὰρ πρὸ βραχέος ἑαυτῷ σύζυγον Εἰρήνην τὴν ἐκ νοθείας γεννηθεῖσαν τῷ βασιλεῖ θυγατέρα, καὶ ἦν διὰ τοῦτο φίλος τῷ βασιλεῖ. Ἐκεῖθεν οὖν εἰληφὼς τετρακισχιλίους Σκυθῶν ἐπιλέκτους στρατιώτας ἔμελλε καὶ Ῥωμαίων ὁπλιτικήν τινα δύναμιν προσμίξας πέμψειν κατὰ τοῦ Θετταλοῦ Ἰωάννου τοῦ Σεβαστοκράτορος ἐπί τε αὐτοῦ τούτου ἀφανισμῷ καὶ ὅμα ἐπὶ σφαγῇ τῆς ὅλης ἡλικίας ἁπλῶς, [P. 92] ὁπόσοι τὸν ἔφηβον παραλλάξαντες πολέμιά τε ἐπετήδευον ἔργα καὶ ὄψις τῇ Θετταλίᾳ φάναι ἐτύγχανον.

III. Sed priusquam consilium hoc ad rem conferretur, prosperum ejus cursum mors repente abrupit. Nam cum prope Lysimachiam versaretur, juxta pagum qui inter Pachomium et Allagen (locorum hæc nomina sunt) situs est, ibique Scythicum exercitum inspiceret, Romanosque duces iis copiis præficiendos deligeret, eosque quid agendum esset moneret : gravissimo cordis morbo corripitur, qui brevi mortem denuntiaret, ac medicorum omnia judicia confunderet et turbaret, atque omnem opem artis inanem redderet. Ferunt et ipsum mortis metu eos qui adessent percontatum, quo nomine locus ille vocaretur, cum Pachomii et Allages nomina audisset, cum alto suspirio dixisse : Hic nobis demum finis est, o socii, et vitæ mutatio (Græce, allage) fatis decreta : deinde eum graviter se ipsum accusasse, quod honestum quemdam virum nomine Pachomium oculis multare occupasset ; propterea quod vulgo ferebatur oraculum de imperatore his verbis conceptum, Sub vitæ mutationem Pachomius te excipiet : quo deceptus et imperii cupiditate amens Pachomium imperio inutilem efficere festinarat.

Γ'. Ἀλλὰ πρὶν (91) εἰς πέρας αὐτὸν ἀγαγεῖν τὴν μελέτην φθάσας ὁ θάνατος τοῦ δρόμου τὴν ῥαστώνην ἐξαίφνης ἀφείλετο. Ἄρτι γὰρ αὐτῷ Λυσιμαχίας ἐγγὺς (92) περὶ τὴν κώμην τὴν μεταξὺ τῶν Παχω-B μίου καὶ Ἀλλαγῆς (93), οὑτωσί πως αὐτῶν ὀνομαζομένων τῶν χώρων, διατρίβοντι κἀκεῖσε τὸ Σκυθικὸν ἐξετάζοντι στράτευμα καὶ τοὺς ἄξοντας ἐκ Ῥωμαίων συγκαταλέγοντι στρατηγοὺς καὶ ἃ χρὴ δρᾷν σφισιν παρακελευομένῳ νόσος ἐνσκήπτει δεινὴ περὶ τὴν καρδίαν, θάνατον σύντομον ἀπαγγέλλουσα καὶ πάσας ἰατρῶν τάς τε κρίσεις συνθολοῦσα καὶ συνταράττουσα καὶ ἀπράκτους ἀποδεικνῦσα τὰς συμμαχίας τῆς τέχνης. Φασὶ δὲ καὶ αὐτὸν τηνικαῦτα δείσαντα περὶ τοῦ θανάτου τοὺς παρατυχόντας ἐρέσθαι, ὅτῳ ποτὲ καλοῖτο ὁ χῶρος ὀνόματι· ἀκούσαντα δὲ Παχωμίου καὶ Ἀλλαγῆς ἐπικλήσεις βύζιόν τι στενάξαντα ἐνταῦθα φάναι· Λοιπὸν τὸ πέρας ἡμῖν, ὦ παρόντες, καὶ τὴν ἀλλαγὴν κεκλῶσθαι τοῦ βίου· μέμψασθαί τε πολλὰ ἑαυτὸν, ὅτι Παχώμιον C τινα ἄνδρα σεμνὸν ἐζημίωσε φθάσας τοὺς ὀφθαλμούς· ἦν γάρ τις θρυλλούμενος χρησμὸς περὶ τοῦ βασιλέως, ὡς Περὶ τὴν ἀλλαγὴν τοῦ βίου τὰ Παχωμίου σε διαδέξεται (94). Ἀφ' οὗ πλανηθεὶς ἅτε περὶ τὸν τῆς βασιλείας πόθον λίαν ἐπτοημένος ἄχρηστον περὶ τὴν βασιλείαν ἔσπευσεν ἀποφῆναι Παχώμιον.

IV. De ortu et inventione oraculorum, quæ alias alia passim apud homines circumferuntur, aliquis fortasse dubitaverit : item qui fiat, cum futurorum necessariam significationem complectantur, ut intricatis verborum ambagibus eam obscurent. Nam quis ea composuerit, et ad posteros transmiserit, a nemine **151** unquam vel historiarum vel aliarum rerum scriptore traditum reperimus. Sed illud tantum ab omnibus adnotatum deprehendas, alio atque alio tempore hoc vel illud oraculum vulgo jactatum hunc vel illum exitum postea habuisse. Quis vero primus ea singula pronuntiaverit, id vero omnibus prorsus indictum et ignotum, nisi quis mentiri velit. Sunt tamen qui existiment, spiritus quosdam famulantes et administros, alios bonos, alios velut quædam instrumenta suppliciorum maleficos, inspectores esse eorum quæ hic gerantur, aeremque et terram peragrare ; qui futu-

Δ'. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις τὴν τῶν χρησμῶν, ὁπόσοι κατ' ἀνθρώπους ἄλλοτε ἄλλοι πλανῶνται, γένεσίν τε καὶ εὕρεσιν· καὶ ὅπως μελλόντων φέροντες δήλωσιν ἀναγκαίαν εἶτα βυθοῖς αὐτὴν αἰνιγμάτων ἐπηλυγάζουσι. Πατέρα μὲν γὰρ τούτων ὅστις ποτὲ ἦν ὁ τούτους πεποιηκώς τε καὶ τῷ χρόνῳ παρασχὼν, οὐδένα ποτὲ τῶν πάντων ἀναγράφοντα εὕρομεν, οὐθ' ὅστις ἱστοριογράφων ἢ συγγραφέων ἐγίνοντο. Ἀλλὰ τοῦτο μόνον εὕροι τις ἂν ἐπισημαινομένους ἅπαντας, ὡς κατὰ τόνδε ἢ τόνδε τὸν χρόνον D συνέβη τόνδε ἢ τόνδε διαθρυλλούμενον τὸν χρησμὸν τήνδε ἢ τήνδε τὴν ἔκβασιν καὶ τὸ πέρας ὕστερον σχεῖν. Τίς δ' ὁ πρῶτος λαλήσας ἕκαστον τούτων, τοῦτο δὲ πρᾶγμα τοῖς πᾶσι καθάπαξ ἀνεκλάλητόν τε καὶ ἄγνωστον, πλὴν εἰ μὴ ψεύδεσθαι βούλοιτό τις. Τισὶ δὲ δοκεῖ, δυνάμεις τινὰς ὑπηρετικὰς καὶ λειτουργικὰς, τὰς μὲν ἀγαθὰς, τὰς δὲ τοὐναντίον τιμωρητικὰ ὄργανα, ἐπισκόπους οὔσας τῶν τῇδε

Variorum notæ.

(91) Pachymer. lib. VI, cap. 36. DUCANG.

(92) Tunc enim adversus Tartaros has provincias devastantes expeditionem susceperat Michael, de qua Pachymer. lib. VI, cap. 29, 30. DUCANG.

(93) Istius loci, ubi de morte Michaelis non meminit Pachymeres, sed tantum Pachomii. At secus Phranzes, qui Gregoram exscribit. Est autem ἀλλαγὴ idem quod Latinis *mutatio*, locus scilicet ubi mutantur equi publici. Vide *Glossar. med. Græcit.* in hac voce. DUCANG.

(94) Vertendum, *Pachomius te excipiet*; non, *tibi successurus est*, ut servetur ἀμφιβολία. BOIVIN.

περιπολεῖν ἀέρα καὶ γῆν τήν τε γνῶσιν τῶν ἐσομένων ἄνωθεν εἰληφυίας καὶ πρός γε ἔτι τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ μεταδιδόναι αὐτὴν τοῖς ἀνθρώποις, πῆ μὲν δι' ἐνυπνίων, πῆ δὲ δι' ἀστέρων, πῆ δὲ διὰ Δελφικοῦ τινος τρίποδος, πῆ δὲ διὰ σπλάγχνων ἔστιν ὧν ἐνίοτε θυομένων ζώων, [P. 93] πῆ δὲ, ἵνα τὰ πολλὰ παραδράμω, διὰ φήμης ἐξ ἀέρος τὰ πρῶτά ποθεν γεννηθείσης, εἶτα περιθεούσης ἀμοιβαδὸν τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, ἣν δὴ καὶ θείαν ἐκάλεσαν ὄσσαν οἱ πάλαι σοφοί. Ἔστι δ' ἃ ἐν πέτραις ἢ τοίχοις εὕρηνται γεγραμμένα πολλάκις, μηδενὸς ὅστις ποτὲ ἦν ὁ γεγραφὼς δηλουμένου.

Ε'. Δίδονται μέντοι δι' αἰνιγμάτων τὰ πάντα καὶ οὐ πάντη σαφῆ, καθάπερ τὰ τῶν βασιλέων κειμήλια, διὰ τὸ ἔνθεα εἶναι καὶ οἷα χρεὼν ὑπὲρ τοὺς πολλούς. Τὰ γὰρ τοῖς πᾶσι πρόχειρα κόρον τε ἔσχε, καὶ ἀχρηστία σφίσιν ὡς τὰ πολλὰ περικέχυται· γίνεσθαί γε μὴν τὴν χρείαν αὐτῶν οὐ πάνυ τοι μάταιον οὐδ' ἀργὴν, εἴ τις μὴ πάρεργον ταῦτα, ἀλλὰ μετὰ συνέσεως τῆς προσηκούσης σκοποῖτο. Οἷς μὲν γὰρ τιμωρίας, οἷς δ' εὐεργεσίας εἵνεκα προδείκνυνται. Οἱ μὲν γὰρ ἢ κουφοτέραν τὴν ἔφοδον τῶν δεινῶν εἰργάσαντο, προανασταλέντες καὶ προοικονομήσαντες ἑαυτούς· ἢ τελέως σφᾶς αὐτοὺς ἀπήλλαξαν τῶν δεινῶν διὰ σπουδαιοτέρας ἀγωγῆς ἐξευμενισάμενοι τὸ Θεῖον. Τοῖς δὲ διὰ μικροψυχίαν ὁ μεταξὺ χρόνος κόλασις τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ γίνεται πρὸ τοῦ παθεῖν ἃ χρὴ παθεῖν, τῆς Προνοίας οὕτως οἰκονομούσης δι' ἔκτισιν ἀκμαιοτέραν ὧν ἐπλημμέλησαν. Εἰ δὲ καὶ ψεύδονταί τινα καὶ διαπίπτουσιν οἱ ταῖς ἐλπίσι τρεφόμενοι τούτων (πάντα γὰρ τὰ δηλούμενα τοῖς μέν εἰσιν ἀνιαρὰ, τοῖς δὲ τερπνά· ὥσπερ ἡ τῆς τοῦ Κροίσου ἀρχῆς καταλύσις Λυδοὺς μὲν καὶ Κροῖσον ἠνίασε, Κύρῳ δὲ καὶ Πέρσαις εὔδαιμον ἔδοξεν)· εἰ οὖν οὑτωσί πως δοκοῦσί τινα διαψεύδεσθαι, οὐ παρὰ τὴν τῶν χρησμῶν φύσιν συμβαίνει τουτὶ, ὅτι μὴ παρὰ τὴν φλεγμαίνουσαν ἔφεσιν τῶν λιχνοτέρων ἀνθρώπων τοὺς χρόνους προαρπαζόντων καὶ τὸν νοῦν τῶν λογίων πρὸς τὴν οἰκείαν διαστρεφόντων ὄρεξιν. Σκεπτέον δ' οὖν ὅμως μή τινες διαπαίζοντες δῆθεν τοὺς τοῖς τοιούτοις χρωμένους καὶ νέα στιχίδια πλάττοντες εἰς μίμησιν τῶν χρησμῶν ἔπειτα κατὰ τὸ λεληθὸς παρασπείρωσιν εἰς τὸν δῆμον αὐτὰ, ὥστε τοῖς τούτων ψεύδεσι καὶ τὴν ἐκείνων συγχεῖν ἀλήθειαν· τοῦτο γὰρ οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν πεπραχότες ἑάλωσαν. Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι.

ϛ'. Ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς περὶ οὓς εἰρήκειμεν τόπους παρ' ἐλπίδα τῆς οἰκείας ἔτυχε τελευτῆς (95) κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν ἑπτακοσιοστὸν ἐνενηκοστὸν πρῶτον ἔτος, ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα ἐτῶν τυγχάνων. Ὁ δ' υἱὸς καὶ βασιλεὺς [P. 94] Ἀνδρόνικος (96) τηνικαῦτα παρὼν μὴ ὅτι γε τῆς τοῖς βασιλεῦσιν νενομισμένης οὐκ ἠξίωσε τὸν πατέρα ταφῆς, ἀλλ' οὐδ' ὁποία βα-

A rorum scientiam superne acceperint, ac præterea licentiam ejus communicandæ cum hominibus partim per insomnia, partim per astra, partim per Delphicum quempiam tripodem, partim per exta quarumdam pecudum immolatarum, partim (ne sim prolixior) per vocem primum ex aere alicunde ortam, ac deinde aures hominum vicissim circumsonantem, quam veteres sapientes divinam vocem appellarunt. Sæpe etiam factum, ut in saxis aut parietibus nullo ibidem auctore indicato scripta reperirentur.

V. Sed tamen omnia ambagibus involuta, nec satis perspicua proponuntur; quemadmodum imperatorum ornamenta, quæ divini quiddam habere,
B et (uti par est) vulgi conditionem superare existimantur. Nam quæ exposita sunt omnibus facile fastidiuntur, et fere ut inutilia negliguntur. Non tamen eorum usus omnino **152** inanis aut nullus est, si quis ea non perfunctorie, sed cum debita animi attentione expendat. Aliis quippe beneficii, aliis supplicii loco significantur. Quidam enim se ipsis repressis ac sapienter præparatis calamitatum impressionem molliorem reddidere; aut etiam vitæ emendatione placato Deo prorsus illa averterunt; quibusdam, quod animo pusillo essent, interjectum tempus et ipsa calamitatum exspectatio supplicio fuit, priusquam advenirent ea quæ perpetienda erant, ita gubernante Providentia, ut gravius ob
C commissa plecterentur. Quod si qua mentiantur hominumque spem frustrentur (nam omnia quæ significantur aliis molesta sunt, aliis jucunda : ut imperii, quod Crœsus habuit, destructio Crœso et Lydis molesta, Cyro et Persis pergrata visa est) : si qua igitur ita fallere videantur, id non ipsorum oraculorum natura fit, sed hominum avidiorum præpropera potius cupiditate, qui tempora anticipent, et oraculorum sensum ad optata sua detorqueant. Interim tamen videndum, ne qui sint, qui hujusmodi oraculis addictos ludificentur, et novos commentitios versiculos ad oraculorum imitationem confingant, eosque clam in vulgus spargant, horumque mendaciis etiam illorum veritatem confundant : id quod multos nostra etiam ætate fecisse
D constat. Sed illuc redeo.

VI. Imperator illis in locis, quæ dixi, præter spem suam fato functus est, anno ab orbe condito sexies millesimo **153** septingentesimo nonagesimo primo, annos octo et quinquaginta natus. At filius ejus imperator Andronicus, qui tunc aderat, patrem imperatoria sepultura adeo non honoravit, ut ne vili quidem, qualis opificibus et fossoribus

Variorum notæ.

(95) Obiit Michael, ut scribit Pachymeres, 11 Januarii die Parasceves, anno mundi, juxta Græcos, 6791 (Christi 1283, [1282, Dec. 2]) cum imperasset annos 24, demptis diebus 20, ac annos omnino 58 vixisset. DUCANG.

(96) Pachymer. lib. VI, cap. 11; Phranzes lib. I, cap. 6. DUCANG.

tribuitur, dignatus sit : præterquam quod jussit, ut noctu pauci quidam cadaver procul a castris abductum multa terra obruerent, id modo cavens, ne imperatorium cadaver a feris discerperetur. In causa erat, quod ille dum viveret a recta Ecclesiæ doctrina descivisset, ut supra exposuimus : quod quidem filius omni animi affectu tacite aversatus fuerat, ut fusius infra dicturi sumus. Non enim patrem, sed illud patris factum valde oderat. Nam pietate et observantia et reverentia omni parentibus debita eos omnes superavit, qui unquam patribus suis sese obsequentes præbuerunt.

VII. Ac Michaelis Palæologi hic exitus fuit : cui viro natura ipsa dederat speciem decoram, nec non gravitatem quamdam, et dignam principe majestatem. Eo accesserat robur corporis, et rei militaris peritia longo tempore collecta et multo usu exercitata. Cum autem et prudentia et eloquentia valeret, in rebus gerendis multo fuit acrior. In imperii principio munificentissimus est visus, ut subditorum animos nimirum sibi conciliaret. Deinde modum sumptibus adhibuit, cum bella undecunque exsisterent, quæ diuturnos **154** et magnos sumptus eosdemque necessarios et inevitabiles postulabant. Nec desunt, qui eum afflicto animo et perpetuo turbata conscientia fuisse dicant ob innovatum dogma ; cui ille culpæ ideo succubuerat, ut imperium ad liberos suos propagaret, a quibus id scilicet honoris ei ut par erat habitum est, ut ne imperatoria quidem sepultura ornaretur, Ecclesiæ sanctiones patriæ pietati longe præferentibus.

VIII. Mea vero sententia is prudenter sapienterque rebus suis consulet, qui sui ipsius primum, deinde liberorum etiam et cognatorum causa elegerit ea quæ optima sunt. Qui vero inanem mundi gloriam unice aucupatur, et rerum præsentium ac fluxarum prosperos successus, quibus anima veluti demergitur, avide inhiat, jucundissima optimis antepenens, sive id sua sive cognatorum suorum causa faciat, is mihi et ob amentiam miser, et ob inane studium vanus videtur. Etenim præterquam quod Deum suæ voluntati suisque consiliis adversantem habet, etiam ipsos rerum exitus alios plane experitur quam speraverat, et in extremas miserias præcipitatur. Ecce enim is de quo nunc agimus Michael Palæologus, vir alioqui prudens et qui in rebus gerendis fortunam amicam prorsus et obse-

A ναύσοις ἢ σκαπανεῦσιν ἐγεῖται· πλὴν ἢ ὅτι παρεκελεύσατο νύκτωρ βραχεῖς τινας ἄνδρας πόῤῥω που τοῦ στρατοπέδου ἀπαγαγόντας πλείστην ἐπισωρεῦσαι γῆν (97), τοῦτο μόνον αὐτοῦ προμηθευσάμενος, μὴ θηρίων στόμασιν ἴσως σῶμα βασιλικὸν διαμερισθῇ. Τὸ δ' αἴτιον ἡ τοῦ ὀρθοῦ τῆς Ἐκκλησίας δόγματος ὑπῆρχε παρατροπὴ, ᾗ ζῶν μὲν ἐκεῖνος, ὡς πρόσθεν εἰρήκειμεν, κατεχρήσατο· οὗτος δὲ λάθρα προθέσεσιν ὅλαις ἀπέστεργε τῆς ψυχῆς, ὡς προϊόντες ἐροῦμεν πλατύτερον. Οὐ γὰρ ἐκεῖνον, τὴν δ' ἐκείνου τοιαύτην μάλα σφοδρῶς ἀπεσείετο πρᾶξιν. Πατρικῆς γὰρ εἵνεκα στοργῆς καὶ τιμῆς καὶ ὅση ἀνήκει αἰδὼς πάντας υἱοὺς ὑπερβέβληκεν, ὁπόσοι πατράσιν ἀρέσκοντες ἔδοξαν.

Ζ'. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ τὸν
B Παλαιολόγον ἐς τοιοῦτον κατήντησε πέρας. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τήν τε ὄψιν εὐπρεπῆ κεκτημένος ἐκ φύσεως μετά τινος ἐμβριθείας καὶ ἡγεμονικοῦ παραστήματος, ῥώμην τε ἔχων σώματος καὶ πεῖραν ἔργων πολεμικῶν διὰ πολλῶν τῶν χρόνων συγγυμνασθεῖσαν καὶ ἀσκηθεῖσαν αὐτῷ· καὶ δεινὸς ὢν γνῶναι καὶ εἰπεῖν τὰ δέοντα, ὀξύτερος ἦν ἐν ταῖς πράξεσι. Μεγαλοδωρότατος δ' ἐς τὰ μάλιστα ἔδοξεν ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς βασιλείας, ἵνα ταῖς εὐνοίαις οἶμαι οἰκειώσηται τὸ ὑπήκοον· ἔπειτα πρὸς τὸ μετριώτερον ὑπεχάλασε, τῶν πανταχόθεν ὑποφυομένων πολέμων μακρὰς καὶ πολυτελεῖς τὰς τῶν χρημάτων δαπάνας ἀπαιτούντων μετά τινος ἀνάγκης ἀπαραιτήτου. Εἶχε δὲ καὶ, ὥς τινες ἔφασαν, συντριβήν
C τινα λογισμῶν κεντοῦσαν ἀεὶ τὸ συνειδὸς τῆς ψυχῆς διὰ τὴν καινοτομίαν τοῦ δόγματος, εἰς ἣν ὑπὲρ τῆς ἐς τοὺς παῖδας διαδοχῆς τῆς βασιλείας ἑαυτὸν κατήνεγκεν· ἀφ' ὧν, ὡς τὸ εἰκὸς, αὐτὸς ἀπώνατο μηδὲ ταφῆς τελευταῖον ἀξιωθῆναι βασιλικῆς, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας θεσμοὺς τῆς πατρικῆς στοργῆς πολλῷ προτιμώντων.

Η'. Ἔμοιγ' οὖν ἐκεῖνος ἂν εἴη σοφὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος, ὅστις ἑαυτου γε εἵνεκα πρῶτον αἱροῖτο τὰ βέλτιστα, ἔπειτα τῶν υἱέων καὶ ὅστις καθ' αἷμα προσήκει. Ὅστις δ' ὁλοσχερῶς ἐς τὴν τοῦ βίου φλεγμαίνουσαν κέχηνε δόξαν καὶ τὰς τὴν ψυχὴν ἐπικλυζούσας εὐτυχεῖς τῶν παρόντων καὶ λυομένων περιπετείας καὶ προτιμῴη τὰ ἥδιστα τῶν βελτίστων, εἴθ' ἑαυτοῦ χάριν, εἴθ' ὅστις αἵματος
D γείτων αὐτῷ, ἄθλιος οὗτος ἐμοὶ τῆς ἀπονοίας καὶ μάταιος τῆς ἀνοήτου σπουδῆς· ὅτι πρὸς τῷ καὶ Θεὸν ἀντιστρατευόμενον ἔχειν τῇ γνώμῃ καὶ τοῖς βουλεύμασιν ἤδη καὶ τἀναντία προφανῶς τῶν ἐλπίδων εὑρίσκει πρὸ τῶν ποδῶν, καὶ τοῖς τῆς κακοδαιμονίας ἐσχάτοις κρημνοῖς περιπίπτει. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ὁ τῷ λόγῳ προκείμενος βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος, τἄλλα συνετὸς ὢν, ὅλην ὡς εἰπεῖν τὴν τῆς

Variorum notæ.

(97) Iisdem verbis Phranzes id ipsum tradit. Pachymeres ejus cadaver noctu in novum monasterium vicinum a familiaribus delatum scribit. Excommunicatorum corpora in agris insepulta relicta, ut ne fœtor nares, aut spectaculi horror mentes fœdaret, injecta humo contecta, pluribus docuimus in *Glossar. med. Latin.* in v. *Emblocare* et in Addit. Tametsi Michael ab Ecclesia propter communionem cum Latinis palam proscriptus non fuerit, uti antea propter excæcatum juniorem Lascarim. DUCANG.

τύχης εὐμένειαν ἐπακολουθοῦσαν ταῖς πράξεσιν ἔχων αὐτοῦ πρός γε τὸ φίλτρον τῶν παίδων ἐξεθηλύνθη καὶ ἀληθεύοντα ἔδειξε Πλάτωνα, « Πᾶν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον ἐκτετύφλωται, » φάσκοντα. Δέον γὰρ εἰς τὴν ἄνωθεν εὖ τὰ πάντα κινοῦσαν καὶ διοικοῦσαν πρόνοιαν ἀναρτῆσαι τὴν ὅλην ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν παίδων φροντίδα· ὁ δὲ τυφλῷ ποδὶ πρὸς τὰ φίλτρα τῶν παίδων φάναι βαδίζων ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀρχῆς ἀπ' ἄκρας εἰς τὸ βάραθρον τῶν τε ἄλλων δεινῶν συνωθήσας καὶ πρός γε ὅσα δημοτικὴν κατάραν ἐφέλκεται. Ἐπεὶ γὰρ ἐκ βρέφους αὐτῷ τὴν βασιλείαν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐμνηστεύσατο, ὡς πολυτρόπως καὶ πολλαχόθεν δεδήλωται, εἰ τὴν μικροψυχίαν (98) καὶ αὐτὸς ἐπὶ βραχὺ παρεκρούετο καὶ τήν τε γλῶσσαν ἐπιορκίας παντοίας τάς τε χεῖρας αἱμάτων ἀθώους ἐφύλαττε, καὶ πρός γε ἔτι εἰ τὴν γνώμην ὑπερόριον τῆς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἔθους εἶχε καινοτομίας, μακρῷ ἂν τῷ μέτρῳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλέας παρήλαυνεν ἅπαντας ἅπασιν ὅσα πληθὺν ἐγκωμίων ἐφέλκεται. Ἀλλ' ἐχρῆν (99), ὡς ἔοικεν, ἐῤῥάφθαι μὲν ὑπὸ Ἱστιαίου τὸ πέδιλον, ὑποδεδέσθαι δὲ τὸν Ἀρισταγόραν, ἵν' ἡμεῖς ἐς τὰς τῶν δεινῶν ἐσχατιὰς καταντήσωμεν, εἴτε δι' ἔκτισιν κακῶν παλαιῶν τε καὶ νέων, εἴτ' οὐκ οἶδ' ὅπως. Εἶεν.

A quentem habuit, charitate liberorum victus verum esse ostendit illud Platonis dictum: « Quidquid amat cæcum est circa id quod amatur. » Nam cum omnes de se et de liberis suis curas in **155** divinam Providentiam omnia recte administrantem ac dispensantem rejicere debuisset: ille cæci instar, dum amori liberorum suorum indulget, imprudens a summo principatu in calamitatum barathrum sese præcipitavit, idque consecutus est, ut vulgo eum exsecrentur. Enimvero cum Deu imperium illi inde ab infantia destinasset, ut multis variisque exemplis declaratum est, si pusilli animi impotentiam tantisper ipse quoque coercuisset, si linguam abstinuisset ab omni perjurio, et manus a cruore puras servasset, si denique voluntatem habuisset ab B omni disciplinæ ecclesiasticæ novitate alienam: longo intervallo superiores imperatores omni laudum genere superasset. Sed oportebat utique calceum ab Istiæo consui, ab Aristagora vero indui, ut nos in extrema mala deveniremus, sive ad vetera et recentia delicta luenda, sive nescio quam aliam ob causam. Atque hæc hactenus.

Variorum notæ.

(98) Μικροψυχία est hoc loco *regnandi libido moræ impatiens*, ut et infra lib. VIII, cap. 1, sect. 2. BOIVIN.

(99) Proverbium, cujus meminit Diogenian. cent. VIII, n. 49. DUCANG.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Ϛ'.

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER SEXTUS.

CAPUT PRIMUM.

Andronicus patri succedit. Imperii initia turbulenta. Scythæ auxiliares ut dimissi. Michael Glabas. Corpus imperatoris quo translatum. Luctus indictus. Res ecclesiasticæ. Exsules domum redeunt. Veccus clam secedit. Josephus iterum patriarcha. Diaboli principatus et vectigalia. Tres in Ecclesia Græca factiones. Josephus iterum patriarchatu cedit. Imperatoris æquitas. Factiosi Atramyttium conveniunt. Moritur Josephus. Gregorii Cyprii eloquentia. Ut patriarcha designatus sit. Cur dilata consecratio. Cozylensis antistes Debreno prælatus. Heracleensem inaugurat. Hic novo patriarchæ manus imponit. Lex Severi imperatoris. Constantinus Magnus concessa urbibus privilegia non abrogavit. Zelotæ cur Gregorium Cyprium suspectum habeant. Eorum crudelitas, ambitio, avaritia. Synodus Atramyttena. Judicium de libris igni permissum. Ignis neutris favet. Concordia redintegrata. Patriarchæ auctoritas stabilita. Arseniatarum postulatio. Corpus Arsenii in Sophiæ templo deponitur. Quonam deinde translatum. De Theodora Eulogiæ filia.

[P. 96.] Α'. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν υἱὸν Ἀνδρόνικον ἡ C τοῦ κράτους καὶ τῶν βασιλικῶν σκήπτρων μετέβη

158 I. Cum autem ad filium Andronicum suprema auctoritas et imperii successio transiisset,

magno tumultu plena erant omnia. Hinc enim ii qui ab Ecclesia abscissi erant bellum ecclesiasticum suscitabant, occasionem nacti ipsum imperatoris obitum; inde auxilia Scythica, quæ quatuor millium numerum excedebant, magnum reipublicæ periculum minitabantur, ne propter obitum ejus a quo arcessita fuerant novi aliquid in hac rerum mutatione molirentur. Erat autem eis facillimum, si vellent, cum Romanæ legiones nondum adessent, omnia miscere cædibus, et prædas agere, et pecuniam **159** una cum ipso imperatore et Patribus conscriptis abducere. His igitur de causis Andronicus plerisque negotiis dilatis ac præteritis omnem suam curam ad id convertit, quod maxime urgebat. Eos porro manibus non plenis domum dimittere, nec Scytharum instituto consentaneum esse id videbat, neque alias citra tumultum et pugnam abituros. Romana vero pecunia eos explere velle nec facile erat, et nefas esse videbatur. His igitur de causis viæ duce adjuncto Michaele Glaba, magno comite stabuli, qui rei militaris usu tantum excellebat, ut reliqui duces præ eo pueri viderentur, adversus Triballos, qui et ipsi infestissimi hostes erant et Romano imperio magnas quotidie clades inferebant, abire eos quamprimum jussit, ut eadem opera et Triballorum vires imminuerent, et ipsi maxima præda parta inde domum Istro trajecto recederent. Et hæc quidem ex sententia successerunt.

A διαδοχή. καὶ πολὺς πολλαχόθεν τὰ πράγματα θόρυβος συνεκύκα. Ἔνθεν μὲν γὰρ ὁ τῆς Ἐκκλησίας ἀναῤῥιπίζεσθαι ἤρξατο πόλεμος παρὰ τῶν ἀποῤῥαγέντων μερῶν, ἀφορμὴν εἰληφότων ἤδη τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως· ἔνθεν δ' ὁ τῶν κεκλημένων Σκυθῶν ὄχλος τεσσάρων ὄντων ἐπέκεινα χιλιάδων πολὺν ἐπέσεις τοῖς πράγμασι κίνδυνον, μὴ τὸν καλέσαντα βασιλέα θανάτῳ ζημιωθέντες νεωτερίσωσί τι περὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλλοίωσιν. Ῥᾷστον δ' ἦν αὐτοῖς βουληθεῖσιν, ἐπεὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ μὴ παρῆσαν στρατεύματα, φόνον τε οὐκ ὀλίγον τῶν παρατυχόντων Ῥωμαίων ἐργάσασθαι καὶ λείαν τά τε βασιλικὰ χρήματα καὶ πρός γε αὐτὸν βασιλέα ὁμοῦ τῇ συγκλήτῳ λαβόντας ἀπαλλάττεσθαι. Διὰ ταῦτα γοῦν ὑπερθέμενος καὶ παραδραμὼν τὰ πολλὰ πρὸς τὸ κατεπεῖ- B γον ὁ βασιλεὺς ἁπάσας ἔτρεψε τὰς φροντίδας. Αὐτοὺς μὲν οὖν (1) μὴ βριθούσαις δεξιαῖς ἐς τὰ οἴκοι παραπέμπειν οὔτε τῶν Σκύθαις νομιζομένων ἑώρα τυγχάνον οὔτ' ἄλλως θορύβου καὶ μάχης ἐκτὸς ἀπαλλάξειν ἤλπιζε τούτους. Ἐκ Ῥωμαϊκῶν δ' αὖ χρημάτων αὐτοὺς ἐμπιπλάναι ζητεῖν οὔτ' εὔπορον ἦν οὐθ' ὅσιον ἐνομίζετο. Ταῦτ' ἄρα καὶ σφᾶς ὁδηγῷ παραδοὺς τῷ μεγάλῳ [P. 97] κονοσταύλῳ (2) Μιχαὴλ τῷ Γλαβᾷ ἐς στρατηγικὴν ἐμπειρίαν ἐξησκημένῳ τοσοῦτον, ὡς παῖδας νομίζεσθαι τοὺς τότε στρατηγοὺς παραβαλλομένους αὐτῷ, τὴν ταχίστην ἐπὶ Τριβαλλοὺς ἀπαλλάττεσθαι παρεκελεύσατο, πολεμίους ἐς τὰ μάλιστα καὶ αὐτοὺς ὄντας ἀεὶ καὶ συχνὰ τὴν Ῥωμαίων κακῶς διατιθεμένους γῆν, ἵν' ἐν ταὐτῷ τούς τε Τριβαλλοὺς ἀσθενεστέρους ἐργάσαιντο καὶ ἅμα αὐτοὶ πλείστην περιβαλλόμενοι λείαν ἐκεῖθεν ἐς τὰ οἴκοι τὸν Ἴστρον διαβάντες ἀποχωροῖεν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω γε πέπρακται ὡς ἄρα γε καὶ βεβούλευται.

II. Imperatorem vero necesse erat Constantinopolin proficisci, et patris sui Michaelis imperatoris obitum matri suæ Theodoræ Despœnæ renuntiare; item luctum publicum, qualis imperatoribus conveniret, indicere. Itaque cadaver imperatoris in urbem Selybriam deportari jussit, veritus ne id Latini furarentur. Ipse Byzantium rediit. Peracto deinde luctu prima et maxima ei cura hæc fuit, ut rebus Ecclesiæ constituendis operam daret. Etenim vivo patre id consilium animo fixum **160** celaverat, veluti generosa semina pinguibus sulcis per hiemem conduntur. Tunc autem cum reipublicæ ver quasi quoddam affulsisset, quis esset demum ostendit. Proinde caduceatoribus et imperatoriis edictis quolibet missis Ecclesiæ correctionem nuntiabat: et qui Ecclesiæ studio exsulabant, aut extrema passi fuerant, eos revocabat. Interea Veccus sede clam relicta secedit, seque Panachranti monasterio includit, veritus ne in hac subita mutatione repentino aliquorum impetu discerperetur. In ejus vero locum statim suffectus est idem qui illi antea loco cesse-

C Β'. Τῷ δὲ βασιλεῖ ἀναγκαῖον ἦν τῇ βασιλευούσῃ ἐπιδημήσαντι τὸν τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἀπαγγεῖλαι θάνατον τῇ μητρὶ καὶ δεσποίνῃ Θεοδώρᾳ καὶ τὸ τοῖς βασιλεῦσι προσῆκον δημοσίᾳ στήσασθαι πένθος. Ὅθεν τὸν τοῦ βασιλέως νεκρὸν ἐντὸς τοῦ ἄστεος Σηλυβρίας ἀπαχθῆναι κελεύσας δέει τοῦ μὴ κλαπῆναι παρὰ Λατίνων αὐτὸς ἐς Βυζάντιον ἐπανῆκε· καὶ τελεσθέντος τοῦ πένθους ἔργον πεποίηται μέγιστόν τε καὶ πρῶτον τὴν τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν. Ζῶντος μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς ἔκρυπτε τὴν μελέτην αὐτῆς ἐν τοῖς λογισμοῖς, καθάπερ ἐν πίονι γῇ χειμῶνος εὐγενῆ τινα σπέρματα. Νῦν δ' ἦρος, ὡς εἰπεῖν, ἐπιγενομένου τοῖς πράγμασιν ἔδειξεν ὅστις ὢν ἐλάνθανε. Καὶ μὲν δὴ κήρυκες πανταχῇ καὶ βασιλικὰ διατάγματα διεπέμποντο, τήν τε τῆς Ἐκκλησίας διόρθωσιν D εὐαγγελιζόμενα, καὶ ἅμα τοὺς διὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας ζῆλον ὑπερορίους κατάγοντα, καὶ ὅσοι τῶν ἀνηκέστων τι ἐπεπόνθεσαν. Ἐπὶ τούτοις ὁ Βέκκος λάθρα τὸν θρόνον καταλιπὼν ὑπεχώρησε, καὶ συνέκλεισεν ἑαυτὸν εἰς τὴν τῆς Παναχράντου μονὴν (3), δείσας μὴ πρόφασιν τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τῶν πραγμάτων

Variorum notæ.

(1) Pachymer. lib. VII, cap. 1. Ducang.

(2) Interpr. *conostaulo*; reposuimus *comite stabuli*. Vid. Gloss. med. Græcit. Ducang. — *Τῷ μεγάλῳ κονοσταύλῳ Μιχαὴλ τῷ Γλαβᾷ*. De quo legendum poema Manuelis Philæ, quod exstat in codice regio, olim Telleriano, et inscribitur, Εἰς τὰ τοῦ πρωτοστράτορος ἐκείνου τοῦ θαυμαστοῦ στρατηγήματα. Boivin.

(3) Pachymer. VII, 3, 4, 5. De hoc monasterio egimus in *Constantinopoli Christ*. lib. IV, sect. 2, n. 31. Ducang.

λαθόντες τινὲς διαταράξωσι τοῦτον δραμόντες ἐξαίφνης. Ἀνήχθη δ' εὐθὺς ὁ τῷ Βέκκῳ πρότερον παραχωρήσας τοῦ θρόνου πατριάρχης Ἰωσήφ, νόσῳ καὶ γήρᾳ (4) τὸ σῶμα καταπεπονημένος ἤδη καὶ λαμπροῖς τοῦ θανάτου τοῖς προοιμίοις εἰς τὸν τάφον ὅλως συνελαυνόμενος.

Γ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ κοσμοκράτωρ ὁ διάβολος τοῦ αἰῶνος τούτου καλεῖται παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ καὶ ἄρχων τοῦ περιγείου τοῦδε κόσμου καθέστηκε, τρόποις ἀπορρήτοις συγχωροῦντος τοῦ τὰ πάντα δημιουργοῦντος Θεοῦ, εἰκὸς αὐτὸν κατ' ἴχνος ἕπεσθαι καὶ τοῖς γιγνομένοις ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ καὶ τὰ μὲν κλῆρον ἑαυτοῦ καθάπαξ ποιεῖσθαι, ὁπόσα κακίας μεστὰ, τοῖς δὲ μοῖραν ἔχειν ἡντιναοῦν καὶ αὐτὸς ὁπόσα τῶν βελτίστων ἐπεφύκει· καθάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ χωρόν τινα κληρωσάμενοι ἔπειτα τοὺς ἐνοικοῦντας δασμολογοῦντες καὶ μοῖραν ἐκεῖθεν ἐτήσιον ἀπολαμβάνοντες ἀεί. Εἶναι γὰρ αὐτῷ φησι τῶν ἀδικωτάτων, εἰ κόσμου καλούμενος ἄρχων ἔπειτα μὴ πάντων ὅσα παρὰ τὴν γῆν νέμεται τῶν μὲν ἀρχηγὸς εἴη καὶ αὐτοκράτωρ, τῶν δὲ μέτοχος καθόσον ἔξεστι. Διὰ τοῦτο καὶ ἵνα μὴ μακρολογῶμεν [P. 98] παραδράμωμεν τά τε ἄλλα καὶ τοὺς κατὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος λυττήσαντας Ἰουδαίους· οὗτοι γὰρ καθάπαξ ἐγένοντο κλῆρος αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῦ Σωτῆρος τοῖς μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις προσβαλὼν τὸν ἕνα ἀφείλετο καθάπερ τινὰ φόρον δεσποτικόν. Ἔπειτα ἐπῄει τὰς τάξεις ἁπάσας, τοὺς ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἀσκοῦντας, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἐπισκόπους, τοὺς τῶν δογμάτων σοφοὺς προστάτας, τὰ τῶν μαρτύρων παλαίσματα· καὶ πανταχόθεν ἀποκρουόμενος καθόσον ἄνωθεν ἡ θεία ἐπέταττε δύναμις, ὅμως οὐκ ἄμοιρος τελέως ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ πανταχόθεν ἠρανίσατο δῆμον πολυειδῆ καὶ καινότερόν τι στρατόπεδον, ἵν' εἶεν αὐτῷ συμμερισταὶ τῆς μελλούσης φλογός.

Δ'. Καὶ νῦν δ' ἐπειδὴ τῆς ἀγαθῆς ὁρμῆς ἀνακόπτειν οὐκ εἶχε τὸν βασιλέα, σύγχυσιν ἕτερον τρόπον εἰσάγει καὶ κλύδωνα ἐγείρει κατὰ τῆς καλῆς ὁμονοίας ἐκείνης καὶ ἀνέορτον τίθησι τὴν καινὴν ἐκείνην ἑορτὴν καὶ πανήγυριν καὶ μιμεῖται τὴν Ἔριν ἐκείνην, ἣ τὸ μῆλον κατὰ τοὺς Θέτιδος καὶ Πηλέως ἔρριψε γάμους· ὃ πολλὴν ἀνήγειρε μάχην καὶ φλόγα πολέμιον ὕστερον, ὡς οἱ τῶν μύθων πάτρες ἔφασαν ποιηταί· ἢ μᾶλλον μιμεῖται τοὺς λύκους, οἳ τὸ ποίμνιον θορυβήσαντες ἔπειτα ῥᾳδίως ἔστιν ἃ τῶν προβάτων ἁρπάζουσι. Παρασκευάζει (5) γὰρ αὐτοὺς διχῇ καὶ τριχῇ διελέσθαι σφᾶς αὐτούς· καὶ τοὺς μὲν Ἰωσὴφ εἶναι μερίδα φάσκειν τοῦ πατριάρχου, τοὺς δὲ Ἀρσενίου τοῦ πάλαι θανόντος· καὶ τοὺς μὲν εἶναι λέγειν ὑπ' Ἀρσενίου ἀφωρισμένον τὸν Ἰωσήφ, ὅτι ζῶντος ἐκείνου τὸν ἐκείνου θρόνον εἰλήφει· τοὺς δὲ καθῃρημένον εἶναι κανονικῶς Ἀρσένιον ὑπὸ πάσης τῆς τῶν τότε παρόντων ἀρχιερέων συνόδου· τοὺς δὲ ἄλλα κατ' ἀμφοτέρων προτείνειν κεφάλαια, ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκασθῆναι μὲν τὸν Ἰωσὴφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις παραχωρεῖν (6), δυοῖν ἕνεκα, τῆς τε εἰ-

A rat, patriarcha Josephus, morbo et senio confectus ac totus jam vergens ad tumulum, quo illum manifesta mortis præludia compellebant.

III. Enimvero cum diabolus in sacris Litteris hujus mundi princeps appelletur, atque hujus terrestrium rerum universitatis rector constitutus sit, Deo omnium creatore arcanis rationibus id permittente; probabile est eum res quæ hic geruntur diligenti investigatione persequi, et quæ prorsus depravata sunt, sibi prorsus vindicare : ex optimis autem portionem qualemcunque decidere, more hominum, qui B prædii alicujus possessionem nacti colonis vectigal imponunt, et aliquam inde portionem quotannis percipiunt. Iniquissime enim secum agi existimat, qui mundi princeps vocetur, nisi rerum, quæ in terra sunt, alias imperio et potestati suæ penitus subjectas habeat, alias quantum **161** fieri potest participet. Itaque ut et alia et ipsos Judæos, qui rabiem suam contra Christum Servatorem exercuerunt, studio brevitatis omittamus (hi enim solida diaboli hæreditas fuerunt), in ipsos Servatoris discipulos atque apostolos facto impetu unum ex iis abstulit, veluti tributum quoddam sibi tanquam principi debitum. Deinde omnes ordines peragravit, eos qui in montibus et speluncis vitam austeram profiterentur; Ecclesiæ episcopos; eruditos dogma- C tum propugnatores; martyrii athletas : et quamvis undique excluderetur, quatenus divinæ Providentiæ decretis jubebatur, tamen non prorsus inanis et vacuus abiit, sed undecunque multiformem populum coegit et novum quemdam exercitum, qui secum flammæ participes essent.

IV. Tum autem cum imperatorem a pio conatu avertere non posset, alio pacto confusionem effecit, et pulchram illam concordiam tempestate dissensionum turbavit, ac novam illam festivitatem publicamque lætitiam infestam reddidit, Eridem illam imitatus, quæ pomum in Thetidis et Pelei nuptiis projecit, unde postea magnæ pugnæ et hostiles flammæ exortæ sunt, uti fabularum parentes poetæ tradunt, ac potius luporum exemplum secutus, qui D grege prius dissipato facile nonnullas oves abripiunt. Nam eo redegit populum, ut in duas et tres sectas scinderetur, quorum alii Josephi patriarchæ, alii Arsenii olim mortui partes tuerentur; atque ut isti quidem dicerent, Josephum anathemate perculsum fuisse ab **162** Arsenio, cujus adhuc superstitis sedem occupasset; illi vero reclamarent, canonice depositum esse Arsenium a toto pontificum qui tum aderant concilio; alii utrique factioni alia crimina objicerent. Quamobrem Josephus sua sede cuilibet cedere coactus est duabus de causis, tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur,

Variorum notæ.

(4) Pachymer. de Josepho, μόνον οὐκ ἄπνους, et cap. 6, ἄψυχον οἷον φόρτον. DUCANG.

(5) Pachymer VII, 12, 13, 14, 21. DUCANG.

(6) Andronicus imperator in λόγῳ χρυσοβούλλῳ,

tum quod patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis. Ac relicti sunt Zelotæ inter se dissidentes, et acuentes contra se invicem linguas suas, non zelo divino, sed iracundiæ temeritate concitatas. Nam zelus divinus a superna potentia pendet, cœlestique et concinna quadam ratione gubernatur. Qui vero animum suum sic instituunt, ut quasi excubet ad limen vanæ gloriæ, ii non animadvertunt se zelum in zelotypiam convertere, ac pro frumento et uva cæterisque bonis fructibus spinas et tribulos quodammodo excolere, cujusmodi sunt lites ab animo non bene instituto proficiscentes, et reciproca contradicendi certamina.

V. At imperator natura mitis cum neutros offendere vellet, et scandala utrinque caveret, media via incedere instituit. Est autem ad orientale latus Hellespontiaci freti locus dictus Atramyttium. Eo viros illos principis edicta convocarunt, cum et ipse imperator illic præsens afforet. Confluunt itaque non solum ii quorum zelus ratione regebatur, sed et promiscua turba, plerique rationis pudorisque **163** expertes; alii sedium episcopalium cupidi, quæ res conditionem eorum longe superabat; alii pecuniæ; alii inanis gloriæ et hujus mundi honorum variorum instabiliumque appetentes. Sed pene me illud præteriit quod, ut ordine procedat oratio et ne series narrationis postea interrumpatur, oportet primum explicari. Nam cum Josephus, ut diximus, mature sedem patriarchalem reliquisset, ac paulo post vita etiam excessisset, nec justum esse nec longe a prava disciplina abesse visum est, Ecclesiam in tanta temporum confusione pastore destitui. Erat autem tunc insigni vir facundia ex imperatorii cleri collegio Georgius Cyprius, qui elegantes Græcæ litteraturæ numeros et Atticam illam linguam, longo jam tempore oblivionis gurgite demersam, ingenii dexteritate ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit. Hunc, cum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat et studebat imperator ad patriarchicum

ρήνης τῶν δι' αὐτὸν ὀχλουμένων καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ τῷ θρόνῳ προσήκοντα πράττειν ὅλην ἀφῃρημένον ὑπὸ γήρως καὶ νόσου τὴν τοῦ σώματος δύναμιν· τοὺς δὲ τοῦ ζήλου προστάτας καταλειφθῆναι στασιάζοντας καὶ κατ' ἀλλήλων τὰς γλώσσας ὁπλίζοντας οὐ ζήλῳ θείῳ δημαγωγουμένας, ἀλλ' ἀωρίᾳ στρατηγουμένας θυμοῦ. Ὁ γὰρ κατὰ Θεὸν ζῆλος τῆς ἄνωθεν ἐξῆπται δυνάμεως καὶ ἄγεται θείαν καὶ ἔμμουσον ἀγωγήν· οἱ δὲ ταῖς τῆς κενοδοξίας πύλαις τὸν νοῦν παρακαθῆσθαι ἐξασκήσαντες ἔλαθον τὸν ζῆλον μεθαρμόσαντες πρὸς ζηλοτυπίαν καὶ ἀντὶ σίτου φάναι καὶ σταφυλῆς καὶ ὅσοι τῶν καρπῶν ἀγαθοὶ, ἀκάνθας γεωργήσαντες καὶ τριβόλους· ταῦτα δ' εἰσὶν ἔριδες ἀπὸ γνώμης οὐ μάλα πεπαιδευμένης καὶ λόγων ἀντιπάλων δίαυλοι.

[P. 99] Ε'. Ὁ μέντοι βασιλεὺς φύσει πρᾶος ὢν καὶ μήτε τούτους ἐθέλων λυπεῖν μήτ' ἐκείνους, ἀλλὰ τὰ ἑκατέρωθεν φυλαττόμενος σκάνδαλα, τὴν μέσην ἔγνω βαδίζειν. Ἔστι δὲ παρὰ τὰ ἑῷα πλευρὰ τοῦ Ἑλλησποντίου πορθμοῦ χῶρός τις Ἀτραμύτιον κεκλημένος. Πρὸς δὴ τοῦτον ἐκάλει τὰ βασιλέως προστάγματα τοὺς ἄνδρας ἐκείνους, ἐκεῖ τηνικαῦτα καὶ αὐτοῦ γε παρόντος. Καὶ δὴ συνέῤῥεον οὐ μόνον οἱ λόγῳ τὸν ζῆλον λαχόντες ἡνιοχεῖν, ἀλλ' ὄχλος τὸ πλεῖστον ἀλογίᾳ καὶ ἀναιδείᾳ συντεθραμμένος, οἱ μὲν θρόνων ἐρῶντες, πρᾶγμα πολλῷ τὴν τάξιν αὐτῶν ὑπερβαῖνον, οἱ δὲ χρημάτων, οἱ δὲ δόξης κενῆς καὶ τιμῶν, οἷαι παρὰ τὸν βίον πλανῶνται πολυειδεῖς. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν, ὃ προδιαληφθῆναι χρεὼν, ἵνα καθ' εἱρμὸν λόγος βαδίζῃ καὶ μὴ διακόπτηται τὴν συνέχειαν ἐφεξῆς προϊών. Ἐπεὶ γὰρ Ἰωσὴφ (7), ὡς εἰρήκειμεν, ἐν βραχεῖ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἀπολιπὼν μικρὸν ὕστερον καὶ τοῦ βίου μετέστη, οὐ δίκαιον ἔδοξεν οὐδὲ πόῤῥω διαίτης ἡμαρτημένης, ἄνευ ποιμένος ἐν οὕτω συγχύσεως γέμοντι χρόνῳ τὴν Ἐκκλησίαν τυγχάνειν. Καὶ ἦν τηνικαῦτα ἀνὴρ ἐν λόγοις ἐπίσημος τῷ βασιλικῷ συγκατειλεγμένος κλήρῳ Γεώργιος ὁ ἐκ Κύπρου (8), ὃς τὸν ἐν ταῖς γραφαῖς εὐγενῆ τῆς Ἑλλάδος ῥυθμὸν καὶ τὴν Ἀττικίζουσαν γλῶσσαν ἐκείνην, πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον λήθης κρυβέντα βυθοῖς, φύσεως δεξιότητι καὶ φιλοπονίᾳ τελεωτέρᾳ πρὸς φῶς ἤγαγε καὶ οἱονεὶ

Variorum notæ.

qui exstat inter opera Nathanaelis Chumni, qui et Nicephorus, cod. Reg. 2964. fol. 302: Φθάνει μὲν ὁ πολὺς ἐκεῖνος τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀγῶνας (loquitur de Josepho), πολὺς καὶ τὴν ἔνστασιν καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ μηδὲν τῆς ὁμολογίας καθυφεὶς μηδὲ καθυπείξας καὶ ἐπενδοὺς τοῖς ἐπὶ μακρῶν τῶν χρόνων βιαζομένοις καὶ ἀποπειρωμένοις αὐτοῦ, παραίτησιν τοῦ πατριαρχικοῦ ποιήσασθαι θρόνου. . . . ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἐκεῖνον ὥσπερ ἀμειβομένη τῶν πόνων καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῆς καμάτων, ἀνακηρύττει ἐξ ὀνόματος, κατίσον τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν παραιτησαμένοις, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ἐπ' εὐσεβείας, ὁμοῦ δ' ἐπὶ τοῦ θρόνου, ἐν ὁμοίοις ἀγωνίσμασι καὶ καιροῖς, καταλύσασι τὸν βίον. Καὶ τοίνυν ἓν δὴ τοῦτο τοῖς διαφερομένοις αὐτοῖς ἀφορμή τις γίνεται σκανδάλου καὶ πρόφασις, ἡ ἀνακήρυξις· καὶ ζητοῦσι κατασιγασθῆναι ταύτην καὶ παύσασθαι· καὶ παυσόμεν σεσιωπηκότες, φίλα κἂν τούτῳ πράττοντες ἐκείνῳ καὶ οἱονεὶ κατὰ γνώμην, ἃ παρῃτήσατο παραιτούμενοι, καὶ μηδὲν περαιτέρω τῶν αὐτῷ δεδογμένων μήτε πράττοντες, μήτ' ἐπινοοῦντες. Itaque Josephus, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, cessit paulo post et παρῃτήσατο. Chronica manuscripta minime inter se consentiunt in definiendo temporis spatio, quo Josephus receptam dignitatem retinuerit. In cod. Reg. 3058[b] sedisse dicitur menses quatuor. Codex 2525[a] mensem hunc unum demit. Codex 3502 duos tantum menses numerat τῆς δευτέρας πατριαρχείας. BOIVIN.

(7) Pachymer. ibid. cap. 13. DUCANG.

(8) Qui in clero palatino tum fungebatur *Protoapostolarii* dignitate. Pachymer. lib. VI, cap. 14. Ejus eruditionem prædicat etiam Ephræmius in Chronico:

Σόφος τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν,
Λόγων σοφῶν μαίευμα, μουσῶν ἑστία
Εἰς πατριαρχῶν ἀνεβιβάσθη θρόνον. DUCANG.

το ἀναβίωσιν. Τοῦτον ἐμελέτησέ τε καὶ
ο ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀναγαγεῖν θρό-
ς, ἄρτι καὶ τὸ μοναχικὸν (9) ἀλλαξάμε-
πλὴν οὐχ ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἁπάντων
χειροθεσίαν αὐτὸν εἰληχέναι, ὁπόσοι τῇ
καινοτομίᾳ κεκοινωνήκεσαν, ἀλλ' ὃς
ἑαυτὸν συνετήρησεν· ὡς κινδυνεύειν
κδύνειν τὰ τῆς σπουδῆς. Προεβλήθη
τοῦ βασιλέως μετὰ τὰς ψήφους (10) καὶ
ὰς ὀφειλούσας καὶ τὴν ποιμαντικὴν
τοῦ βασιλικοῦ βήματος παρὰ τῆς τοῦ
ήφει χειρὸς κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος. Καὶ ἦν διενεργῶν καὶ διοικῶν ἔστιν ἃ τῶν πατριαρ-
ν, ὅσα οὐχ ἱερωσύνης ἐδεῖτο.

τὸ μεταξὺ, καὶ οὑτωσί πως εἰπεῖν κατὰ
ν ἢ μᾶλλον προνοίᾳ Θεοῦ πρέσβυς ἐξ
ίλεἰς παρὰ τοῦ ἐκεῖσε κρατοῦντος Νικη-
σπότου ἐς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀφι-
ζύλης ἐπίσκοπος (11)· καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐκ
Δεβρῶν ἐπίσκοπος (12), οὐ πρέσβυς αὐτὸς
θενοῦν, ἀλλ' ἑτέρας εἵνεκα χρείας. Τού-
ων ἀκοινώνητον διατηρησάντων [P. 100]
ῆς τῶν ἄλλων ἐπιμιξίας, ὁπόσοι τῇ καινο-
γματος ἑκόντες ὑπήχθησαν, προὐκρίθη
πίσκοπος τοῦ Δεβρῶν. Ὁ μὲν γὰρ ὁ Κο-
ν τῆς Ναυπάκτου ἐτέλει μητρόπολιν, ἡ
ς (13) ὑπὸ τὸν τῆς Κωνσταντινουπό-
, ὁ δέ γε Δεβρῶν (14) ὑπὸ τὸν θρόνον
ρώτης Ἰουστινιανῆς· καὶ ἦν διὰ τοῦτό
ος τῇ παρούσῃ χρείᾳ διακονῆσαι μᾶλλον
ὁ Δεβρῶν. Ταῦτ' ἄρα καὶ παρὰ τοῦ ἤδη,
προβληθέντος τῷ βασιλεῖ πατριάρχου
5) τοῦ ἐκ Κύπρου προτραπεὶς ὁ τοιοῦ-
χειροτονεῖ Γερμανόν τινα μοναχὸν εἰς
κικῆς Ἡρακλείας μητρόπολιν. Τούτῳ
πάλαι ἐφεῖται προνόμια χειροτονεῖν τὸν
υπόλεως, εἴτε καὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταν-
Βυζάντιον ἐς νέαν καὶ μεγίστην κατα-
ώμην, μὴ καταλύειν ἐθελήσαντος τὰ τῶν
ίων προνόμια, ἀλλ' ἐπικυρώσαντος μᾶλ-
μακροῦ χρόνου καὶ τοῦ τὸν νόμον θέν-
τοῦ αὐτοκράτορος, ὁπότε σὺν μάλα τοι
ῶσι καὶ πόνοις ἐκεῖνος αὐτὴν παρεστή-
ντιον οὖσαν ἔτι, καί τά τε ἄλλα πρὸς
ισχύνας αὐτὴν καὶ τὰ τείχη καθηρηκὼς
ν τούτοις δὴ τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης Ἡρακλειώ-
ὶ κώμῃ χρῆσθαι αὐτῇ ἐχαρίσατο· εἴτε
ὴν τὴν αἰτίαν τηρεῖται διηνεκῶς τὸ

A solium evehere : a nemine tamen eorum qui participes fuissent dogmaticæ novitatis, sed ab aliquo qui purum se ab illorum communione servasset, manus ei imponi volebat; ut periculum esset ne res diutius differretur. Est tamen ab imperatore post debita suffragia et testimonia designatus; et pastorale pedum in imperatorio suggestu more veteri ab ipso principe porrectum accepit. Eratque ex eo occupatus in administrandis 164 rebus, quæ etsi ad patriarchale munus pertinerent, sacerdotio tamen haud indigebant.

VI. Aliquanto post casu quodam fortuito, vel potius Dei ipsius providentia, Constantinopolin venit Cozyles episcopus, Nicephori Ætoliæ principis legatus, et post hunc e Macedonia Debrorum episcopus, B non ille quidem legatione fungens ulla, sed alterius negotii causa : quorum uterque cum animum semper alienum habuisset a communione eorum qui dogmaticis novitatibus se ipsos sponte subjecissent, Cozyles episcopus prælatus est Debreno. Cozylenus enim metropolitano Naupactio, Naupactius Constantinopolitano parebat : Debrenus vero ad primæ Justinianæ sedem pertinebat. Unde ad hoc munus fungendum Cozylenus magis idoneus videbatur quam Debrenus. Itaque idem Cozylenus hortatu Gregorii Cyprii, jam ab imperatore, ut dictum est, patriarchæ designati, Germanum monachum quemdam, metropolitanum Heracleæ Thracicæ, inaugurat. Hic enim antiquo privilegio jus habet consecrandi Constan- C tinopolitanum patriarcham : sive quod Magnus Constantinus, qui novam Romam eamdemque maximam e Byzantio fecit, privilegia a veteribus imperatoribus decreta abrogare noluerit, sed potius confirmarit, adductus scilicet verecundia non solum diuturni temporis, sed et Severi imperatoris, a quo lex illa lata est, 165 quando Byzantium multis sudoribus captum cum cæteris defensionum præsidiis, tum mœnibus per ignominiam nudavit, et his demum Heracleæ Thracicæ civibus pro pago habendum donavit : sive, inquam, ob eam, sive nescio quam aliam ob causam hoc privilegium perpetuo servetur, id tum quoque peractum est, ut diximus : et e lectore Gregorium Cyprium supradictus Heracleæ metropolitanus primo diaconum et sacerdotem, D post et patriarcham consecravit, duobus illis episco-

Variorum notæ.

e patriarcha designatus ab imperatore,
monachum, deinde ex lectore in diaco-
tus fuerat a Cozylensi episcopo, uti te-
oras : ut moris erat, inquit Ephræmius
:

ταγεὶς κλήρῳ γε τοῦ παλατίου,
της ἀέρηνε τῆς Κωνσταντίνου,
μοναχῶν πρὶν τελεσθεὶς, ὡς ἔθος.
Ducang.

ait Pachymeres non expetita episcopo-
gia. Ii enim εἰς ψήφους μόνας οὐκ
ucang.

(11) Sic infra. At ὁ Κοζύλης, Pachymeres, lib. VII, cap. 14, habet. Ducang.

(12) *Debrorum episcopus. Debrarum* Ducangio. Boivin.

(13) Ætoliæ metropolis, cui 15 episcopatus subditi leguntur in Notitia thronorum, Mozylensis vel Cozylensis nulla facta mentione. Ducang.

(14) Debrarum meminit Cedrenus. Ducang.

(15) Sic variat Gregoras, dum quem supra Georgium, hic Gregorium appellat, quod postremum nomen accepit recens monachus factus, Pachymer. lib. VII, cap. 22 : Τοῦτο γὰρ ἦν ἐκείνῳ καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. Ducang.

pis Cozyleno et Debreno adjutoribus. **Sed ad institutum redeundum est.**

τοιοῦτον προνόμιον, εἴτ' οὐκ οἶδ' ὅπως, πέπρακται δ' οὖν ὅμως ἐπὶ τοῦδε τοῦ χρόνου τουτί γε, ὡς εἴρηται· καὶ ἐς διάκονόν τε καὶ ἱερέα (16) ἐξ ἀναγνώστου προβιβάσας ὁ ῥηθεὶς Ἡρακλείας Γρηγόριον τὸν ἐκ Κύπρου, εἶτα καὶ πατριάρχην κεχειροτόνηκε τοῦτον, συλλειτουργοῖς χρησάμενος ἀμφοτέροις ἐκείνοις τοῖς ἐπισκόποις, τῷ τε Κοζύλης καὶ τῷ Δεβρῶν. Ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν εἰς ταῦτα ἐξέβημεν.

VII. Dissidebant igitur, ut dictum est, illæ Zelotarum factiones ob eas causas, quas exposuimus. Iidem etiam et propter ipsum patriarcham inter se contendebant, eo prætextu quod viginti natus annos e Cypro ad Romanos mores se contulisset, et quibusdam Latinorum ritibus secum allatis locum dedisset vulgo suspicandi, lectoris ordinem ei collatum fuisse a Latinis; sive id malevolus quispiam ante sparsisset, sive Zelotarum improbitas ex tempore confinxisset, sive instigator et litis illius præsultor dæmon dictasset, ut multiplex et varium esset perturbationis et confusionis illius spectaculum. Ac specie quidem hanc illi causam habebant improbandi patriarchæ. At re ipsa exsiliis et aliis malis, quæ ob zelum passi fuerant, gloriantes et ultra modum elati volebant **166** ipsi cum alia omnia, quæ in ecclesiasticis negotiis fieri permissum est, ex auctoritate sua pendere, ita ut in omnibus regio more jus dicerent; tum etiam unum ex suis, quem ipsi delegissent, in patriarchico solio collocari, ut hac veluti munitissima arce freti, et magna ac splendida dignitate subnixi, omnes episcopatus et metropoles inter sese partirentur, et omnibus monasteriis dominarentur, et omnes ecclesiasticos ordines sibi vindicarent, et omnes sacras provincias administrarent, inferendique et efferendi et distribuendi quidlibet potestas omnis penes eos esset, ut sic ferme justa virtutis et zeli sui præmia acciperent.

Ζ'. Ἐσχίζοντο μὲν οὖν, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, τὰ τῶν Ζηλωτῶν ἐκεῖνα συστήματα δι' ἅς γε εἰρήκειμεν τὰς αἰτίας. Ἐσχίζοντο δ' ἔτι καὶ δι' αὐτόν γε τὸν πατριάρχην· πρόφασιν μὲν, ὅτι περ εἰκοσαετὴς Κυπρόθεν τοῖς Ῥωμαίων ἐπιδημήσας ἤθεσι καὶ τῶν Λατινικῶν ἠθῶν (17) ἔστιν ἃ ἐπαγόμενος ὑποψίαν ταῖς τῶν πολλῶν διεσκέδασε γνώμαις, ὡς ἀναγνώστου χειροθεσίαν παρὰ Λατίνων ἐδέξατο, εἴτε του τῶν ἐπιχαιρεκάκων γρύξαντος τοῦτο πρότερον, εἴτε τοῦ καιροῦ σχεδιάσαντος τηνικαῦτα τῇ κακοηθείᾳ τῶν Ζηλωτῶν, ἢ μᾶλλον τοῦ ἐρεθίζοντος ἐκείνου δαίμονος καὶ τῆς ἐκείνων καταχορεύοντος ἔριδος τοῦτο ὑπαγορεύσαντος, ἵνα πολλαπλοῦν τε καὶ πολλαχόθεν ᾖ συγκεκροτημένον τὸ τῆς ταραχῆς καὶ συγχύσεως ἐκείνης θέατρον. Πρόφασιν μὲν οὖν διὰ τοῦτο τούτοις ὁ πατριάρχης ἀπρόσδεκτος ἦν· τῇ δ' ἀληθείᾳ ταῖς ἐξορίαις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ ζήλου παθήμασι πέρα τοῦ δέοντος ἐγκαλλωπιζόμενοι καὶ ἐπαιρόμενοι ἤθελον αὐτοὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τῶν τε ἄλλων, ὅσα ἐφεῖται τοῖς τῆς [P. 101] Ἐκκλησίας τελεῖσθαι πράγμασι, καθάπερ ἀπὸ σκήπτρου τοῖς ἅπασι θεμιστεύοντες, καὶ πρός γε ἔτι ἕνα σφῶν αὐτῶν τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ ἐγκαθιδρύσαι, ὃν ἂν αὐτοὶ βούλοιντο, ἵν' ὡς ἀπὸ στεῤῥᾶς τινος ἀκροπόλεως τῆς λαμπρᾶς καὶ μεγάλης ταύτης ἀξίας ὁρμώμενοι ῥᾷστα πάσας ἐπισκοπάς τε καὶ μητροπόλεις κληρώσαιντο καὶ πάντων αὐτοί γε ἐξηγοῖντο ἀσκητηρίων καὶ πάσας αὐτοὶ διαλαγχάνωσι τάξεις ἐκκλησιαστικὰς καὶ πάσας διέπωσιν ἱερατικὰς ἐπαρχίας εἰσφορᾶς τε πάσης καὶ ἐκφορᾶς καὶ διανομῆς αὐτοί γε τυγχάνοιεν κύριοι, ὡς ἂν οὑτωσί πως ἀποχρῶντά σφισιν ἀποζοθεῖεν ταῦτα τῆς ἀρετῆς καὶ τοῦ ζήλου τὰ ἔπαθλα.

VIII. Cæterum cum Atramyttii, ut dictum est, convenissent, omnibus post multa verborum certamina placuit, ut utrorumque opiniones, unde illius magnæ contentionis rationes germinassent, duobus libris inscriberentur, ac Deo judicium per ignem et miracula committeretur. Cum autem per totam noctem stetissent, et Deum sedulo deprecati essent, ipso magno et sacrosancto Sabbato libros in ignem conjecerunt, idque medio in templo. Ac utraque sane factio sperabat suum codicem inviolatum permansurum. Sed vanæ spes illæ et vigilan-

Η'. Ἐπεὶ μέντοι συνῆεσαν (18), ὡς εἴρηται, περὶ τὸ Ἀτραμύτιον, ὡμολόγηται πᾶσι καὶ συμπεφώνηται μετὰ πλείστους τῶν λόγων διαύλους, βίβλοις δυσὶν ἐγγραφείσας ἑκατέρων τὰς δόξας, ἀφ' ὧν οἱ τῆς μεγάλης ἐκείνης ἐβλάστησαν ἔριδος λόγοι, τῷ Θεῷ διὰ πυρὸς καὶ σημείων ἐπιτρέψαι τὴν κρίσιν. Παννύχους τοίνυν τετελεκότες στάσεις (19) καὶ δεήσεις παμπόλλας πρὸς τὸν Θεὸν, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ μέγα καὶ ἱερὸν σάββατον τὰς βίβλους καθῆκαν εἰς πῦρ κατὰ μέσον τὸ θεῖον ἀνάκτορον. Ἐλπὶς μέντοι ἦν ἀνὰ μέρος ἑκατέροις ἰδιαζόντως τοῖς μέρεσι, θατέραν

Variorum notæ.

(16) Pachymeres, lib. VII, cap. 14, de Cozylensi episcopo, a quo Georgius Cyprius primis ordinibus ecclesiasticis initiatus fuit: Ἐκεῖσε τὰ εἰκότα τελέσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκῶν ἀποδείκνυσι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνώστου χειροτονεῖ. Τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνον προβάλλεται. Ubi has ordinationes haud factas a Germano Heracleensi episcopo exserte ait, sed a Cozylensi, a quo dictu Germanus tum monachus, ac cujusdam Acacii viri pii discipulus, una cum ipso Georgio Cyprio in patriarcham ab imperatore electo, in metropolitam Heracleensem in æde Irenes inauguratus est: a quo quidem Germano deinceps in Sophiana, juxta morem, solitis adhibitis ritibus ac precibus consecratus est Georgius. DUCANG.

(17) Cyprus enim tum regibus Latinis parebat. DUCANG.

(18) Pachymeres, lib. VII, cap. 22. DUCANG.

(19) Interpres, *cum per totam noctem stetissent.* Imo, *cum sacras ac nocturnas in æde sacra vigilias exegissent.* Ita infra, cap. 10: Ὅσα τὸν μοναδικὸν ἀπεργάζεται βίον, ἐγκράτειάν φημι καὶ στάσεις παννύχους, χαμαιεύνης, etc., ubi rursum hæc male vertit, ut ibi indicamus. Vide *Gloss. med. Græcit.* in παννυχίδες. DUCANG.

ἀλώβητον φυλαχθήσεσθαι. Ἀλλ' ἦσαν ἄρα ἐλπίδες A ταῦτα κεναὶ καὶ γρηγορούντων ὡς ἀληθῶς ἐνύπνια. Ἀθρόον γὰρ τὸ πῦρ ἀμφοτέρων δραξάμενον σποδιὰν τὴν ταχίστην πεποίηκε· καὶ ἦν τοῦτο ψῆφος Θεοῦ καὶ χλεύη κατὰ πάντων ὁμοῦ, σπουδὴν ποιουμένων τὴν παιδιὰν καὶ ἀκαίρους τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπιφερόντων κλύδωνας. Τοῦτο θεασαμένοις ἔδοξε καὶ αὐτοῖς καταγνοῦσι τῆς ἔριδος ἀσμένως τε βλέψαι πρὸς τοὺς κοινοὺς τῆς εἰρήνης ἅλας καὶ ἐς τὴν τῆς ὁμοφροσύνης ἐληλυθέναι τράπεζαν καὶ εὐλογίαν ἅμα εὐχῇ παρὰ Γρηγορίου δέξασθαι τοῦ πατριάρχου καθάπαξ τοὺς ἅπαντας.

tium, ut aiunt, somnia ea fuerunt. Ignis enim utrumque subito complexus celerrime in cineres redegit. Idque Dei judicium fuit, et derisus eorum omnium, **167** qui rem seriam in nugis agerent, et intempestivis tumultibus Ecclesiam turbarent. Quod cum vidissent, ipsis quoque omnibus semel placuit, repudiata contentione, spectare ad communia pacis bona, et ad unam concordiæ mensam convenire, atque adeo benedictionem et solemnes preces a Gregorio patriarcha oblatas accipere.

Θ'. Τούτων οὕτω γεγενημένων (20), προσίασιν οἱ Ἀρσενιᾶται τῷ βασιλεῖ, μετακομισθῆναι ζητοῦντες τὸν Ἀρσενίου τοῦ πατριάρχου νεκρὸν ἐς τὴν βασιλεύουσαν. Καὶ ἦν ἡ ζήτησις οὐ μάλα ἁπλῆ, ὅτι μὴ B βαθυγνώμονος περινοίας ἔκγονον, ἵνα τιμὴ μὲν ἴσως τοῖς Ἀρσενιάταις τουτὶ κατασταίη λαμπρά, λανθάνουσα δὲ τοῖς Ἰωσηφίταις αἰσχύνη. Γίνεται δ' οὖν ὅμως ῥᾷστα τῆς ἐνδόσεως γενομένης. Καὶ δὴ μέχρι τῆς Εὐγενίου πύλης (21) μετακομισθέντος ἐκείνου κατίασιν ὅ τε πατριάρχης μετὰ τοῦ κλήρου παντὸς καὶ ὁ βασιλεὺς ἅμα πάσῃ τῇ συγκλήτῳ· καὶ οὕτω μεθ' ὕμνων περιφανῶν καὶ λαμπάδων ἀνήγαγον ἅπαντες τοῦτον ἐς τὸν μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας νεών. Ὃν μετὰ χρόνον ζητήσασα ἤγαγεν εἰς ἣν ἀνεκαίνισε τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονὴν (22) Θεοδώρα, ἡ θυγάτηρ μὲν ἦν τῆς τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ἀδελφῆς Εὐλογίας, γυνὴ δὲ πρότερον τοῦ Μουζάλωνος τοῦ πρωτοβεστιαρίου, ὕστερον δὲ τοῦ Ῥαοὺλ, πρωτοβεστιαρίου καὶ αὐτοῦ γενομένου.

IX. His peractis Arseniatæ imperatorem adeunt et ab eo petunt, ut Arsenii patriarchæ cadaver in urbem referatur. Ea postulatio minime simplex fuit, sed ab altiori consilio profecta, uti scilicet factum illud Arseniatis palam honorificum esset, Josephitis vero clam ignominiosum. Facile tamen impetratum est. Cum autem corpus ad Eugenii portam usque perlatum esset, patriarcha cum omni clero, et imperator cum toto senatu descenderunt, atque ita cum hymnis insignibus et facibus in sanctæ Sophiæ amplissimam ædem est perductum. Sed postea Theodora, Michaelis imperatoris e sorore Eulogia neptis, Muzalonis primum, deinde Raulis, utriusque protovestiarii uxor, idem corpus dari sibi petiit, et in divi Andreæ monasterio, quod ipsa renovarat, reposuit.

CAPUT II.

Andronicus viduus ab Hispanorum rege uxorem petit. Irene ei datur, idque inconsulto Papa. Mos vetus Latinorum principum. Irenes elogium. Gregorius Cyprius Vecco invidet. Eum relegari curat. Vecci querelæ. Synodus. Vecci eloquentia. Gregorius patriarcha et Muzalo magnus Logotheta eum refellunt. Muzalonis auctoritas. Insigne dignitatis. Veccus disputando nihil proficit. Communionem adversariorum repudiat. In exsilium denuo mittitur cum Meliteniota et Metochite. Crudelitas zelotarum in eos, qui Latinæ Ecclesiæ adhæserant. Justa crudelitatis pœna. Andronicus paterni sceleris vindictam timet. Lascarim cæcum invisit et solatur. In Orientem abit.

[P. 102] Α'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ (23) σύζυγος C οὐκ ἦν τηνικαῦτα (προετεθνήκει γὰρ (24) ἡ ἐξ Οὐγγρίας ἐλθοῦσα προτέρα τούτου γυνὴ ἐπὶ δυσὶ, τῷ τε βασιλεῖ Μιχαὴλ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ δεσπότῃ), διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν ῥῆγα τῆς Ἱσπανίας (25)·

I. Sed cum imperator tunc conjugem non haberet (nam prior uxor, quæ ex Hungaria venerat, duobus filiis Michaele imperatore et Constantino **168** Despota relictis decesserat), legatos ad Hispaniæ regem mittit : qui libenter ei misit, non

Variorum notæ.

(20) Idem Pachym. lib. VII, cap. 31. DUCANG.

(21) Vide *Constantinop. Christ.* lib. I, sect. 6, n. 1. DUCANG.

(22) De hac æde, ut de Theodora ejus conditrice, quam Ῥαούλαιναν a secundo conjugio vocat Pachymeres, lib. VIII, cap. 10, multa sunt a nobis observata in notis ad lib. XIII *Annal.* Zonaræ, n. 2, et in stemmate Palæologorum. DUCANG. — De hac Theodora, et de templo S. Andreæ ab ea instaurato, exstant in Codice Colbertino n. 5018, tria Maximi Planudæ historica Epigrammata, edita a Ducangio in notis ad lib. XIII Zonaræ, sed mendosissima. [Emendationes quas adducit Boivin. ex codd. Coislin. jam adhibuimus in editione Zonaræ. Vide tom. CXXXIV, col. 1145. EDIT.]

(23) Pachymer. lib. VII, cap. 33. DUCANG.

(24) Anna filia Stephani V, regis Hungariæ. Pachymeres lib. VII, cap. 28. DUCANG. — *Προετεθνήκει γὰρ ἡ ἐξ Οὐγγρίας.* Anna scilicet. Leo Cinnamus in calce codicis Regii 2951 : Τὸ παρὸν βιβλίον ἐγράφη διὰ χειρὸς ἐμοῦ Λέοντος τοῦ Κιννάμου, τελειωθὲν σὺν Θεῷ μηνὶ Μαρτίῳ ιδ', Ἰνδικτιῶνος δ', ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ, ἔτους ,ϛψπδ', ἐπὶ τῆς βασιλείας ... τοῦ τε κυροῦ Μιχαὴλ Δούκα Ἀγγέλου Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου καὶ νέου Κωνσταντίνου, καὶ Θεοδώρας τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, καὶ τοῦ κύρου Ἀνδρονίκου Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ ἌΝΝΗΣ τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, etc. *Hic liber scriptus est manu mea Leonis Cinnami, absolutus (cum Deo) die 14. mensis Martii, Indictione 4, die 7, anno* D *6784, imperantibus Dom. Michaele Duca Angelo Comneno novo Constantino, Theodora religiosissima Augusta, Dom. Andronico Comneno Palæologo, et Anna religiosissima Augusta.* Erat is annus Christi 1276, ætatis autem Andronici 18. BOIVIN.

(25) Cujus erat ἐκγόνη, inquit Pachymeres : quippe Beatrix uxor Guilelmi VI, marchionis Mon-

filiam suam, sed aliam cognatione sibi conjunctam, nempe Irenen, marchionis illius neptem, qui urbe capta Thessalonicam cum finitimis locis sibi vindicarat. Eam, inquam, rex Hispaniæ misit præter morem apud Latinos antiquitus receptum, permissu papæ non exspectato. Etenim Latinis illustrioribus mos est, ut affinitates cum Romanis non prius jungant quam a papa licentiam acceperint. Sed ille rex, quia alicujus scandali occasione interdicto damnatus fuerat a papa, eodem scandali prætextu usus est, ut puellam clam ablegaret, Romanorum imperatricem futuram. Excedebat tum imperator annum ætatis tertium et vicesimum, nova autem nupta Irene undecimum : quam et vultus venustas et elegantia morum haud mediocriter ornabant.

ὁ δ' ἄσμενος ἐκπέμπει οὐ θυγατέρα οἰκείαν, ἀλλὰ ἄλλην κατὰ γένος αὐτῷ προσήκουσαν, Εἰρήνην φημὶ τὴν τοῦ μαρκεσίου ἐκείνου ἀπόγονον, τοῦ μετὰ τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσιν κληρωσαμένου Θεσσαλονίκην μετὰ τῶν πέριξ. Ἐκπέμπει δ' αὐτήν, ὡς εἰρήκειμεν, ὁ τῆς Ἱσπανίας ῥήξ, οὐ κατὰ τὸ πάλαι παρὰ Λατίνοις κρατῆσαν ἔθος τοῦ Πάππα προτρίψαντος πρότερον. Ἔθος γὰρ τοῖς τῶν Λατίνων ἐντιμοτέροις, μὴ κηδεύειν Ῥωμαίοις, πρὶν τὸ ἐνδόσιμον εἰληφέναι παρὰ τοῦ Πάππα (26). Ἀλλ' ἐπειδήπερ διά τινα σκανδάλου πρόφασιν ἀφορισμοῦ καθυποβεβλημένος ἐπιτιμίῳ παρὰ τοῦ Πάππα ἐτύγχανε, σκῆψιν τὸ σκάνδαλον ποιησάμενος λάθρα ταύτην ἐξέπεμψε, βασιλίδα Ῥωμαίων ἐσομένην. Ἦν δὲ ὁ μὲν βασιλεὺς τηνικαῦτα τῆς ἡλικίας τρίτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἀμείβων (27)· ἑνδέκατον δ' ἡ νέα σύζυγος ἡ Εἰρήνη, ᾗ δὴ καὶ κάλλος καὶ ἁρμονία τῷ ἤθει καὶ τῷ προσώπῳ ἐπέπρεπεν οὐ μικρά.

II. Cum autem, velut in humidioribus lignis vermes nascuntur, ita etiam in ambitiosis ingeniis æmulationis et invidiæ stimuli vulgo exsistant contra ejusdem artis professores, in eo præsertim genere in quo maxime elaborabant : sic Gregorium patriarcham angebat vivida illa ingenii et facundiæ vis, quæ in Vecco erat : eique haud ferendum videbatur, si solus ipse inter illius ætatis Græcos celebris, et inter patriarchas quoque eruditos celebrem se fore sperans, illius in disputationibus eloquentia superatus tanto honore fraudaretur. Qua de causa **169** relegationem ejus non parum promovit. Ille autem versus radices Olympi relegatus cœlo et terræ injuriam, ut dicebat, et immanitatem illam prædicare non destitit, qua illi adversum se immisericorditer usi fuissent, cum in pœna decernenda humanius secum agere potuissent : erepto videlicet sacerdotio contentos curare oportuisse ne quid ipsi deesset, et homini homines consulere debuisse ; idque eo magis quod magna gloria excidisset, et ob eam ipsam causam magna consolatione egeret, quantum ad ea omnia quibus rerum necessariarum inopia sublevaretur. Itaque ab omni

Β'. Ἐπεὶ δ' ὥσπερ (28) τοῖς ὑγροτέροις τῶν ξύλων ἐμφύονται σκώληκες, οὕτω καὶ ταῖς φιλοτίμοις ψυχαῖς ὡς ἐπίπαν ζηλοτυπίαι καὶ φθόνοι δεινοί τινες ὑφεδρεύουσι κατὰ τῶν ὁμοτέχνων καὶ πρὸς ἃ μάλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐκεῖνοι σπουδάζουσιν, ἠνία καὶ τὸν πατριάρχην Γρηγόριον ἡ τῆς τοῦ Βέκκου γλώττης καὶ διανοίας ὀξύτης, καὶ δεινὸν αὐτῷ ἦν, εἰ διαβόητος μὲν ἐν τοῖς τότε γενόμενος Ἕλλησι μόνος αὐτός, διαβόητος δὲ κἀν τοῖς τῶν πατριαρχῶν ἐλλογίμοις ἐλπίζων ἀκούσεσθαι, ἔπειτα ζημιοῖτο διὰ τῆς ἐν ταῖς διαλέξεσιν εὐστομίας ἐκείνου τὴν τοσαύτην φιλοτιμίαν· διά τοι τοῦτο καὶ αὐτὸς οὐ μέτρια συνεβάλετο πρὸς τὴν ἐξορίαν ἐκείνου. Ὅθεν ἐξόριστος ἐκεῖνος περί που τοὺς [P. 105] πρόποδας τοῦ Ὀλύμπου (29) πεμφθεὶς οὐκ ἔληγεν οὐρανῷ τε καὶ γῇ προσαγγέλων τήν, ὡς ἐκεῖνος ἔφασκεν, ἀδικίαν ὠμοῦ καὶ ἀπήνειαν, ἣν ἀσυμπαθῶς κατ' αὐτοῦ γε ἐπήνεγκαν, ἐξὸν φιλανθρωπότερον τῇ ἐκείνου κολάσει χρήσασθαι καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀφελομένους αὐτὸν ἀποχρῶν ἡγεῖσθαι, τὸ προμηθὲς περὶ τἄλλα παρεχομένους αὐτάρκες ἀνθρώπους γε ὄντας ἀνθρώπῳ γε ὄντι καὶ μεγάλης δόξης ἐκπεπτωκότι καὶ δι' αὐτὸ δὴ μάλιστα πολλῆς εἴπερ ποτὲ τῆς περὶ τἄλλα δεο-

Variorum notæ.

tisferrati, Guilelmi Monferratensis ac Thessalonicensis regis filii, et mater Iolantæ seu Irenes alterius Andronici imp. uxoris, filia fuit Alfonsi regis Castellæ, seu Hispaniæ. DUCANG.

(26) Ex hoc loco infert Allatius lib. II, *De utriusque Eccl. consens.* cap. 14, n. 1, eam viguisse tum consuetudinem, ut Latinis non licuerit matrimonia inire cum Græcis, nisi summo pontifice annuente. Quo referri potest quod tradit Matthæus Parisius pag. 418, 431 et 453, ægre admodum tulisse summum pontificem, ac non semel objectum Friderico II imp. quod filiam suam notham Annam, seu, ut alii vocant, Constantiam, in uxorem dedisset Joanni Vatatzæ imperatori Constantinopolitano. Scribit præterea Pachymeres, lib. IX, cap. 5, Andronicum Palæologum imp. uxorem filio Michaeli recens imperatori inaugurato quærentem, oblatam sibi Caroli regis Siciliæ neptim ac Philippi Tarentini filiam abnuisse, τὴν ἀπὸ τοῦ Πάππα τῆς Ῥώμης ὑπειδόμενον ὑπερηφανίαν, sed et regis Cypri filiam, quod is absque pontificis summi consilio et facultate has nuptias peragere nollet : Τὸ δ' ἦν τὸ ὑπὸ βουλῇ καὶ θελήσει τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας τὸ συνάλλαγμα διαπράττεσθαι. DUCANG.

(27) Wolfius verterat, *Agebat tum imperator annum tertium et vicesimum.* Ego verti, *Excedebat tum imp. annum*, etc. Præterquam enim quod ea est vis verbi ἀμείβειν, chronologiæ ipsius ratio favet nostræ interpretationi. Imo Andronicum imperatorem annos 24 excessisse oportet eo tempore, quo secundam uxorem duxit, siquidem eam duxit post obitum patris sui Michaelis ; qui filio Andronico jam nato imperare cœperat, imperavitque annos 24, ut constat ex serie imperatorum chronologica. BOIVIN.

(28) Pachymer. lib. VII, cap. 41. DUCANG.

(29) Prusam primo relegatum Veccum scribit Pachymer. lib. VII, cap. 11, deinde post hoc colloquium, in arcem a dextris ingredienti sinum Astacenum, cui nomen a S. Gregorio erat. *Idem* cap. 55 extr. Accusatus autem fuit sub mensem Febr. 7 indict., ac mense Martio circa mediam quadragesimam abdicata dignitate in monasterium Panachrantæ (de quo egimus in *Constantinopoli Christ.*) secessit, proinde an. Chr. 1279. DUCANG.

μένῳ ψυχαγωγίας, ὁπόσα τὰς ἀναγκαίας ἐπικουφίζουσι χρείας. Πανταχόθεν οὖν ἐς ἀμηχανίαν κατενεχθεὶς ἐζήτει διαλύσασθαι κρίσει δημοτελεῖ τὰ ἐγκλήματα, ἵνα δυοῖν ἴσως ἐπιτύχοι θατέρου· ἢ γὰρ φιλανθρωποτέρους τῇ παρουσίᾳ καὶ τῇ αὐτοπροσώπῳ θέᾳ καὶ ὁμιλίᾳ τοὺς δικαστὰς ἐργάσασθαι· ἢ τό γε δεύτερον, κατάδηλον θεῖναι τοῖς ἅπασι τὸ ἀσυμπαθὲς αὐτῶν καὶ ἀμείλικτον.

Γ'. Ταῦτα ἀκούοντι τῷ βασιλεῖ εὖ ἔχειν οὐκ ἔδοξε περιφρονητέα κείσεσθαι τοῦ λοιποῦ. Διασκεδασθήσεσθαι γὰρ ἂν ὑπόνοιαν ἐς τοὺς τῶν πολλῶν λογισμοὺς, ἀδικεῖσθαι τὸν ἄνδρα· καὶ ἔσται κατὰ τῶν δοκούντων ἀδικεῖν ἐκ τοῦ δήμου λοιδορία μακρὰ, νῦν μὲν ὑπ' ὀδόντα ψιθυριζομένη, μετὰ δὲ κύκλους ἔστιν οὓς ἐνιαυτῶν ἀνακεκαλυμμένη καὶ ὕπαιθρος. Πολλαὶ γὰρ λοιδορίαι, πολλὰ δὲ καὶ ἐγκώμια περιτρέχουσι τὸν αἰῶνα μὴ πάνυ σὺν δίκῃ· ἐκεῖναι μὲν καθ' ὧν οὐκ ἠδίκησαν, ταῦτα δὲ καθ' ὧν οὐδὲν ἄξιον ἐπεπράχεσαν. Δεῖν οὖν ἐνομίσθη πάντας συνηθροικότι περὶ τὰ βασίλεια, ὅσοι τε τῶν ἀρχιερέων καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου, ὅσοι τε τῆς συγκλήτου καὶ ὅσοι τῶν ἐλλογίμων, ἐν τοσῷδε θεάτρῳ περιφανῆ τὴν ἐκείνου ποιήσασθαι κρίσιν. Οὗ γενομένου (30) καὶ τοῦ Βέκκου παριόντος εἰς μέσους καὶ πάντα τῇ γενναίᾳ παλάμῃ τῆς γλώττης σφοδρῶς συγκυκῶντος καὶ ἀναξαίνοντος, ὁπόσα οἱ τἀσφαλὲς περιέποντες δόγμα ἐπέφερον, εἰ μὴ Γρηγόριος ὁ πατριάρχης καὶ Μουζάλων ὁ μέγας λογοθέτης σοφίας περιουσίᾳ καὶ Γραφῶν ἱερῶν ἐκλογαῖς ἀντεῖχον καὶ τὸν σφοδρὸν ἐκεῖνον χειμῶνα τῆς παλαμναίας ἐκείνης ἀνέστελλον γλώττης, τάχ' ἂν τὸ ψεῦδος κατὰ τῆς ἀληθείας ἐλάμβανε κράτος καὶ τῆς ἀρετῆς ἡ περιεργία τὸ πλέον ἐκτᾶτο.

Δ'. Ἦν δ' ὁ Μουζάλων (31) οὗτος τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύων τότε καὶ τοῖς βασιλικοῖς καὶ δημοσίοις μεσιτεύων πράγμασι καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως μεγίστην καρπούμενος τὴν αἰδῶ διά τε σοφίαν καὶ γῆρας, μακρὰν καὶ ποικίλην ἐμπειρίαν πραγμάτων μετὰ φρονήσεως ἔχων. Δι' ἃ δὴ καὶ τιμήν τινα ταύτην ἔσχεν ἐξαίρετον μόνος τῶν πάλαι τὸ ὅμοιον αὐτῷ προειληφότων ἀξίωμα, καλύπτραν φορεῖν ἐπὶ κεφαλῆς χρυσοκοκκίνῳ κεκαλυμμένην ἐνδύματι, [P. 101] ὅσον τὸ ἄνω καὶ πρὸς τῇ πυραμίδι (32) τῆς ἐπιφανείας σχῆμα, ἐν τούτῳ παραλλάττουσαν μόνῳ τοῦ παραπλησίαν εἶναι καθάπαξ τῇ τῶν τοῦ βασιλέως ἐγγόνων, ὅτι μὴ καὶ τὴν κάτω καὶ κοίλην ἐπιφάνειαν εἶχε κυκλίσκοις πεποικιλμένην χρυσοειδέσιν, ἀλλὰ λείαν τελέως. Καὶ ἵνα τἀν μέσῳ παρέλθωμεν, ἐπειδήπερ πολλῶν μεταξὺ τῶν ἀπὸ γλώττης καὶ γνώμης γενομένων διαύλων καὶ κρότων οὐδεμίαν ἑώρα περὶ αὐτὸν γινομένην φιλάνθρωπον γνώμην καὶ προμηθείας ἀξίωσιν ὁ Βέκκος, ἀπεῖπεν ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ γλώττῃ τὴν ἕνωσιν. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὑπερορίας αὖθις ἐς τι πολίχνιον τῶν περὶ Βιθυνίαν παραλίων πέμπεται ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτῷ· Μελιτηνιώτης δ' ἦσαν οὗτοι καὶ Μετοχίτης (33).

A parte destitutus publico judicio causam disceptari postulabat; forte ut duorum alterum consequeretur: quippe aut judices præsentia conspectuque suo et oratione molliturus, aut saltem omnibus ostensurus quam immisericordes et duri iidem essent.

III. Quæ cum audisset imperator, non negligenda esse judicavit. Sparsa quippe suspicione credituros vulgo injuriam homini fieri, atque adeo multis conviciis proscissum iri a populo eos qui injuriam facere viderentur: quæ convicia cum nunc mussitarentur, aliquot deinde revolutis annis in apertam lucem eruptura essent. Multa enim male- B dicta, multas etiam laudationes præter æquitatem per omne ævum circumferri, illa in eos qui nihil mali commiserint, has in eos qui nihil laude dignum gesserint. Visum est igitur oportere convocatis in regiam universis pontificibus, clericis, senatoribus **170** et viris doctis illustre in tanto theatro fieri de illo judicium. Quo facto cum Veccus in medium prodiisset, atque omnia eloquentiæ vi confunderet ac refutaret, quæ sani dogmatis defensores objiciebant, fortasse mendacium veritatem vicisset, et curiosa diligentia virtutem superasset, nisi Gregorius patriarcha et Muzalo magnus logotheta doctrinæ copia et sacræ Scripturæ selectis testimoniis ei restitissent, et ingentem illam exitiosæ linguæ tempestatem sedassent.

C IV. Erat autem is Muzalo magna tunc apud principem auctoritate, atque in imperatoriis et publicis negotiis velut arbiter versabatur, et maximo in honore habebatur ab Andronico ob eruditionem et senectutem, longo ac vario rerum usu prudentiaque instructus. Quibus de causis eximius ei soli ex omnibus, qui eodem munere olim functi fuerant, hic honos est habitus, ut calyptram in capite gestaret purpureo aureoque panno circumdatam, superiore scilicet parte, qua patet superficies pyramidi imposita, plane similem ei quam imperatorum nepotes gestant, hoc uno excepto, quod non etiam inferiorem et cavam superficiem habebat circulis auratis variatam, sed prorsus lævem. Ut autem ea quæ intercesserunt prætereamus, Veccus post mul- D tas disputationes et magnum linguæ strepitum cum nullam pro se clementem ferri sententiam, nullam suorum commodorum **171** rationem haberi cerneret, unionem aperte repudiavit. Quapropter denuo in exsilium in oppidulum quoddam Bithyniæ maritimum cum sociis suis mittitur. Erant autem ii Meliteniotes et Metochita.

Variorum notæ.

(30) Pachymer. lib. VII, cap. 8-10, 35. DUCANG.
(31) Pachymer. lib. VIII, cap. 26, 31. DUCANG.
(32) V. Gloss. med. Græcit. in Πυραμίς. DUCANG.
(33) Georgius Metochites. Pachymer. lib. VI, cap. 35, de quo et ejus scriptis multa habet Allatius in Diatriba de Georgiis, pag. 343. DUCANG.

V. Ego vero illud resumam, quod mihi nescio A quomodo e memoria exciderat. Nam post Atramyttenum illud rixosorum librorum incendium omnes ii qui studium religionis simulabant, metropoles et cæteras dignitates alias jam partiti, alias deinde partituri, plenissimam abrogationem pontificum et clericorum omnium qui Michaeli imperatori assensi fuissent, inclementer decreverunt, fortuna non moderate nec humaniter usi. Nam cum de plebe circumforanea et rudi et stolide feroci plerique essent, quibus paulo ante ne vultum quidem imperatoris intueri licuisset, iidemque derepente prolixam erga se ejus voluntatem præter meritum experirentur, majores sua conditione animos sumpserunt, ut ab hominibus ebriis nihil distarent. Nam B potestate ab imperatore accepta, quippe qui eis propter ardentem quam animo fovebat uniendæ Ecclesiæ cupiditatem nihil non concederet, plane securi jam, eos omnes contra quos ignominiosum illud suffragium laturi erant, velut pecudes in magnum Blachernium templum congregarunt: qui supplicibus et verbis et gestibus commiserationem elicere cum studerent, et similia **172** exempla proferrent, in quibus veterum humanitas eluxisset, maxime autem commemorarent utriusque Iconomachiæ tempora, atque ut ii qui gravius deliquerant humanos tunc experti essent orthodoxæ sententiæ defensores, et suum aliqui locum retinuissent: tamen hi ab immanitate decreti sui nullo modo recedendum putaverunt, sed omnem clemen- C tiam, omnem misericordiam improbitatis fluctus in maris Atlantici fundum videntur dejecisse. Tanta Invidia in medio sacri illius collegii bacchabatur; adeo sæva tempestas præclaram illam concordiam vixdum initam ludibrio habebat.

VI. Quis autem adeo durus est et animo adamantino, ut contumeliam illam et maximam inhumanitatem referre queat, qua contra miseros episcopos et universos ordinis sacerdotalis ministros usi sunt? Nam post verborum convicia præsides inferioribus imperabant, ut direptos illis pileos humi abjicerent, ter acclamantes, Indignus est: alios vero aliorum vestes exuere, easque a fimbria inversas D supra caput attollere, atque iterum ter acclamare jubebant, Indignus est: deinde pulsatione et vi et alapis in eos impactis tanquam sicarios templo extrudere. Hæc justi illi judices et Evangelii sacerdotes. At humanissimus Jesus Salvator etiam latronem admisit, et proditoris pœnitentiam, modo ipse voluisset, desideravit et exspectavit. **173** Proinde sero illi quidem, sed justas tamen pœnas luerunt, et debitam mercedem acceperunt. Neque

Ε΄. Ἐγὼ δ' ἐκεῖνο οὐκ οἶδ' ὅπως παραῤῥυέν μου A τῆς μνήμης ἐπαναλήψομαι. Μετὰ γὰρ τὴν περὶ τὸ Ἀτραμύτιον πυρκαϊὰν ἐκείνην τῶν βίβλων τῆς Ἔριδος ἐς τὸ Βυζάντιον ἅπαντες συνδραμόντες οἱ τὸν ζῆλον ὑποκρινόμενοι καὶ τὰς μητροπόλεις καὶ τἄλλα τῶν ἀξιωμάτων τὰ μὲν ἤδη διανειμάμενοι, τὰ δὲ μέλλοντες, καθαίρεσιν παντελῆ τῶν ἀρχιερέων καὶ τοῦ κλήρου παντὸς, ὅσοι τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ τοῦ δόγματος ἐκοινώνησαν, πρὸς ἀπήνειαν κατεψηφίσαντο οὔτε μετρίως οὔτ' ἀνθρωπίνως τῇ τύχῃ χρησάμενοι. Δῆμος γὰρ ὄντες τὸ πλεῖστον ἀγοραῖος καὶ ἀνώμαλος καὶ αὐθάδης, χθὲς καὶ πρώην οὔπω βασιλέως ἠξιωμένοι θεάσασθαι, πρόσωπον κἄπειτ' ἐξαίφνης καὶ παρ' ἀξίαν πλουσίας ἀπολελαυκότες αὐτοῦ τῆς εὐμενείας, μείζω τε ἐφρόνησαν τῆς ἑαυτῶν τύ- B χης, καὶ τῶν μεθυόντων οὐδὲν ἄμεινον διετέθησαν. Παρὰ γὰρ τοῦ βασιλέως τὸ ἐνδόσιμον εἰληφότες, ἅτε μικροῦ πρὸς ἅπαντα τούτοις ὑπείκοντος διὰ τὴν φλέγουσαν ἔφεσιν, ἣν ἐν καρδίᾳ πρὸς τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἔτρεφεν ἕνωσιν, κατὰ πολλήν τινα ἤδη τὴν ἄδειαν καθ' ὧν ἔμελλον τὴν ἄτιμον ἐκείνην ψῆφον ἐπενεγκεῖν, πάντας ὡς πρόβατα πρὸς τὸν ἐν Βλαχέρναις (34) συνήθροισαν μέγαν νεών. Ὧν πολλὰ πρὸς οἶκτον εἰσαγόντων καὶ σχήματα καὶ ῥήματα καὶ φιλανθρωπίας ὅμοια τῶν παλαιῶν ὑποδείγματα, τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα ἐπὶ τῶν χρόνων ὁπωσδηποτοῦν τῆς διπλῆς εἰκονομαχίας ἐγένοντο, ὅπως χείρονα τῶν νῦν πεπραχότες ἐκεῖνοι φιλανθρώπων τε ἀπέλαυσαν τῶν ὕστερον τῆς ὀρθοδοξίας προστάντων κἀπὶ τῆς τά- C ξεως ἧς ἕκαστος ἔλαχεν ἔμειναν ἔνιοι, ἀπαλλαγὴν τῆς θηριώδους γνώμης οὐκ ἔγνωσαν οὐδ' ὁπωσοῦν εἰληφέναι· ἀλλὰ πάντα φειδώ τε καὶ οἶκτον οἱ τῆς κακίας ἀπειληφότες κλύδωνες ἐς Ἀτλαντικοῦ πελάγους πυθμένας ὡς ἔοικε κατεβάπτισαν. Οὕτω πολύς τις ἐχόρευε φθόνος ἐν μέσῳ τοῦ ἱεροῦ συλλόγου ἐκείνου καὶ μάλα πικρὸς κατωρχεῖτο κλύδων εὐθὺς ἐξαρχῆς τῆς καλῆς ὁμονοίας ἐκείνης.

[P. 105] ϛ΄. Ἀλλὰ τίς οὕτω σκληρὸς καὶ ἀδαμαντίνην ἔχων ψυχὴν διηγήσαιτο τὴν ὕβριν ἐκείνην καὶ μεγίστην ἀπανθρωπίαν, ᾗ κατὰ τῶν ἀθλίων ἐχρήσαντο ἐπισκόπων καὶ ὅσοι τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου; μετὰ γὰρ τὰς ἀπὸ γλώττης λοιδορίας εἶτα προσέταττον οἱ τῆς προεδρίας τοὺς ὑφεδρεύοντας λαβομένους τῶν ἐπὶ κεφαλῆς καλυμμάτων ἐκείνων ῥίπτειν D αὐτὰ κατὰ γῆς ἐπιβοῶντας τὸ, Ἀνάξιος (35), τρίς· ἄλλους δὲ ἄλλων τὰ ἱμάτια περιδύειν ἀπὸ τῶν κρασπέδων ἐπὶ κεφαλῆς ἀντιστρόφως αἴροντας καὶ τὸ, Ἀνάξιος, αὖθις ἐπιβοῶντας τρὶς, ἔπειτα ὠθισμῷ καὶ βίᾳ καὶ τοῖς ἐπὶ κόῤῥης ῥαπίσμασιν (36), ὥς τινας τῶν ἀνδροφόνων, ἐξελαύνειν τοῦ ἱεροῦ. Ταῦτα οἱ δίκαιοι κριταὶ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου μύσται. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Ἰησοῦς καὶ Σωτὴρ καὶ τὸν λῃστὴν προσεδέξατο καὶ τοῦ προδότου τὴν μετάνοιαν, εἴπερ κἀκείνῳ πρὸς βουλήσεως ἦν, ἄσμενος ἐπόθει καὶ

Variorum notæ.

(34) Pachymer. lib. VII, cap. 17, 18, 19. DUCANG.
(35) Vide Gloss. med. Græcit. in Ἄξιος. DUCANG.
(36) Quomodo S. Ignatium patr. Constantinop. degradatum ac pessime vexatum a Photianis scribit Nicetas Paphlago in illius Vita p. 1207: Ἦσαν δὲ οἱ κολαφίζοντες καὶ ταλαιπωροῦντες αὐτόν. DUCANG.

ἐκορτέρει. Ταύτῃ τοι καὶ βραδέως μὲν, ἀλλ' εὗρον καὶ οὗτοι τὴν δίκην ὀψὲ, τὴν ἀξίαν ἐπάγουσαν ἀντιμέτρησιν. Οὐδὲ γὰρ οὐδεὶς (37) τῶν νέων τούτων νομοθετῶν καὶ κριτῶν ἐν τῇ οἰκείᾳ τετελευτήκει τιμῇ· ἀλλ' αἴσχιστα τῶν οἰκείων ἐξελαθέντες θρόνων, ὡς προϊόντες ἐροῦμεν, βέλεσι λύπης τοῦ ζῆν ἀπεῤῥάγησαν.

A enim novorum istorum legislatorum ac judicum ullus in sua dignitate decessit: sed turpissime suis pulsi sedibus, ut postea dicemus, præ animi ægritudine vitam abruperunt.

Ζ'. Μετὰ ταῦτα τοίνυν (38) ὁ βασιλεὺς ἐς μνήμην ἐληλυθὼς ὧν ὁ πατὴρ ἐπεπράχει κατὰ τοῦ νέου Ἰωάννου τοῦ Λάσκαρι, ᾧπερ ἡ τῆς βασιλείας μᾶλλον προσῆκε διαδοχὴ, καὶ δείσας μὴ τῆς δίκης ὀψέ ποτε διαναστάσης τὰ ὅμοια ἔσται καὶ αὐτὸς πεπονθὼς, ἀφαίρεσιν δηλαδὴ βασιλείας καὶ ὀφθαλμῶν, ἐζήτει καθόσον ἐξῆν τὸ προσῆκον ἐπενεγκεῖν τῷ τραύματι φάρμακον. Συνετὸς γὰρ ὢν οἶδεν ὡς πολλάκις κἀν τῷδε τῷ βίῳ τὸ Θεῖον φιλεῖ κατὰ στάθμην δικαίαν τῶν πεπραγμένων τὰ τέλη βραβεύειν ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ, ἵνα δραστική τις τοῦτο παραίνεσις τῷ βίῳ ἐμπολιτεύηται, ἰταμῶς ἀπειλοῦσα, οἵ τινές ποτ' ἄρα εἶεν οἱ τὴν ἄνωθεν ἐποπτεύουσαν δίκην κατόπιν τῶν οἰκείων τιθέμενοι βουλευμάτων. Εἰ γὰρ μὴ καὶ αὐτὸς αἵρεσιν οὐδηντινοῦν συνεργὸν ἐδεδώκει τῇ γνώμῃ καὶ χειρὶ τοῦ πατρὸς, τῆς τότε βρεφικῆς ἡλικίας καιρὸν οὐκ ἐχούσης, διὰ τὸ τῶν σωματικῶν ὀργάνων οὐκ ἐντελὲς ἐμφανίζειν τὴν ἐν τοῖς κόλποις τῆς ψυχῆς κεκρυμμένην αἵρεσίν τε καὶ βούλησιν· ἀλλ' οὖν δι' αὐτὸν ὅμως τὸν τοσοῦτον τῆς ἀδικίας ἀνῆψε πυρσὸν ἐκεῖνος, ὡς μὴ τοῦ γνησίου παρόντος καὶ ὑγιαίνοντος διαδόχου στεροῖτο τῆς βασιλείας αὐτός. Ταῦτ' ἄρα καὶ σφοδροῖς τοῖς τῆς συνειδήσεως κέντροις πληττόμενος ἧκε παρὰ τὸν τυφλωθέντα δι' αὐτὸν παρὰ τοῦ [P. 106] πατρὸς Ἰωάννην τὸν Λάσκαριν, ἔν τινι πολιχνίῳ τῆς Βιθυνίας (39) φρουρούμενον, ὀψόμενός τε ἅμα αὐτὸν καὶ τὰ εἰκότα παραμυθησόμενος (40) καὶ πρός γε ἔτι τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἄφθονα πάντα παρέξων αὐτῷ διὰ βίου· ὃ δὴ καὶ πεπραχὼς καὶ πράττεσθαι προστεταχὼς ἄσμενος ἐκεῖθεν ἀπῄει πρὸς ἕω, τὰς διατριβὰς ἐπὶ ῥητοῖς ποιησόμενος, στρατηγικῆς θ' εἵνεκα ἐμπειρίας καὶ δεξιᾶς τινος ἀπειλῆς τῶν βαρβάρων, πρὸς συστολὴν οἱονεί πως συνωθούσης αὐτοὺς, ὡς μὴ ἀδεῶς ὁπότε καὶ ὅποι βούλοιντο ἐπελαύνοιεν ἐς τὰς Ῥωμαίων νομάς.

VII. Post hæc imperator recordatus, quo pacto pater cum adolescente Joanne Lascari egisset, ad quem imperii successio magis quam ad se pertineret, ac veritus ne vindicta tandem expergiscente eodem et ipse modo tractaretur, et oculos una cum imperio amitteret, convenientia vulneri medicamenta statuit adhibere. Qua enim erat prudentia, non ignorabat, Deum sæpenumero etiam in hac B vita facinorum exitus ad justitiæ normam dirigere, qualiacunque ea perpetrata sint, ut documentum istud efficax sit, quod hominum vitam emendet, et atrocibus minis perterreat eos qui suis ipsorum consiliis postponunt Numinis vindictam humanis rebus invigilantem. Etsi enim patris consilium aut factum nullo ipse animi motu libero adjuverat, propterea quod illo tempore infans erat, adeoque nondum poterat infirmis adhuc corporis facultatibus latentem animi affectum ac voluntatem declarare: tamen idcirco pater scelere illo se contaminarat, ne filius, legitimo et sano hærede superstite, imperio privaretur. His de causis, cum vehementius conscientiæ stimulis **174** pungeretur, ad C Joannem Lascarim, qui sua causa a patre excæcatus fuerat, et in quodam Bithyniæ oppidulo custodiebatur, abiit, tum ut videret eum, tum ut consolaretur; prætereaque omnia, quæ usui esse possent abunde ei, quoad victurus esset, suppeditaret. Quod cum fecisset ac fieri jussisset, lætus inde versus Orientem progressus est, certis de causis ibi commoraturus: tum ut rei militaris usum consequeretur; tum ut minis prudenter intentatis terrorem Barbaris incuteret, ne impune quoties et quo vellent in Romanos fines irrumperent.

CAPUT III.

Quinam Andronico auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem. Quam funestum id consilium rei Romanæ fuerit. Latinorum vires ex eo auctæ. Piraticarum navium audacia. Gasmulica turba ob inopiam dispersa. Neglectæ triremes multæ pereunt. Paucæ incolumes servatæ.

Α'. Ἐν τούτοις γε μὴν (41) τῶν πραγμάτων ὄντων βουλὴν τῷ βασιλεῖ παρεισάγουσί τινες τῶν πάντα

I. Hoc rerum statu nonnulli ex iis qui principibus gratificari in omni re student, imperatori

Variorum notæ.

(37) Pachymer. lib. VII, cap. 23. DUCANG.

(38) Pachymer. lib. VII, cap. 36. DUCANG.

(39) Pachymer. τῇ τῶν Νικητιάτων τῆς Δακκυβύζης φρουρ. ᾧ. DUCANG.

(40) Neque tantum ut miserum principem solaretur, sed et ut ab eo voluntariam imperii cessionem ad legitimam principatus possessionem eliceret, ut ait Pachymeres. Id paulo fusius narrat Phranzes, lib. I, cap. 7, hisce verbis: *Cum porro in urbem veniens recordatus esset facinoris quod pater in adolescentem Joannem Lascarim, cui potius imperium debebatur, perpetrasset, conscientia stimulatus, mo-* D *derationemque virtutibus reliquis anteponens, ad eum, qui ipsius causa oculos perdiderat, in oppidulo quodam Bithyniæ habitantem invisendum accessit: quem in monastico humilitatis habitu reperiens, oratione consolatoria permulsit, veniam petens, quod se ignorante pater in illum crudeliter consuluisset. Quod si posset et illi placeret, etiam dimidium imperii se illi cessurum ostendit, ut ad amplam potestatem subiret. Prætcrea ad vitam degendam necessaria illi omnia affatim, quoad superaret, suppeditavit.* DUCANG.

(41) Pachymer. lib. VII, cap. 26; lib. IX, cap. 18. DUCANG.

consilium proponunt. Nam plerumque solent subditi ad principum voluntatem se accommodare, ad eamque animum et linguam et omnes actiones velut ad scopum quemdam dirigere. His enim obsequiis eorum benevolentiam facile redimunt. Consilium autem fuit hujusmodi. Cum pericula omnia propter quæ Romana classis tantopere aucta fuisset, sublata essent, ac præter cætera etiam Carolus Italiæ rex, omnium malorum caput, e rebus humanis excessisset; inanem esse navium sumptum, qui fiscum imperatorium plus fere quam cætera omnia exhauriret. Quod cum Romanis evidentem perniciem afferret, tamen in præsentia opportunum atque utilissimum esse visum est, animis pecuniæ sitientibus, **175** et ejus causa facile contemnentibus omnia præsidia, quæ imperium sic muniunt, ut domos columnæ et septa et aggeres.

II. Hoc Romanis malorum principium et immobile fundamentum exstitit; hoc Latinos, qui Romanorum vires ut invictas antea metuebant, confirmavit, et eorum animos gladiatoria quadam audacia armavit. Hinc enim res illorum maritima crescere et amplificari; hinc illis accedere lucra, majoresque et latiores principatus : Romanis vero paulatim decedere ac subinde imminui, posteriorque dies priori deterior succedere, calamitatem calamitate cumulando. Nam piraticæ triremes aliæ atque aliæ modo hinc modo illinc modo aliunde, nunc binæ, nunc ternæ ac plures, ad ipsam usque urbem per ludibrium audacter accesserunt. Unde insulæ maritimaque loca affligi cœpta : cum nullo modo navium accessus et circuitus, et noctu atque interdiu instantia pericula prohibere possent, quæ extrema omnia ipsumque exitium tum quidem minabantur parabantque inferre; reipsa autem postea intulerunt.

III. Hinc omne Gasmulicum dissipatum est, et in alias atque alias terræ partes dispersum ob victus inopiam. Partim enim ad Latinos sponte transiverunt, operam suam iis locaturi ad onerarias naves et triremes agendas, partim a nobilibus et locupletibus Romanis mercede conducti sunt, partim armis venditis ad colendos agros se contulerunt, satius esse rati per omnem **176** ætatem opus facere, et quotannis a publicanis et tributorum exactoribus vexari, quam fame ad apertam mortem compellente suam ipsorum salutem ultro prodere. Triremes vero aliæ in aliis Ceratini sinus partibus vacuæ relictæ tractu temporis perierunt. Quædam scilicet in fundum maris depressæ; quædam disruptæ; nonnullæ tamen cura aliqua dignatæ, quæ quidem paucæ remanserunt in spem fortasse alicujus futuri usus. Quis autem hujus consilii fuerit

τοῖς ἡγεμόσιν ἐπειγομένων χαρίζεσθαι· ἐπεὶ καὶ τὰ πλεῖστα φιλεῖ τὸ ὑπήκοον πρὸς τὴν τῶν ἀρχόντων συνδιατίθεσθαι βούλησιν καὶ πρὸς ἐκείνην ὥς εἴς τινα σκοπὸν καθάπαξ ῥυθμίζειν καὶ διευθύνειν καὶ γνώμην καὶ γλῶτταν καὶ πᾶσαν χειρὸς πρακτικῆς κίνησιν. Τοῖς γὰρ τοιούτοις οἶδεν ἐξωνεῖσθαι ῥᾳδίως τὴν τῶν ἀρχόντων εὐμένειαν· ἡ δὲ βουλή, ἐπειδή φησιν πάντα ἐξεκεχωρήκει τὰ δεινά, δι' ἃ τὰς τριήρεις Ῥωμαῖοι πρὸς τοσοῦτον ἐπηύξησαν πλῆθος· τά τε γὰρ ἄλλα καὶ Κάρουλος ὁ τῆς Ἰταλίας ῥήξ, τὸ κεφάλαιον τῶν δεινῶν, ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο· μάταιος ἄρα τῶν νεῶν ἡ δαπάνη, μικροῦ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπέκεινα τὸ βασιλικὸν ἐπιτρίβουσα ταμιεῖον. Ὃ δὴ καὶ Ῥωμαίοις ὄλεθρος ὢν προφανὴς καίριον ὅμως ἔδοξε καὶ μάλα ἀνυσιμώτατον γνώμαις διψώσαις χρημάτων καὶ τούτων ἕνεκα πάσας ἑτοίμως ἐχούσαις προΐεσθαι τὰς τὴν ἀρχὴν συνιστώσας αἰτίας, καθάπερ τοὺς οἴκους τὰ ἐρείσματα καὶ οἱ πρόβολοι καὶ οἱ χάρακες.

Β'. Αὕτη δὴ γίνεται Ῥωμαίοις δυστυχημάτων ἀρχὴ καὶ θεμέλιος ἄσειστος. Τοῦτο τοὺς πρὶν τὴν Ῥωμαίων δύναμιν ὡς ἄμαχον ὀῤῥωδοῦντας Λατίνους ἀνέῤῥωσε καὶ πρὸς λογισμοὺς ἀθλητικήν τινα γέμοντας ὁρμὴν μάλα ἐξώπλισεν. Ἐντεῦθεν γὰρ τὰ πρὸς θάλατταν ἐκείνοις μὲν ηὖξε καὶ ἐλαμπρύνετο καὶ κέρδη προσετίθει καὶ μείζους καὶ πλατυτέρας ἀρχάς· τοῖς Ῥωμαίοις δ' ὑπέῤῥει καὶ ὑπεχάλα κατὰ μικρὸν ἀεὶ καὶ τῆς πρώτης ἡμέρας ἡ δευτέρα κατόπιν ἐβάδιζεν ἐπὶ δυστυχήματι προστιθεῖσα δυστύχημα· πειρατικαὶ γὰρ τριήρεις ἄλλοτε ἄλλαι νῦν μὲν ἐντεῦθεν, νῦν δ' ἐκεῖθεν, νῦν δ' ἄλλοθεν, σύνδυο καὶ σύντρεις καὶ κατὰ πλείους ἤδη πρὸς αὐτὴν ἀδεῶς εἰσεκώμασαν τὴν πόλιν. Ὅθεν αἱ νῆσοι καὶ τὰ παράλια ἤρχοντο ἤδη νοσεῖν, οὐκ ἔχουσαι μηδαμόθεν ὅπως ἂν ὁπωσοῦν ἀποτρίψωνται τοὺς παράπλους καὶ περίπλους ἐκείνων καὶ τὰ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκεῖθεν δεινά, [P. 107] ὅσα δέος ἐσχάτων κινδύνων καὶ θανάτου τότε μὲν ἠπείλουν καὶ ἔμελλον, ὕστερον δ' ἐναργῶς ἐπήνεγκαν.

Γ'. Ἐντεῦθεν τὸ Γασμουλικὸν ἅπαν διεσκεδάσθη (42) ἄλλο κατ' ἄλλα μέρη τῆς οἰκουμένης διασπαρὲν δι' ἔνδειαν τοῦ ζῆν. Τὸ μὲν γὰρ ταῖς τῶν Λατίνων ηὐτομόλησε χρείαις, ὅσαι περί τε ὁλκάδας καὶ τριήρεις ἐκείνων μερίζονται· τὸ δ' ὑπόμισθον ἐγεγόνει τοῖς ἐνδόξοις καὶ πλούτῳ προέχουσι τῶν Ῥωμαίων· τὸ δὲ τὰ ὅπλα ἀποδόμενον πρὸς γεωργίαν ἐτράπετο, αἱρετώτερον ἡγησάμενον οὕτω τε μοχθεῖν διὰ βίου καὶ τοῖς ἐτησίοις κατατρίβεσθαι τελώναις καὶ φορολόγοις, ἢ λιμῷ συνωθοῦντι πρὸς θάνατον πρόδηλον ἑκόν γε εἶναι ἑαυτὸ καταπροέσθαι. Αἱ τριήρεις δ' ἄλλαι κατ' ἄλλα μέρη τοῦ Κέρως (43) καταλειφθεῖσαι κεναὶ τῷ χρόνῳ διεφθάρησαν· αἱ μὲν γὰρ κατέδυσαν ἐς πυθμένας θαλάσσης, αἱ δὲ διεῤῥάγησαν. Ἦσαν δ' αἳ καὶ ἐπιμελείας ἀξιωθεῖσαί τινος, ὀλίγαι δ' αὗται παρέμειναν εἰς χρείας ἴσως ἐλπίδος μελλούσης. Ἐς οἷόν γε μὴν πέρας κατήντησε τὸ

Variorum notæ.

(42) Vide lib. IV, cap. 5, sect. 5. BOIVIN.

(43) Interpres, *in aliis Ceratis partibus*. Emendavimus, *sinus Ceratini*. DUCANG.

βούλευμα τοῦτο καὶ οἷα τοῖς Ῥωμαίοις προὐξένησε τὰ δεινά, τοῦ λόγου προϊόντος ἔσται δῆλον.

A exitus, et qualia Romanis mala importaverit, orationis progressu exponetur.

CAPUT IV.

Gregorius Cyprius Vecco supplici opem negat. Justo Dei judicio punitur. Accusatur a suis ut blasphemus. Ab amicis ingratis proditur. Idem ei accidit quod olim Julio Cæsari. Omni præsidio destitutus secedit in monasterium Hodegetriæ. Inde in aliud transit, a muliere nobili revocatus. Moritur. Chilas et Daniel ejus accusatores animi ingrati dant pœnas. Accusantur ipsi quoque a charissimis. Imperator eos aversatur. Contemnuntur a collegis. Vitam in urbe finiunt mœrore confecti.

Α'. Ἐπεὶ δὲ ἔδει (44) καὶ Γρηγορίῳ ἐπενεχθῆναι τὰ λυπηρὰ καὶ γενέσθαι τινὰ τίσιν αὐτῷ τῆς ἀσπλαγχνίας, ὅτι μήτε χεῖρα βοηθείας ὤρεξεν ἐπιβοωμένῳ τῷ Βέκκῳ, καὶ πάντα ὑπείξειν ὁμολογοῦντι, εἰ παραδοχῆς τινος ἀξιωθείη, μήτε τὰ δεινὰ τῷ ταλαιπώρῳ προσεπαύξειν ὤκνησεν, ἀλλὰ πολλοῖς πανταχόθεν χειμαζομένῳ τοῖς κύμασιν, αὐτὸς κατὰ νώτου μείζους ἀνεῤῥήγνυ τοὺς κλύδωνας, ἄλλους ἐπ' ἄλλοις συχνοὺς ἐπαντλῶν, σφόδρα τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἀνάξια πράττων, ὁ πάντα πλὴν τοῦ παρόντος ἐπαίνων ἄξιος· B ἐπεί γε μὴν ἔδει καὶ τοῦτον παθεῖν κακῶς, τί παρὰ τῆς τὰ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον ἀγούσης Προνοίας οἰκονομεῖται; Ἐγκαταλιμπάνεται καὶ οὗτος παρὰ Θεοῦ προνοητικήν τινα καὶ παιδευτικὴν ἐγκατάλειψιν, ἵνα τὴν προστριβεῖσαν ἐντεῦθεν αὐτῷ κηλῖδα καλῶς ἀποτρίψηται καὶ καθαρὸς τῷ μέλλοντι παραπεμφθείη αἰῶνι. [P. 108] Ἔδοξε γὰρ αὐτῷ μὴ ἀρκοῦσαν εἶναι τιμωρίαν κατὰ τοῦ Βέκκου τὴν ὑπερόριον δίαιταν καὶ ἀπαγωγὴν τῶν φίλων καὶ συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ λόγοις καὶ γραφαῖς ἔβαλλε πόῤῥωθεν, ταῖς ἐκείνου γραφαῖς καὶ τοῖς δόγμασι καὶ ἀντιπάλοις προβλήμασί τε καὶ δόγμασιν ἀντισυλλογιζόμενος· ἐν ὅσῳ γε μὴν ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἐκείνου μαχόμενος οὗτος ἦν, ἐλάνθανε τιτρωσκόμενος ὑπ' ἄλλων αὐτὸς κἀν τούτοις καὶ αὐτὸς ἁλισκόμενος, οἷς ἄλ- C λους ἐπελαμβάνετο· καθάπερ εἴ τις τοξεύων ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἐλάνθανε καιριώτερον αὐτὸς τοξευόμενος παρὰ πλευρὰν ἐκ τῶν ὁμοφύλων.

I. Sed cum Gregorium etiam dolore affici oporteret, et immisericordiæ pœnas luere, quod Vecco opem imploranti, et omnia concessurum pollicenti, si qua sui ratio haberetur, et auxilium negasset, et misero calamitates augere non dubitasset; imo multis undique fluctibus jactato ipse a tergo majores procellas incussisset et accumulasset, indignam sane eruditione sua rem agens, qui hoc excepto cætera laudibus dignus erat: cum igitur B hic quoque affligendus esset, quid a Providentia omnia utiliter administrante fit? Derelinquitur et ipse a Deo, ut per eam derelictionem saluti ipsius consulatur, ut erudiatur, ut labem sibi inde aspersam eluat, et purus ad alteram vitam transeat. Etenim non satis Vecco supplicii esse ratus, 177 quod extorris ab amicis et cognatis avulsus esset, verbis etiam et scriptis eminus illum feriebat, ejusdem scripta et dogmaticas definitiones contrariis argumentationibus ac definitionibus redarguebat. Dum vero illum et sectatores illius oppugnat, imprudens ab aliis et ipse vulneratus est: et in iis captus, quibus alios captabat: non aliter quam si quis tela in hostes conjiciens ipse a suis ex obliquo graviorem plagam præter opinionem ac- C ciperet.

Β'. Ἐπελάβοντο γὰρ αὐτοῦ ὡς βλασφημοῦντός τινες τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τοῦ κλήρου καὶ παρῄνουν ἔστιν ἃς μεταθέντα τῶν λέξεων ἀκίνδυνον εἶναι καὶ λοιδορίας ἐκτός. Οὐ μὴν ἔδοξε τὰ τῆς παραινέσεως τούτῳ τυγχάνειν ὑγιᾶ καὶ ἀνύποπτα, ἀλλ' ὑποκαθήμενον ἔχειν καὶ ὑφέρποντα φθόνον. Ταύτῃ τοι καὶ ἐνίστατο καὶ παρωξύνετο πρὸς ἀντιλογίας καὶ ἀποδείξεις καὶ λόγοις λόγους συνείρων ἐπὶ πολὺ διετέλει ἀποφράττοντάς τε τὰ τῶν ἐγκαλούντων ὡς ἐδόκει στόματα καὶ ὑπερείδοντας ὡς ἐνῆν αὐτὸν καὶ τὸ στεῤῥὸν τοῖς αὐτοῦ περιποιουμένους λόγοις. Ἀλλ' οὐκ ἦν ὡς ἔοικεν ἐθέλοντι καὶ Θεῷ, τῷ πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομοῦντι, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς εὐδρομῆσαι τὸν ἄνδρα. Διὰ τοῦτο δίδοται τοῖς μαχομένοις ἰσχὺς καὶ ἀνάπτει τὰ τῆς φιλονεικίας, ὥσπερ ἀπὸ D σπινθῆρος εἰς πυρσόν. Ἀποῤῥήγνυνται γὰρ αὐτοῦ πρῶτον μὲν τῶν ἀρχιερέων οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα καὶ τῶν τοῦ κλήρου· συναποῤῥήγνυνται δὲ καὶ οἱ τούτῳ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀρχιερέων φιλούμενοι, τοὺς περὶ Χειλᾶν τὸν Ἐφέσου φημὶ καὶ Δανιὴλ τὸν Κυζίκου, οἷς καὶ μείζονα τοῦ προσήκοντος διὰ τὸν λόγον

II. Quidam enim e pontificibus et clericis eum reprehenderunt, ut blasphemantem: ac monuerunt, ut vocabulis nonnullis mutatis periculum et convicium vitaret. Ea admonitio non sincera esse nec suspicione omni carere, sed obscuram et furtim subrepentem invidiam celare ei visa est. Proinde rem urgebat, et ad contradicendum acuebatur, et probationes probationibus ac disputationes disputationibus cumulabat, quibus accusatorum ora, ut putabat, obturaret; se ipsum autem pro virili tueretur, ac suis dictis robur adderet. Sed apparet utique Deum, qui ad utilitatem omnia dirigit, noluisse viro illi etiam cætera ex sententia succedere. Itaque vires adversariorum augentur, D certamenque accenditur, ut e parva scintilla magnum oriatur incendium. Primum non minima pontificum et clericorum pars eum destituit: destituitur et ab iis quos præ cæteris pontificibus diligebat, Chila Ephesio et Daniele Cyziceno, quibus ob eruditionem justo 178 majores honores detulerat, qui omnium primi sacerdotes et pontifi-

Variorum notæ.

(44) Pachymer. lib. VIII, cap. 6, 7, 8, 9. DUCANG.

ces constituti ab eo fuerant : idque patriarcha iniquiore animo tulit, quod quos pro se ab aliis lacessito et oppugnato decertaturos, præsidiumque et munimentum sibi firmissimum futuros speraverat, eos ipsos experiretur inimicos, et, ut proverbio dicitur, carbones pro thesauro invenisset. Sic idem illi accidisse fertur, quod olim Julio Cæsari, cum a Bruto et Cassio occideretur. Nam contra aliorum enses aliquantisper restitit repugnavitque ut potuit : sed cum Brutum etiam strinxisse gladium vidisset, quem germani filii loco dilexerat, tum demum aiunt re inexspectata perculso animo statim exanimem humi concidisse.

III. Ad eumdem modum Gregorius cæteris ad tempus refragabatur. Sed cum fidissimos infestos sibi esse cerneret, neque adesse defensorem videret, non imperatorem, non ullum potentem : tandem Dei judicium esse intellexit, et pœnam adversum se a Numine sancitam ac decretam. Proinde contentionibus et summis Ecclesiæ honoribus valere jussis secessit in monsterium castissimæ Dominæ ac Deiparæ Hodegorum, et a negotiis in otium se contulit. Sed inde non multo post evocatus est a fundatrice monasterii sancti Andreæ. Erat enim ea mulier litterarum studiosa, et ab ore patriarchæ pendebat. Itaque domo proxime monasterium **179** exstructa eo virum pertraxit : ubi parvo tempore elapso defunctus est.

IV. Sed ut consuevit Deus plerumque exitu

A ἐχαρίζετο τὴν τιμὴν καὶ πρώτους τῶν ἄλλων ἱερέας τε καὶ ἀρχιερέας ἀνέδειξεν· ὃ καὶ μᾶλλον ἐλύπει τὸν πατριάρχην, ὅτι περ οὓς ἤλπιζεν ἄλλων λοιδορούντων καὶ μαχομένων αὐτοὺς ὑπερμαχεῖν καὶ ἀντ' ἀκροπόλεως καὶ τάφρων αὐτῷ καθίστασθαι, τούτους εὕρισκε παρ' ἐλπίδα πολεμίους καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἄνθρακας ἀντὶ θησαυρῶν. Ὥστε καὶ τοῦτο ἐκεῖνο λέγεται καὶ αὐτὸν πεπονθέναι, ὁποῖον καὶ ὁ Καῖσαρ πάλαι Ἰούλιος ἐπεπόνθει κτεινόμενος ὑπὸ τῶν περὶ Βροῦτον καὶ Κάσιον. Πρὸς μὲν γὰρ τὰ τῶν ἄλλων ξίφη μέχρι τινὸς ἀντεῖχε καὶ ἀπεμάχετο καθόσον ἐξῆν· ὁπότε δ' ἀπίδοι καὶ Βροῦτον ἐσπασμένον τὸ ξίφος, ὃν ἴσα καὶ γνήσιον παῖδα διετέλει φιλῶν, τότε πληγέντα φασὶ τὴν καρδίαν τῷ ἀδοκήτῳ τοῦ πράγματος ἄψυχον αὐτίκα πεσεῖν κατὰ γῆς.

B Γ'. Τὸν αὐτὸν καὶ οὗτος τρόπον ἀντέλεγε τοῖς ἄλλοις μέχρι τινός· ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς πιστοτάτους καὶ φιλουμένους ὁπλιζομένους ἔβλεπε κατ' αὐτοῦ καὶ μηδένα τὸν βοηθοῦντα, μήτε τὸν βασιλέα, μήτ' ἄλλον οὐδένα [P. 109] δυνάμενον, συνῆκεν ὀψὲ κρίσιν εἶναι τοῦτο τοῦ Θεοῦ καὶ δίκην ἄνωθεν κυρωθεῖσαν καὶ καταψηφισθεῖσαν αὐτοῦ. Ταύτῃ τοι καὶ χαίρειν εἰπὼν φιλονεικίας καὶ θρόνους ἀπῆλθε σχολάσων ἐν τῇ μονῇ τῆς ὑπεράγνου δεσποίνης καὶ θεομήτορος τῆς τῶν Ὁδηγῶν. Ἀλλ' ἐκεῖθεν διὰ βραχέος ἐκλήθη παρὰ τῆς κτητορίσσης (45) τῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονῆς. Φιλόλογος γὰρ ἦν ἡ γυνὴ (46) καὶ τὰ πολλὰ τῆς γλώττης τοῦ πατριάρχου ἐξεχομένη· διὸ καὶ κατοικίαν ἔγγιστα C τῆς μονῆς δειμαμένη προσηγάγετο τοῦτον ἐκεῖσε· ὅπου καὶ χρόνου βραχέος παραῤῥυέντος τὸν βίον ἀπήλλαξεν.

Δ'. Ἐπεὶ δ' εἴωθεν (47) ὡς τὰ πολλὰ τὸ Θεῖον ἀνά-

Variorum notæ.

(45) A Theodora scilicet Eulogiæ Michaelis imp. sororis filia, cujus supra ut et ædis S. Andreæ ab illa conditæ meminit cap. 3. Vide præterea Pachymerem, lib. VIII, cap. 10. Porro κτήτορας et κτητορίσσας vocant Græci recentiores, quos nostri *Fundatores* et *Fundatrices*. Vide Gloss. med. Græcit. DUCANG.

(46) Theodoram Protovestiariam φιλόλογον, hoc est eruditam fuisse, docet Gregoras hoc loco. Id etiam testatur Maximus Planudes in Epigrammatis supra laudatis. Eamdem fuisse φιλόβιβλον, arguunt Epistolæ duæ Nicephori Chumni, quæ exstant in Cod. Reg. 2964. In prima (quæ inscribitur, τῇ πρωτοβεστιαρίσσῃ, et est numero septuagesima sexta), Ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην, inquit Chumnus, μὴ μόνον βιβλίων, ὧν δὴ γέγονας ἐν χρείᾳ ποτὲ, ὥστε μεταδόντων ἡμῶν αὐτοῖς χρήσασθαι, ἀλλά γε καὶ μεγάλων δή τινων ἑτέρων, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἢ ταῦτα τιμίων (εἴπερ ἄλλο τι πρὸ τῶν τοιούτων ἡμᾶς χρὴ τίμιον λέγειν) εὐπόρως ἔχειν. Πάντα γὰρ ἑτοίμως καθ' ὅτι καὶ βούλοιο προῆκα χρῆσθαι, μὴ μεταδιδοὺς μόνον, ἀλλά γε καὶ τελέως διδοὺς, καὶ οὕτω μάλα προθύμως διδοὺς καὶ ἡδέως, ὡς μηδὲ νομίζειν ἀποκτᾶσθαι, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀσμένως ἢ πρότερον καὶ μεθ' ἡδονῆς κτᾶσθαι. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔχω πᾶν ὅσον καὶ βούλομαι, ζημίαν ἡγοῦμαι, καὶ μεγάλην ταύτην ζημίαν, οὐ τὸ ἐνδεῶς αὐτῶν ὧν ἔφην ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἔχειν διδόναι σοί γε βουλομένῃ φιλοτίμως ἡμῖν χαρίζεσθαι τὸ παρ' ἡμῶν λαμβάνειν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδή μοι ταῦτα πρὸς σὲ τὴν σοφωτάτην καὶ διακριτικωτάτην ἅμα ψυχὴν, οἰόμενουν ἡμᾶς οἶμαι μέμψῃ τῆς ἀπορίας, ὅτι μὴ δι' αὐτοὶ προειλόμεθα· τῆς δὲ προθυμίας ἀποδεξαμένη, χάριν εἴσῃ τῆς προαιρέσεως. Κἀγὼ δ' ὁμολογῶ χάριν ταύτην οὐ μικρὰν ἔχειν, ὅτι παρ' ἡμῶν λαβεῖν ἠβουλήθης. Καὶ γοῦν ὅπερ εἶχον μόνον πέμπω βιβλίον, Ἀριστοτέλους μετέωρα. Ἔστι μὲν οὖν ἐν αὐτῷ καὶ ἀλλάττα τῶν ἐκείνου, ὧν οὐ χρὴ κατάλογον ποιεῖσθαι, αὐτοῦ δεικνύντος τοῦ βιβλίου. Ἔστι δὲ καὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ πονηθέντα τῶν μετεώρων ἕνεκεν. Τῶν μὲν οὖν ἐν τῷ βιβλίῳ χάριν γραμμάτων φαύλως ἐχόντων (ὁρᾷς γὰρ ὡς ἔχουσιν) ἅμα δὲ καὶ τοῦ τὰ πλείω σφαλερῶς ἔχειν, ἀμαθίᾳ τοῦ γράψαντος D τοῦ ὀρθοῦ παρενηνεγμένα, κἂν ᾐδέσθην, κἂν αἰσχύνην ἐνόμισα τῇ φιλοκάλῳ σοι πρὸς ὄψιν μόνον ἰκέσθαι. Ὅτι δ' ἐν πᾶσιν οὐδὲν τῶν ἐκτὸς ζητεῖς καὶ φαινομένων, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐᾷς ἔχειν ὁπωσποτε καὶ πεφύκασιν ἔχειν, σοὶ δ' ἄλλο τὸ σπουδαζόμενον, ὅσον δηλαδὴ νοὸς ἴδιον καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀκραιφνῶς διαβαίνει, τούτου χάριν θαῤῥήσας, τὸ βιβλίον πέμπω. Καὶ γοῦν γραμμάτων μὲν τῶν ἐν αὐτῷ μικρὸν φροντίσεις. Ὅσα δὲ καὶ τῆς λέξεως πλημμελῶς ἔχει, προσάγουσα τῇ ἐπιστήμῃ, κατὰ τὸ ὀρθὸν μεταλήψῃ. Καί γε προσομιλήσεις Ἀριστοτέλει, καὶ οἷα Ἀλέξανδρος ἐσπούδασεν ἐν μετεώροις, κατὰ τὴν ἐκείνων δύναμιν καὶ γνῶσιν, μηδὲν τῆς τοῦ βιβλίου φαυλότητος πρὸς τὴν τῶν νοημάτων κατάληψιν ἐμποδὼν γενομένης. Alteram Chumni Epistolam indicasse sufficiat. Exstat autem ejusdem Cod. Reg. f. 50, et istam quam damus proxime subsequitur. BOIVIN.

(47) Pachymer. lib. VII, cap. 23. DUCANG.

λογα τοῖς πεπραγμένοις τὰ τέλη ταῖς πράξεσιν A ἀντιμετρεῖν, ἵνα δὴ τοῖς περιοῦσι παίδευμά τι καὶ σωφρονισμὸς τῶν παρελθόντων γίνοιντο τὰ πάθη, οὐκ εἰς μακρὰν ἡ ἀξία μετῆλθε δίκη καὶ τοὺς περὶ Χειλᾶν τὸν Ἐφέσου καὶ Δανιὴλ τὸν Κυζίκου, ὅ,ὅτι πικρὰν ὀφρὺν αὐτοὶ τῷ εὐεργέτῃ ἐπέῤῥιψαν τῇ παρούσῃ τύχῃ πεπιστευκότες καὶ μὴ θέντες ὅλως εἰς νοῦν, ὅτι πλεῖστος περιχορεύει τἀνθρώπεια πλάνος τοῖς τε προσδοκωμένοις διδοὺς ἀπροσδόκητον πέρας καὶ τοῖς ἀπεγνωσμένοις εὐτυχῆ τινα φέρων παλάμην· καὶ φιλεῖ γε ὡς τὰ πολλὰ τὰς ἀνιδρύτους ψυχὰς ὑποκλέπτειν ῥᾳδίως καὶ παραφέρειν ἐς ἔκφυλα θράση καὶ πράξεις ἀτόπους, καθάπερ ὁπότε Καικίας ὁλκάδα λαμπρὸς ἀπολαβὼν ἀγκυρῶν ὀρφανὴν οὐ καλῶς ἐφ' ὑγροῖς ταλαντεύει τοῖς κύμασι· καὶ ὡς χρὴ τοῖς τοιούτοις προσέχειν τὸν νοῦν ἀσφα- B λῶς, μὴ πάθωμεν ἐς τὴν ὑστεραίαν ὧν δρῶμεν αὐτοὶ μείζω τε καὶ πικρότερα. Ἐγείρονται γὰρ καὶ κατ' αὐτῶν οἱ τοῦ κλήρου τῶν μητροπόλεων αὐτῶν ἔκκριτοι καὶ πιστότατοι καὶ ἐς τὰ μάλιστα ἀγαπώμενοι, καὶ διδόασι τῷ τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσι γράμματα, πολλὰ τῶν ἀθεμίτων αὐτοῖς μαρτυροῦντα, καὶ ὅσα καθαίρεσιν ἦσαν αὐτοῖς ἐγγυώμενα· ἃ δὴ καὶ σὺν πολλῇ τῇ προθυμίᾳ ὅ τε βασιλεὺς καὶ ἡ τῶν ἀρχιερέων πανήγυρις προσδεξάμενοι γράμμασι μὲν καὶ ψηφίσμασιν ἠγάγοντο τούτους εἰς τὴν βασιλεύουσαν· τὸν δὲ τῆς ἐξετάσεως καιρὸν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑπερτιθέμενοι παρεκρούοντο.

Ε'. Εἶτα ἐπειδὴ ἔδει πιεῖν καὶ αὐτοὺς δριμύτερον ὃν κατὰ τοῦ πατριάρχου καὶ εὐεργέτου κρατῆρα συνεσκευάσαντο, τοῦ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα δικαίως ἀντιμετροῦντος ἄνωθεν, εὑρίσκουσι μὲν σεσιωπημένην C παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποστροφήν, ἣ δὴ καὶ πολλῷ πλέον τῆς φανερᾶς ἐπιφέρει τὴν λύπην, ὁμαλῶς πως καὶ λεληθότως εἰπεῖν ἄχρι μυελῶν καὶ ὀστῶν διαβαίνουσα κἀκεῖ τὴν ὥραν τῆς ψυχῆς ἀπηνῶς ἐπιβοσκομένη καὶ τὸ φιλότιμον ἅπαν μαραίνουσα· εὑρίσκουσι δὲ παρὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν περιφρόνησιν δυσμενῆ καὶ πάσης παραμυθίας ἐξενωμένην· τὸ δὲ μεῖζον, ἀποκλείονται καὶ τῶν ἐτησίων προσόδων, [P. 110] ἃς αἱ μητροπόλεις αὐτοῖς ἐγεώργουν. Καὶ ἵνα μὴ διατρίβωμεν, οὕτω καθήμενοι παρὰ τὴν βασιλεύουσαν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου παρήμειψαν, σφόδρα φλεγμαίνουσαν θρέψαντες ἐν τοῖς σπλάγχνοις τὴν λύπην, ἕως ἀπηγορεύκει μὴ φέρον τὸ σῶμα τὴν ἔκτασιν τῆς ὑπερβολῆς.

A rebus gestis consentaneo facta cujusque remunerari, ut defunctorum cladibus superstites admoniti erudiantur, et ad bonam frugem evadant: paulo post Chilas Ephesius et Daniel Cyzicenus justas pœnas dederunt, quod secundæ fortunæ flatu elati erga virum de se bene meritum acerbe et arroganter se gessissent, nec cogitassent, quantus error in rebus humanis ludat, inexspectato exitu exspectationem hominum fallens, et rebus desperatis salutarem opem afferens: quo quidem errore leves animi sic decipiuntur, ut facile insolescant et res absurdas suscipiant, non aliter quam cum Cæcias navem onerariam ancoris destitutam violentus adoritur et in fluctibus male libratam exagitat: unde vigilandum et sollicite cavendum, ne postri- B die majora et acerbiora quam fecerimus perferamus. Nam ex eorum metropolibus clerici selecti et fidissimi et carissimi contra eos insurgunt, ac imperatori et cæteris pontificibus litteras offerunt, quibus illos multa nefanda et abrogationem sacerdotii certam importantia commisisse testabantur. Quas cum imperator et pontificum collegium cupide accepissent, libellis decretisque eos in Urbem evocarunt; tum deinde cognitione quotidie dilata ipsos eludebant.

V. Tandem cum et **180** ipsis acerbius poculum, quale patriarchæ bene merito miscuerant, exhauriendum esset, divina justitia eas ipsis vices re- C pendente, apud imperatorem tacitam aversionem inveniunt, quæ plus doloris affert quam ira aperta, sensimque et clanculum ad ipsas usque medullas, ut ita dicam, penetrans omnem depascit animi amœnitatem, omnem generosum ardorem exstinguit. Apud fratres autem et collegas inimicum contemptum et ab omni consolatione alienum animadvertunt: et, quod majus est, annuis reditibus, quos illis metropoles pendebant, privantur. Denique, ne longum faciamus, ita in urbe sedentes vitæ reliquum exegerunt, vehementissimum dolorem intimis visceribus alentes, donec nimiam ægritudinem corpus non ferens omnino tandem defecit.

CAPUT V.

Gregorio Cyprio succedit Athanasius, vir illitteratus et austeris moribus. Clericos castigat. Nec pontificibus parcit. Gregorius Cyprius viros doctos et eruditos ecclesiis præfecerat. Iis Athanasius residendi necessitatem imponit. Ipsos principes censuræ metu continet. Quas res monachis interdixerit. De æquitatione quid statuerit. In monachos hypocritas severe animadvertit. Item in fanaticos. Pœnæ impositæ. Athanasii constitutiones non diu viguerunt. Mos antiquus interpretandi publice sacras Scripturas; item prædicandi verbum divinum. Uterque mos novissime abrogatus. Status Ecclesiæ in pejus mutatæ. Morum depravatio. Jurandi licentia. Rationis et doctrinæ lux exstincta. Ejus mutationis causæ expenduntur. Cur Ecclesiam Græcam desolari oportuerit. Mirum eam cladem in Athanasii tempora incidisse.

Α'. Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι. Διαδέχεται μέντοι τὸν D πατριαρχικὸν θρόνον (18) μοναχός τις Ἀθανάσιος

I. Sed illuc redeo. In patriarchicum solium succedit monachus quidam, Athanasius nomine, auste-

Variorum notæ.

(18) Pachymer. lib. VIII, cap. 13. Athanasium Vecco statim successisse perperam scribit Phran-

* A. C. 1289, Oct. 14, juxta Possini calculum.

ræ disciplinæ exercitationibus a puero assuefactus, A ὄνομα, ἐκ παιδὸς τοῖς ἀσκητικοῖς ἐγγυμνασάμενος

Variorum notæ.

ras lib. I, cap. 7, ubi observat a puero vitam asceticam coluisse in Ganis montibus, e Peloponneso oriundum, patria Andrusa, cujus episcopatum auctoritate imperatoris et suffragio synodi gerebat, ac Monembasiæ metropoli suberat. DUCANG.—Hujus Athanasii Epistolæ aliaque opuscula exstant in Codice Regio, olim Telleriano. In illis sunt Epistolæ seu Relationes 12 ad imperatorem, de residendi necessitate omnibus episcopis imponenda: ex quibus tres editæ a Turriano, Latine tantum. Præterea ad illius temporis res illustrandas maxime pertinent, Γράμμα περὶ τοῦ συναχθῆναι τοὺς ἀρχιερεῖς ἐν τῇ Χώρᾳ, ὅπως κοινῶς ἀπελθεῖν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα χάριν ὠφελείας κοινῆς· *De congregandis in Choræ monasterium pontificibus, ut ad imperatorem communis utilitatis causa simul conveniant*, fol. 21. Γράμμα πρὸς τὸν μέγαν διοικητήν, ἵνα τὰ ἀδικήσαντα ἀποδῷ· *Ad magnum Diœcetam, ut per injuriam ablata restituat*, fol. 23, Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διὰ τὰ χρυσόβουλλα, ubi de rebus temporalibus monasteriorum administrandis. Ibid. f. 5. Γράμμα πρὸς τὸν βασιλέα κῦρον Μιχαὴλ, etc. Hortatur ad meditationem votorum baptismatis, f. 26. Γράμμα πρὸς τὴν δέσποιναν τὴν κύραν Μαρίαν· *Ad Mariam Armenam*, f. 27, v. Scriptam puto hanc Ep. statim post Mariæ adventum ex Armenia. Vide Gregoram lib. VI, cap. 8. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ἵνα παιδεύσῃ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἰς τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστὰ καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον· *Ad imperatorem, ut et liberos et subditos omnes salutaribus præceptis erudiendos curet*, fol 28, v. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ ἐπιστροφῆς πρὸς Θεὸν . . . . καὶ περὶ τοῦ τετριγῶς (an τετριγῶτος?) κτύπου ἐκείνου, fol. 29. Hortatur ad pœnitentiam publice indicendam. Quæ ait de stridore ac fragore die 13 Decemb. audito, ea non pertinent ad terræ motum, de quo Pachymeres lib. IV, cap. 24, et Gregoras lib. VII, cap. 1, sect. 2. Nam is terræ motus contigit Januarii die 17, ut tradit Pachymer. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν θεοκτόνων Ἰουδαίων, ἵνα ἐξέλθωσιν ἐκ τῆς πόλεως· *Deicidas Judæos urbe ejiciendos*, fol. 31. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅτι μὴ πρὸς εὐχὰς οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς κατηχουμενείοις συνελθόντες, πρὸς δὲ τρυφὰς ἔβλεψαν· *Qui ad Catechumenia cum imperatore convenerint, eos non precandi sed genio indulgendi causa adfuisse*, fol. 38. V. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν ἐγγιζουσῶν ἡνωμένων οἰκιῶν μετὰ τῶν θείων καὶ σεβασμίων ἐκκλησιῶν, *ne cui domos templis continentes et contiguas habere liceat*, fol. 43. v. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, συμπάθειαν ἐξαιτῶν τοῖς ἀπολέσασιν ἐξ εἱρκτῆς τὸν Παξῆ, fol. 44. v. Iste Paxis e carcere effugerat. Patriarcha apud imperatorem agit pro custodibus, qui illum effugere siverant. Fortasse is est, quem Pachymeres vocat Κουτζιμάπαξιν. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ ἐλευθερίας καταπολαῦσαι τὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ, seu *de asserenda in libertatem Ecclesia*, fol. 48. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ οὗ ἀναφέρομεν, οὐ διά τι ἀνθρώπινον, ἀλλὰ μόνης χάριν ἀγάπης. Affirmat se in iis, quæ ad imperatorem referat, unam spectare æquitatem, non autem quæ sua sunt quærere, fol. 49.*) Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, κατὰ αἰσχροκερδῶν καὶ τῶν προνομίων τῆς Ἐκκλησίας. Postulat ut inquiratur in eos, qui Xeniorum nomine pecuniam accipiunt ex turpi causa, in Simoniacos, ut opinor: adeoque in ipsum Theophanem, cui ejusmodi sordes objiciebantur, fol. 59. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῶν θείων ναῶν, etc. *Templa decoranda. Ne cui liceat habitare in Catechumeniis, aut domos habere templis continentes*, fol. V. 59.**) Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, πρὸς τοὺς χειρισθέντας φορεῖν μάχαιραν πρὸς Θεοῦ, καὶ μὴ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ χειρίσαντος ἀνασείοντας αὐτὴν . . . . καὶ περὶ τοῦ Τύρου καὶ Ἀλεξανδρείας, ὅπως ἐξέλθωσιν ἐκ τῆς πόλεως· *Adversus eos, qui gladium sibi a Deo traditum non incutiunt secundum voluntatem ejus qui tradidit. Item de episcopo Tyri et de Alexandrino patriarcha, ut Urbe exeant*, fol. 63, v. Νεαρὰ, seu***) ζήτησις τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀθανασίου, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἱερᾶς συνόδου, πρὸς τὸν εὐσεβέστατον κῦρον Ἀνδρόνικον τὸν Παλαιολόγον, περί τινων κεφαλαίων νομίμων, τύπον ἔχουσα νεαρᾶς, ἥτις καὶ ἐστέρχθη τότε παρὰ τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως· *Novella*, seu *Relatio patriarchæ Dom. Athanasii, et congregatæ apud eum synodi, ad religiosissimum imperatorem Dom.* B *Andronicum Palæologum; de quibusdam juris capitibus, in modum Novellæ, quam imperator approbavit*, fol. 69. Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ γεγονότος εἰς τὸν λαὸν λιμοῦ· *De fame, qua populus laboravit*, fol. 72, V. Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ αὖθις, καὶ μὴ πωλεῖν τινα σῖτον ἄνευ εἰδήσεως καὶ τοῦ πατριάρχου· *De eadem re, ac ne inscio patriarcha frumentum veneat*, fol. 74. Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ μὴ τιμιουλκεῖν. *De eadem re, et ne pretium augere liceat.* Ibid. fol. 5. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ παρ' ἐλπίδα συμπεσόντος τῆς δεσποίνης ὁ θάνατος (leg. θανάτου), fol. 75, V. Falsa inscriptio. Inscribi debet, γράμμα πρὸς τὴν βασίλισσαν, περὶ τοῦ δεῖν αὐτὴν ὁμονοεῖν τῷ συζύγῳ. Pertinet ad dissidia****), quæ fuerunt inter Andronicum imperatorem et uxorem ejus Irenen, de quibus Gregoras lib. VII, sect. 3. Γράμμα τοῦ πατριάρχου στηλιτευτικὸν, περὶ Ἰωάννου τινὸς Δριμὺς τὸ ἐπίθετον, προσεταιρισαμένου συμμορίαν ἐπάρατον C κατά τε τῆς ποίμνης Χριστοῦ, κατά τε τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ θεοστέφους αὐτοκράτορος· *Adversus Joannem Drimyn, qui in gregem Christi, in Ecclesiam, et in imperatorem, inita cum sceleratis societate conjuraverat*, fol. 81, V. Γράμμα πρὸς τοὺς ποιμένας, etc. *Ne monasteria laicis aut monachis, nisi probatis, possidenda vel habitanda committantur*, fol. 89. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ περιποθήτου δεσπότου υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, *De Despota Joanne cum eum mater vellet in Lombardiam mittere*, fol. 90, V. Πρὸς τὸν αὐτοκρ. ὅπως ἡ δέσποινα βαρέως ἔσχε κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τοῦ πανευτυχεστάτου δεσπότου, fol. 92, V. Hortatur ut permittat filio matrem adire, ad hujus dolorem leniendum. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ δεσπότου καὶ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, ἀναλόγως πρὸς τὰς ἐξόδους καὶ τοῦ ἀξιώματος ἔχειν τὰς οἰκονομίας, fol. 93. Hortatur ut filio suppeditet sumptus dignitati convenientes. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ προτρεψαμένου, etc. Titulus mendosus. Accusat im- D pietatis quemdam operum publicorum redemptorem, λαχόντα διενεργεῖν τὰ δημώδη, qui imaginem Salvatoris, templi fastigio impositam, dejecerat, fol. 94. Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τοῦ κυροῦ Νύφωνος (Νίφωνος), ὄντος Κυζίκου, διὰ τὰς κατηγορίας τὰς ἀκουσθείσας περὶ αὐτοῦ. *De Dom. Niphone, Cyzici episcopo, et de criminibus ei objectis*, fol. 96.*****) Γράμμα περὶ μοναχῶν, τῶν καταπάτημα τῶν θείων κανόνων ἑκοντὶ ᾑρετισάντων, καὶ ἀποφυγόντων τῆς οἰκείας μονῆς· *De monachis, qui sacros canones violare instituerant, et ex monasterio suo effugerant*, fol. 97, v.******) Γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα

* Exstat similis argumenti Epistola fol. 80, V. BOIVIN.

** Pertinet ad residentiam episcoporum. BOIVIN.

*** Exstat hæc inscriptio in Cod. Reg. 2525², fol. 270, non item in Telleriano. BOIVIN.

**** Vide Pachym. lib. VII, cap. 14. De reb. Andron. BOIVIN.

***** Vide Gregoram lib. VI, cap. 5. BOIVIN.

****** Vide Gregoram lib. VI, cap. 5. BOIVIN.

πόνοις καὶ τὸν ἡσύχιον βίον (49) ἤδη διάγων ἐν ὄρεσι τοῖς τοῦ Γάνου. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ ἀδαὴς μὲν τῆς τῶν γραμμάτων παιδείας καὶ τῶν πολιτικῶν ἠθῶν, τἄλλα δὲ ἀγαθὸς καὶ θαυμάσιος, ὅσα τὸν μοναδικὸν ἀπεργάζεται βίον, ἐγκράτειάν φημι καὶ στάσεις παννύχους (50)· χαμαιεύνης καὶ ἀνιπτόπους καὶ πεζοπορῶν ἀεὶ καὶ τρόπον ἔχων μάλα προσήκοντα τοῖς διαιτωμένοις καθ' αὑτοὺς ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις. Καὶ ἦν ἂν διὰ βίου μακαριστὸς ὁ ἀνήρ, εἰ καθ' αὑτὸν ἀεὶ διῆγεν· ἀλλ' ἐχρῆν ὡς ἔοικε παθεῖν κακῶς τούς τε ἄλλους τῶν ἀρχιερέων καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου ἐλλόγιμοι, καὶ ἀντίσταθμα τὰ δεινὰ τῆς σφῶν εὑρηκέναι κακίας, τῆς τε προτέρας ἐκείνης καὶ ἣν κατὰ τοῦ πατριάρχου ἐνεδείξαντο Γρηγορίου. Πρὸς γὰρ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον (51) αὐτοῖς πρώτοις εὐθὺς βλοσυρόν τε ἐπέρριψεν ὄμμα (52) καὶ ζήλου θείου καὶ πικρίας μεστόν· ὡς μὲν ἐντεῦθεν τοὺς μὲν συνετωτέρους ἀπὸ πρώτης ὅ φασι γραμμῆς στοχασαμένους τοῦ μέλλοντος τὴν κατ' οἶκον ἑκόντας ἑλέσθαι κεκρυμμένην διαγωγήν, πρὶν ἄκοντας παθεῖν τι τῶν ἃ μὴ πρὸς βουλήσεως ἦν· τοὺς δ' ἀναγκασθέντας (53) μετὰ βραχὺ τῆς βασιλευούσης ὥσπερ φυγάδας γενέσθαι.

Β΄. Τὰ δ' ὅμοια καὶ ἡ τῶν ἀρχιερέων πληθὺς ἐπεπόνθεσαν. Πλεῖστοι γὰρ ἦσαν καὶ πάντες ἐλλόγιμοι καὶ νομίμων ἐκκλησιαστικῶν ἐμπειρότατοι, [P. 111] εἰς τοῦτο τὰ πολλὰ φιλοτιμησαμένου τοῦ πατριάρχου Γρηγορίου, οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτε παρειληφότος ἄνωθεν, εἴτ' οἴκοθεν αὐτοῦ φιλοτιμησαμένου διὰ τὸν τοῦ βελτίονος πόθον, ἵνα τε σοφοὶ παιδευταὶ καὶ διδάσκαλοι τοῖς ὑπὸ χεῖρα γίνοιντο, καὶ ἵνα στεῤῥοὶ προστάται τῆς εὐσεβείας εἶεν, καὶ ἵν' εἴπω πυοβλῆτες ἀτίνακτοι πρὸς τὰ τῶν ἐναντίων

A tum autem in Gani montibus vitam solitariam agens, homo rudis ille quidem litterarum morumque civilium, sed alioqui bonus et admirandus, quod attinet ad ea quæ monasticam vitam constituunt; continentiam dico et vigilias nocturnas: humi cubans, illotis pedibus, ac pedes semper incedens; moribus denique iis præditus, qui decent maxime eos qui solitarii in montibus et speluncis degunt. Ac per omnem ille ætatem fortunatus dici potuisset, **181** si solitarius semper vixisset. Sed male tractari utique tum pontifices tum clericos insigniores oportebat, et dignas improbitate sua luere pœnas, tam priore illa, quam ea qua contra Gregorium patriarcham usi fuerant. Nam cum patriarchicum solium conscendisset,
B statim in eos primos trucem conjecit oculum zeli divini et acerbitatis plenum; ut prudentiores ab ipso quod aiunt limine quid futurum esset conjectantes vitam deinceps domi obscuram agere constituerent, priusquam inviti aliquid paterentur, quod minime eis placeret: aliis vero paulo post Urbe quasi exsulare necesse esset.

II. Eadem et cœtui pontificum acciderunt. Plurimi enim erant, et omnes eruditione insignes, et ecclesiasticarum sanctionum peritissimi, quod patriarcha Gregorius in ea re plurimum elaborasset, haud scio utrum traditum antiquitus morem amplexus, an suo ipsius studio ad meliora pro-
C penso obsecutus, ut populus eruditos moderatores et doctores haberet, qui religionis propugnatores essent fortissimi, et si res postularet, adversus linguarum infestarum violentiam inconcussi velut

Variorum notæ.

περὶ τοῦ ἀναθεωρεῖσθαι τὰ τῶν γεννημάτων τῶν ἄρτων, εἶναι εἰς δικαίαν ἐξώνησιν, ubi de Dermocaita, de fame, *de Latinis Byzantiorum pecunia ditatis*, fol. 99, V. Παραίτησις τῆς πρώτης πατριαρχίας αὐτοῦ. *Abdicatio prioris patriarchatus*, fol. 103. De ea abdicatione vide Pachymer. lib. II, cap. 23, et lib. III, cap. 24; item Gregoram lib. VI, cap. 7. Παραίτησις τῆς δευτέρας πατριαρχίας· *Posterioris patriarchatus abdicatio*, fol. 104, v. Vide Gregoram lib. VII, cap. 9, sect. 1. Γράμμα σταλὲν τῷ ἐπὶ τῶν δεήσεων, περὶ τοὺς (τὰς) ψήφους, οὓς (ἃς) πεποιήκασι διὰ τὸν Κυζίκου, ὅπως ποιοῦσιν (ποιῶσιν) αὐτὸν πα-
D τριάρχην. *Ad magistrum libellorum supplicum, de electione qua creatus patriarcha fuerat episcopus Cyzici*, fol. 106. Γράμμα ἀνεπίγραφον, seu *Fragmentum, in quo accusatus pontifex, ipse scilicet Athanasius, provocat ad synodum, ut si crimina objecta vera esse pateat, deponatur et ignominiose ejiciatur; sin minus, delatores puniantur.* Ibid. fol. 5. Γράμμα περὶ τοῦ πῶς καὶ διὰ τί τὰ τῶν παραιτήσεων, τῆς πρώτης φημὶ καὶ τῆς δευτέρας, ἐγένοντο· *De utraque abdicatione, prioris et posterioris patriarchatus*, fol. 108. Hæc omnia, et alia præterea multa Athanasii patriarchæ opuscula, partim ad ecclesiasticam disciplinam, partim ad alias res cum publicas tum privatas pertinentia, unus ille codex complectitur, quem Bibliothecæ Regiæ cum aliis plus quingentis donavit Ill. D. Carolus Mauritius Tellerius, archiepiscopus dux Rhemensis (a). Utinam in illo codice etiam Athanasii Vita exstaret, quam ab incerto auctore scriptam memorat Leo Allatius in Notis ad Historiam Georgii Acropolitæ. BOIVIN.

(49) Interpres, *otiosam vitam*: reposuimus: *solitariam*. Vid. *Gloss. med. Græcit.* in Ἡσυχαστής. DUCANG.

(50) Ita supra cap. 3 ubi interpretem emendavimus, quomodo et hic emendandus: *sed alioqui bonus et admirandus quantum ad vitam monasticam attinet, continens, illotus totas noctes stare, humi cubare*: vertimus, *et admirandus circa ea quæ monasticam vitam conficiunt vel spectant, continentiam, inquam, et vigilias nocturnas, humi cubans, illotis pedibus, ac pedes semper incedens*, etc. Pachymer. Πεζῇ γὰρ ἠβούλετο διέρχεσθαι τὰς ὁδούς, ἔνδυμά τε τραχὺ φέρειν καὶ βλαύτας εὐχαίρως αὐτουργημένας ὑποδεδέσθαι, καὶ ἐν παντὶ λιτότητι διαζῆν. DUCANG.

(51) Pachymer. lib. VIII, cap. 14, 15, 16. DUCANG.

(52) Codex Regius habet, βάῤῥους ἐπέρριψεν ὄμμα. Puto, βάῤῥους ὄμμα ἐπιῤῥίπτειν, proverbium fuisse. Latinis *Barrus* est *elephas*. Fortasse et Græcis recentioribus βάῤῥω dicta est *elephas femina*. BOIVIN.

(53) Videtur locus mutilus, membro uno atque altero omisso. WOLFIUS.

(a) Athanasii epistolas et opuscula quædam edidit Bandurius *Imperio Orientali*, in eodem ex codice Regio. Vide apud nos in Athanasio ad an. 1289. EDIT.

obices starent. Nam qui Constantinopoli inventi sunt, cujuscunque rei causa adessent, eos in suam quemque metropolin misit, ut ibi ævi reliquum exigerent : Ne, inquiebat, hic desidentes aliquid mali contra se invicem et contra me ipsum consuant, **182** quos pacis magistros esse convenit. Qui vero aliunde adveniebant, eo prætextu quod sacrosanctorum conciliorum decretis cautum esset, ut metropolitani bis aut semel quotannis apud patriarcham convenirent, de fidei dogmatis sese invicem consulturi, et quæstiones ecclesiasticas quæ interim incidissent disceptaturi, eos Urbis ingressu prohibuit. Recte sane. Dicebat enim æquum esse, ut suam quisque Ecclesiam pasceret, sicuti patriarcha Constantinopolitanam : et ut præsentes, ovium suarum curam agerent, non autem emolumentis inde acceptis contenti in Urbe morarentur. Possunt autem catenus utrique merito reprehendi, quod utrique modum excesserunt.

III. Erant et alia multa in illo viro præclara, et illius ætatis hominibus utilia : indignatio in eos qui injuriam facerent adeo magna et insignis, ut non solum ii omnes, qui genere imperatorem

γλωσσῶν ὁπότε δεήσειε κύματα. Τοὺς μὲν γὰρ ἐνταῦθα εὑρεθέντας τῆς Κωνσταντινουπόλεως, οἵας δή τινος ἕνεκα χρείας, εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστον μητροπόλεις ἀπέπεμψεν (54), ἐκεῖ τὸ λεῖπον τοῦ βίου διατελέσοντας· ὡς μὴ ἐνταῦθα, φησὶ, καθήμενοι συῤῥάπτοιέν τι κατ' ἀλλήλων τε καὶ αὐτοῦ τῆς εἰρήνης ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι· τοῖς δ' ἔξωθεν ἰοῦσι προφάσει δῆθεν κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ θείων συνόδων τοὺς δὶς ἢ ἅπαξ τοῦ ἔτους σύνοδον τῶν μητροπολιτῶν παρὰ τῷ πατριάρχῃ κελεύοντας γίνεσθαι, ὡς ἂν παρ' ἀλλήλων τά τε τῆς εὐσεβείας ἀνακρίνωνται δόγματα (55), καὶ τὰ μεταξὺ παρεμπίπτοντα ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα διαλύωνται, τὴν εἴσοδον ἀπέκλειε τῆς Κωνσταντίνου, εὖ ποιῶν· δίκαιον εἶναι λέγων τὴν λαχοῦσαν ποιμαίνειν ἕκαστον, ὥσπερ τὸν πατριάρχην τὴν βασιλεύουσαν, καὶ τῶν ἰδίων προνοεῖσθαι προβάτων παρόντας αὐτοὺς, καὶ μὴ μόνα τὰ ἐκεῖθεν κέρδη δασμολογοῦντας χρονίζειν παρὰ τὴν βασιλεύουσαν. Παρὰ τοσοῦτον οὖν ἑκατέροις εἰκότως μέμψαιτό τις, παρόσον τοῦ δέοντος ἔξω καὶ ἄμφω πεπτώκασι διὰ τὴν τοῦ ὑπερβάλλοντος ἐκδρομήν.

Γ'. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα περιῆν τἀνδρὶ τὰ χρηστὰ (56) καὶ τοῖς τότ' ἀνθρώποις ὠφέλιμα· ζῆλος κατὰ τῶν ἀδικούντων οὕτω πάνυ τοι μέγιστος καὶ περιφανὴς, ὡς μὴ μόνον αὐτούς γε τοὺς ὅσοι τῷ

Variorum notæ.

(54) Turrianus in libro de commendatione perpetuæ administrationis ecclesiarum vacantium, et de residentia pastorum extra ovilia sua : « *Idque, ut Athanasius patriarcha Constantinopolitanus affirmat in epistola ad episcopum Sardensium, ne oves propter crebram absentiam pastorum facile a lupis invadi possent. Idem quoque Athanasius ad imperatorem sui temporis de residentia episcoporum et eorum œconomia et ecclesiastica absentia sic scripsit : Si verum est, inquit, quod dici solet, qui gregem pastore privat, utrique periculum creare, profecto grave supplicium manet eum, qui pastorem arcet ab ovili, debetque qui pastor est, usque ad sanguinem pro grege non derelinquendo labores perferre, nisi cum opus fuerit in synodo singulis annis ad agendum de rebus necessariis paulisper abesse, quibus conclusis celeriter illi redeundum sit, si credit se redditurum rationem summo pastori Christo, et si dignus est nomine pastoris, nisi forte etiam propter necessitatem ad utilitatem animarum pertinentem ab imperatore aut a patriarcha statim rediturus vocetur. Hujusmodi causas œconomicas et ecclesiasticas brevis absentiæ pastorum ab ecclesiis suis didicerat vir sanctus in Scripturis et sanctorum Patrum sanctionibus eruditus Athanasius, qui commendatas ecclesias suo etiam tempore novit : de quibus ad episcopum Apameæ scribens : Ad quid, inquit, necesse est ad suam quemque diœcesem ire propriam vel commendatam, nisi ut lupos inde arceatis? Quod si fortassis huc vos (id est Constantinopolim) incitat et trahit tum studium atque desiderium consulendi multorum saluti, idque vobis propositum est, tum scientia tam multa, ut ex hac urbe possitis etiam quæ extra fines vestrarum diœceseon posita sunt gubernare ; ad exstinguendam sitim istam istiusque studii vestri ardorem, veniat vobis in mentem illius, cui plurima sanctorum Litterarum scientia Theologi cognomentum dedit, illiusque parvæ Sasimorum diœceseos, ita ut vel propter excellentiam illius excellentissimi viri, vel propter æqualitatem honoris, quo contenti esse debetis, quisque vestrum intra suos se fines contineat. Quamobrem existima, frater, deberi a te hoc usque ad sanguinem, ut cum ovibus tuis sis et vivas. Et quæ sequuntur divine omnia scripta, et ad id, quod nobis agitur, et ad id, quod Romæ fieri vidimus, mirabiliter accommodata.* » Idem Turrianus in eodem libro : « *Tamen respondebo quod Athanasius patriarcha Constantinopolitanus, quem supra iterum memini, episcopis ad suas diœceses proficiscentibus scripsit : Si mali pastores essent, ut meminissent non jam licere sibi præsentibus munere pastorali fungi ; id enim summæ irreverentiæ, et scandali plenum, præstareque absentes esse ; ut tunc reos quidem esse vacationis suæ et absentiæ. Itaque non licet præsentes esse si mali sint, et absentes non erunt impune.* » Vide et epistolas octo, tres ad imperatorem, quinque ad episcopos, ejusdem Athanasii ab eodem Turriano Latine versas, et Florentiæ editas post librum *De residentia pastorum*. Vide et eas, quæ exstant in Codice Regio, olim Telleriano (*a*). BOIVIN.

(55) Athanasius ipse in Νεαρᾷ (*) seu ζητήσει supra indicata, Πρὸς τούτοις καὶ μοναχοὶ ἢ μονάστριαι, μὴ διάγειν ἀτάκτως ἐν πόλεσιν· ἀλλ' ὡς τοῖς νόμοις καὶ τοῖς κανόσι περὶ τούτων ἐξεφωνήθη· καὶ τοὺς εἰς πάθη κειμένους ἐκ τούτων, εἰ μὴ βλέψουσιν εἰς μετάνοιαν, ἀποκλείεσθαι ἄκοντας, τρεφομένους ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι. BOIVIN.

(56) Hanc sectionem, et quatuor sequentes, suppeditavit nobis Codex Regius. Deerant enim in editione Wolfiana : ita autem deerant, ut tamen narratio continua esset, nec defectum hunc hiatus ullus argueret. Erunt fortasse, qui facinus illud monachi alicujus esse opinentur, monachorum mores notari ægre ferentis. Ego hæc ab ipso Gregora vel recisa esse existimo ex prima editione, vel ad repetitum opus adjecta. BOIVIN.

(*a*) Hæc omnia pars sunt Operum Athanasii quæ supra collegimus ad ann. 1289. EDIT.
Vide Cod. Reg. 2505, fol. 271, V. BOIVIN.

εῖ κατὰ γένος προσήκοντες ἦσαν, ἀλλὰ καὶ
ς γε τοὺς αὐτοῦ γε υἱέας δεδιέναι τὴν αὐτοῦ
ἐκπλήξεως παῤῥησίαν καὶ τοὺς ἐλέγχους μᾶλ-
τοῦ βασιλέως προστάττοντος. Τὸ γὰρ ἄληπτον
νδρὸς καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν τοῦ βασιλέως αἰδὼς
ην ἐδίδου τούτοις τὴν συστολὴν καὶ τὸ δέος. Πρός
ν τοὺς ὅσοι μοναδικὸν ᾑροῦντο διάγειν βίον,
μήτε τῶν ὅσα γαστρὶ παρέχει τρυφῆν παρῄ-
μήθ' ὅσα βαλαντίων ἀπαιτεῖ χρείαν καὶ περι-
υλακήν, μήθ' ὅσα γέμουσαν ἀσχολίας τράπεζαν
Εἰ δέ τις ἔχων ἡλίσκετο, ἄκων καὶ σὺν αἰσχύνῃ
ν ἐξίστατο. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅσοι μοναδικὸν μὲν
μενοι βίον καὶ ἀπέριττον σχῆμα καὶ ἄτυφον
ν ἔπειτα πεζῇ βαδίζειν οὐ μάλα ἠνείχοντο,
ῶς ἐπετίμα καὶ τοῖς οἰκείοις κεχρῆσθαι ποσὶν
ἔτει πρὸς τὰς ἐν τῇ πόλει διατριβάς, καὶ ταύ-
ὐκ αὐτονομίᾳ τούτους χρωμένους οὐδὲ βλακείας
τρυφῶσι καὶ διαῤῥέουσιν ἤθεσιν ἀγοραῖς
ως ἐνδείκνυσθαι, ἵν' ἐκεῖθεν ἐπανιόντες θεάτρου
ν ἐπάγωνται νοῦν, [P. 112] ἀναγκαίας δ' ὠθού-
χρείας καὶ τοῦ τῆς μονῆς ἐπιστάτου προτρέ-
ς. Καὶ τετήρηται τοῦτο πᾶσιν ἐκεῖθεν παρ'
ὸν τῆς πατριαρχίας χρόνον αὐτοῦ. Εἶναι γὰρ
ἀτοπωτάτων ἔφασκε, τὸν μὲν πατριάρχην ὑπο-
μηδενὶ μηδόλως, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις ἐν ταῖς
ορίαις ποσὶ χρώμενον, αὐτοὺς ἐπὶ γαύρων ἵπ-
χουμένους ἀσέμνων σκιρτημάτων καὶ κρότων
υιὰς ἐμπιπλᾶν καὶ τὰς ἀγορὰς καὶ τὰ θέατρα.

Τούς γε μὴν ἐν οἰκίσκοις δῆθεν βραχέσι, πρὶν
μοναδικὸν παιδαγωγηθῆναι τρόπον, νῦν μὲν
λειομένους ἐν ἀσκήσεως ὑποκρίσει, νῦν δὲ τὰς
ων περινοστοῦντας οἰκίας καὶ γυναικαρίων
ιαν ῥᾷστα ἐξαπατῶντας καὶ χειρουμένους διὰ
χήματος καὶ δέρματα μὲν προβάτων ἔχοντας,
εν δ' ὄντας πλέον ἢ κατὰ λύκους ἅρπαγας, ὧν
καὶ ὑποκαθημένων αἱρέσεων ἔχοντες σπέρμα
α πρὸς βάραθρον ἀπωλείας ἁπλουστέρας ὠθοῦσι
ς· τούτους τοίνυν ἀθροίζων καὶ ἅμα ὅσοι μαι-
νων Βακχικά τινα ἤθη ἐπιτηδεύουσι κενῆς τινος
καὶ λημμάτων ἕνεκα, καὶ κανόσιν ὑποτιθεὶς
ιστεως, οὓς μὲν ἰάσιμον ἔχοντας συνεώρα τὸν
ον, φροντιστηρίοις πολυανθρώποις ὑπείκειν
υ, θελήματος ἄρνησιν παραγγέλλων φυλάττειν
η δύναμις· οὓς δ' ἀνίατον ψυχῆς ἑώρα νόσημα
ημένους, δυοῖν ἔδρα θάτερον· ἢ γὰρ εἱρκτῇ
δίδου σώζων καὶ ἄκοντας σφᾶς, ἢ τῆς πόλεως
ορίους καθίστα· καὶ οὕτως ἄμικτον παρεσκεύα-
ἔχειν τὸν βίον ἀγοραῖς καὶ πλατείαις, ὅσοι τε
σαι τὸ μοναδικὸν ὑπῆσαν σχῆμα. Πολλοῦ δ'
ἦν ἄξιον, εἰ τὸν τοιοῦτον ἐκείνου κανόνα καὶ
ν ξυνέβαινε παραμένειν ὁμοίως κἀν τοῖς ἑξῆς
χοις τοῦ θρόνου, καθάπερ δὴ καὶ παρὰ πάντα
χρόνον αὐτοῦ τῆς πατριαρχίας. Ἀλλὰ γὰρ εἰ
ω ἐτέλει τὸν χρόνον ἐν τῇ πατριαρχίᾳ, πλείω
ὸν καὶ τὴν εἰς τὸ βέλτιον πῆξιν τὰ τῆς μονα-
ς πολιτείας ἔθη λαβόντα παρέμενον ἄν. Ἀλλ' ἐκ
υ τὴν ταχίστην αὐτοῦ γενομένου, πάντα καθά-
ὀστράκου μεταπεσόντος κατὰ τῶν ἱερῶν φρον-

A contingerent, sed et filii quoque imperatoris liberrimas ejus voces reprehensionesque, magis quam ipsius principis jussa, exhorrescerent. Nam illius hominis vita inculpata et imperatoris erga illum reverentia magnum his angorem et metum afferebant. Iis certe, qui monasticam vitam professi essent, nihil indulgebat **183** eorum omnium, quæ aut ventri delicias afferrent, aut marsupiis egerent et sollicita custodia, quæve occupationis vanæ plena essent. Quod si quem eas res habere compertum esset, iis ille invitus et per ignominiam spoliabatur. Sed et eos qui monasticam vitam et habitum simplicem et morem ab inani fastu alienum amplexi nollent pedibus ire, graviter corripiebat, monebatque eos ut pedibus uterentur suis,
B cum essent in Urbe commoraturi; id autem non cum libitum esset facerent, caverentque ne per socordiam delicati ac luxu diffluentes in publico se intempestive ostentarent, ut reversi inde animum inanibus spectaculis plenum referrent; sed necessitate urgente, et monasterii præfecto hortante foras exirent. Id vero ab omnibus deinceps observatum quandiu is patriarcha fuit. Absurdissimum enim aiebat illud esse, ipsum quidem patriarcham, cum iter faceret, nullo prorsus jumento sed propriis uti pedibus; illos autem equis ferocibus vectos saltibus immodestis et quadrupedante sonitu vicos, fora ac theatra implere.

IV. Illos quoque, qui antequam monasticum
C institutum edocti essent, modo angustis cellulis austeriorem vitam mentiti includebant se, modo illustrium domos circumibant, et mulierscularum simplicitatem facile decipiebant ac sibi per ipsum habitum mancipabant, ovium pelle induti, intus autem plus quam lupi rapaces, quorum et nonnulli insidentium animo hæreticarum opinionum semen foventes, in exitii barathrum animas incautas **184** facillime propellebant; illos, inquam, et eos omnes, qui fanaticorum instar ritus quosdam Bacchicos inanis gloriolæ et lucri gratia profitebantur, sparsos congregans, et religiosæ vitæ legibus astringens, quoscunque animadvertebat ingenio esse sanabili, illos monasteriorum frequen-
D tissimorum regulæ subjiciebat, præcipiebatque iis, ut quantum possent voluntatis propriæ exuendæ votum servarent: quos autem videbat insanabili animi morbo laborare, in illos duorum alterum decernebat: aut enim in carcerem conjiciebat, etiam invitos eos servans, aut longe ab Urbe relegabat; efficiebatque hac ratione, ut vitam foro et plateis procul agerent quotquot sive viri sive feminæ monasticum habitum induissent. Fuisset sane illud perquam utile, si ea lex eaque formula mansisset sub illius successoribus, ut toto illo tempore quo patriarcha ipse exstitit. Enimvero si diutius eam dignitatem tenuisset, stabilita deinceps in melius monasticæ vitæ disciplina diutius ipsa quoque viguisset. Sed cum ille e medio statim sublatus

esset, omnes tessera veluti conversa irrupere in A religiosas domos diabolicæ improbitatis pestes.

V. Sed me illud pene fugit. Antehac ab antiquissimis usque temporibus tum aliis rebus abundabat Ecclesia, tum doctoribus, qui variis diebus variisque in locis Constantinopoleos docebant, hic Davidis prophetæ Psalmos, ille Pauli magni Epistolas, alius Evangelica Salvatoris præcepta : tum singuli quotquot sacerdotali munere fungebantur, **185** vicissim inde per domos et tribus et curias, id est parœcias, verbum Dei prædicatum ibant. Eratque illud divinum quiddam in vita humana; vera scilicet religionis cognoscendæ ratio, atque ad virtutem via certa; aut potius quædam quasi rigatio ex magno cœlestique fonte animos audientium irrorans, eosdemque in melius fingens et B componens.

VI. Verum procedente tempore evanuere illa omnia, omni honesto more his temporibus abolito, et in profundum quasi mare demerso. Dehinc peste in alias Ecclesias serpente, in terra veluti deserta, invia et inaquosa totius Christianæ universitatis animæ ad hodiernum usque diem versantur. Itaque eo insolentiæ res provecta est, ut oboli unius gratia utrinque juramenta horribilissima, qualia nec scribentis calamus exarare audeat, interponantur. Exstincta enim rationis doctrinæque salutifera luce omnia confunduntur, plerisque in brutum stupo- C rem prolabentibus, ac nemine exsistente, qui quæ utilia sint, et quo discrimine pietas ab impietate dignoscatur, possit ex se intelligere. Ecquis autem particulatim queat versæ in pejus Ecclesiæ mutationem enarrare, quam nec patriarcha cum vellet emendare potuit?

VII. Mihi vero mirari subit, quod cum hæc fieri oporteret, inconstans fortunæ temeritas ejus rei exitum deduxerit ad illum virum tranquillitatis monasticæ alumnum. **186** Oportuisse enim Ecclesiam ita desolari, et illius primores cum toto clericorum ordine puniri, sapiens quisque intelligit; ex quo nempe illi pœnitentiam eorum qui a D communione Latinorum reversi erant non admisissent, imo eos maximis injuriis affecissent, colaphis etiam inflictis, aliisque in illos nefarie commissis; quæ et nos supra breviter commemoravimus. At hujus patriarchæ temporibus, in quibus optima hæc spes omnium animos subibat, orituram de terra veritatem ac de cœlo justitiam, omnia huic spei maxime contraria exstitisse, ac ut inutilem, in contemptum abiisse vitam monasticam, ipsumque adeo virtutis fructum viluisse, utpote qui in summam improbitatem facillime degeneraret, id vero quam non admirationem afferat? Quos non animos commoveat, et si natura sua ferrei sint?

τιστηρίων ἀνέῤῥωγε τὰ τῆς διαβολικῆς κακίας νοσήματα.

Η'. Ἐπεὶ δὲ τῷ πρωτοβεστιαρίτῃ Λιβαδαρίῳ κατὰ γνώμην ἀπηντήκει τὰ πράγματα καὶ πέρας εἶχε τούτῳ χρηστόν, ὁ δὲ οὐ μετριάζουσαν ἔρριψε τὴν ὀφρὺν πρὸς τὸν ἡττηθέντα, οὐδ' ᾐδέσθη τὴν τύχην τἀνδρὸς, οὐδ' ἀνθρωπίνως προσηνέχθη τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' ἐν νῷ λαβὼν τὸ τοῦ βασιλέως πρὸς τὰς κολάσεις [P. 121] ἀκίνητον, καὶ δείσας μὴ φιλανθρωπίας ὁ δέσμιος τύχῃ, ἀπελθὼν μετὰ τρίτην ἀπὸ τῆς κατασχέσεως ἡμέραν ἀφαιρεῖται τῶν ὀφθαλμῶν αὐ- D τοῦ τὰς αὐγὰς (84). Οὕτω πικρὸς καὶ λιθίνην αὐχῶν τὴν καρδίαν ἐφάνη περὶ τὸν δυστυχήσαντα ἄνθρωπον. Φιλεῖ γὰρ ἐς ἀπόνοιαν ῥᾷστα χωρεῖν τὸ ἀνθρώ-

VIII. Protovestiarites autem Libadarius, cum negotium sententia confecisset et ad felicem exitum perduxisset, non mediocri fastu victo insultavit, nec fortunam viri reveritus, nec humaniter successibus suis usus. Sed imperatoris clementia considerata, qui ad decernenda supplicia difficillime moveretur, et metuens ne captivus veniam impetraret, tertia postquam eum ceperat die visum illi ademit. Adeo acerbus et saxeus in hominem calamitosum fuit. Solet enim humana mens facillime de statu dimoveri, nisi rationis ductu regatur, quæ inconstantem fortunæ temeritatem certo modera-

Variorum notæ.

(82) Pachymer. lib. x, cap. 10, 11, 12, 13. DUCANG.

(83) Videtur deesse τὸν βασιλέα, *imperatorem in Lydia castrametaturum*. WOLFIUS. *Ὡς πρὶν ἢ δέκα ἐξήκειν ἡμέρας*, etc. Interpretatus sum, *Quo factum ut priusquam decem exirent dies*. Wolfius ita interpretabatur quasi scriptum esset, ὡς πρὶν ἢ δέκα ἐξήκειν ἡμέρας μετὰ βαρείας ἐλθὼν δυνάμεως..... πήξεται τὸ στρατόπεδον. BOIVIN.

(84) Fortasse non eruit illi oculos, sed candente lamina propius admota visum ademit, ut Manuel Comnenus Dandulo Veneto fecisse fertur. WOLFIUS. — *Ἀφαιρεῖται τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὰς αὐγάς*. Anno mundi 6805, *) Christi 1296 exeunte. Vide adnotata infra lib. VIII, cap. 12, sect. 2. BOIVIN.

*) Ἔτει ͵ϛωε' ἐτυφλώθη ὁ πιγκέρνης· καὶ ϛ' ἐξῴκισεν ἡ ἀνατολή· καὶ ια' ἦλθεν ὁ Τεχάρεγ[illegible]. Cod. Reg. 2432, fol. 2. V. med. pag. BOIVIN.

mine coerceat. Nam in pugna quidem et acie quidquid egeris, excusationem habet, cum circumstantium negotiorum mole ratio opprimitur, **202** cum manus velut ebriæ sunt, nec mens adest, quæ eas regat et rebus gerendis præsit. Verum cum pericula ipsa jam propulsata sunt, cum libera voluntas tempus ad consultandum habet, re perpensa, certo animi judicio manum armare eique jus omne permittere, id vero animum vitiosum arguit, si quid secus quam oportet committatur.

A πινον, ὁπότε μὴ λόγον ἡνίοχον ἔχοι ἐμμελῶς ἀναστέλλοντα τὴν τῆς τύχης ἀστάθμητον περιπέτειαν. Τὰ γὰρ ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ γινόμενα, ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ, συγγνώμην ἔχει τῷ πεπραχότι, περιττατουμένου τότε τοῦ λογισμοῦ καὶ τῆς χειρὸς οἱονεὶ μεθυούσης καὶ λόγον οὐκ ἐχούσης χειραγωγὸν καὶ πρύτανιν τῶν πραττομένων. Τῆς δ' ἀκμῆς τῶν δεινῶν παυσαμένης καὶ καιρὸν ἤδη τῆς προαιρέσεως εἰληφυίας μετὰ στάθμης τινὸς καὶ κρίσεως τὰς τῶν πράξεων ἀρχὰς παρέχεσθαι τῇ χειρὶ, μοχθηρίαν γνώμης κατηγορεῖ τοῦ πράξαντος, εἴ τι μὴ κατὰ τὸ προσῆκον γίγνοιτο.

CAPUT IX.

Terræ motus. Multæ ædes labefactæ. Michaelis archangeli statua dejecta. Quis illam primum erexerat. Quis lapsum restituit. Moritur Joannes Trapezuntis imperator. Alexius filius ei succedit. Eudocia vidua Byzantium venit. Crali nubere recusat. Cralis inconstantia erga uxores. Imperator filiam suam Simonidem ei despondet. Thessalonicam conveniunt. Porphyrogenitus fratrem vinctus sequitur. Obsides dati a Crale. De Sphendosthlavi sorore et de Cutrule. Simonis quinquennis a sponso quadragenario abducitur.

I. Sub hoc tempus terræ motus maximus fuit, quo multæ magnæ ædes, multa etiam et magna templa partim corruerunt, partim dehiscentibus muris labefacta sunt. Corruit et Michaelis archangeli statua, quam Michael Palæologus ante ædem SS. Apostolorum, cum Constantinopolin recepisset, columnæ imposuerat. Eamdem autem deinde filius ejus Andronicus imperator eodem habitu refecit et erexit.

B Α'. Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν χρόνον συνέβη γενέσθαι σεισμὸν (85) τῶν πάνυ μεγίστων, ὑφ' οὗ πολλαὶ μὲν τῶν μεγάλων οἰκιῶν, πολλοὶ δὲ τῶν μεγάλων νεῶν οἱ μὲν ἐπεπτώκεισαν, οἱ δὲ διεῤῥάγησαν. Ἐπεπτώκει δὲ καὶ ὃν πρὸ τοῦ νεὼ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐπὶ κίονος ἔστησε τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ ἀνδριάντα Μιχαὴλ βασιλεὺς ὁ Παλαιολόγος, ὁπότε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐγκρατὴς ἐγεγόνει· ὃν αὖθις Ἀνδρόνικος βασιλεὺς, ὁ ἐκείνου παῖς, ὡς εἶχε σχήματος, ἐπεσκεύασέ τε καὶ ἀνεστήλωσε.

II. Insecuta æstate Eudocia imperatoris soror Trapezunte in Urbem venit, marito ejus Joanne Lazo mortuo. Venit autem cum filio suo juniore. Nam primogenitum Alexium ad paternum imperium administrandum domi reliquerat. Eudociæ nuptias Crales Serviæ per legatos ambiebat, ut perpetuum fœdus cum Romanis sanciret. Erat enim potens, neque unquam Romanam rem turbare desistebat, partim occupando urbes, partim agros populando. Ea res in magnam dubitationem imperatorem adduxit, primum quod Cralis amicitiam magni faciebat : deinde quod **203** soror Eudocia illius conjugium abominabatur, et ne primoribus quidem auribus vocem eorum qui de illo loquerentur admittebat : tertio, quod quartum esset illud quod peteret conjugium. Nam cum prima uxore, Blachiæ principis filia, per annos aliquod vixerat; deinde ea in patriam remissa, sororem uxoris fratris sui, monastico prius habitu detracto, duxerat uxorem. Cum autem Triballorum Ecclesia illegitimis illis nuptiis diutius adversaretur, longo post tempore et illam ablegaverat, et Bulgariæ principis Sphen-

Β'. Κατὰ δὲ τὸ ἐπιὸν θέρος (86) ἧκεν ἐκ Τραπεζοῦντος εἰς Κωνσταντινούπολιν Εὐδοκία ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ, θανόντος ἐκεῖ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Ἰωάννου τοῦ Λαζοῦ (87)· ἧκε δὲ μετὰ τοῦ δευτέρου ταύτης παιδός. Τὸν γὰρ πρῶτον Ἀλέξιον ἐκεῖ C καταλείπει, τὴν πατρικὴν περιέπειν ἀρχήν. Ταύτην δὴ τὴν Εὐδοκίαν πέμψας ὁ Κράλης Σερβίας ἐζήτει γυναῖκα λαβεῖν, ἵν' αἰωνιζούσας ποιήσῃ πρὸς Ῥωμαίους σπονδάς. Ἰσχυρὸς γὰρ ἦν καὶ οὐ διέλιπε τὰ Ῥωμαίων ἀεὶ συγχέων πράγματα καὶ πόλεις καὶ χώρας τὰς μὲν αἱρῶν, τὰς δὲ ληϊζόμενος. Τοῦτο πολλαπλῆ μεριζομένην τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπορίαν ἤνεγκε· πρῶτον μὲν, ὅτι περὶ πλείονος τὴν τοῦ Κράλη φιλίαν ἐτίθετο· [P. 125] δεύτερον, ὅτι καὶ τὴν ἐκείνου συνάφειαν ἀποτρόπαιον ἡγεῖτο ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ Εὐδοκία, καὶ οὐδ' ἄκροις ὠσὶν ἀκούειν ἠνείχετο τῶν λεγόντων· τρίτον, ὅτι καὶ τέταρτον ἦν ὅπερ ᾔτει συνοικέσιον. Τῇ γὰρ πρώτῃ, θυγατρὶ τοῦ τῆς Βλαχίας (88) ἄρχοντος οὔσῃ, χρόD νους τινὰς συνοικήσας εἶτα αὐτὴν μὲν ἀπέπεμψεν εἰς τὴν θρεψαμένην· ἠγάγετο δὲ τὴν γυναικαδέλφην τοῦ αὐταδέλφου (89) τὸ μοναχικὸν αὐτὴν περιδύσας

Variorum notæ.

(85) Quem cœpisse Kalendis Junii scribit Pachymeres lib. IX, cap. 15, ac in Asia maxime grassatum, ubi multa oppida ac ædes, in Urbe vero, præter templum Sanctorum omnium, S. Michaelis statua ænea, cum alia Michaelis imp. urbis simulacrum eidem S. Archangelo offerentis, magnam labem passæ sunt. DUCANG.

(86) Pachymer. lib. IX, cap. 30, 31, 32. DUCANG.

(87) Seu, τῶν Λαζῶν ἀρχηγοῦ, ut habet Pachym. l. III, c. 29. *Lazi* iidem sunt qui et *Colchi*. BOIVIN.

(88) Quam *Valachiam* hodie vocant, Turci *Iflakiam*, veteres vero Daorum, vel Davorum regionem, ut scribit Leunclavius in priore *Onomastico Turcico*. Vide stemma regum Serviæ in *Familiis Dalmaticis*. DUCANG.

(89) *Sororem uxoris fratris sui.... duxerat uxorem.* Ita vertendum, non *uxoris sororem, fratris sui uxorem duxit*, ut Wolfius reddiderat. BOIVIN.

πρότερον σχῆμα. Εἶτα τῆς τῶν Τριβαλλῶν Ἐκκλησίας ἀνθισταμένης ἐπιπολὺ πρὸς τὸ παράνομον, ἐκπέμπει καὶ ταύτην μετὰ πολὺν τὸν χρόνον. Ἄγεται δὲ τὴν ἀδελφὴν τοῦ τῆς Βουλγαρίας ἄρχοντος Σφενδοσθλάβου (90), σύζυγον τρίτην αὐτήν. Ἐπαιδοποίησε δὲ μετ' οὐδεμιᾶς τῶν τριῶν. Ἤδη δὲ καὶ ταύτην ἀποστέρξας εὐγενεστέραν ἐζήτει συγγένειαν.

dosthlavi sive Wenceslavi sororem sibi junxerat, uxorem tertiam. Atque ex nulla harum trium uxorum liberos susceperat. Sed cum et hujus amor refrixisset, illustriorem affinitatem quærebat.

Γ'. Ἐπεὶ δ' ἡ μὲν Εὐδοκία τὴν ἐκείνου συνοίκησιν ὅλαις προθέσεσι τῆς ψυχῆς ἀπηρνεῖτο, ὁ δ' ἐκεῖθεν ἐμβριθῶς ἐπέκειτο ζητῶν οὐ μικρὰς προστιθεὶς καὶ τὰς ἀπειλὰς, ἀναγκασθεὶς ὁ βασιλεὺς μηνύει τῷ Κράλῃ περὶ τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς Σιμωνίδος, πέμπτον] τῆς ἡλικίας ἀγούσης ἔτος (91), ἵν' ὑπ' ἐκείνῳ λαβόντι τρέφοιτο, μέχρις ἂν ἐς τὸν νομιζόμενον ἔλθῃ τοῦ γάμου χρόνον κἄπειτα εἴη σύζυγος αὐτῷ τοῦ λοιποῦ. Ἔαρος οὖν ἐπιστάντος ἔξεισιν ὁ βασιλεὺς μετὰ τῆς δεσποίνης ὁμοῦ καὶ τῆς θυγατρὸς ἐς Θεσσαλονίκην, ἐπαγόμενος καὶ τὸν Πορφυρογέννητον δέσμιον, δέει τοῦ μὴ διαδρᾶναι συνεργίαις μητρικαῖς. Οὐ γὰρ διέλιπεν ἡ μήτηρ Θεωδώρα ἡ δέσποινα διηνεκῶς ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀσχάλλουσα καὶ ζητοῦσα τὴν λύσιν αὐτοῦ.

III. Enimvero cum Eudocia matrimonium illud toto animo aversaretur, ille vero petitionem vehementer urgeret non parvis minis additis : coactus imperator illi de Simonide filia sua significat, quintum jam annum agente, ut ab illo domi accepta aleretur, donec ad nubilem ætatem perveniret, ac deinde conjux esset. Appetente igitur vere, imperator cum imperatrice et cum filia Thessalonicam proficiscitur, in vinculis etiam Porphyrogenitum adducens, veritus ne matris opera elaberetur. Nam mater Theodora imperatrix non desinebat quotidie ob filium quiritari et liberationem ejus flagitare.

Δ'. Ἧκει δ' ἐκεῖθεν καὶ ὁ Κράλης φέρων ὁμήρους τοὺς κατὰ γένος προὔχοντας υἱέας τῶν Τριβαλλῶν, φέρων δ' ὁμοῦ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ Σφενδοσθλάβου πρὸς πίστωσιν τῶν σπονδῶν. Ἣ δὴ καὶ μικρὸν ὕστερον πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν κομιζομένῃ μίγνυται σαρκικῶς Μιχαὴλ ὁ Κουτρούλης (92), ὃς τοῦ βασιλέως γενόμενος ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς νῦν διετέλει χηρείαν ἄγων θανούσης ἐκείνης. Μίγνυται μὲν οὖν τῇ ῥηθείσῃ λάθρα τὸ πρῶτον, ἔπειτα καὶ σύζυγον ἄγεται νόμιμον ἐς τοὐμφανές. Καὶ ἵνα τἄν μέσῳ συντέμω, στεῤῥὰς καὶ μάλα βεβαίας ὁ Κράλης τὰς σπονδὰς ποιησάμενος καὶ οἷαι κατὰ γνώμην ἦσαν τοῦ βασιλέως, ἐπάνεισι τὴν Σιμωνίδα λαβὼν βρέφος οὖσαν τεσσαρακοντούτης τυγχάνων αὐτὸς (93) καὶ τοῦ βασιλέως καὶ πενθεροῦ καθ' ἡλικίαν προήκων πέντε ἔτεσιν ἔγγιστα.

IV. Eodem **204** et Crales venit, obsides adducens secum principum Triballorum filios, item Sphendosthlavi sororem ad pacem confirmandam. Cum qua non multo post quam in urbem perducta erat, furtim consuevit Michael Cutrules, qui uxorem duxerat sororem imperatoris, eaque mortua viduus tunc erat. Cum ea, inquam, iste consuevit principio clam, deinde eamdem palam uxorem duxit. Et ut rem in pauca conferam, Crales fœdere sancito et probe ita ut imperator volebat firmato domum discedit, secumque Simonidem infantulam abducit, ipse quadragenarius, et socero quinque circiter annos natu major.

CAPUT X.

Alani a Scythis subacti legatos mittunt ad imperatorem. Eorum postulata et promissa. Andronicus Romanis diffisus; ad auxilia externa se convertit : quanto rei Romanæ damno. Alani cum uxoribus et liberis admissi. Acerbis exactionibus occasionem præbent. In Asiam transeunt Michaelis imperatoris ductu. Circa Magnesiam castrametantur. Turci eos observant. Inordinatos adoriuntur. In fugam vertunt. Imperator recipit se in urbem Magnesiam. Alani Christianorum agros populantur. Turci usque ad oram Lesbi progrediuntur.

[P. 126] Α'. Κατὰ δὲ τὸ ἐπιὸν ἔτος (94) ἐς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανήκοντι τῷ βασιλεῖ πέμπουσί τινες τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Μασσαγετῶν λαθραίαν πρεσβείαν· Ἀλανοὺς ἡ κοινὴ τούτους καλεῖ διάλεκτος· οἳ δὴ καὶ Χριστιανοὶ τυγχάνοντες ἄνωθεν, ἔπειτα τῇ βιαίᾳ χειρὶ τῶν Σκυθῶν ὑπαχθέντες σώμασι μὲν

I. Sequente anno aliqui Massagetæ ex iis qui ultra Istrum habitant (Alani vulgo dicuntur) clandestinam legationem ad imperatorem cum in Urbem rediret mittunt : qui cum jam inde antiquitus Christiani essent, postea a Scythis per vim subacti, corporibus inviti serviebant : animis vero deside-

Variorum notæ.

(90) Sic eum appellasse Græcos existimo, quem nunc Wenceslaum dicunt. WOLFIUS. — *Σφενδοσθλάβου*. Qui Pachymeri non semel dicitur Ὁσφενδοθλάβος, quam vocem Latini per *Wenceslaus* vulgo efferunt. Vide stemma regum Bulgariæ. DUCANG.

(91) Pachymeres lib. III, cap. 31, Ἦν οὖν πάνυ ἀστεῖον τὸ θυγάτριον, οὔπω τὸν ἕκτον παραλλάττον ἐνιαυτόν. Anno proxime insecuto (qui fuit annus Christi 1299) eamdem Possinus octennem facit. BOIVIN.

(92) Michaelis Angeli Thessalonicensis imperatoris ex Theodora Petralipha filius. Vide stemmata Palæologorum et Angelorum. DUCANG.

(93) Possinus eam Simonidis profectionem confert in annum Chr. 1299, quo anno imperator Andronicus erat jam ipse quadragenarius. Itaque si, ut Gregoras ait, Crales gener socero Andronico quinque fere annis natu major fuit, oportet Cralem eo tempore annum ætatis fere quadragesimum quintum attigisse. Minus bene itaque et a Gregora quadragenarius, et a Possino prope quinquagenarius tum fuisse dicitur. BOIVIN.

(94) Pachymer. lib. X, cap. 16, 18, 19, 20, 22. DUCANG.

rio libertatis tabescebant, et impios abominabantur. Petunt igitur locum sufficientem ad habitandum amplius decem millibus hominum, qui si imperatori placuisset cum omni familia migraturi essent; unaque strenuam operam se contra Turcos velle navare promittunt, qui auctis viribus totam Romanorum Asiam impune incursabant ac populabantur. Ea legatio **205** tam grata imperatori fuit, quam si divinitus missa totius Asiæ debellandæ spem afferret. Nam post illum Philanthropeni tumultum omnes sibi Romanos suspectos esse dicebat, ut nullum recte erga se affectum esse existimaret. Quapropter externa fœdera noctu atque interdiu somniabat : quod utinam non fecisset. Nam cum Romani omnes improbarentur, Romana res laborare cœpit, et in extremum discrimen est adducta, ut post explicabitur.

A ἐδούλευσαν ἄκοντες, τὴν δὲ γνώμην αὐτονομίας ἀεὶ κατεβίβρωσκεν ἔφεσις καὶ τῶν ἀσεβῶν ἀλλοτρίωσις. Πέμπουσιν οὖν χῶρον ἀρκοῦντα ζητοῦντες εἰς οἴκησιν ὑπὲρ τὰς δέκα χιλιάδας αὐτῶν βουλομένων ἐλθεῖν πανοικὶ, εἴ γε βουλομένῳ εἴη καὶ βασιλεῖ, καὶ ἅμα συμμαχήσειν ὑπισχνούμενοι κατὰ τῶν Τούρκων ὅλαις χερσὶ, κραταιωθέντων ἤδη καὶ κατατρεχόντων ἀδεῶς καὶ πορθούντων ὅλην τὴν τῶν Ῥωμαίων Ἀσίαν. Τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ παρὰ τοσοῦτον ἐφάνη τὰ τῆς πρεσβείας καθ' ἡδονὴν, παρόσον ἂν εἰ θεόθεν ἐτύγχανε κατιοῦσα καὶ τὰ κατὰ πάσης Ἀσίας μνηστευομένη τρόπαια. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ συμβᾶσαν ἐκείνην σύγχυσιν πάντας ἔλεγεν ὑποπτεύειν Ῥωμαίους καὶ μηδένα νομίζειν ὀρθὴν πρὸς αὐτὸν διασώζειν ὑπόληψιν· διὸ καὶ συμμαχίας ὑπερ-B ορίους ὠνειροπόλει νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὡς μὴ ὤφελεν. Ἀποδοκιμαζομένων γὰρ ἁπάντων Ῥωμαίων, τὰ Ῥωμαίων ἐνόσησε πράγματα καὶ πρὸς ἐσχατιὰς κατηνέχθη κινδύνων, ὡς ἔμπροσθεν δηλωθήσεται.

II. Cæterum legatione tam cupide accepta Massagetæ amplius decies mille cum uxoribus et liberis adveniunt. Cum autem eis et pecunia et equi et arma danda essent, ea partim ex imperatorio fisco dabantur, partim e militaribus partim e publicis privatisque pecuniis. Hinc multi et post alios alii proficiscebantur, qui tributa e provinciis colligerent, eaque publicani augebant : omnia arma, omnes equi cogebantur : perquirebantur pagi, urbes, ædes procerum, ædes militum, monasteria, populi, theatra, fora : et omnes dabant equos et pecunias inviti et lamentantes, non votis et bonis ominibus, sed lacrymis et diris novum exercitum prosequentes. Ex Europa in Asiam cum Michaele imperatore transgressi circa Magnesiam castra posuerunt. Turci vero initio, ut solent, in montes et saltus se receperunt, ut inde præsidiis locorum tuti copias horum quantæ et quales essent specularentur, **206** scirentque an illi militarem in castris disciplinam observarent. Norant enim, famam multa quæ haud essent nuntiare, et in rebus augendis modum excedere. Itaque circumspiciebant, verumne esset quod ferebatur, non posse illos invadi : an vero dolis et insidiis Persicis circumveniendi et in fugam conjiciendi essent.

Β'. Τῆς μέντοι πρεσβείας οὕτως ἀσμένως δεχθείσης ἥκουσιν οἱ Μασσαγέται τέκνοις ἅμα καὶ γυναιξὶ χιλιάδες ὑπὲρ τὰς δέκα. Ἐπεὶ δὲ ἔδει χρήματα καὶ ἵππους καὶ ὅπλα τούτοις διδόναι, τὰ μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐδίδοντο, τὰ δ' ἐκ τῶν στρατιωτικῶν, τὰ δ' ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν. Ἐντεῦθεν συχνοὶ καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ ἐξῄεσαν οἱ τὰς χώρας ἀργυρολογοῦντες· ηὖξον οἱ φορολόγοι τὰ τέλη· πᾶν ὅπλον καὶ πᾶς ἵππος ἠθροίζετο· ἠρευνῶντο κῶμαι, πόλεις, οἰκίαι τῶν μεγιστάνων, οἰκίαι τῶν ἐν στρα-C τείαις κατειλεγμένων, ἀσκητήρια, δῆμοι (95), θέατρα, ἀγοραὶ, καὶ [P. 127] πάντες ἐδίδουν ἵππους καὶ χρήματα, ἄκοντές τε καὶ ὀλοφυρόμενοι, οὐκ εὐχὰς καὶ λόγους εὐφήμους, ἀλλὰ δάκρυα καὶ ἀρὰς παραπομποὺς ἐφοδίους τῷ νέῳ στρατῷ συνεκπέμποντες. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς Ἀσίαν διαβαίνουσιν ἐξ Εὐρώπης ἅμα τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ, αὐτοὶ μὲν στρατοπεδεύουσι περὶ Μαγνησίαν· οἱ δὲ Τοῦρκοι τὰ πρῶτα περὶ τὰ ὄρη καὶ τὰς λόχμας ἀναχωροῦσι, τοῦτο δὴ τὸ σύνηθές σφισι ποιοῦντες, ἵν' ἐκεῖθεν αὐτοὶ ταῖς δυσχωρίαις φρουρούμενοι τὰ τούτων ὁρῶσι στρατεύματα ὁπόσα τε καὶ οἷα τυγχάνοιεν καὶ εἰ κατὰ στρατηγικὴν ἐμπειρίαν στρατοπεδεύοιεν. Ἴσασι γὰρ ὡς πολλὰ τῶν οὐκ ὄντων ἡ φήμη κομίζει ταῖς ἀκοαῖς ὑπὲρ τὸ προσῆκον τὰ πράγματα αὔξουσα· ὅθεν περιιόντες ἐσκόπουν, εἴτε κατὰ τὴν φήμην ἀνεπιχείρητα εἴη τὰ πρὸς αὐτοὺς, εἴτε χρὴ δόλοις καὶ λόχοις αὐτοὺς Περσικοῖς περιελθεῖν καὶ κατατροπώσασθαι.

III. Cum autem eos vidissent nullo ordine prædatum crebro exire (Romanos enim agros magis populabantur, quam si aperti essent hostes), bellicosissimi Turcorum consueto ordine et disciplina militari de montibus descendunt, initio paululum, deinde longius, ac subinde majore et confidentiore cum impetu : nec obscurum erat, eos castra imperatoris circumdaturos. Verum nostri ne prima quidem hostium aggressione tolerata paulatim pe-

D Γ'. Ἐπεὶ δὲ ἴδοιεν τούτους ἀτάκτως ἐπὶ λείαν παρεξιόντας συχνά· καὶ γὰρ ἐληΐζοντο τὰ Ῥωμαίων αὐτοὶ μεῖζον ἢ κατ' ἐχθρὸν προφανῆ· παρακατίασι τῶν ὀρῶν οἱ μαχιμώτατοι μετὰ τῆς συνήθους σφῶν ἐς τὰ πολέμια τάξεως, μικρὸν μὲν πρῶτον, ἔπειτα πλεῖον· καὶ ἀεὶ μείζονι καὶ θαρραλεωτέρᾳ χρώμενοι τῇ ὁρμῇ τῆς ἐφόδου, δῆλοι ἦσαν τὰ τοῦ βασιλέως κυκλώσοντες στρατόπεδα. Ἀλλ' οὐκ ἐνέμειναν οὐδὲ τὴν πρώτην ἔφοδον τῶν βαρβάρων οἱ ἡμέτεροι,

Variorum notæ.

(95) *Populi* Wolfio. An potius *curiæ?* An *tribus?* δῆμοι quoque dicebantur *gradus Hippodromi*, in quibus sedere consueverant δῆμοι, seu factiones. Vide Glossarium med. Græcit. in v. Δῆμοι. BOIVIN.

αντες ἐκεῖθεν ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν καταμι- A κατόπιν τῶν βαρβάρων ἰόντων κἀκ τῶν ἐγγι- αραστρατοπεδευόντων. Οὐ γὰρ ὡς εἶχον ; ἑώρων τοὺς βαρβάρους οἱ ἡμέτεροι· ἀλλὰ ἐπεπόνθεσαν ὑπὸ δειλίας, οἷον οἱ μεθύοντες ου, οἳ οὐ τὰ ὄντα κατὰ φύσιν ὁρῶσιν, ἀλλ' έρων ἕτερα οἴονται βλέπειν ὑπὸ τῆς περὶ τὸν λον πλείστης ὑγρότητος κυματουμένης τῆς καὶ οἱονεὶ κολυμβώσης ἐς τὰ φαινόμενα ελῶς. Τὰ γὰρ ἀδικίαν ἔχοντα προπορευομένην άσος στρατόπεδα συγγενῆ φθορὰν αὐτόθεν τάλυσιν ἐπιφέρονται· καὶ πρὶν τοὺς πολε- ἐπεισπεσεῖν, αὐτοὶ πρότερον ὑπὸ δειλίας πονται, σφῶν αὐτῶν αὐτοὶ γινόμενοι πολέμιοι, κης ἄνωθεν κατὰ τὸ προσῆκον διδούσης τῶν B ομένων τὰ τέλη. Οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς κατορθῶ- τοὺς ἀρὰς καὶ δάκρυα λαβόντας ἐφόδια πρὸς οδον. Ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς τοὺς Μασσαγέτας χρησαμένους ἰδὼν καὶ μὴ δυνάμενος μετ' ἀντιστρατεύεσθαι τοῖς βαρβάροις, φέρων ληκεν ἑαυτὸν ἐς ἀσφαλέστατον φρούριον τὴν σίαν τῆς συμφορᾶς τὸ τέλος ἀποσκοπῶν. Οἱ δὲ αγέται κατῄεσαν ἄχρι τοῦ Ἑλλησπόντου, πάντα μενοι τὰ Χριστιανῶν, κἀκεῖθεν ἐς Εὐρώπην δια- οῦνται· ὥσπερ ἂν εἰ διὰ μόνον τουτὶ προσεκλή- ἐκ Σκυθῶν, ἵνα τοῦ δέοντος πρωϊαίτερον τοὺς ους ἄχρι θαλάττης ὁδηγήσαιεν. Οὐ γὰρ πολλαὶ ὑ παρεληλύθεσαν ἡμέραι, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς υζάντιον ἐπανῆκεν, οἱ δὲ βάρβαροι κατῄεσαν μικροῦ πάντα διαλαχόντες τὰ μέχρι καὶ ἐς τὴν αν παράλιον.

A dem referendo discesserant, Barbaris pone sequentibus, et castra in proximo constituentibus. Nostri enim quam multi essent barbari non videbant: sed idem illis ex metu accidebat quod ebriis qui non ea quæ re ipsa sunt vident, sed pro aliis alia videre se putant, quia humore plurimo circa cerebrum collecto visus eorum turbidus exsistit, et ad res objectas temere velut submersus fluctuat. Exercitus enim quos injuria et audacia antecedit, ruinam sibi ipsis protinus et interitum asciscunt: et priusquam hostis irruat, ipsi sua timiditate evertuntur, ipsimet sibi hostes sunt, **207** divina vindicta eum exitum decernente, quem facta illorum meruerunt. Neque enim probabile erat, rem bene gesturos esse eos, qui lacrymas et exsecrationes, pro B viatico secum abstulissent. Cæterum imperator Massagetas fugisse cernens, quod cum paucis resistere Barbaris non poterat, in munitissimum castellum Magnesiam, calamitatis exitum præstolaturus, sese conjecit. At Massagetæ usque ad Hellespontum Christianorum agros populantes descenderunt, atque inde in Europam trajiciunt, non aliter quam si ea de causa duntaxat e Scythia arcessiti essent, ut Turcis maturius quam oporteret viam ad mare monstrarent. Nec enim multi dies intercesserunt, cum et imperator Byzantium rediit, et Barbari ingruentes omnia fere ad oram usque Lesbi inter se partiti occuparunt.

CAPUT XI.

i a Genuensibus sæpius victi magnam classem instruunt. Genuenses Galatæi ut sibi et rebus suis con- uerint. Eorum domus et naves vacuæ incenduntur. Byzantini ob incensa suburbia in Venetos sæviunt. neti satisfieri sibi ab imperatore postulant. Non audiuntur. Byzantinos ob abjectam rei navalis curam uriæ expositos despiciunt. Iisdem superbe illudunt. Præda onusti domum redeunt. Joannes patriarcha temnitur, ut simplex et indoctus. Secedit. In patriam revertit. r.

128] Α'. Συνέβη δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ (96) C ῆναι καὶ μάχην μεταξὺ Γεννουϊτῶν καὶ Βενετι- καὶ πλείστας μὲν ἀπολέσαι ναῦς καὶ χρήματα Βενετικοὺς νικωμένους ἄλλοτε ἄλλοθι παρ' ων· ὀψὲ δ' ἑβδομήκοντα παρασκευάσαντας ναῦς ν κατὰ τουτωνὶ τῶν Γεννουϊτῶν, οἳ τὴν οἴκησιν έραν ποιοῦνται τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ν μὲν μηδένα καταλαβεῖν· προμαθόντας γὰρ ους γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας καὶ χρήματα τῆς λευούσης ἐντὸς ἀσφαλίσασθαι· αὐτοὺς δ' ἐς τὰς ν τριήρεις ἐμβάντας φυγεῖν τοὺς διώκοντας, λεύσαντας ἐς τὸν Εὔξεινον· ὡς ἐντεῦθεν μὴ λαβοῦσί σφισιν ἐκείνους ἐνταῦθα ἀναγκασθῆναι ν τάς τε οἰκίας ἐκείνων καὶ τὰς παρατυχούσας ς ὁλκάδας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ σύν γε αὐταῖς καὶ Ῥωμαίων ἐκτὸς τείχους οἰκίας ἀπάσας, ἀμυ- D νοι δεξαμένους γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ χρ- ι τῶν ἐχθρῶν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ· ἀφ' ὧν ὁρμηθέντας μαίους τῶν τῆς βασιλευούσης ἐντὸς κατοικούντων Βενετικῶν ἔστιν οὓς διασπαράξαι καὶ τὰ αὐτῶν ασθαι πάντα χρήματα.

C I. Hoc tempore bellum etiam inter Genuenses et Venetos exarsit: in quo Veneti multis navibus et pecuniis amissis alias alibi victi. Tandem septuaginta navibus instructis eos Genuenses qui e regione Constantinopolis habitant adorti sunt; sed neminem eorum ceperunt. Nam illi præcognito illorum adventu uxores, liberos, et opes suas intus urbem concluserunt: ipsi vero suis triremibus conscensis in Euxinum pontum delati hostem persequentem fugerunt. Itaque Veneti, cum eos capere non possent, eo deinde redacti sunt, ut domos illorum et vacuas onerarias quæ occurrebant incenderent, unaque cum eis Romanorum omnes ædes extra mœnia: **208** ulti eos, quod hostium uxores, liberos et opes in tuto collocassent. Unde factum, D ut Romani adversus Venetos in Urbe habitantes concitati nonnullos discerperent, eorumque res diriperent.

Variorum notæ.

(96) De hoc bello inter Genuenses et Venetos agit Pachymer. lib. IX, cap. 15, 18, 19, 20, 21, et X, cap. 5, 23. DUCANG.

II. Qua de causa sequente æstate cum octodecim armatis triremibus Veneti advenerunt, damnum datum pensari ab imperatore postulantes. Neque enim illud amicitiæ jus esse, ut magnam injuriam moderate ulti, tandem extremo supplicio afficerentur. Romanos priores rupisse fœdus : quod in ipso belli discrimine hostium uxoribus, liberis, pecuniis tutum asylum aperuissent. Sed cum imperator postulationem illam æquam esse negaret, neque etiam pro majestate imperatoria impudentem illorum audaciam castigare auderet, quod triremes quas opponeret non habebat (nam quas habuerat, eæ ut diximus perierant) ; eo confidentiæ venerunt, cum infirmas Romanorum vires omnino contemnerent, ut id dedecus Romano imperio impressserint, quod me vel referre pudeat. Nam cum alicui invito et coacto malorum causæ exsistunt, dolere quidem fas est, sed moderate, quoniam illic conscientia nullo pœnitentiæ verbere flagellatur, sed divinum illud judicium credit, cujus idcirco rationes occultæ et arcanæ sint. Hic autem Romani de industria et data quodammodo opera ultro dignitatem **209** imperii infra servilem conditionem abjecerunt, triremibus e mari sublatis ob spem lucri ; quod cum perexiguum fuisset, diuturna et maxima detrimenta peperit, cum ignominia multo majore conjuncta. Neque enim vel Latinis Romanos ita audacter despicere, vel Turcis arenam maris intueri aliquando licuisset, si Romana classis ut olim mare tenuisset : neque unquam in id discrimen res adductæ fuissent, ut Romanis non tantum finitimæ gentes, sed etiam remotissimæ, instar Tantalei cujusdam saxi exiguo filo supra caput suspensi, formidandæ essent, et omnibus annua tributa pendere cogerentur, quemadmodum Lysandro et Dercyllidæ et Laconicis præfectis, quos Harmostas vocant, olim Athenienses et Bœoti clade accepta persolverunt.

Β'. Δι' ἃ δὴ καὶ ἐς τοὐπιὸν θέρος ὀκτωκαίδεκα τριήρεις αὖθις ὁπλίσαντες οἱ Βενετικοὶ ἧκον τὴν γενομένην ζημίαν ἀπαιτοῦντες παρὰ τοῦ βασιλέως. Μηδὲ γὰρ εἶναί φασι πρὸς τῆς νενομισμένης φιλίας τῷ προπεπονθέναι μεγάλα ἀμυνομένους μέτρια τέλος καὶ τὴν ἐσχάτην ὑποστῆναι ζημίαν· προκατάρξαι γὰρ τῆς παρασπονδήσεως Ῥωμαίους, ταῖς τῶν ἀντιπάλων γυναιξὶ καὶ παισὶ μετὰ τῶν χρημάτων ἐν τῇ τῆς μάχης ἀκμῇ πᾶσαν καὶ παντοίαν περιποιησαμένους ἀσφάλειαν. Τοῦ δὲ βασιλέως μήτε λόγον εὔλογον ἔχειν τὴν ἀπαίτησιν ἀποκρινομένου, μήτε ἁρμόττουσαν τύχῃ βασιλικῇ τὴν ἐπιτίμησιν κατὰ τῆς αὐτῶν ἀναιδοῦς ἐπενεγκεῖν ἔχοντος τόλμης τῷ μὴ κεκτῆσθαι τριήρεις ἀντιστρατευομένας (προαπολώλεσαν γὰρ, ὡς εἰρήκειμεν), ἐς τοσοῦτον ἐξηνέχθησαν θράσους τῷ μάλα περιφρονεῖν τῶν Ῥωμαίων τὸ ἄνανδρον καὶ [P. 129] τοσαύτην προὐξένησαν τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ τὴν αἰσχύνην, ἐς ὅσον αἰσχυνοίμην ἂν αὐτὸς ἀφηγούμενος. Ὅπου γὰρ κατηναγκασμένα τῶν ἀτυχημάτων ἔπεισι τὰ αἴτια, λύπαις μὲν καὶ οὕτως ἔξεστι τὴν ψυχὴν κατατρύχειν· μετρίαις δ' οὖν ὅμως, ἐκεῖ τοῦ συνειδότος οὐδένα μαστιγοφόρον μετάμελον ἔχοντος, ἀλλὰ θείαν τινὰ κρίσιν ἀποῤῥήτους τοὺς λόγους κρύπτουσαν ἡγουμένου τὸ πρᾶγμα. Ἐνταῦθα δ' ἐξεπίτηδες καὶ οἷον εἰπεῖν μετὰ τέχνης εἰς ἀνδραπόδων μοῖραν ἑκόντες ἔῤῥιψαν Ῥωμαῖοι τὸ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀξίωμα, τὰς οἰκείας τριήρεις τῆς θαλάττης γυμνώσαντες ἐλπίδος ἕνεκα κέρδους, ὃ μάλα βραχύτατον ὂν μάλα μακράν τε καὶ πολυτάλαντον ἐγεώργησε τὴν ζημίαν καὶ ταύτην πολλῷ μακρότερον ἔχουσαν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔγκλημα. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἂν οὔτε Λατίνους οὕτω κατὰ Ῥωμαίων θρασύνεσθαι, οὔτε ψάμμον θαλάσσης θεάσασθαι Τούρκους ποτὲ, τῆς ναυτικῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως θαλαττοκρατούσης ὡς πρότερον· οὐδ' ἐς τοῦτ' ἀνάγκης συνελαθῆναι Ῥωμαίους, ὥστε μὴ μόνον ὁπόσα τῶν ἐθνῶν ὁμοροῦντα πεφύκασιν, ἀλλὰ καὶ ὅσα ὡς ποῤῥωτάτω τὴν δίαιταν ἐκληρώσαντο, οἷά τινα λίθον φοβεῖσθαι Ταντάλειον ἀπὸ λεπτοῦ τινος μίτου μετεωριζόμενον ἐπὶ κεφαλῆς, καὶ πᾶσιν ἀναγκάζεσθαι φόρον εἰσφέρειν ἐτήσιον, καθάπερ Λυσάνδρῳ καὶ Δερκυλλίδᾳ καὶ τοῖς ἐκ Λακεδαίμονος ἁρμοσταῖς δασμὸν τὸν ἐτήσιον Ἀθηναῖοι πάλαι καὶ Βοιωτοὶ δυστυχήσαντες.

III. Sed illuc redeo. Veneti cum triremibus armati in sinum Ceratinum progressi ad septentrionale littus appulerunt e regione palatii : et inde legatis missis res repetebant, quascunque Venetis urbem incolentibus Byzantini nulla ab ipsis injuria affecti ademissent : se plura invitis Romanis erepturos minitantes, nisi sponte quod æquum esset redderent. Sed cum imperatorem nolle res restituere intellexissent, illico Romanam potentiam per ludibrium contemnere cœperunt, et omnes ædes e regione urbis sitas incenderunt vacuas habitatoribus. Nam ii adventu illorum **210** non exspectato migrarant. Item manipulos frumenti, quotquot in areis erant, igne consumpserunt ; quod non aliud fuit nisi ludibrium quoddam et subsannatio imperatoris. Sic enim accidit, ut tenui aura a septentrione aspirante flamma ventilaretur, et multo fumo *regia compleretur*. Postridie digressi in eo fuerunt

Γ'. Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι. Παρελθόντες μέντοι ἐς τὸ Κέρας ἐπὶ τῶν τριήρων ὁπλοφοροῦντες οἱ Βενετικοὶ τῇ πρὸς ἄρκτον προσέσχον παραλίᾳ ἀντικρὺ τῶν βασιλικῶν οἴκων· κἀκεῖθεν πέμψαντες ἀπῄτουν τὰ χρήματα, ὁπόσοις τοὺς ἔνδον τῆς βασιλευούσης οἰκοῦντας Βενετικοὺς οὐδένα ἀδικήσαντας ἐζημίωσαν· πλείω λαβεῖν παρ' ἀκόντων Ῥωμαίων ἀπειλοῦντες, εἰ μὴ αὐτοί γε ἑκόντες ἀποδοῖεν ὁπόσα χρεών. Ἐπεὶ δ' ἀποφάσκοντα τὴν ἀπόδοσιν τὸν βασιλέα ἐγνώκεσαν, αὐτόθεν κατειρωνεύεσθαι τὴν Ῥωμαίων ἤρξαντο δύναμιν· καὶ ὑφῆψαν εὐθὺς τάς τε ἀντιπέρας οἰκίας ἁπάσας κενὰς οὔσας τῶν ἐνοικούντων· φθάσαντες γὰρ ἐξῴκισαν ἐκεῖνοι σφᾶς αὐτοὺς ἐκεῖθεν· καὶ ἔτι ὁπόσα περὶ τὰς ἅλως ἀσταχύων δράγματα ἦσαν· τὸ δὲ ὥσπερ παιδιὰ καὶ χλεύη τις ἦν ἐκείνων κατὰ τοῦ βασιλέως. Συμπεπτώκει γὰρ καὶ λεπτάς τινας αὔρας ἀπ' ἄρκτου πνεούσας τῇ τε φλογὶ διδόναι ῥοπὴν καὶ πλείστου καπνοῦ τὰ βασι-

λεία ἐμπιπλᾶν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐκεῖθεν ἄραντας A ἔργον ἦν τὰς ὁθενδήποτε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσπλεούσας ὁλκάδας χειροῦσθαι καὶ τὰς ἐν τῇ Προποντίδι νήσους λῃΐζεσθαι παραπλέοντας καὶ οὐχ ὅπως ὅσα ἐν χρήμασιν ἦν συναθροίζειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ κεφαλῆς μετεωρίζοντας ἀπὸ τῆς κεραίας μαστίζειν πρὸ τῶν τῆς βασιλευούσης τειχῶν· ἵν' ὁρῶντες οἱ κατὰ γένος ἑκάστῳ προσήκοντες πολλὰ καταβάλλωσι χρήματα πρὸς ἐξώνησιν· καὶ οὕτω πλείω τῶν ζητουμένων οἱ Βενετικοὶ συλλεξάμενοι χρήματα ἀνεχώρησαν οἴκαδε.

occupati, ut onerarias in urbem euntes interciperent, et e Propontidis insulis prædas adnavigando agerent; nec cumulandis opibus contenti viros etiam ex antennis capite deorsum verso suspensos ante urbis muros flagellarent, ut cujusque cognati spectantes illud captivos magno pretio redimerent. Ita Veneti majore pecunia quam postularant conquisita domum redierunt.

[P. 150] Δ'. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης (97) ὁρῶν περιφρονούμενον ἑαυτὸν ἀμαθίας τε καὶ ἁπλότητος ἕνεκα καὶ ἀνακεκαλυμμένως παρὰ ἀρχιερέων ἔστιν ὧν λοιδορούμενον, τῇ λύπῃ καὶ τῇ μικροψυχίᾳ νικᾶται καὶ δίδωσι φέρων τῷ βασιλεῖ τοῦ θρόνου παραίτησιν ἔγγραφον, ἐπεὶ μὴ βούλοιτο ἐκδικεῖν. B Ὁ δὲ ἀπελθὼν ἡσύχασε (98) μέχρι τινὸς παρὰ τὴν μονὴν τῆς ὑπεράγνου Θεομήτορος, τῆς Παμμακαρίστου (99). Ἔπειτ' ἄπεισι παρὰ τὴν θρεψαμένην, τὸ τῆς Σωζοπόλεως λέγω πολίχνιον· ἔνθα καὶ τὸ λεῖπον ἐν ἡσυχίᾳ τοῦ βίου παρήμειψεν.

IV. Joannes autem patriarcha cum se ob inscitiam et simplicitatem contemni cerneret, et manifestis conviciis a quibusdam pontificibus incessi, mœrore et animi pusilli ægritudine victus scriptam offert imperatori dignitatis suæ abdicationem, quandoquidem opem sibi ferre nollet. Digressus aliquamdiu in sanctissimæ Dei Genitricis Pammacaristæ monasterio solitariam vitam egit. Deinde in patriam Sozopolin oppidulum sese contulit, ibique ævi reliquum in solitudine exegit.

Variorum notæ.

(97) Pachymer. lib. VIII, cap. 24, 25; lib. IX, cap. 11, 12, 27, 28, 29, 31, 32; lib. X, cap. 3, 6, 7. DUCANG.

(98) Illam Joannis Sozopolitani secessionem incidisse in annum Christi 1303, non 1304, multis probat contra Possinum Mauritius David, Animadversionum Chronologic. ad Pachymeris Michaelem cap. 11. BOIVIN.

(99) De quo monasterio vide Constantinopolim Christ. lib. IV, sect. 2, n. 30. Interpres, *In sanctissimæ et beatissimæ Dei Genitricis monasterio*. Emendavimus uti editum est. DUCANG.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Ζ'.

NICEPHORI GREGORÆ
BYZANTINÆ HISTORIÆ
LIBER SEPTIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Provinciæ Asianæ a Turcis occupantur. Earum partitio. Nomina Satraparum. Athanasius imminentem Dei iram prænuntiat. Terræ motus. Imperator Athanasium præ cæteris patriarchatu dignum judicat. Restituendum censet. Plurimi refragantur. Quidam obtemperant. Athanasius Constantinopolitanæ Ecclesiæ iterum præficitur. Patriarcha Alexandrinus fabellam imperatori narrat et Athanasium notat.

Α'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον (1-2) ἐκ τῆς ἕω τὰ C μέγιστα τῶν κακῶν ἀνεῤῥάγη πελάγη, καθάπερ

214 I. Sub hoc tempus ex Oriente maximi calamitatum fluctus exundarunt, perinde ac si infiniti

Variorum notæ.

(1-2) Pachymer. lib. X, cap. 20, 21, 25, 26; lib. XI, cap. 10, 21. DUCANG.

ventorum turbines repente confligerent et omnia sursum deorsum agerent ac permiscerent. Nam cum imperii Romani orientales tractus militaribus copiis destituti essent, Turcorum satrapæ sociatis viribus omnia usque ad mare universum incursare, et in ipsis jam littoribus colonias constituere cœperunt. Et maxima quidem pars virorum simul et mulierum, item infantes, jumenta, pecuniæ, in hostium potestatem concessere. Qui vero clam evaserant, eorum alii in proximas urbes confugerunt, alii inopes et suis rebus spoliati in Thraciam trajecerunt. At Turci jam inita concordia omnes quæ in Asia erant Romanæ ditionis provincias sorte distribuerunt. Carmano Alisurio major Phrygiæ mediterraneæ pars obvenit : item quæcunque ad Philadelphiam et ad proxima quæque loca pertinent ab Antiochia usque urbe, quæ ad Mæandrum fluvium sita est. Quidquid inde est Smyrnam usque et ad eam quæ interjacet maritimam Ioniæ oram, Sarchani cuidam obtigit. Nam Magnesiam, Prienen, et Ephesum alius, nomine Sasan, jam interceperat. A Lydia et Æolia usque ad Mysiam Hellesponto adjacentem Calames et filius ejus Carases obtinebant. Quæ circa Olympum sunt, et omnem inde Bithyniam Atman. **215** A flumine Sangario ad Paphlagoniam Amurii liberi inter se partiti sunt.

μυρίων πνευμάτων ἐξαίφνης ὁμοῦ συῤῥαγέντων, καὶ πάντ' ἄνω καὶ κάτω ἐλαυνόντων καὶ συγκυκώντων. Ἐπεὶ γὰρ ἔρημα στρατευμάτων τὰ πρὸς ἕω τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐλείπετο, συνασπισμὸν οἱ τῶν Τούρκων σατράπαι ποιήσαντες πάντα κατέδραμον ἄχρι θαλάττης ἁπάσης καὶ πρὸς αὐταῖς ἤδη ταῖς ἀκταῖς μετοικήσαντες· καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν τε ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ νηπίων, καὶ ὅσα ἐν κτήνεσι καὶ ὅσα ἐν χρήμασιν ἦσαν, ὑπὸ τὴν τῶν πολεμίων ἄρτι αἰχμὴν ἐγεγόνεισαν. Ὅσοι δ' ἔλαθον διαδράντες, οἱ μὲν ἐς τὰς ἔγγιστα πόλεις κατέφυγον, οἱ δὲ καὶ ἐς Θρᾴκην ἄσκευοι καὶ γυμνοὶ τῶν προσόντων διέβησαν. [P. 131] Ἐς δὲ ξυμφωνίαν (3) ἤδη ἐληλυθότες οἱ Τοῦρκοι κλήρῳ διέλαχον πᾶσαν, ὁπόση τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐτύγχανε γῆ κατὰ τὴν Ἀσίαν. Κατέσχον οὖν, ὁ μὲν Καρμανὸς Ἀλισούριος (4) τὰ πλείω τῆς μεσογείου Φρυγίας καὶ ἔτι τὰ μέχρι Φιλαδελφείας καὶ τῶν ἔγγιστα πάντων ἀπὸ τῆς περὶ Μαίανδρον τὸν ποταμὸν Ἀντιοχείας· τὰ δ' ἐκεῖθεν μέχρι Σμύρνης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίων τῆς Ἰωνίας ἕτερος, ὄνομα Σαρχάνης (5). Τὰ γὰρ περὶ Μαγνησίαν καὶ Πριήνην καὶ Ἔφεσον φθάσας ὑφείλετο σατράπης ἕτερος, ὄνομα Σασάν (6)· τὰ δ' ἀπὸ Λυδίας καὶ Αἰολίδος ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ ὅ τε Καλάμης (7) λεγόμενος καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρασῆς· τὰ δὲ περὶ τὸν Ὄλυμπον καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἑξῆς ἕτερος, ὄνομα Ἀτμᾶν (8)· τὰ δ' ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Σαγγαρίου μέχρι Παφλαγονίας μεμερισμένως ἐς τοὺς Ἀμουρίου διέβησαν παῖδας (9).

IV. Sequente anno dicunt Athanasium, qui patriarchatum ante Joannem tenuerat et abdicaverat, imperatori clam nuntiasse, prævidere se impendentem Romanis divinam indignationem : horta-

IV. Τὸ μέντοι ἑξῆς ἔτος (10) φασὶ διαμηνύσασθαι λάθρα τῷ βασιλεῖ τὸν πρὸ τοῦ Ἰωάννου πατριαρχεύσαντα καὶ παραιτησάμενον Ἀθανάσιον θείαν προβλέπειν ὀργὴν κατὰ τῶν Ῥωμαίων παρακελεύ-

Variorum notæ.

(3) Satraparum istorum Turcorum nomina tum ea, quæ hic omittit Gregoras, et ut ii Asiæ provincias invicem partiti sint, recensent Pachymeres lib. XI, cap. 9, Phranzes lib. I, cap. 24, 26, et Laonicus lib. I, pag. 7. edit. reg., de quibus copiose satis egit Joannes Leunclavius in Pandecte Turcico, n. 13. DUCANG.

(4) Ἀλισούρης, Pachymeri; Ἀλισούριος, Phranzæ; Καραμάνος, Laonico. Ab eo dicta Caramania Cilicia, cum aliis tamen appendicibus : parte nimirum Lycaoniæ, Pamphyliæ, Cariæ, quibus addit Laonicus mediterranea Phrygiæ. Carmani posteri *Caramano-glii* dicti, quorum stemma historiæ suæ Musulmanicæ prælixit Joannes Leunclavius. DUCANG.

(5) Ita Phranzes et Laonicus. Ab illo Sarcania dicta Ionia; cujus vocis meminit Laonicus, Turcis, *Saruchan ili*, id est regio *Saruchania*, ut scribit Leunclavius in Onomastico Turcico, et in Pandecte n. 13. DUCANG.

(6) Istius meminit pariter Phranzes, de quo Pachymeres et Laonicus silent. DUCANG.

(7) Phranzes, *Calases cum Carase filio*. Laonicus, Καλάμην σὺν τῷ παιδὶ αὐτοῦ Καραζῇ. Nescio an Calasius idem sit, quem Pachymer. d. d. cap. 9, et lib. X, cap. 20, Λαμίνσην vocat. A Carase vero Lydia usque ad Mysiam Carasia deinceps appellata, de cujus posteris agit Leunclavius lib. IV, hist. Musulman. pag. 196, 197, 198, ubi Carasiam tandem Urchani deditione spontanea se subjecisse narrat. DUCANG.

(8) Ita appellatur a Pachymere, d. cap. 9, et lib. X, cap. 20, 25, et lib. XI, cap. 9. *Othmanes* a Phranze. Ὀτουμάνος a Laonico, *Osman* a Leunclavio, et aliis, a quo Sultani Otomanici hodierni Turcici genus ducunt. Is Etruculis filius fuit. DUCANG.

(9) *Chasan* et *Mahomet* ii vocantur a Phranze. Laonicus Gregoram sequitur, neque Amurii filios nominat : Pachymeres Ἀμουρίους duntaxat habet. At cujus Amurii, filii dicantur, incertum. Nam ex prioris Amurii, quem a Melcco Iconiensi Sultano interfectum diximus supra ad lib. V, cap. 8, filiis unicus Halis superfuit, *Amur* etiam appellatus, a quo in prælio deletus et cæsus Melecus : atque hujus alterius Amurii filii hic forte intelliguntur, qui mortuo parente has provincias sibi asseruerint, tametsi alter rursum Amurius occurrat in posteriori Gregoræ historia, qui ex duobus istis secundi Amurii esse potuerit, et Amurii sibi ut pater nomen ascripserit : nisi ipsemet sit Halis Amur horum pater. Hos Amuris, vel Amurii, vel Omuris filios, quos Heracleam Ponticam, Castamonem, Sinopen, et alias urbes cum ditione mari Pontico vicina tenuisse scribit. *Omeroglios* vocat Leunclavius in horum stemmate, quod historiæ suæ Musulmanicæ præfixit. *Omer* enim is in annalibus Turcicis appellatur. Vide eumdem Leunclavium in Pandecte n. 13. DUCANG.

(10) Pachymer. lib. X, cap. 34, 35, 36 ; lib. XI, cap. 1, 20. DUCANG.

σασθαί τε αὐτὸν ὁλονύκτοις δεήσεσι χρήσασθαι πρὸς Θεὸν ἄχρι καὶ ἐς τρίτην ἡμέραν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ γενομένου σεισμοῦ τοῦτον εἶναι, φάναι τὸν βασιλέα, τὴν προειρημένην Ἀθανασίῳ θεομηνίαν· ἰσχυρίζεσθαί τε λοιπὸν, ὡς οὐχ ἕτερος ἄξιος μᾶλλον αὐτοῦ πρὸς τὸν πατριαρχικὸν ἀνεληλυθέναι θρόνον· μηδὲ γὰρ ἂν βλέπειν τὰ ἔμπροσθεν ἄνευ θειοτέρας ἐλλάμψεως· πεπεῖσθαί τε τοὺς πολεμίους ὡς πορρωτάτω γενέσθαι τῶν ὅρων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἅμα τῷ τοῦτον ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβῆναι θρόνον καὶ γενέσθαι, οἷον εἰπεῖν, ἔαρ μετὰ χειμῶνα καὶ γαλήνην μετὰ κλύδωνα καὶ ῥᾷστα πλατυνθῆναι τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας τὰ σχοινίσματα.

Γ'. Τοῦτο μικροῦ πάντας ἀρχιερέας καὶ ἱερέας, καὶ ὅσοι ἀσκητηρίων ἔτυχον προεδρεύοντες, καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου, καὶ οὐ πολλοῦ δέω λέγειν, ὅσοι τῶν ἀγορανομούντων καὶ δημόσια δή τινα ἐγκεχειρισμένων ἦσαν πράγματα, ἀναμνησθέντας τῆς πάλαι πνευματικῆς βαρύτητος τοῦ ἀνδρὸς οὐ μικρῶς διετάραξεν· ὥστε καὶ δημηγοροῦντι τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ σεισμοῦ καὶ τῆς Ἀθανασίου προῤῥήσεως πιστεύειν οὐκ εἶχον, ἀλλ' ὑπεψιθύριζον, ὡς ποθῶν ἐκεῖνον ἐνδοξότερον καθιστᾶν πλάττει καὶ χαρίζεται ψευδῆ ταυτηνὶ τὴν δόξαν αὐτῷ, ἵν' εὐπαράδεκτος καὶ ὁ τούτου πρὸς ἐκεῖνον δοκοίη πόθος. Δεξιώσεσι δ' οὖν ὅμως καὶ λόγοις πειθοῦς ὁ βασιλεὺς ἔστιν οὓς τῶν τε ἀρχιερέων καὶ μοναζόντων περιελθὼν ἰδίους τῷ ἑαυτοῦ πεποιήκει βουλήματι· μεθ' ὧν πεζῇ καὶ βάδην ἄπεισι παρὰ τὴν τοῦ Ἀθανασίου καταγωγὴν τὴν περὶ τὸν Ξηρόλοφον· καὶ ὁμιλήσας αὐτῷ τὰ εἰκότα περὶ τοῦ θρόνου ἔπεισε καὶ τὰ πατριαρχικὰ περιθέσθαι σύμβολα. Μηδὲ γὰρ δεῖσθαι φάναι χειροθεσίας ἑτέρας, καὶ ὅσοι περὶ αὐτὴν κρότοι καὶ θρίαμβοι, πάλαι ταύτην εἰληφότα βεβαίως, εἰ καὶ λύπης ἕνεκα μεταξὺ ταύτην ἔδοξεν ἀποθέσθαι. Τούτων οὕτω γενομένων ἄνεισιν ἑβδομαῖος ἐς τὸν πατριαρχικὸν Ἀθανάσιος θρόνον.

[P. 132] Δ'. Ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα ἐπιδημῶν τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῆς κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας ὁ πατριάρχης (11), σεμνὸς ἀνὴρ καὶ συνέσει λογισμῶν τὰ ἤθη κοσμῶν· ὡς ἐντεῦθεν πολλὴν τὴν αἰδῶ καὶ εὐμένειαν πρὸς τοῦ βασιλέως πορίζεσθαι. Οὗτος ὁρῶν τὴν τοῦ βασιλέως περὶ τὸν πατριάρχην Ἀθανάσιον φλεγμαίνουσαν σχέσιν καὶ ἀκούων ἀεὶ διὰ θαύματος μεγάλων ἐπαίνων τὸ ἐκείνου τιθέμενον ὄνομα καὶ ἴσον τῷ θειοτάτῳ τὴν ἀρετὴν Χρυσοστόμῳ προθέσεσιν ὅλαις τῆς γνώμης τοῦτον ἀποφαινόμενον, μάλα τοι χαριέντως τῆς τοῦ βασιλέως καθήψατο γλώττης καὶ, οἷον εἰπεῖν, τῆς ἐν οὐ καιρῷ

A tumque esse, ut tribus perpetuis noctibus Deum deprecaretur. Cum autem postridie terræ motus factus esset, dixisse imperatorem, eam esse prædictam ab Athanasio Numinis indignationem : ac post affirmasse, neminem patriarchico solio digniorem esse. Neque enim nisi divinitus illustratum futura prævisurum fuisse : persuasumque habere, cum primum is in patriarchalem sedem restitutus foret, hostes quam longissime ab imperii Romani finibus recessuros, futurumque ut ver hiemi, serenitas tempestati succederet, et Romanæ ditionis limites facile propagarentur.

III. Ea res fere omnes pontifices et sacerdotes, B omnes monasteriorum præpositos, clericos omnes, et universos pæne dixerim ædilitiorum munerum aliorumque negotiorum publicorum administratores, viri severitatem recordatos, haud mediocriter perturbavit. Itaque imperatori de terræ motu et vaticinatione Athanasii concionanti fidem habere non poterant : sed submurmurabant, quod illius magnificandi studio ea confingeret, et falsam illi auctoritatem conciliaret, ut **216** sui desiderii probabilem habere causam videretur. Sed tamen blandimentis et verbis ad persuadendum accommodatis imperator quosdam e pontificibus et monachis circumventos in suas partes pellexit, cum quibus pedes ad Athanasii cellam circa Xerolo- C phum abiit ; et apud illum quæ dicenda erant de patriarchatu locutus persuasit, ut illius dignitatis insignia reciperet. Neque enim alia manuum impositione, plausuve et triumphis ad eam pertinentibus, opus esse, cum ea illi jampridem abunde contigisset, quamvis interim eam ex mœrore repudiasset. His ita gestis septimo die Athanasius in patriarchicum solium redit.

IV. Tum autem forte in urbe versabatur Ægyptiacæ Alexandriæ patriarcha, vir gravis, cujus mores solertia ipsa ingenii ornabat : quas ob res eum imperator plurimum reverebatur et diligebat. Is cum inflammatum imperatoris studium erga Athanasium videret, audiretque eum illius nomen D magnis laudibus ad miraculum usque extollentem, adeo ut eum toto animi affectu divo Chrysostomo æquipararet, festive admodum magniloquentiam et intempestivum ejus studium taxavit his fere verbis : « Erat, inquit, sutor quidam, qui felem album habebat, unum quotidie murem domi capere soli-

Variorum notæ.

(11) Exercuerat hic jam tum, et postea quoque exercuit graves inimicitias cum Athanasio patriarcha Constantinopolitano, de quibus Pachymeres historiæ Andron lib. III, cap. 5 ; lib. IV, cap. ult.; lib. V, cap. 20; lib. VII, cap. 8. Atque is videtur esse, ad quem exstat Pachymeris epistola in calce Codicis Regii 2885. Exstat etiam in Codice Regio (olim Telleriano), fol. 65, Relatio Athanasii patriarchæ Constantinopolitani ad imperatorem πρὸς τοὺς χειρισθέντας φορεῖν τὴν μάχαιραν, etc. καὶ περὶ τοῦ Τύρου, καὶ τοῦ Ἀλεξανδρείας, ὅπως ἐξωθῶσιν ἐκ τῆς πόλεως. In ea Relatione Athanasius Constantinopolitanus in Athanasium Alexandrinum acerbe invehitur, item in episcopum Tyri, et in alios quosdam. Non mirum itaque, si Alexandrinus Athanasius Constantinopolitanum satyrica fabella perstrinxit. BOIVIN.

tam : quæ aliquando per imprudentiam in **217** medium vas incidit, in quo sutor ille atramentum habebat, tingendis coriis destinatum, unde et vix eluctata tota nigra evasit. Ac mures quidem opinabantur eam, monastico habitu sumpto mutatam, non commissuram esse deinceps, ut carnibus vesceretur. Itaque metu posito per pavimentum dispersi odorari et vestigare cœperunt ea quibus alerentur. Illa vero cum prodiisset, et tantam prædam oculis suis obversari vidisset, omnes simul comprehendere admodum cupiens haudquaquam poterat : attamen duobus comprehensis epulata est. Reliqui omnes fuga salutem quæsiverunt, admirantes, quo pacto sumpto monastico habitu crudelior evasisset. Vereor igitur, inquit, ne et Athanasius hic, prædictionum præmium sedem patriarchicam jam nunc consecutus, priorem illam asperitatem posteriore multo majore deleat, sumpta inde superbia elatus. »

A φιλοτιμίας οὑτωσί πως εἰπών· « Ἦν τις ἀνὴρ τὴν τέχνην σκυτεὺς γαλῆν ἔχων τὸ χρῶμα λευκήν, ἣ τῶν κατ' οἶκον μυῶν καθ' ἡμέραν ἐθήρευεν ἕνα. Αὕτη λαθοῦσά ποτε κατὰ μέσην κρημνίζεται τὴν λεκάνην, ἐν ᾗ τὸ τὰ σκύτη μελαῖνον ὁ σκυτεὺς ἐκεῖνος εἶχεν ὑγρὸν, καὶ μόλις ἐκεῖθεν ἄνεισι μέλαν ἔχουσα χρῶμα. Ἔδοξεν οὖν τοῖς μυσὶν, ἐκείνην ἴσως μηκέτι κρεωφαγεῖν ἐθελήσειν εἰς μοναδικὸν ἑαυτὴν μεταμείψασαν σχῆμα. Ὅθεν καὶ ἀδεῶς ἑαυτοὺς ἐς τὸ ἔδος ἐφήπλωσαν ῥινηλατοῦντες ἄνω καὶ κάτω οἷς τραφήσονται· ἀλλ' ἐκείνη πρὸς τοσοῦτον ἄγρας παρελθοῦσα θέατρον πάντας μὲν ὁμοῦ σαγηνεύειν οὐκ εἶχε καὶ μάλα ἐθέλουσα· δύο δ' οὖν ὅμως συλλαβοῦσα κατεθοινήσατο. Οἱ δ' ἕτεροι πάντες ᾤχοντο φεύγοντές τε καὶ ἅμα θαυμάζοντες, ὅπως ἀπηνεB στέρα γέγονεν, ἀφ' οὗ τὸ μοναδικὸν περιέθετο σχῆμα. Δέδοικα τοίνυν, » φησὶ, « μὴ καὶ Ἀθανάσιος οὗτος ἤδη τῶν προῤῥήσεων γέρας πατριαρχικὸν εἰληφὼς θρόνον ἀποκρύψῃ τὴν προτέραν ἐκείνην σκληρότητα τῇ τῆς ὑστέρας ὑπερβολῇ διὰ τὴν ἐντεῦθεν οἴησιν.

CAPUT II.

Italiæ rex Siciliæ regem imparatum terra marique oppugnat. Variis cladibus afficit per biennium. Rogerius Catalanus (11), maris et insularum terror. Quas copias secum habuerit. A Siciliæ rege arcessitur. Ejus adventu urbes redeunt ad dominum legitimum. Italiæ rex eas armis repetit. Re male gesta discedit. Bellum reparat. Vincitur. Pacem petit et affinitatem.*

I. His temporibus Carolus Italiæ et Theodoricus Siciliæ rex bellum inter se gesserunt. Est autem Sicilia magna et populosa insula, milliaribus non amplius triginta a continente distans : si quis fretum, quod inter Scyllæum Italiæ promontorium et Messanam Siciliæ maritimam urbem interfluit, metiatur. Carolus igitur, qui jampridem Siciliæ potiri cupiebat, et id consilium animo agitabat, clam naves longas ædificat : cæteraque ad **218** bellum tam mari quam terra gerendum necessaria pro virili comparat. Tandem cum inimicitiæ in apertum erupissent, Carolus Theodorico adhuc imparato formidabilis erat, et valde eum premebat, e continente subinde in insulam trajiciendo cum omni et peditatu et equitatu suo : ac per biennium damnis illatis hieme domum se recipiebat; verno autem tempore majoribus semper copiis bellum redintegrabat.

Α'. Κατὰ μέντοι γε τούτους τοὺς χρόνους συνέπεσε πολεμεῖν ἀλλήλοις ἄμφω τοὺς ῥῆγας, Κάρουλόν τε τὸν τῆς Ἰταλίας καὶ Θευδέριχον (12) τὸν τῆς Σικελίας. Νῆσος δ' ἡ Σικελία μεγάλη καὶ πο-C λυάνθρωπος, μιλίοις οὐ πλέον ἀπέχουσα τῆς ἠπείρου τριάκοντα (13), εἴ τις ἐθέλοι μετρεῖν τὸ ἀπὸ Σκυλλαίου τοῦ παραλίου τῆς Ἰταλίας ἄκρου μέχρι Μεσήνης τῆς πόλεως, παραλίου καὶ ταύτης οὔσης Σικελίας τῆς νήσου. [P. 153] Ὁ μὲν οὖν Κάρουλος ποθῶν ἐκ πολλοῦ τὴν Σικελίαν ὑποχείριον θέσθαι καὶ διὰ μελέτης ποιούμενος τοῦτο μακρᾶς λάθρα ἐνεπήγνυσε ναῦς (14) καὶ τἄλλα παρεσκεύαζεν, ὡς ἐνῆν, ὅσα πρός τε ναυμαχίαν καὶ πεζομαχίαν αὐτάρκη. Ὀψὲ δὲ τῆς ἔχθρας ἐς προὖπτον ἀναῤῥαγείσης φοβερὸς ὁ Κάρουλος τὰ πρῶτα ἐδόκει τῷ Θευδερίχῳ ἀπαρασκεύῳ τυγχάνοντι καὶ πολὺς αὐτῷ ἐνέκειτο συχνὰ διαπεραιούμενος ἐς τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου, ὅσον τε πεζὸν καὶ ὅσον εἰς ἱππέας ἐξεταζόμενον ἦν, καὶ κακῶς τὰ ἐκείνου ποιῶν ἐπὶ δυσὶ τοῖς ἐνιαυτοῖς, χειμῶνος μὲν οἴκαδε ἐπανήκων, ἔαρος δ' ἀεὶ λαμπροτέρας τὰς ἐκστρατείας ποιούμενος.

II. Illis porro temporibus accidit, ut Latinus D

Β'. Ξυνέπεσε δὲ (15) τηνικαῦτα Λατῖνόν τινα,

Variorum notæ.

(11*) Rogerius re ipsa Catalanus non fuit. Gregoras tamen Catalanum eum fuisse innuit pag. 154, C, ubi ait, Ἧκε καὶ ἕτερος Κατελάνος, ὄνομα Βεργκέριος Τέντζας. *Venit et alter Catalanus, nomine Berengarius Entença.* Dixerat supra advenisse Rogerium. BOIVIN.

(12) Fredericum hic et infra legendum, uti supra monuimus. De hoc bello inter Carolum et Fredericum passim agunt historici. DUCANG.

(13) A Scyllæo promontorio ad Messanam urbem vix numerantur 15 milliaria Italica, quanquam fretum ea parte latissimum sit. In Codice Regio, pro μιλίοις οὐ πλέον, legitur σταδίους ἀπέχουσα τῆς ἠπείρου σλ'. Id est, *stadiis ducentis et triginta distans*, quod idem fere est. Itaque Gregoras distantiam dimidio majorem credidit quam revera esset. BOIVIN.

(14) Si legas, ut legitur in codice Regio, καὶ διὰ μελέτης ποιούμενος τοῦτο μακρᾶς, λάθρα ἐναυπηγεῖτο, vertendum erit, *cum rem anxie præmeditans, naves clam construebat.* BOIVIN.

(15) Pachymer. lib. XI, cap. 12, 21, 23, 24, 26, Rogerium vocat quomodo is appellabatur. DUCANG.

Ῥοντζέριον (16) ὄνομα, στρατόπεδον ἀθροίσαντα ἔκ τε Ἰβηρίας τῆς κάτω (17) καὶ Γαλατίας τῆς ἐπέκεινα καὶ δυτικωτέρας τῶν Ἄλπεων βάναυσόν τε καὶ μάχαις ἀεὶ διαποντίοις καὶ ἠπειρωτικαῖς χαῖρον τριήρεις οὐ μείους τεττάρων ἀπὸ τούτων πληρῶσαι· δι' ὧν δὴ καὶ τὸν πειρατικὸν ἀδεῶς μετῄει βίον, δεινότατος ἐν τούτῳ τῶν πώποτε γενόμενος. Οὐ μόνον γὰρ ταῖς ἀπ' ἄρκτου καὶ νότου κατιούσαις καὶ ἀνιούσαις φορτίσι ναυσὶν ἐπετίθετο· ἀλλὰ παραπλέων καὶ περιπλέων κακῶς καὶ αὐτὰς ἤδη μεγάλας τῶν νήσων ἐτίθει καὶ φοβερὸς ἐδόκει τῇ κάτω θαλάττῃ. Ἐπεὶ τοίνυν ἀπεκέκλειστο ἤδη πανταχόθεν ἡ Σικελία τῷ τε ναυτικῷ καὶ πεζῷ τοῦ Καρούλου στρατῷ καὶ εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀνάγκης Θευδέριχος, ὡς ὑπερορίων δεῖσθαι συμμαχιῶν, μετακαλεῖται τὸν εἰρημένον Ῥοντζέριον, παραγγείλας αὐτῷ καὶ ἑτέρους ὅθεν δήποτε μεταπέμψασθαι κρατίστους, ὡς ἐς χιλίους ἱππέας, ἵν' ἐξ ἀντιπάλου γενναίως τε καὶ εὐρώστως διαμάχοιντο πρὸς τὸν ἀντικαθήμενον τοῦ Καρούλου στρατόν. Ἐπεὶ δὲ ἧκεν ἐκεῖνος ἄγων χιλίους μὲν, ὅσον τὸ ἀπὸ τοῦ ναυτικοῦ πεζοὺς, χιλίους δ' ὅσους ἐς ἱππέας κατέταξεν, εὐθὺς ὁπόσας Σικελικὰς πόλεις ὁ Κάρουλος εἷλέ τε καὶ ἐδεδούλωτο, [P. 134] πᾶσαι καθάπερ ὀστράκου μεταπεσόντος ἐς Θευδέριχον ἐπανῆκον, οὐκ εἰωθυῖαι ἀλλοτρίῳ ζυγῷ προσταλαιπωρεῖσθαι.

Γ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Κάρουλος λίαν ἠχθέσθη καὶ μαινομένῳ ἦν, ὡς εἰπεῖν, παραπλήσιος, ὅτι χρονίους ἐλπίδας ἐς πέρας ἐληλυθυίας ἤδη καὶ μονονουχὶ τῶν κόλπων ἐντὸς ὅλους ἀποφορτιζομένας καρποὺς ἐξαίφνης, ὡς εἰπεῖν, ἐν αὐτοῖς τοῖς λιμέσιν ἀνατραπείσας τεθέαται. Ὅθεν ἔαρος τελευτῶντος (18) ἧκε μετὰ βαρείας δυνάμεως. Ἀλλὰ κραταιοτέρῳ ἤδη συμμίξας τῷ Θευδερίχῳ κατά τε πλῆθος καὶ ἀντίπαλον δύναμιν οὐχ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξε. Τούτου μὲν οὖν ἐς τοῦτο τελευτήσαντος τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅμα ἦρι πᾶσαν (19), ὡς εἰπεῖν, τὴν Ἰταλίαν διαβιβάζει ἐς Σικελίαν ὁ Κάρουλος, ἵνα τελευταία δὴ κρίσις αὕτη καὶ πέρας τῶν μακρῶν κατασταίη πολέμων. Ἀλλὰ πολλῷ πλείους αὖθις ἀποβαλὼν ἡττημένος ἐπ' οἴκου ἀναχωρεῖ, πανήγυριν, ὡς εἰπεῖν, ἐπαγόμενος θλίψεων. Ταῦτ' ἄρα καὶ ἐς τὸ ἄπορον πανταχόθεν τῇ γνώμῃ συνελαθεὶς περὶ σπονδῶν πρὸς Θευδέριχον ἤδη διαπρεσβεύεται καὶ τέκνων γαμικὰ συναλλάγματα.

Δ'. Ἀλλὰ γὰρ, ἦρος ἤδη ἐνστάντος, ἄραντες οἱ πολέμιοι ἐκ τῆς Κασανδρείας, οἱ μὲν ἄγχιστά που τῶν τῆς Θεσσαλονίκης προαστείων ηὐλίσαντο· οἱ δ' ἐπὶ λείαν ἐξίασιν. Ἐπεὶ δὲ τήν τε χώραν εὗρον ἅπασαν τῶν τε οἰκητόρων ἔρημον, καὶ ὅσα ἐνῆν αὐτοῖς ποίμνια καὶ βουκόλια, καὶ αὖ τὰς πόλεις πολλοῖς τοῖς ὅπλοις ὠχυρωμένας, ἔγνωσαν αὖθις ἐπὶ Θρᾴκην ἐπανιέναι· μηδὲ γὰρ εἶναί σφισι τῶν ἐνδεχομένων ἐκεῖ καθημένους τρίβειν τὸν χρόνον καὶ σφᾶς αὐτοὺς φθειρομένους εἰκῇ συγχωρεῖν. Μηδὲ γὰρ ὄντων αὐτοῖς τῶν ἐπιτηδείων τοσαύτην τε ἵππον ἄγουσι, τοσούτους δὲ αἰχμαλώτους, οὐχ ἧττοσιν ἢ ὀκτακισχιλίοις οὖσι δὴ καὶ αὐτοῖς, κίνδυνον εἶναι προφανῆ φθαρέντας οἴχεσθαι τῷ λιμῷ. Ἀλλ' οὔπω τὰ δόξαντα γέγονεν ἔκπυστα τῷ πλήθει τοῦ στρατοπέδου, καὶ πυνθάνονται παρά του τῶν αἰχμαλώτων, ὡς ἄπορευτος ἔσται αὐτοῖς ἡ πρὸς Θρᾴκην ὁδὸς, τοῦ πρὸ βραχέος ἀνεγερθέντος περὶ τὴν Χριστούπολιν μακροῦ τείχους ἀποκλείοντος τὸ παράπαν αὐτούς.

Ε'. Τοῦτο παρὰ πᾶσαν ἀκουσθὲν (72) προσδοκίαν ἐξέπληξε καὶ πρὸς ἀμηχανίαν ἤλασε λογισμῶν· καὶ οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ γένοιντο τῷ τε λιμῷ πιεζόμενοι καὶ ἅμα δεδιότες μὴ τὰ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ Ῥωμαίοις ὁμοροῦντα ἔθνη τὴν αὐτῶν ἕκαστα ἔφοδον ὑποπτεύοντα παροξύνωσιν ἀλλήλους, Ἰλλυριοί τε δηλαδὴ καὶ Τριβαλλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνες καὶ Θετταλοὶ, καὶ συνασπισμὸν ποιησάμενοι κυκλώσονται τούτους καὶ πάντας ἄρδην οὐκ ἔχοντας ὅποι φυγόντες τὴν σώζουσαν εὕρωσι διαφθείρωσιν. [P. 452] Ὅθεν ἔδοξε τούτοις ὡς ἐν ἀνάγκης καιρῷ μανικώτερον ἢ τολμηρότερον ἅψασθαι τῶν πραγμάτων. Ἔδοξε γὰρ μηδὲν μελλήσασιν ὁμόσε τοῖς πρόσω χωρεῖν τὴν ταχίστην καὶ ἢ τὴν τῶν Θετταλῶν χώραν ἄφθονα φέρουσαν τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐπιτήδεια ἕξειν αἰχμάλωτον, ἢ τῶν ἐπέκεινα μίαν, ὁπόσαι ἐφεξῆς εἰσιν ἄχρι Πελοπον-

vicini montis cacumen exstrui curat, ut, nisi ipse vellet, prorsus impervius foret hic locus iis qui vel e Thracia in Macedoniam, vel e Macedonia in Thraciam iter habituri essent. Deinde cum primo vere Catalanorum in Macedoniam et Macedonicas urbes impressionem futuram exspectari didicisset, ducibus quotquot rei militaris non imperiti essent delectis et in Macedoniam missis mandat, ut milites ex ea provincia conscribant defendendis urbibus pares, si hostibus liberet eas circumsessas oppugnare; item ut rerum ad victum necessariarum uberem copiam e suburbanis locis in eas comportent, cæteraque omnia provideant, ne obsidionis tempore urbium custodes graviorem externo hoste famem intus prementem experiantur.

IV. Cæterum hostes, vere jam facto, relicta Cassandrio, partim proxime Thessalonicæ suburbia diversati sunt: partim prædatum exiverunt. Sed cum totam provinciam cultoribus vacuam, nullos greges, nulla armenta superesse, urbes vero multis armis firmatas conspexissent, in Thraciam redire statuerunt: neque enim sibi licitum esse illic desidendo tempus terere, ac seipsos pereuntes frustra prodere. Nam si commeatu destituerentur, **247** qui tot equos, tot captivos secum ducerent, cum ipsi octo millibus haud pauciores essent, exitium haud dubium a fame imminere. Sed priusquam consilium illud multitudini militum innotuisset, e captivo quodam audiunt, viam sibi in Thraciam non patere, longo illo muro, qui recens ad Christopolin exstructus esset, eos prorsus inde excludente.

V. Ea res præter omnem exspectationem audita illos perculit, et consilii prorsus inopes reddidit: eoque redegit, ut quo se verterent nescirent, cum et fame premerentur et timerent, ne populi Romanis Macedoniam incolentibus finitimi, Illyrii, Triballi, Acarnanes et Thessali, singuli irruptiones eorum veriti et se invicem cohortati, omnes vires conjungerent, atque istos circumventos funditus delerent, nullum scilicet locum habituros, in quem incolumes fuga evaderent. Quare ut in necessitatis articulo consilium furori quam audaciæ similius ceperunt: ut omni mora sublata primo quoque tempore ultra progressi vel Thessaliam subjugarent, cujus ager omnia ad victum necessaria affatim suppeditaret, vel ulteriorem aliquam provinciam ex iis quæ inde usque ad Peloponnesum

Variorum notæ.

σεως τῆς κατασκευῆς, τοῦ τόπου καὶ τῶν τειχῶν, ἅμα δ' ὅτι καὶ ὥσπερ εἴ τι κλεῖθρον τῶν κλιμάτων ἑκατέρων μέσον, τὴν δυτικὴν στρατιὰν πολλήν τινα οὖσαν καὶ πρὸς μάχας ἐξησκημένην τῆς ἐκ τῆς ἕω καὶ τῆς Θρᾴκης διεῖργον. Quibus postremis verbis murum istum videtur indicare. De longis istis muris ad hostium incursus arcendos egimus in notis ad Chronicon Paschale pag. 589, et in dissert. de Hebdomo, ubi de utroque Hexamilio. DUCANG.

(72) Huc pertinent illa Theoduli Rhetoris, cod. Reg. fol. 144, de Catalanorum in Thessaliam transitu, Ἀπειρηκότες οἶμαι τοῖς ὅλοις, καὶ μηδὲν ἔχοντες εἰς παραμυθίαν λοιπὸν, τῶν μὲν ἀναγκαίων ἐπιλελοιπότων ἁπάντων, ἐπὶ ξυροῦ δὲ ἀκμῆς τῶν πραγμάτων σφίσι καθεστηκότων, εὐθὺς Θετταλίας χωρεῖν ἔγνωσαν, ἐφ' ᾧ γοῦν τοῖς ἐπιτηδείοις ἔχειν ἀφθόνοις χρήσασθαι, καὶ ἅμα τῶν Χανδρηνοῦ χειρῶν ἐμοὶ δοκεῖν ἀποστῆναι σπεύδοντες. BOIVIN.

forent, ac certa tandem aliqua sede fixo sibi domicilio diuturnos errores finirent: aut, si hoc non successisset, cum aliqua maritima gente factis induciis liberum in sua reditum haberent. Relicta igitur Thessalonica, tertio die ad Thessalicos montes pervenerunt, Olympum, **248** Ossam et Pelium, juxta quos castris positis et agro vastato, quæ ad sustentandam vitam necessaria essent, abunde paraverunt. Sed illud pene me præterierat, quod, ut historiæ series continua sit, explicandum est.

VI. In Latinorum exercitu, ut dictum est, etiam Turcorum tria millia fuerunt: quorum mille et centum eos fuisse diximus, qui cum Meleco post Azatinis ad Scythas fugam remansissent, eosdemque sacro baptismate initiatos et in Romanas legiones relatos, nova deinde sobole auctos, demum a Romanis defecisse, et ad Catalanorum signa transiisse, cum ambo exercitus in campis Apro urbi circumjectis confligturi essent; majorem vero partem ex Asia cum Chalele trajecisse, a Catalanis in auxilium evocatos et mercede conductos. Cum igitur Catalani in Thessaliam, quemadmodum dixi, proficiscerentur, Turci adversus eos tumultuari cœperunt, quod familiaritatem illorum suspectam haberent, nec sibi tutam prorsus futuram arbitrarentur. Turcorum igitur duces Melecus et Chalel cum Catalanorum duce congressi verba fecerunt de pacata discessione. Qui cum postulatis illorum haud cunctanter annuisset (neque enim ipsis jam Romanorum metu liberatis Turcorum auxilia necessaria erant), cupide discesserunt, postquam et captivos et omnem quam secum **249** ferebant prædam pro rata utriuque inter se partiti sunt. Sed de rebus Turcorum, quæ fusiori narratione egent, infra dicturi sumus.

νήσου, καὶ οὕτως ἐπὶ μιᾶς τινος χώρας τὴν οἴκησιν ἱδρυσάμενοι τῆς μακρᾶς ἀπαλλάξειν γε πλάνης· ἢ τό γε δεύτερον, σπεισαμένους τινὶ τῶν παραθαλαττίων ἐθνῶν ἀκώλυτον εἰληφέναι τὸν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπόπλουν. Ἄραντες οὖν ἐκεῖθεν τριταῖοι ἀφίκοντο ἐς τὰ πρὸ τῆς Θετταλίας ὄρη· Ὄλυμπος ταῦτα καὶ Ὄσσα καὶ Πήλειον· ὧν ἄγχιστά που στρατοπεδεύσαντες ἐπόρθουν τὴν χώραν καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐνεπίμπλων ἀφθόνων τῶν ὅσα πρὸς τὸ ζῆν ἐπιτήδεια ἦν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν. Ἀναληπτέον οὖν, ἵνα καθ' εἱρμὸν ὁ λόγος ὁδεύῃ.

ϛʹ. Συνεστράτευον τοῖς Λατίνοις, ὡς ἔφαμεν (73), καὶ Τοῦρκοι τρισχίλιοι· ὧν τοὺς μὲν ἑκατὸν καὶ χιλίους ἔφαμεν εἶναι τοὺς ἐναπολειφθέντας ἅμα τῷ Μελὴκ μετὰ τὴν τοῦ σουλτὰν Ἀζατίνη πρὸς τοὺς Σκύθας φυγὴν τῷ τε θείῳ βαπτίσματι τελεσθέντας καὶ συγκαταλεγέντας μὲν τοῖς Ῥωμαίων στρατεύμασι καὶ ταῖς τῶν παίδων διαδοχαῖς αὐξηθέντας, ὕστερον δ' ἀποστατήσαντας μὲν Ῥωμαίων, προσρυέντας δὲ τῷ τῶν Κατελάνων στρατῷ (74), ὁπότε συῤῥήγνυσθαι κατ' ἀλλήλων ἔμελλον τὰ στρατεύματα κατὰ τὰς περὶ τὴν πόλιν Ἄπρω (75) πεδιάδας· τοὺς δὲ πλείους εἶναι τοὺς ἅμα τῷ Χαλὴλ ἐξ Ἀσίας διαπεραιωθέντας ἐς μισθοφορικὴν συμμαχίαν τῶν Κατελάνων. Τῶν οὖν Κατελάνων τὴν ἐπὶ Θετταλίαν, ὡς ἔφαμεν, ὁδευόντων, ἤρξαντο κατ' αὐτῶν στασιάζειν οἱ Τοῦρκοι τὴν σφῶν συνδιαίτησιν ὑποπτεύοντες καὶ οὐ μάλα τοι σφόδρα ἀκίνδυνον ἐσομένην οἰόμενοι. Συστάντες οὖν οἱ τῶν Τουρκικῶν στρατευμάτων ἡγεμονεύοντες, ὅ τε Μελὴκ καὶ ὁ Χαλὴλ, τῷ τῶν Κατελάνων ἀρχηγῷ λόγους περὶ τῆς ἅμα εἰρήνῃ διαλύσεως κεκινήκασιν. Οὗ δὴ προθύμως τὴν αἴτησιν δεξαμένου (οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ἤδη Ῥωμαίων ἀπαλλαγεῖσι χρειώδης ἐτύγχανεν ἡ τῶν Τούρκων ἐκδημος συστρατεία), ἄσμενοι διελέλυντο τούς τε αἰχμαλώτους καὶ ὅσα ἐπεφέροντο λάφυρα διανειμάμενοι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν. Ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν Τούρκων πλειόνων δεόμενα λόγων ἐροῦμεν ἐν τοῖς ἑξῆς.

CAPUT VII.

Catalani Turcis dimissis in Thessaliam irrumpunt. Principum sebastocratorum hæres ultimus morti vicinus. Ejus uxor. Liberi ex ea nulli. Thessali Catalanos sibi conciliare amicitia statuunt. Catalani Thessalorum pecuniam et societatem incertæ spei præferunt. Superatis Thermopylis juxta Cephissum castra ponunt. Cephissi cursus. Athenarum princeps Catalanis transitum negat. Eosdem contemnit. Catalanorum vires. Callidum strategema. Atheniensis exercitus numerosus in limum impingit. Internecione deletur. Catalani Thebas et Athenas capiunt. In iis locis considunt.

I. Catalani autem, Turcis jam digressis, soli ad montes Olympum et Ossam, ut diximus, hibernabant. Verno autem tempore motis inde castris montium cacumina et interjecta Tempe pertranseunt, ac ante æstatem in Thessalicam planitiem irrumpunt. Ubi cum solum bonum et pingue inve-

Αʹ. Οἱ δὲ Κατελάνοι τῶν Τούρκων ἤδη ἀπαλλαγέντες καθ' ἑαυτοὺς ἦσαν [P. 153] παραχειμάζοντες πρὸ τῶν ὀρῶν τοῦ τε Ὀλύμπου καὶ τῆς Ὄσσης, ὡς ἔφαμεν. Ἔαρος δ' ἐπιστάντος ἄραντες ἐκεῖθεν διαβαίνουσι τάς τε τῶν ὀρῶν κορυφὰς καὶ τὰ ἐν τούτοις Τέμπη· καὶ πρὶν ἐπιστῆναι τὸ θέρος, ἐσβάλλουσιν ἐς τὰ

Variorum notæ.

(73) Supra cap. 4, n. 6 (col. 391). DUCANG. — *Καὶ Τοῦρκοι τρισχίλιοι.* Dixit supra fuisse *amplius bis mille*. Hoc cap. sect. 1. Infra numerabit *ter mille et sexcentos*, cap. 8, sect. 1 et 2, ἑκατὸν καὶ χιλίους. *Mille tantum* supra cap. 4, sect. 6. BOIVIN.

(74) Gregoras Catalanos Turcis dimissis in Thessaliam irrupisse ait, de indein Bœotiam transiisse, atque ibi demum pugnavisse, et victoriam insignem reportasse. Theodulus Turcos non nisi post Bœoticum prælium discessisse a Catalanis tradit, cod. Reg. 1855, fol. 145. Cum Theodulo consentiunt Muntanerius et Moncada. BOIVIN.

(75) Stephanus Ἄπρον vocat. BOIVIN.

Θετταλικὰ πεδία. Ἔνθα δὴ χώραν εὑρόντες ἀγαθήν τε καὶ πίονα ὅλον ἐκεῖ διατετρίφασι τὸν ἐνιαυτὸν, τήν τε χώραν δῃοῦντες καὶ διαφθείροντες ὅσα μὴ ἐντὸς ἦσαν τειχῶν μηδενὸς ἀντιταττομένου. Εἶχε γὰρ ἀσθενῶς τηνικαῦτα τὰ περὶ Θετταλίαν πράγματα, τοῦ διέποντος ἐκεῖ τὴν ἀρχὴν (76) νέου τε ὄντος τὴν ἡλικίαν καὶ ἀπείρως ἔχοντος ἐς πραγμάτων μεγάλων διοίκησιν, καὶ ἄλλως νόσῳ δαπανωμένου μακρᾷ καὶ ὅσον οὐδέπω τεθνήξεσθαι μέλλοντος καὶ ἅμα αὐτῷ καταλύσειν τὴν μέχρις αὐτοῦ διαδοχὴν τῆς τῶν προγόνων καὶ σεβαστοκρατόρων ἀρχῆς. Γυναῖκα μὲν γὰρ οὗτος ἠγάγετο ἑαυτῷ πρὸ βραχέος Εἰρήνην, τὴν νόθην τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου θυγατέρα· παῖδα δὲ μετ' αὐτῆς οὐ γεγέννηκεν, ὃς ἂν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς καταστῇ διάδοχος. Καὶ διὰ ταῦτα πλημμελῶς τὸ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ ἐκεῖσε ἐφέροντο πράγματα. Πλείονα δὲ καὶ τὴν εἰς τὸ ἔπειτα ὤδινον ταραχήν τε καὶ στάσιν ἕνεκα τῆς ἀρχῆς, ἀδηλίας ἔτι κεκαλυμμένου βυθοῖς τοῦ ταύτην διαδεξομένου. Καὶ μὲν δὴ τοῦ τε ἡγεμόνος τῆς χώρας ἐσχάτῃ νόσῳ πιεζομένου, καὶ τῶν πολεμίων δίκην φλογὸς ἐπιόντων καὶ νεμομένων τὴν χώραν, ἔδοξε τῇ τῶν προεχόντων ἐκεῖ κατὰ γένος βουλῇ, χρήμασι περιελθεῖν τοὺς πολεμίους καὶ δωρεῶν ἁβροτέρων ὤνιον ἐσχηκέναι τὴν γνώμην τῶν ἡγεμόνων, πρὶν ταῦτα αὐτοὺς ἀφελεῖν πολεμίᾳ χειρὶ, δώσειν τε ὑποσχέσθαι πομποὺς τοὺς ἀπάξοντας ἐπί τε Ἀχαΐαν καὶ Βοιωτίαν, χώραν ἁβράν τε καὶ εὔκαρπον καὶ πολλὰς κεκτημένην τὰς χάριτας καὶ ἅμα πρὸς οἴκησιν ἐπιτηδειοτάτην πασῶν· εἰ δὲ καὶ συμμαχίας δέοιντο, καὶ τοῦτο δὲ μάλα προθύμως τελεῖν καὶ φίλους εἶναί σφισι διὰ βίου.

Β'. Τοῦτο καὶ τοῖς Λατίνοις ἀρεστόν τε ἔδοξε καὶ μάλα δήπου κατὰ γνώμην. Ἔφασαν γὰρ, ὡς « Εἰ πολέμῳ [P. 154] καὶ μάχῃ τὰ τῆς ἐκβάσεως ἐπιτρέψαιμεν, ἥ τε χώρα φθαρήσεται, τά τε πράγματα συντριβήσονται κἀκ πολλῶν ἐς στενὸν κομιδῇ συνελαθήσονται, ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ἡ πᾶσα σπουδή. Ἔπειτα καὶ τὰ τῆς νίκης οἷ προχωρήσει, τῶν πάντων ἐστὶν οὐδεὶς ὃς ἐξεπίσταται πλὴν ἢ Θεός. Ἡμῖν δ' ἔστιν ὡς ἐπίπαν ἀμφισβητήσιμα ταῦτα καὶ οὐδαμῇ πω σαφῆ. Εἰ γὰρ αἱ πλείους ξυντυχίαι τοῖς ἀνθρώποις ἐπίσης εἰσὶν ἐλπιζόμεναι, οὐδὲν ἧττον καὶ σφίσι τὸ περιγενέσθαι συμβάλλεται ἧπερ ἡμῖν. Οὔτε γὰρ ἡμῖν ἐστι πιστόν τι ἐχέγγυον ἐς τὸ μέλλον περὶ τῆς νίκης, οὔτ' αὐτοῖς ἀπλανὴς εἴ τις περὶ ταύτης δόξα πρόσεστιν. Αἵ τε γὰρ δυσχωρίαι τῶν ὀρῶν, οἷς ἡ φύσις πολλαχόθεν τὴν χώραν ὠχύρωσεν, ἀσφάλειάν τε καὶ θάρσος τοῖς ἔχουσι δίδωσι· τά τε φρούρια ἐφ' ὑψηλῶν ἱδρυμένα τῶν τόπων ἀμήχανον ἡμῖν παρέξει τὴν πολιορκίαν. Ὥστε ὁποτέρως ἕξει τὸ πρᾶγμα, οὐκ εὔοδα τὰ τῆς ἀποβάσεως ἡμῖν ἀπαντᾷ οὕτως ἐπὶ ξένης πλανωμένοις καὶ ἀλλοτρίας καὶ τοσοῦτον τῆς οἰκείας ἀπῳκισμένοις. Τῶν οὖν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη, παρὸν ἐμπλῆσαι τοσούτων χρημάτων τὰς δεξιὰς ἄνευ πόνων καὶ ἅμα συμμάχων καὶ φίλων εὐπορῆσαι τοιούτων, ἔπειτα παραδραμόντας ὑπὲρ ἀδήλων ἐλπίδων μεγάλους ἀναδέχεσθαι κινδύνους. »

A nissent, totum annum exegerunt, agris urendis et omnibus iis quæ extra mœnia erant vastandis, resistente nemine. Tunc enim res Thessalorum infirmæ erant ob immaturam principis ætatem, nullo magnarum rerum gerendarum usu instructi, ac præterea diuturno morbo conflictati et jamjam morituri, secum autem principatum a majoribus suis sebastocratoribus perpetua successione ad se usque transmissum exstincturi. Uxorem hic paulo ante duxerat Irenen, notham imperatoris Andronici filiam: atque ex ea nullam prolem susceperat, cui relinqueret principatum. Ob hæc rerum status in ea provincia tunc temporis perturbatus majores in posterum turbas ac dissensiones parturire videbatur, quod in obscuro adhuc foret, quis principatum B illum esset excepturus. Proinde cum princeps extremo morbo **250** laboraret, et hostes flammæ instar provinciam pervagarentur atque absumerent, habita deliberatione ii qui genere eminebant censuerunt, pecuniis illiciendum hostem, et ducum voluntates largioribus donis redimendas, priusquam illa ab iis jure belli raperentur; ductoresque promittendos, qui eos in Achaiam et Bœotiam, regionem cultam et frugiferam et amœnitatis plenam et omnium maxime commodam ad habitandum, perducerent. Quod si auxiliis esset opus, ea quoque alacriter danda, et per omnem ætatem amicos illorum futuros se profitendum.

C II. Id et Latinis ipsis placuit, imo optatissimum fuit. « Etenim, aiebant, si belli eventum et armorum fortunam experiamur, vastabitur provincia, opes atterentur, et ex magna copia ad summam inopiam recident, pro quibus omnis a nobis labor suscipitur. Deinde penes quem victoria futura sit, præter Deum nemo omnium prospicit: sed hæc prorsus ambigua et adhuc minime explorata. Nam quamvis plerique eventus ab hominibus ex æquo sperentur, nihilo tamen minor illis vincendi quam nobis spes proposita est. Ac neque nos futuræ victoriæ pignus ullum certum habemus, nec si qua illis ejusmodi fiducia est, ea falli non potest. Quippe et montium juga aspera, quibus natura regionem undique muniit, habitatores tutos et audaces præ- D stant; et castella in altis sita montibus obsidendi facultatem omnem nobis adimunt. Quare utcunque res ceciderit, non facile hac via nobis succedet, in alieno ac peregrino **251** solo oberrantibus, et tam longe a patria relegatis. Absurdissimum igitur fuerit, cum absque labore pecunia dexteras implere eademque opera socios nobis et amicos tales acquirere possimus, ea occasione spreta, magna pericula incerta spe subire. »

Variorum notæ.

(76) Joannis Angeli, qui, ducta Irene Andronici imp filia notha, triennio post nullis susceptis liberis e vita excesserat. DUCANG.

III. His illi consideratis ac perpensis pacem et A fœdus cum Thessalis, quibus dixi conditionibus, pepigerunt. Itaque veris initio, pecuniis et ductoribus acceptis, montes superant ultra Thessaliam sitos, et Thermopylis superatis apud Locridem et Cephissum castra ponunt. Fluvius iste permagnus e monte Parnasso erumpit, et versus ortum profluens a septentrione Locros Opuntios et Epicnemidios, versus austrum et meridiem mediterranea totius Achaiæ et Bœotiæ habet. Idem usque ad Lebadiæ et Haliarti campos maximus et indivisus manet. Inde in duos amnes distractus Asopo et Ismeno suum nomen commutat, ac per Asopi quidem alveum Atticam usque ad mare secat; per Ismenum autem juxta Aulidem (ubi olim Græcos heroas Trojam petituros primum appulisse et stativa habuisse ferunt) Euboicum mare influit.

Γ'. Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνοι συνιδόντες καὶ οὕτω διασκεψάμενοι σπονδὰς καὶ ξυμβάσεις ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις τίθενται πρὸς τοὺς Θετταλοὺς (77)· καὶ ἅμα ἦρι τά τε χρήματα καὶ τοὺς πομποὺς παρ' αὐτῶν εἰληφότες ὑπερβάλλουσι τὰ μετὰ Θετταλίαν ὄρη· καὶ διαβάντες τὰς Θερμοπύλας στρατοπεδεύουσι περί τε Λοκρίδα καὶ ποταμὸν τὸν Κηφισσόν· ὃς μέγιστος ὢν ῥήγνυται μὲν ἐξ ὄρους τοῦ Παρνασσοῦ, κάτεισι δὲ πρὸς ἕω τὸ ῥεῦμα κινῶν, καὶ πρὸς μὲν ἄρκτους ποιούμενος τούς τε Ὀπουντίους καὶ Ἐπικνημιδίας Λοκρούς, πρὸς δὲ μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον τὴν μεσόγειον ἅπασαν τῆς τε Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας· μέγιστος μὲν καὶ ἀδιαίρετος ἄχρι τῶν περὶ Λεμβαδίαν τε καὶ Ἁλίαρτον πεδιάδων τηρούμενος, ἔπειτα πρὸς δύο σχιζόμενος ῥεύματα (78) καὶ B ἐς Ἀσωπόν τε καὶ Ἰσμηνὸν μετατιθέμενος τὰ ὀνόματα· καὶ διὰ μὲν Ἀσωποῦ τέμνων τὴν Ἀττικὴν ἄχρι θαλάττης· διὰ δ' Ἰσμηνοῦ τῇ τῆς Εὐβοίας θαλάττῃ σπενδόμενος περὶ τὰ τῆς Αὐλίδος προαύλια· ἔνθα πάλαι τοὺς ἐπὶ Τροίαν ναυστολοῦντας Ἕλληνάς τε καὶ ἥρωας τὰ πρῶτα προσεσχηκέναι τε καὶ αὐλίσασθαι λέγουσιν.

IV. Cum autem Thebarum et Athenarum princeps et totius tractus illius dominus (qui, ut supra
252 observavimus, magnus olim primicerius appellatus fuerat, tum autem corrupta voce μέγας κύριος vulgo dicebatur) hostium adventum didicisset, Catalanis petentibus transitum dare noluit, ut quo vellent per ejus territorium abirent: sed immodicum fastum verbis professus, et illos ut non magnopere curandos multo risu prosecutus, suas vires per autumnum et hiemem ad ver usque col- C legit. Parabant sese et Catalani, ut aut statim pugnando morituri, aut victuri cum gloria.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν πολεμίων ἐπύθετο ἔφοδον ὁ τήν τε τῶν Ἀθηνῶν (79) καὶ Θηβῶν διέπων ἀρχὴν καὶ τὴν χώραν ἐκείνην ἔχων ἅπασαν, ὃς δὴ καὶ μέγας μέν, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκειμεν, ἐπωνόμαστο πριμμικήριος, τῆς δὲ λέξεως ὑπὸ τοῦ δήμου διαφθαρείσης μέγας ἐλέγετο κύριος· οὗτος τοίνυν δίοδον (80) μὲν αἰτήσασι τοῖς Κατελάνοις οὐ βεβούληται δοῦναι, ὥσθ' ὅποι βούλοιντο ἀπιέναι διὰ τῆς χώρας αὐτοῦ· [P. 155] ὁ δὲ ἀλλὰ μακρὰν τὴν ὀφρὺν διὰ τῆς γλώττης ἐπιδειξάμενος καὶ πολὺν τὸν μυκτῆρα κατ' αὐτῶν ὡς οὐ φροντίδος μεγάλης μάλα ἀξίων καταχεάμενος ἤθροιζε τὰς δυνάμεις διά τε φθινοπώρου καὶ χειμῶνος ἐς ἔαρ. Παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ Κατελάνοι ὡς ἢ τεθνηξόμενοι τῷ πολέμῳ ἢ ζήσοντες εὐκλεῶς.

V. Cum autem ver supervenisset, Catalani Cephisso trajecto apud Bœotiam non procul a flumine castra posuerunt, hostem exspectantes, illis videlicet locis pugnam commissuri. Erant autem Catalanorum equites ter mille et quingenti, peditum quatuor millia: in quos multi etiam e captivis ob sagittandi peritiam relati erant. Ubi hostes jamjam adfuturos nuntiatum est, omnem illam terram arant, ubi prælium conserere decreverant. Deinde circumfodiunt, et rivis e fluvio ductis totam planitiem ita

Ε'. Ἔαρος μὲν οὖν ἐπιγενομένου διαβάντες οἱ Κατελάνοι τὸν Κηφισσὸν κατεστρατοπέδευσαν περὶ τὴν Βοιωτίαν οὐ πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ, αὐτοῦ που συστῆναι τὸν πόλεμον περιμένοντες. Ἦσαν μὲν οὖν τῶν Κατελάνων οἱ μὲν ἱππεῖς πεντακόσιοι καὶ τρισχίλιοι, τὸ δὲ πεζὸν τετρακισχίλιοι· οἷς καὶ πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων διὰ τὴν τῆς τοξικῆς εὐφυΐαν συγκατελέγησαν. Ἀκηκοότες δ' ὅσον οὐδέπω τοὺς πολεμίους ἐφεστήξοντας ἀροῦσι μὲν τὴν γῆν ἐκείνην ἅπασαν, ἔνθα συστῆναι τὸν πόλεμον ἔγνωσαν.

Variorum notæ.

(77) Theodulus Rhetor Catalanos, multis cladibus in Thessalia a Chandreno affectos, fœdus cum Thessalis pepigisse scribit, cod. Reg. fol. 144: Τοσάδε γοῦν κἀνταῦθα κατ' αὐτῶν ἔστησε τρόπαια, καὶ οὕτω περιφανῆ, νῦν μὲν ἀθρόοις ἐμπίπτων, νῦν δ' ἐκ πολλῶν ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς κατ' ὀλίγους, ὥστ' ᾄδουσι μὲν ἐς δεῦρο ταυτὸ Θετταλοί, ᾄδουσι δὲ σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι .... καὶ τί δεῖ πλείω διεξιέναι; Εἰ μὴ γὰρ τὴν ταχίστην εἰρήνης ἐπεθύμησαν, κἂν αὐτοῦ πάντες, ἐπεσον κακοὶ κακῶς ὀλωλότες. Νῦν δὲ σπονδὰς πρὸς Θετταλοὺς ποιησάμενοι, καὶ τοῦ Χανδρηνοῦ διὰ ταῦτα μετὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων τῶν ἄθλων ὥσπερ τινὸς Ἡρακλέους ἐπανιόντος ἡμῖν, σφᾶς τε αὐτοὺς ἐξείλοντο τοῦ κινδύνου, πεπαυμένης τῆς μάχης δι' ἣν κακῶς ἔπραττον, καὶ τὴν καλλίστην, etc. Gregoras alia D plane: de Chandreno ne verbum quidem. BOIVIN.

(78) Ptolemæus Geographiæ lib. III, c. p. 15: Ὁ δὲ Εὐηνὸς ἐν τῷ Καλλιδρόμῳ ὄρει ἐπιστρέψων πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἐπὶ τὸν Κηφισσὸν ποταμόν· ὃς καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὀρέων ῥέων, συμμίσγει τῷ τε Ἀσωπῷ καὶ τῷ Ἰσμηνῷ τοῖς ποταμοῖς κατὰ τὴν Βοιωτίαν, ἐπὶ Θ ... μοιρῶν νβ'. Hinc (ut opinor) Gregoras habuit ea quæ de Cephisi cursu tradit. At Strabo aliter lib. IX, pag. 407, edit. 1620. Vide et Commentarium Gerbelii in Græciam Sophiani pag. 142. BOIVIN.

(79) Galterus Briennensis, dux Athenarum et Thebarum dominus. DUCANG.

(80) Hæc fusius narrat Montanerius cap. 240, et ex eo Moncada cap. 65, nos etiam in *Hist. Franco-Byzant.* lib. VII, n. 7, 8. DUCANG.

Ἔπειτα περιταφρεύσαντες καὶ διώρυχας ἀνοίξαντες ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὅλον ἀρδεύουσι τὸ πεδίον. οὕτω πλουσίως, ὥστε ἐλλιμνάζειν καὶ ἀνίσχυρον τὴν βάσιν τῶν ἵππων ποιεῖν, συγχωννυμένων τῷ πηλῷ τῶν ποδῶν καὶ οὐκ εὐχερῶς ἐχόντων κινεῖσθαι.

ς'. Καὶ μὴν δὴ μεσοῦντος ἔαρος (81) ἐφίσταται καὶ ὁ τῆς χώρας ἀρχηγὸς (82) πολὺν ἐπαγόμενος στρατὸν συγκεκροτημένον ἔκ τε Θηβαίων καὶ Ἀθηναίων καὶ Πλαταιέων, καὶ ὅσοι Λοκρῶν καὶ Φωκέων καὶ Μεγαρέων ὑπῆρχον ἐπίλεκτοι. Ἱππεῖς μὲν οὖν ἦσαν ἑξακισχίλιοι τούτῳ καὶ τετρακόσιοι, πεζοὶ δ' ὑπὲρ τοὺς ὀκτακισχιλίους· οἴησις δὲ καὶ φρόνημα πολὺ τὸ παράλογον κεκτημένη. Ἤλπιζε γὰρ οὐ μόνον τοὺς Κατελάνους αὐτίκα συγκατασφάξειν, ἀλλὰ καὶ πάσας ἐφεξῆς χώρας καὶ πόλεις ἄχρι τῆς Βυζαντίδος ἕξειν ὑποχειρίους. Τὸ δὲ ἦν πᾶν τοὐναντίον. Ἐπεὶ γὰρ ἐν ἑαυτῷ καὶ οὐκ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ τὴν τῶν πραγμάτων ἔπεμπεν ἔκβασιν, παίγνιον ἐν βραχεῖ τῶν πολεμίων καθίσταται. Θεασάμενος γὰρ τὸ πεδίον πολλῇ τῇ χλόῃ τῆς πόας κατάκομον καὶ μηδὲν τῶν γεγονότων ὑπονοήσας βοῇ καὶ παρακελεύσμασιν ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτῷ πᾶσιν ἱππεῦσιν ὁρμᾷ κατὰ τῶν πολεμίων, ἀκινήτων ἔξω τοῦ πεδίου κατὰ χώραν ἑστώτων καὶ τὴν αὐτοῦ προσδοκώντων ἔφοδον. Ἀλλὰ πρὶν εἰς μέσον ἐλθεῖν τὸ πεδίον, ὥσπερ στεῤῥῷ τινι πεδηθέντες οἱ ἵπποι δεσμῷ τῷ τῆς ὑγρανθείσης γῆς πρὸς τὴν τῶν ποδῶν θρασυτέραν βάσιν μάλα ὑπείκοντι, οἱ μὲν ἅμα τοῖς ἱππεῦσιν ἐκυλίοντο κατὰ τοῦ πηλοῦ· οἱ δὲ τοὺς ἱππέας ἀποβαλόντες πλημμελῶς ἐφέροντο κατὰ τοῦ πεδίου· οἱ δὲ τοὺς πόδας συγκαταχώσαντες ἐφ' ἑνὸς ἵσταντο, καθάπερ ἀνδριάντας τοὺς ἐπιβάτας ἀνέχοντες. Οἱ μέντοι Κατελάνοι ἀναθαρσήσαντες πρὸς τὰ δρώμενα παντοδαποῖς κυκλωσάμενοι βέλεσιν τούτους μὲν ἅπαντας ἄρδην κατέσφαξαν· κἄπειτα εὐθὺς ἐκεῖθεν ἐξιππασάμενοι τοὺς φεύγοντας κατόπιν ἐδίωκον ἄχρι Θηβῶν τε καὶ Ἀθηνῶν· [P. 156] ἃς δὴ καὶ ἀπροσδοκήτως ἐπεισπεσόντες ῥᾷστα χειροῦνται αὐτοῖς χρήμασι καὶ αὐταῖς γυναιξί τε καὶ τέκνοις. Οὕτω τοίνυν ὥσπερ ἐν κύβοις ἐξαίφνης μεταπεσούσης τῆς ἀρχῆς ἐγκρατεῖς οἱ Κατελάνοι γενόμενοι (83) τῆς τε μακρᾶς πλάνης ἀπήλλαξαν ἑαυτοὺς καὶ

A copiose irrigant, ut stagnaret et gressum equorum instabilem redderet, quorum pedes luto infixi ægre loco moveri possent.

VI. Vere medio ipsius regionis princeps cum magno exercitu adest, coacto ex Atheniensibus, Thebanis et Platæensibus, item ex Locrensibus, Phocensibus et Megarensibus delectis. Equitum sex millia et quadringenti, **253** peditum amplius octo millia erant. Opinio vero et arrogantia principis multum a recta ratione aberrabat. Sperabat enim se non modo Catalanos statim deleturum, sed etiam provincias et omnes inde urbes Byzantium usque occupaturum. Quod longe aliter evenit.
B Quippe dum suis viribus non divino auxilio rerum exitum permittit, paulo momento risui hostium exponitur. Nam cum planitiem multo gramine virentem conspexisset, nihil eorum quæ acta erant suspicatus, cohortatus suos et vociferans cum omnibus quos secum habebat equitibus impetu contra hostes fertur, qui extra campum immoti in procinctu stabant ejus impressionem exspectantes. Sed priusquam ad mediam planitiem pervenirent, equi veluti firmis vinculis impediti madefacta terra ad audaciorem gressum subsidente, partim una cum equitibus in luto volutantur, partim iis excussis temere per campum feruntur, partim pedibus luto immersis uno in loco immoti stant, equites veluti statuas sustinentes. Quibus rebus Catalani animati
C omni telorum genere circumventos illos omnes internecione deleverunt: tum illinc statim emisso equitatu usque ad Thebas et Athenas fugientes persecuti sunt. Quin et ipsas urbes ex improviso aggressi cum opibus, uxoribus et liberis facillime ceperunt. Sic velut in aleæ ludo fortuna repente mutata Catalani potiti principatu et diuturnum errorem finiverunt, et suæ ditionis terminos **254** in hunc usque diem paulatim proferre non desistunt. Atque ita Catalanorum res se habuerunt.

Variorum notæ.

(81) Anonymus poeta Græco-Barbarus, cod. Reg. 2569, fol. 212, v.:
Ὁ πόλεμος ἐγύναιτον ἡμέραν γὰρ δευτέραν*)
Στασδεκαπέντε τοῦ μηνὸς ὅπουτον λέγουν μάρτην.
Ἐνέτη τρέχωντα χρώνων ἀποκτήσεως κόσμου,
Ἑξάκης χιλιάδων δὲ καὶ ὠκτακωσίων ται,
Καὶ συναυτὸ καὶ δεκαεπτά· εὐδόμης δὲ ἠνδίκτου.
Itaque cæsus est Galterus anno mundi 6817, Chr. 1309, idque die 15 mensis Martii, non μεσοῦντος ἔαρος, ut affirmat Gregoras. At Muntanerius cap. 221 scribit, Catalanos post Rogerii cædem remansisse apud Callipolim annis 7, iisque elapsis in Macedoniam transiisse. Rogerius, ut ex Pachymeris narratione colligitur, cæsus fuit anno Christi 1305. Ad annos 1305 adde annos 7, conflunt anni 1312. Ergo Catalani in Macedoniam transierunt anno Christi 1312. Id si verum est, Bœotiæ et Atticæ principatum vix occupare po-
D tuerunt ante an. 1313. Tamen Anonymus Græco-Barbarus, qui eum principatum ab illis occupatum ponit an. 1309, cum Gregora hac in re consentit. Quid si Rogerii cædes in annum Chr. 1301 vel 1302 conferatur? Admodum certe probabile est vel Pachymeris vel Muntanerii chronologiam corruptam fuisse ab exscriptoribus. BOIVIN.

(82) Idem Galterus, Athenarum dux. DUCANG.

(83) Theodulus Rhetor, cod. Reg. 1853, fol. 145: Τὴν καλλίστην καὶ θαυμαστὴν ἐκείνην κατὰ τῶν προσχώρων Ἰταλῶν ἀνείλοντο νίκην, μετὰ μὲν ὑπερηφάνου παρασκευῆς αὐτοῖς ἐπιόντων, καὶ μὴ ὅτι τούτους, ἀλλὰ καὶ Θετταλίαν πᾶσαν καὶ Μακεδονίαν ἀπειλούντων ἐκτρίψειν. Οὕτω δ' αὐτῶν ἐκτριβέντων, ὡς μηδὲ πυρφόρον τὸ τοῦ λόγου λελεῖφθαι .... Ὡς δὲ οἱ μὲν ἐκποδὼν ἦσαν, καὶ ταύτην τοῦ θράσους ἔτισαν δίκην, ἃ τῶν ἄλλων περὶ κακῶς ἐβουλεύσαντο, ταῦθ' ὑπ' ἐκείνων αὐτοὶ καλῶς πε-

* Id est feria secunda, seu die Lunæ. At anno Chr. 1309 dies 15 Martii non incidit in feriam secundam, sed in Sabbatum. BOIVIN.

ἀεὶ πρὸς τὸ πλέον ἠρέμα τοὺς ὅρους οὐ λήγουσιν ἄχρι καὶ τήμερον αὔξοντες ἧς ἔσχον αὐθεντείας. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῶν Κατελάνων οὕτως ἔσχεν.

CAPUT VIII.

Turci relictis Catalanis suos duces sequuntur. Melecus recipit se ad Cralem. Chalel in Macedonia subsistit. Pacem offert Romanis. Pacis conditiones. Magnus stratopedarcha Turcos ad Hellespontum perducit Romani fidem violant. Turci castellum occupant. Auxilia arcessunt. Regionem vastant. Michael imperator ad eos debellandos evocatur. Militum rusticanorum temeritas. Romanorum socordia. Barbari sibi et re·us ·uis optime consulunt. Vexillum imperatorium adoriuntur. Imperator a militibus destituitur. Flebilis et incitus discedit. Duces resistunt. Ab hostibus capiuntur. Imperii insignia direpta et ludibrio habita.

I. Turci autem cum a Catalanis discessissent, in duas partes dividuntur, et alii Chalelem, alii Melecum sequuntur. Melecus sacro baptismate cum suis primum initiatus, magnis etiam stipendiis ab imperatore acceptis, cum deinde et fidem illi datam fregisset, et religionis instituta legesque repudiasset, et ad Romanorum hostes defecisset, prorsus desperata Romanorum amicitia ad Cralem Serviæ, a quo arcessebatur, se conferre maluit, quam in conspectum Romanorum venire. Quare ipse et mille ejus equites cum quingentis peditibus profecti ad Cralem omnes equos et arma tradere jussi sunt, et privatam vitam agere, ea tamen lege, ut belli tempore et cum res ita posceret arma sumerent, ac Triballorum exercitum totidem sequerentur quot ipse imperasset.

Α'. Οἱ δὲ Τοῦρκοι μετὰ τὸ διαστῆναι τῶν Κατελάνων (84) εἰς δύο σχίζονται μοίρας· καὶ οἱ μὲν τῷ Χαλὴλ, οἱ δὲ τῷ Μελὴκ ἕπονται. Ὁ μὲν γὰρ Μελὴκ ἐπειδὴ τῷ θείῳ βαπτίσματι πρότερον τελεσθεὶς μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν καὶ πρός γε ἱκανοὺς τοὺς μισθοὺς ἀπολαμβάνων παρὰ τοῦ βασιλέως, ἔπειτα τούς τε πρὸς αὐτὸν ἠθετηκὼς ὅρκους καὶ ἀποστέρξας τοὺς τῆς εὐσεβείας θεσμούς τε καὶ νόμους πρὸς τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἐχθροὺς ηὐτομόλησεν, ἀνέλπιστον τὸ παράπαν ἐνόμιζε τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἤδη φιλίαν. Ἐντεῦθεν εἵλετο μᾶλλον προσιέναι καλοῦντι τῷ Κράλῃ Σερβίας, ἢ Ῥωμαίοις εἰς ὄψιν ἐλθεῖν· καὶ ἀπελθὼν ἅμα χιλίοις ἱππεῦσι καὶ πεντακοσίοις πεζοῖς τά τε ὅπλα ἔθεντο καὶ τὴν ἵππον πᾶσαν παρέδοσαν τῷ Κράλῃ Σερβίας κελεύσαντι, καὶ ἰδιωτικόν τινα ζῇν προσετάχθησαν βίον, πλὴν ἐν μόνῳ πολέμου καὶ χρείας τοιαύτης καιρῷ τὰ ὅπλα λαμβάνοντας, ὅσους ἂν ἐπιτάξειεν αὐτὸς, ἕπεσθαι τῷ τῶν Τριβαλλῶν στρατεύματι.

II. Chalel vero cum trecentis et mille equitibus et octingentis peditibus in Macedonia immoratus duabus conditionibus pacem cum Romanis facere cupiebat, ut et Christopolitanas angustias transire sineretur, et Romanis navibus cum omnibus quas haberet manubiis impositus, trajecto Hellesponti freto, in patriam perduceretur. Imperator hac legatione audita, qualem et quantam Romanis provinciis perniciem attulissent recordatus, **255** illos tanquam grave onus quamprimum excutere voluit. Quamobrem statim præstanti duce Senacherim, qui tunc magnus stratopedarcha erat, cum tribus equitum millibus misso, illos e Macedonia in Thraciam ad Hellespontum usque perducendos curavit. Ibi cum Romani duces et milites multitudinem equorum, pecuniarum et omnis generis manubiarum vidissent, quas e Romanis provinciis hostes in Asiam transportaturi forent, indignum rati sunt se volentibus id fieri. Sive igitur rem Romanam commiserati, sive lucri et emolumentorum spe corrupti ea consilia ceperint, quæ a pactis et conventis abhorrerent, non modo iis naves quibus transpor-

Β'. Ὁ δὲ Χαλὴλ περιμείνας ἐν Μακεδονίᾳ μετὰ τριακοσίων καὶ χιλίων ἱππέων καὶ πεζῶν ὀκτακοσίων ἐζήτει σπείσασθαι Ῥωμαίοις ἐπὶ δυοῖν, ἵνα τε τὰ περὶ τὴν Χριστούπολιν ἀφεθεῖεν στενὰ διελθεῖν, καὶ ἵνα Ῥωμαϊκαῖς ναυσὶ διαπεραιωσάμενοι τὸν Ἑλλησπόντιον πορθμὸν ἀπέλθωσιν ἐς τὰ οἴκοι μετὰ τῆς λείας ἧς ἐπεφέροντο πάσης. Ταύτης δὴ τῆς πρεσβείας ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς καὶ ἀναμνησθεὶς ὅσην καὶ οἵαν ἐπήγαγον τὴν φθορὰν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ, ὥσπερ τι βαρύτατον ἄχθος ὅσον τάχος ἀποφορτίσασθαι τούτους ἐβούλετο. Καὶ μέντοι καὶ ἀποστείλας εὐθὺς τῶν τότε στρατηγῶν τὸν προὔχοντα τὸν Σεναχηρεὶμ, μέγαν στρατοπεδάρχην τηνικαῦτα τυγχάνοντα μετὰ τρισχιλίων ἱππέων, διεβίβαζεν αὐτοὺς [P. 157] ἐκ Μακεδονίας εἰς Θρᾴκην ἄχρι τοῦ Ἑλλησπόντου. Ἐνταυθοῖ δὲ τοῖς στρατιώταις καὶ στρατηγοῖς τῶν Ῥωμαίων θεασαμένοις τὸ πλῆθος τῆς τε ἵππου καὶ τῶν χρημάτων καὶ τῆς ἄλλης πάσης καὶ παντοίας λείας, ὅπερ ἔχοντες ἐκ Ῥωμαίων ἔμελλον οἱ ἐχθροὶ διαβαίνειν ἐς τὴν Ἀσίαν, ἄτοπον ἔδοξεν ἑκουσίοις τοῦτο γενέσθαι αὐτοῖς. Εἴτε γοῦν οἶκτον τῶν Ῥωμαϊκῶν σχόντες πραγμά-

Variorum notæ.

πονηθότες, ἔδει δὲ τοὺς κεκρατηκότας οὐχ ὅσον ὅπλων καὶ ἵππων, ἀλλὰ καὶ πόλεων καὶ χωρῶν, καὶ πάντων τῶν ἐκείνοις προσόντων αὐτοὺς γεγονότα; κυρίους, ἔπειτ' ἐν σφίσιν αὐτοῖ, ταυτὶ διελέσθαι, διείλοντο καὶ ταῦτα τρόπῳ τοιῷδε. Οἱ μὲν ἐκ Σικελίας ὡρμώμενοι, τὰς πόλεις ἑλόντες, αὐτοῦ που μένειν ᾤοντο δεῖν, ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων ταῖς τούτων γυναιξὶ καὶ παισὶν αὐτοὶ καταστάντες. ἵπποι δὲ καὶ ὅπλα, καὶ πᾶ ἅ τις πρὸς μάχην παρασκευὴ Πέρσαις ἦν. Ex hac Theoduli narratione liquet Persas, seu (quod idem est) Turcos, Bœotico prælio simul cum Catalanis interfuisse; et Catalanos quidem, hostium urbibus, agris, uxoribus, et liberis potitos, sedem illic fixisse; Turcos autem, armis, equis, et reliqua omni præda auctos, inde discessisse. Aliter tamen Gregoras Vide adnotata supra ad hujus capitis sect. 1. Boivin.

(84) Qua de re supra cap. 6, sect. 6, et cap. 7, sect. 1. Boivin.

τε κέρδους καὶ λημμάτων παραχθέντες ἐλπίδι
λλοτρίους τῶν συνθηκῶν τε καὶ σπονδῶν ἐδά-
ογισμοὺς, οὔτε ναῦς ἐδίδουν, αἳ πρὸς Ἀσίαν αὐτοὺς διαβιβάζειν ἔμελλον, καὶ νυκτὸς ἐπιθέσθαι
ἐσκέψαντο.

Τοῦτο τοὺς Τούρκους οὐκ ἐλελήθει. Διὸ καὶ τὸν
ἀμείψαντες παρεσκευάζοντο δέξασθαι τὴν
ίων μάχην· μᾶλλον δὲ δραμόντες αἱροῦσιν
παρακειμένων φρουρίων, κἀκεῖθεν ὡς ἐξ
ηρίου πρὸς μάχας καὶ πολέμους ὡπλίζοντο.
τὴν Ῥωμαίων μελέτην διέκοψε καὶ ὡς πορ-
ω τούτων αὐτοὺς στρατοπεδεύειν ἠνάγκασεν,
καὶ βασιλεῖ ποιήσωνται δῆλον τὸ ξυμβεβη-
αὶ μέντοι καὶ οὐκ ὀλίγος ἐν τούτοις ἐτρί-
ρόνος, εἰωθὸς οὐκ οἶδ' ὅπως τοῖς Ῥωμαίων
ι ῥᾳθύμως χρῆσθαι τοῖς τῶν σπουδαίων πραγ-
σκέμμασιν. Ἐπὶ τούτοις ἀμελεῖν οὐκ ἐνῆν τοῖς
οις, ἀλλὰ πέμψαντες ἐς Ἀσίαν πλείστην ἐκ
οφύλων βαρβάρων ἐν βραχεῖ διεπεραιώσαντο
χίαν. Ὅθεν ἀεὶ παρεξιόντες καὶ αἰφνιδίους
ὶ ἀπροσδοκήτους ἄλλοτε ἄλλοθεν ποιούμενοι
δους ἐδῄουν τὴν χώραν.

Τοῖς γε μὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων
ι τῶν ἀτοπωτάτων ἐδόκει, καθημένους ὁρᾷν
ένην τὴν χώραν. Διὸ πρὶν ἐπὶ μεῖζον ἀρθῆναι
ς τοὺς πολεμίους καὶ πρὶν πλείονα τὴν ἀσθέ-
τοῖς Ῥωμαίων ἐπενεγκεῖν πράγμασι, δεῖν ἐνο-
τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἀναγκάσαντας ἅμα αὐτῷ
στρατὸν συναθροῖσαί τε καὶ τὸ φρούριον ἐκπο-
σαντας διαφθεῖραι τοὺς πολεμίους. Οὗ δὴ
νου πάντες στρατηγοὶ καὶ πάντα στρατεύματα
ν βασιλέα ἠθροίζοντο. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ
ητα ἀγροῦ καὶ δικέλλης ἀπόζουσι, καὶ οὗτοι
ἐκεῖ συνηλαύνοντο, δίκελλαν ἔχοντες ἕκαστος
απάνην ἐν ταῖν χεροῖν. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ὡς
ήσοντες ἀπῄεσαν, ὅσον ὡς ἐφ' ἑτοίμῃ τῇ θήρᾳ,
ταχώσοντες αὐτοῖς πολεμίοις αὐτὸ τὸ φρούριον.
άραντες (85) ἐπορεύοντο πρὸς τοὺς πολεμίους
τρατηγοὶ καὶ ὁ στρατὸς σύν γε τῷ βασιλεῖ,
καὶ τὸν ἀγοραῖον ἐπισυρόμενοι καὶ ἀγρότην
καὶ ὅσοι σκαπάνης καὶ δικέλλης ἀπόζουσιν,
α ἄκοντας ἅπαντας. [P. 158] Ὑπὸ γὰρ ἀπει-
ι πλεῖστοι ξυνελαυνόμενοι πρὸς ἐλπίδα μόνην
έρδους ἑώρων· τοὺς δ' ἐπὶ τούτοις κινδύνους
μακρᾷ παραπέμποντες διετέλουν.

Ὅσῳ μέντοι τοῖς πολεμίοις ἐνῆν ἐῤῥῶσθαι
αὐθαιρέτους κινδύνους διά τε δὴ τὸ ἐν πολεμίᾳ
εκλεῖσθαι γῇ καὶ διὰ τὸ πλήθει στρατοῦ πολλῷ
ντιπαρατατομένων ἡττᾶσθαι, τοσούτῳ Ῥω-
ς ξυνέβαινε περιφρονοῦντας ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς
μελοῦντας τῶν τακτικῶν διὰ τὸ πολὺ τῶν πο-
ν ὅπλοις καὶ πλήθεσιν ὑπερέχειν· μὴ ξυνιέναι,
ικεν, ὡς οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν κόσμῳ πραγ-
ν βέβαιόν τε καὶ ἀσφαλὲς, ἀλλὰ παίγνιον Θεοῦ
θρώπινα, κατὰ Πλάτωνα, καὶ ἀδήλως πάντ' ἄνω
άτω περιχωρεῖ καὶ ἐναλλὰξ ἀτέκμαρτον πο-
αι δρόμον. Ταῦτ' ἄρα καὶ οἱ πολέμιοι πρότερον

A tarentur non dederunt, sed et illos nocte aggredi statuerunt.

III. Ea res Turcos non latuit. Quapropter loco mutato ad Romanorum impetum tolerandum sese paraverunt. Imo cursu citato vicinum quoddam castellum petiere, eoque occupato ad bella et pugnas e loco munitiore gerendas se armarunt. Id facinus consilium Romanorum turbavit, et quam longissime ab illis castra abducere coegit, donec imperatorem etiam quid actum esset certiorem reddidissent. Proinde non parva mora intercessit, nescio qua Romanorum principum consuetudine, B res quæ festinationem postulent segniter administrandi. Quæ cum ita essent, Barbari nihil negligendum rati missis in Asiam nuntiis **256** brevi tempore magna popularium suorum auxilia arcessiverunt. Proinde excurrentes alias aliunde subitis et inexspectatis irruptionibus agros vastabant.

IV. Romani autem duces ita se desidere et provinciæ vastationem cernere absurdissimum esse judicabant. Quamobrem priusquam hostium audacia cresceret, et Romanorum vires magis attererentur, imperatorem Michaelem, omnibus copiis coactis, ad castellum oppugnandum et delendos Barbaros adigendum esse censuerunt. Quo facto duces et milites omnes ad imperatorem convenerunt. Nec C illi solum; sed et agricolæ et fossores universi eodem confluxere, bidentem quisque et ligonem manu gestantes. Quippe non tam ad gerendum bellum, quam ad paratam prædam, hoc est ad hostes cum ipso castello evertendos, accedebant. Duces igitur et exercitus omnis cum imperatore adversus hostem proficiscebantur, magnam secum hominum circumforaneorum multitudinem trahentes, nec non rusticanam turbam, quæ ligonem etiamnum et sarculum redolebat. Et hi quidem omnes haud inviti sequebantur, cum plerique ex imperitia emolumenta tantum victoriæ reputarent, quibus vero ea periculis constarent, penitus obliviscerentur.

D V. Quantum autem hostes ad pericula ultro obeunda se confirmabant, quod et in hostili terra conclusi et numero longe **257** inferiores essent adversariis, eo Romani contemptius neglectaque militari disciplina contra illos procedebant, propterea quod numero et armis hostem longe superabant: illud videlicet non reputantes, nihil in mundo esse firmum et tutum, sed res humanas, ut ait Plato, ludibrium esse Dei, sursumque ac deorsum temere ferri omnia, incertoque cursu huc et illuc vagari. Hostes itaque, qui antea Romanas copias vel e sola fama timebant, et ipsi sese inter mortuos

Variorum notæ.

(85) Phranzes lib. I, cap. 9. DUCANG.

potius quam inter vivos numerabant, cum eos nullo ordine progredi cernerent, multo alacriores ad pugnam facti omnes opes, mulieres, cæteraque ad instans prælium inutilia colligunt, et intra munitiones ac fossas, quas ad salutem suam defendendam diligenter præparaverant, includunt: ipsi vero cum delectis equitibus probe armati non plures septingentis ad imperatorium vexillum excurrunt, nec in tuto loco positum, nec justis viribus et ea qua oportebat disciplina custoditum.

A ἀπὸ μόνης τῆς φήμης τὰ τῶν Ῥωμαίων δεδιότες στρατεύματα καὶ τοῖς τεθνηκόσι μᾶλλον ἢ τοῖς ζῶσι συγκαταλέγοντες ἑαυτοὺς νῦν τὴν οὐκ ἐν τάξει τούτων θεασάμενοι κίνησιν, θαρσαλεώτεροι σφόδρα γίνονται πρὸς τὴν μάχην· καὶ συναγαγόντες ἅπαντα χρήματα καὶ γυναῖκας, καὶ ὅσα μὴ πρὸς τὸν προκείμενον ἦσαν χρήσιμα πόλεμον, ἐντὸς ἠσφαλίσαντο τῶν τε χαρακωμάτων καὶ τάφρων, ἃ φθάσαντες καλῶς προπαρεσκευάσαντο πρὸς οἰκείαν ἀσφάλειαν. Αὐτοὶ δὲ τοὺς ἐπιλέκτους ἱππέας ἀναλαβόμενοι καὶ ὁπλισθέντες λαμπρῶς οὐ πλείους τῶν ἑπτακοσίων τυγχάνοντες ἐξαίφνης πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως διεκθέουσι σημαίαν, οὔτ' ἐν ἀσφαλεῖ τοῦ τόπου σταθεῖσαν, οὔτε τῆς προσηκούσης δυνάμεώς τε καὶ εὐταξίας ἠξιωμένην.

VI. Ad hanc tam subitam excursionem hostium turbata primum colluvies illa et agrestium hominum turba effuse fugere cœpit. Deinde alii atque alii paulatim se subducere: denique omnes absque bellico strepitu conversi trepide fugere cœperunt. Cum autem imperator in aciem revocare milites cuperet, neminem invenit qui audire vellet. Itaque rebus desperatis eadem via et ipse **258** abiit, mœstus et lacrymis oppletus, pœnam hanc evidentem veterum recentiumque delictorum divinitus sibi infligi cogitans. At plerique duces, quos fugere inordinatos pudebat, ad tempus resistebant, et Barbarorum arma in se convertebant, ac veluti reprimebant, ne Romanos fugientes aut imperatorem ipsum persequerentur. Tandem ab hostibus omnibus simul junctis circumventi, deditione facta, in vincula conjecti et in custodiam dati fuerunt. Pecuniam vero imperatoriam Turci inter se partiti sunt: item quidquid insignium imperii in tentorio imperatoris exstitit: in quibus et tegmen capitis fuit imperatoris, gemmis de more et margaritarum nexibus ornatum: quod capiti suo Chalel imposuisse traditur, ac imperatorem ridiculis et jocularibus verbis perstrinxisse.

ϛʹ. Πρὸς δὴ τὸν οὕτως αἰφνίδιον δρόμον τῶν πολεμίων θορυβηθέντες πρῶτον ὁ συρφετώδης ἐκεῖνος καὶ B ἀγρότης ὄχλος πρὸς ἄσχετον ἔβλεψαν παρευθὺς τὴν φυγήν· ἔπειτα κατ' ὀλίγους ἕτεροι διελύοντο· καὶ τέλος τραπόμενοι πάντες δίχα πολεμικοῦ κρότου ἔφευγον ἀμεταστρεπτί. Βουλόμενος δ' ὁ βασιλεὺς πρὸς τάξιν ἀθροίζειν τὸ στράτευμα εὕρισκε τῶν πάντων οὐδένα τὸν ἀκροώμενον· καὶ ἀπαγορεύσας ᾔει τὴν αὐτὴν καὶ αὐτὸς λύπης καὶ δακρύων μεστὸς, ἔκτισιν εἶναι ταῦτα σαφῆ διαλογιζόμενος ἐκ Θεοῦ παλαιῶν τε καὶ νέων ἁμαρτημάτων. Οἱ δὲ πλείους τῶν στρατηγῶν αἰσχυνθέντες τὴν οὐκ ἐν τάξει φυγὴν ἐκαρτέρουν μέχρι τινὸς ἀντεχόμενοι καὶ περισπῶντες εἰς τὸν ἑαυτῶν πόλεμον τοὺς βαρβάρους καὶ οἷον ἀναστέλλοντες αὐτοὺς, μὴ διώκειν τοὺς φεύγοντας τῶν Ῥωμαίων, μηδ' αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα. Τέλος C δὲ κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν πολεμίων πάντων ἀθροισθέντων ὁμοῦ παρέδοσαν ἑαυτούς. Οἱ δὲ πολέμιοι τούτους τε ἐν δεσμοῖς ἠσφαλίσαντο καὶ τὰ βασιλικὰ διενείμαντο χρήματα, καὶ ὅσα τῶν βασιλικῶν παρασήμων ἐν τῇ τοῦ βασιλέως ἦσαν σκηνῇ· μεθ' ὧν ἦν καὶ ἡ βασιλικὴ καλύπτρα, κεκοσμημένη συνήθως τῷ τε λίθῳ καὶ ταῖς τῶν μαργάρων σειραῖς· [P. 459] ἣν δὴ καὶ τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ τὸν Χαλὴλ ἐπιθέντα φασὶ σκωπτικούς τε καὶ εἴρωνας λόγους ἀφιέναι κατὰ τοῦ βασιλέως.

CAPUT IX.

Athanasii patriarchæ altera secessio. Secessionis causa. Nipho in ejus locum succedit, vir illitteratus. Ejus studia et malæ artes. Uno hoc laudandus, quod Arseniatas ad communionem admiserit. Arseniatarum petitiones. Quinam ex his schisma renovaverint.

I. Sub hoc tempus etiam patriarcha Athanasius, abdicata dignitate, in cellis suis ad Xerolophum solitariam vitam amplexus est. In causa hoc erat. Quidam illi infensissimi, cum eum tandiu patriarchica specula potiri cernere non possent (octavus enim annus exibat, ex quo is denuo in patriarchalem sedem restitutus fuerat), insidias illi atrocissimas et impietatis plenas apparant. Nam cum ille potestatem patriarchalem adhuc retinens in Xerolophi cellis plerumque versaretur, e patriarchico solio scabellum **259** furat. Christi Servatoris figuram subtus delineant, ac utrinque imagines duas appingunt, alteram imperatoris Andronici, frenos

Αʹ. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον (86) καὶ ὁ πατριάρχης Ἀθανάσιος τὸν πατριαρχικὸν παραιτησάμενος θρόνον ἡσύχασεν ἐν τοῖς περὶ τὸν Ξηρόλοφον κελλίοις D αὐτοῦ. Τὸ δ' αἴτιον, ὅτι τινὲς τῶν πολὺ κατ' αὐτοῦ βάρος τρεφόντων οὐκ ἀνεχόμενοι βλέπειν αὐτὸν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον τῆς πατριαρχικῆς περιωπῆς ἀπολαύοντα (ὄγδοον γὰρ ἔτος ἠνύετο τούτῳ τηνικαῦτα, ἀφ' οὗ τὸ δεύτερον ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀνεβιβάσθη θρόνον) ἐπιβουλὴν ἐξαρτύουσι κατ' αὐτοῦ μάλα φρικώδη καὶ ἀσεβείας μεστήν. Ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔτι καὶ τὴν πατριαρχικὴν ἐξουσίαν ἔχων ἐν τοῖς περὶ τὸν Ξηρόλοφον αὐτοῦ κελλίοις ὡς τὰ πολλὰ διέτριβε, κλέπτουσιν ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου

Variorum notæ.

(86) Anno Christi 1310. Phranzes ibid. DUCANG.

τὸ ὑποπόδιον αὐτοῦ· ὑφ' ὃ τὴν θείαν εἰκόνα στηλογραφοῦσι τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ καὶ ἐφ' ἑκάτερα ταύτης τόν τε βασιλέα Ἀνδρόνικον χαλινὸν ἐν τῷ στόματι φέροντα καὶ τὸν πατριάρχην Ἀθανάσιον ἕλκοντα τοῦτον ὥσπερ τις ἡνίοχος ἵππον. Ἔπειτα οὕτως ἔχον τὸ ὑποπόδιον (87) ἀπιόντες τιθέασιν ἔνθα καὶ πρότερον ἔκειτο, παρὰ τὸν πατριαρχικὸν δηλαδὴ θρόνον. Ἔπειτα θεατρίζουσι τὸ δρᾶμά τινες θεασάμενοι παρ' ἐλπίδα καὶ ὡς ἀσεβῆ τὸν πατριάρχην διαβάλλουσι πρὸς τὸν βασιλέα. Ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς τοὺς διαβάλλοντας μεταπεμψάμενος καὶ αὐτοὺς ἀναμφιβόλως εἶναι συλλογισάμενος τοὺς τὸ ἀσεβὲς ἐκεῖνο καὶ ἄθεσμον δρᾶμα συσκευασαμένους εἱρκτῇ παραδίδωσι χαλεπωτάτῃ τε καὶ διηνεκεῖ. Ὁ δὲ πατριάρχης δυσχεράνας, ὅτι μὴ πολλῷ μείζονι τούτους παρέδωκε τιμωρίᾳ, τὸν πατριαρχικὸν εὐθὺς παρῃτήσατο θρόνον (88).

A in ore habentis, alteram patriarchæ Athanasii, illum trahentis velut eques equum solet. Tum idem scabellum ita ornatum ibi reponunt ubi prius fuerat, in solio videlicet patriarchico. Deinde quidam præter exspectationem id conspicati eam fabulam vulgant, et patriarcham apud imperatorem impietatis reum agunt. At imperator calumniatores arcessit, eosque, ut quos impiæ nefandæque illius fabulæ auctores esse minime dubitaret, in gravissimum et perpetuum carcerem compingit. Patriarcha vero indignatus, quod non multo gravior pœna illis irrogata esset, patriarchicæ sedi statim renuntiat.

B'. Δύο δὲ μεταξὺ παρεῤῥυηκότων ἐνιαυτῶν εἶτα τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον Νίφων (89), ὁ τῆς Κυζίκου μητροπολίτης, τῷ βασιλικῷ θελήματι τῶν ἀρχιερέων εἰξάντων καὶ μεταστησάντων αὐτὸν ἐκ Κυζίκου πρὸς τὴν τῆς πατριαρχείας περιωπήν. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ πάντη μὲν ἀδαὴς τῆς ἔξω παιδείας, οὐχ ὡς τὰ πολλὰ δὲ, καὶ τῆς θειοτέρας, ὡς μηδ' οἰκείᾳ χειρὶ τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖα γράφειν

B II. Interim duobus annis elapsis Niphon Cyzici metropolitanus sedem vacantem occupat, pontificibus imperatoris voluntati obsecutis, ex urbe Cyzico translatus et ad patriarchalem apicem evectus. Erat autem ille vir Græcarum litterarum non fere sed omnino rudis, imo etiam sacrarum, ut qui sua manu nec elementa litterarum sciret pingere. Nam is doctrina vix extremo digito degustata ingenio

Variorum notæ.

(87) Quædam omissa ab interprete in versione restituimus. Sed quid hoc loco vox ὑποπόδιον sonet, non plane assequor. Neque enim in scabello, quod pedibus substernitur, quidquam pingi debuit vel potuit, multo minus imago Servatoris, quam cum discipulis mensæ accumbentibus supra thronum ipsum vulgo effictam observamus in Gloss. med. Græcit. in v. Θρόνος. De ejusmodi suppedaneis vide ibi rursum in v. Σουππέδιον. DUCANG.

(88) Illius abdicationis formulam, ex cod. Reg. Teller. fol. 194, v. descriptam, Boivinus exhibet quæ jam exstat inter Athanasii istius opera, apud nos ad an. 1280. EDIT. — Nicephorus Chumnus, in oratione, quæ inscribitur, Ἔλεγχος κατὰ τοῦ κακῶς τὰ πάντα πατριαρχεύσαντος Νίφωνος, ἀνενεχθεὶς παρὰ τοῦ Νικομηδείας καὶ τοῦ Μιτυλήνης πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον, Athanasium ait sua sede expulsum et damnatum cessisse, eo quod minister ejus Theophanes dona accepisset ab iis, quibus ordines sacri conferrentur; id quod patriarcha insciente fieri haud potuisset. En verba ipsa: Τί δὲ καὶ ὅτι τοῦ πατριαρχεύσαντος Ἀθανασίου, ἐπειδὴ ὁ γνησίως ἐκείνῳ ἐξυπηρετούμενος Θεοφάνης φωραθείη δῶρα λαμβάνων ἐπὶ προτροπαῖς τοιαύταις, ἀπέστημεν, καὶ πάσαις C ψήφοις ἀπεβαλόμεθα τόνδε τὸν πατριάρχην, καὶ οὐδ' οὐ μήποτε δεξαίμεθ' ἂν αὐτὸν οὔτε εἰς ἀρχιερωσύνην, οὔτε μὴν εἰς ἱερωσύνην; ἐπεὶ καὶ συνειδέναι αὐτὸν καὶ μὴ ἀγνώστως ἔχειν τῶν τῷ Θεοφάνει πεπραγμένων, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα καὶ δείκνυσι καὶ διελέγχει, καὶ ἔστιν ἰσχυρότερον παντὸς ἐλέγχου καὶ κατηγόρου. Porro his Chumni verbis non primam, sed secundam Athanasii abdicationem innui manifestum est. Itaque δευτέρας παραιτήσεως non ea sola causa exstitit, quam affert Gregoras. Exstat in Cod. Reg. Teller. fol. 108, scriptum Athanasii patriarchæ περὶ τοῦ πῶς καὶ διατί τὰ τῶν παραιτήσεων, τῆς πρώτης φημὶ καὶ δευτέρας, ἐγένοντο, in quo Athanasius de objectis sibi criminibus multa conquestus, sic demum perorat: Αὕτη ἐπὶ Θεῷ μάρτυρι τῆς παραιτήσεως τῆς πρώτης καὶ τῆς δευτέρας ἡ συσκευὴ καὶ ὑπόθεσις· εἰ καὶ τὰ τῶν κατηγοριῶν ποικίλα καὶ ἄπειρα. Ἐπεὶ (fort. ἐπειδὴ) δὲ οὐ δημοσίᾳ καὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἴκοι, τοῦ ἐρᾶσθαι (ἱερᾶσθαι) καὶ εὐλογεῖν καὶ διδάσκειν τοῖς τυχοῦσιν ἀπείργειν ἡμᾶς οἱ ἀρχιερεῖς ἐγκελεύονται, ἅπερ οὐδὲ τῷ δυσσεβεῖ Γεωργίῳ ἢ τοῖς φυλασσομένοις (fort. φρυασσομένοις) τὸ μάταια καὶ ψευδῆ ξυλωταῖς (fort. ζηλωταῖς) πώποτε ἐπετίμησαν, μὴ ἑαυτοὺς ἀκανόνιστα πράττειν καὶ ἄθεσμα τὴν κρίσιν φρίττοντος τοῦ Θεοῦ, ἢ κἂν ἀνθρώπους αἰδούμενοι. Ἀλλ' ἡμῖν ἐπιτρίβειν θαῤῥοῦσι τὸ ἀκανόνιστον, αὐτοὶ καὶ τοῖς πρὸς τῶν θείων θεσμῶν ἐπαράτοις καὶ ἀλλοτρίοις τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ τὰς κεφαλὰς ὑποκλίναντες καὶ κανόνα δεξάμενοι, καὶ τὸν ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ πατριάρχην τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ καὶ ὁμολογητὴν κῦρον Ἰωσὴφ παρανάλωμα, ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς, τῆς μανίας τῶν σχιζομένων γενέσθαι καταδεξάμενοι, καὶ ταῦτα καὶ μετὰ θάνατον, ὅπερ οὐκ εἶδεν ὁ ἥλιος, ἀναιδεῖς ἀναστάντες ἐπὶ χρόνοις τοσούτοις ζητῆταί τινα τῶν πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχόντων Θεόν. Πῶς καὶ πόθεν τοσαῦτα καθ' ἡμῶν ἐφρυάξατε; καὶ μηδένα τὸν συλλυπούμενον μηδὲ τὸν παρακαλοῦντα εὑρόντες, ἵνα καὶ κρίσιν δικαίαν ζητήσαιμεν, ἐκχεῶ καὶ αὐτὸς τοῦ δι' ἐμὲ D σταυρωθέντος ἐνώπιον τὴν δέησίν μου, καὶ τὴν θλῖψίν μου αὐτῷ ἀπαγγελῶ· καὶ μᾶλλον ὡς τῆς κακίας ἐπιδιδούσης, καὶ εἴργειν ἀναισχυντούσης καὶ τῶν ἀναπνοῶν ἡμᾶς τὸ λεγόμενον, ὡς μὴ λειτουργεῖν, μὴ εὐλογεῖν, μὴ διδάσκειν τινὰ τὰ πρὸς σωτηρίαν προχωρούσης. Γένοιτο οὖν, δέσποτα καὶ Θεὲ τοῦ παντὸς ἐν τριάδι γινωσκόμενος καὶ ὑμνούμενος, ὅποι φίλον σοι τὰ ἡμέτερα, πρεσβείαις τῆς ἀῤῥήτως καὶ ἀῤῥυπάρως σωματωσάσης τὸν ἕνα τῆς παναγίας τριάδος, καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος λελατρευκότων Θεῷ, καὶ τοιαῦτα παθόντων. Ἀμήν. Hinc etiam argui potest Athanasium secundæ secessionis causam habuisse diversam ab ea quam attulit Gregoras. Cæterum inconsulto et nequaquam probante Athanasio Theophanem dona accipere solitum apparet ex Athanasii ipsius Relatione ad imperatorem, κατὰ τῶν αἰσχροκερδῶν, καὶ τῶν προνομίων τῆς Ἐκκλησίας, in qua Relatione patriarcha postulat, ut Imperator in eos, qui xeniorum nomine pecuniam acceperint ex turpi causa, et nominatim ipsam Theophanem notat. Cod. Reg. Teller. fol. 59. BOIVIN.

(89) Anno Christi 1312. Pachymer. lib. XI, cap. 9. Phranzes lib. I, cap. 9. DUCANG.

Δ'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε. Τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος δεύτερον ἔτος ἄγοντος ἐπὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου, κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν ὀκτακοσιοστὸν εἰκοστὸν πέμπτον (15) δηλαδὴ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ἔτος, ἀπαρκτίου βιαίου πνεύσαντος συνέβη πεσεῖν τὸν ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ κίονος ἀνδριάντος χαλκοῦν σταυρόν· τοῦτον δὴ λέγω (16) τὸν ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ μεγίστου νεὼ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἱστάμενον. Διὰ σπουδῆς τοίνυν ὅτι μεγίστης ἔθετο καὶ τοῦτον ἐπὶ τῆς προτέρας ἀναγαγεῖν στάσεως ὁ βασιλεύς. Συχναῖς οὖν βαθμίσι ξυλίναις ἐκ τῆς βάσεως τὸν κίονα πάντα περιλαβὼν ἀναπέφηνε μέχρι τοῦ ἀνδριάντος· δι' ὧν ἀνιόντες οἱ τῶν τοιούτων αὐτουργοὶ εὑρίσκουσι πάντα τὸν σίδηρον, ὁπόσος ἔνθεν κἀκεῖθεν ὑπήρειδε τὸν τοῦ ἀνδριάντος ἵππον ἐς βάθος δαπανηθέντα τῷ ἰῷ· ὡς κινδυνεύειν [P. 171] ἐντεῦθεν ὅσον οὐδέπω πεσόντων τῶν ἐρεισμάτων συγκαταπεσεῖν καὶ τὸν ἀνδριάντα καὶ τὸ κάλλιστον ἀπολέσθαι τοῦτο θέαμα τῆς βασιλευούσης, ὃ μόνον ἐξ ὁμοίων καὶ ἰσοῤῥόπων μυρίων ἐλλέλειπται, διαφυγὸν τῶν τε πυρκαϊῶν τὰς ἐπιβουλὰς καὶ τὴν τῶν Λατίνων πλεονεξίαν (17)· ἀνθ' ὧν ἕτερα βελτίω τε καὶ στεῤῥότερα ὑποστήσαντες ἐρείσματα τῷ τοῦ ἀνδριάντος ἵππῳ τὸ ἀσφαλές τε καὶ ἄσειστον ἐχαρίσαντο. Ἔπειτα καταγαγόντες καὶ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλικὸν σύμβολον (18) καὶ ἔτι τὴν ἐν τῇ χειρὶ σφαῖραν βαθύτερον περιήλασαν τὸν χρυσὸν καὶ τηλαυγέστερα κατεσκεύασαν. Εἶτα τὸν κίονα πάντα ἄνωθεν μέχρι τῆς βάσεως τεθραυσμένην τὴν ἐπιφάνειαν ἔχοντα ὑπὸ τῆς τῶν ἥλων ἐκβολῆς, οὓς ἅμα τῷ τὸν

A urbis mœnia partim instaurata, partim de integro structa : denique maximum illud et celeberrimum Sanctæ Sophiæ templum, cui ille majorem adhuc curam impendere decreverat, cum imperii divisio ac perturbatio, veluti tempestas quædam, repente supervenit ac eas cogitationes irritas reddidit : qua quidem de re infra dicturi sumus.

IV. Verum illud pene me præteriit. Cum Joannes Glycys alterum annum in patriarchali solio sederet (qui annus ab orbe condito fuit sexies millesimus octingentesimus vicesimus quintus), accidit ut vehementi Borea spirante crux ænea e manu statuæ supra columnam positæ (eam dico

B quæ in vestibulo maximi Sanctæ Sophiæ templi erecta est) elaberetur. Eam quoque imperator summa festinatione in pristinum locum reponendam curavit. Crebris videlicet gradibus ligneis columnam ab infima basi totam circumplexus effecit, ut ad statuam usque perveniretur. Per eos gradus cum ii qui ejusmodi operibus præsunt, **276** ascendissent, omne ferrum, quo illius statuæ equus utrinque fulciebatur, rubigine prorsus consumptum esse animadvertunt : ut periculum proxime instaret, ne fulcris brevi collapsis statua ipsa simul collaberetur, ac pulcherrimum illud imperatricis urbis spectaculum periret, quod unum ex infinitis ejusdem generis et æqualis magnitudinis operibus adhuc

C reliquum incendiorum pericula et Latinorum rapacitatem effugit. Melioribus igitur et firmioribus adminiculis suffulto equo tutam eam statuam atque immotam præstiterunt. Deinde imperatorium etiam capitis insigne detractum, et globum, quem manus gestat, solidiore auro circumdederunt, et splendidiora effecerunt. Columnam item, quæ tota a summo ad basin usque pertusam superficiem habebat, ob exemptos clavos, quos Latini una cum ære quo obtecta fuerat abstulerant, lævi et firmo tectorio

Variorum notæ.

(14) Vide Constantinop. Christ. lib. III, sect. 5, n. 21. DUCANG. — *Ἔστιν ὁ περὶ τὰς πύλας τοῦ Εὐγενείου μέγιστος νεὼς τοῦ μεγάλου Παύλου. Sunt autem hæc : juxta portam Eugenii, maximum Pauli Magni templum*, etc. Ita vertendum. At Wolfius, codice usus male interpuncto, verterat : *Sunt autem hæc : D. Eugenii juxta portam maximum templum : Divi Pauli Apostoli : duodecim*, etc. BOIVIN.

(15) Christi 1317. DUCANG.

(16) Justiniani scilicet statuam. DUCANG. — Columnam et statuam accurate descripsit Pachymeres in Ecphrasi τοῦ Αὐγουστεῶνος, quæ exstat in codice Regio 3119, fol. 10 *. De eodem Augusteone Bondelmontius : *Extra igitur ecclesiam ad meridiem in platea columna septingentorum cubitorum alta videtur, cujus in capite Justinianus æreus equester habetur, et pomum cum læva aureum tenens, ad occidentem* ** *cum dextera minatur*. Ducangius annotat : *Describitur Justinianea ista columna et statua a Procopio lib.* I, *De Ædif. Justiniani; Nicephoro Gregora lib.* VII, *pag.* 193, 194 ; *Zonara pag.* 52; *Cedreno pag.* 374 ; *Suida in Justiniano; Codino in Originibus Constantinopol ; Manuele Chrysolora pag.* 121 ; *Gulielmo de Baldenzeel in Hodæpor. ad terram sanctam pag.* 103, etc. BOIVIN.

D (17) Exstat in codice Bodleiano [Roë 22] narratio Nicetæ Choniatæ de statuis Constantinopolitanis, quas Latini capta Urbe confractas in monetam conflarunt. Eam narrationem, cujus copiam mihi a Cl. V. Joanne Ernesto Grabio factam esse dixi in præfatione, selectis tomi quarti opusculis præfigendam reservamus ***. BOIVIN.

(18) Qualis fuerit Justiniani galea, declarat Tzetzes in Varia historia. Vide Gyllium, *De Topogr. Constantinop.*, lib. II, cap. 17. Vide et Augusteonis Ecphrasin Pachymerianam. BOIVIN.

* Hoc Pachymeris opusculum jam edidimus in tomo nostro CXLIV. EDIT.

** Imo ad orientem. BOIVIN.

*** Exstat nunc Historiæ Nicetæ subjuncta. EDIT.

induxerunt : et quæ hiabant, omnia constrinxerunt et consolidarunt.

V. Ego vero indignum ratus, cum post tot annos ad eam statuam liceret nostro tempore adire, oblatam occasionem ita a me negligi, ut nollem cum aliis ascendere, et admirabili illo spectaculo frui curiosius, ascendi ipse quoque, et omnia diligenter investigata singulatim enumeravi. Ac longitudinem columnæ, quam facile quivis metiri ex umbra potest, recensere hoc loco supervacaneum esse duximus. Quæ vero nemo omnium potest dicere, ea nos, qui ipsi vidimus, **277** explicabimus accurate. Est igitur, quod ad hominis simulacrum pertinet, capitis circuitus orgyia una proceri viri. Tantundem etiam ab humeris ejus usque ad summum apicem coronæ imperatoriæ. Longitudo cujusque digiti (manuum videlicet) unius spithamæ est. Pedis planta, tres spithamas longa, unius spithamæ besse plus ; seu quatuor spithamas, unius triente minus. Longitudo crucis globo incumbentis spithamæ quatuor ; latitudo spithamæ tres. Globi capacitas mensuræ civiles tres. Ab equi pectore usque ad caudam orgyiæ tres. Pariter crassitudo colli ejus orgyiæ tres fere. A summo naso usque ad aures ejus orgyia una. Tibiæ crassitudo sive ambitus, qua ad pedem accedit, est quinque spithamarum. Amictus vero ejus stellis quibusdam insignitus, prætereaque foliis et ramis variatus, persimilis est

κίονα πάλαι καλύπτοντι χαλκῷ περιέσπασαν οἱ Λατῖνοι, λεοκολλίᾳ στεῤῥᾷ περιειλήφασι καὶ τὰ χάσματα πάντα συνέσφιγξάν τε καὶ συνεκάλυψαν.

Ε'. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἄξιον εἶναι κρίνας τὴν διὰ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων ἐπὶ τὸν ἀνδριάντα συμβᾶσαν ἐφ' ἡμῶν ταύτην ἄνοδον περιιδεῖν, καὶ μὴ συναναβὰς τοῖς ἄλλοις οὕτω θαυμαστῆς ἀπολελαυκέναι τῆς θέας περιεργότερον, συνανῆλθον καὶ περιεργασάμην καὶ κατηριθμησάμην πάντα καθ' ἕν. Καὶ τὸ μὲν τοῦ κίονος μῆκος (19) ῥᾴδιον ἀεὶ τυγχάνων τοῖς βουλομένοις ἐκ τῆς σκιᾶς καταμετρεῖν ἄκαιρον ἐνομίσαμεν λέγειν ἐν τῷ παρόντι· ἃ δ' οὐκ ἔξεστιν οὐδέσι τῶν πάντων εἰπεῖν, ταῦθ' ἡμεῖς αὐτόπται γενόμενοι λέξομεν ἀκριβῶς. Ἔστι τοίνυν ἡ μὲν περιφέρεια τῆς τοῦ ἀνδριάντος κεφαλῆς ὀργυιὰ μία εὐμήκους ἀνδρός. Τοσοῦτον δ' ὁμοίως καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ὤμων αὐτοῦ μέχρις ἄκρου τοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλικοῦ συμβόλου. Τὸ δὲ μῆκος ἑκάστου δακτύλου (20) τῶν τούτου χειρῶν σπιθαμιαῖον. Τὸ δὲ μῆκος τῆς τοῦ ποδὸς αὐτοῦ βάσεως σπιθαμαὶ τρεῖς καὶ δίτριτον, εἴτ' οὖν τέσσαρες παρὰ τρίτον μιᾶς σπιθαμῆς. Τὸ δὲ μῆκος τοῦ ἐπὶ τῆς σφαίρας σταυροῦ σπιθαμαὶ τέτταρες· τὸ δὲ πλάτος σπιθαμαὶ τρεῖς. Τῆς δὲ σφαίρας τὸ χώρημα μέτρα πολιτικὰ τρία. Τὸ δ' ἐκ τοῦ στήθους τοῦ ἵππου μέχρι τοῦ οὐραίου ὀργυιαὶ τρεῖς. Ὁμοίως καὶ τὸ πάχος τοῦ τραχήλου αὐτοῦ ὀργυιαὶ τρεῖς ἔγγιστα. Τὸ δ' ἐκ τοῦ ἄκρου τῆς ῥινὸς αὐτοῦ μέχρι τῶν ὤτων αὐτοῦ ὀργυιὰ μία. Τὸ δὲ τῆς κνήμης τοῦ ποδὸς αὐτοῦ πάχος (21) κατὰ περιφέρειαν σπιθαμαὶ

Variorum notæ.

(19) Bondelmontius *septingentorum cubitorum* altam facit : id quod incredibile est. Legendum procul dubio, *septuaginta cubitorum*. Gregoras eam nos ex umbra metiri jubet ; quasi vero id nos facere possimus hoc tempore, cum nec vestigium quidem ejus columnæ ullum superest. Quodsi etiamnum staret integra, nec sic quidem eam metiri hinc possemus, ut Wolfius recte in margine annotat. BOIVIN.

(20) Quasi vero digitorum omnium eadem esset longitudo. BOIVIN.

(21) Quid sit κνήμη τοῦ ποδὸς non satis liquet, nisi sit ea pars tibiæ, quæ ad pedem proxime accedit, et est maxime gracilis. Dicitur et de homine. Sic apud Nicetam in fragmento, quod vir doctiss. Jo. Ernestus Grabius mecum humanissime communicavit, simulacrum Herculis, a Lysimacho effecti, dicitur fuisse οὕτω μέγιστον, ὡς τὴν περιελοῦσαν τὴν αὐτοῦ ἀντίχειρα μήρινθον εἰς ἀνδρεῖον ζωστῆρα ἐκτείνεσθαι, καὶ τὴν κνήμην τοῦ ποδὸς εἰς ἀνδρομήκες. Non omittendum hoc loco id quod narrat Petrus Gyllius, *Topograph. Constantinopol.* lib. II, cap. 17 : *Barbari*, inquit, *omni æreo vestitu, et equo, et statua columnam Justiniani spoliarunt, aliquotque annos nuda remansit. Tandem ante triginta annos eversa est tota usque ad stylobatem, quem anno superiore* (*) *funditus vidi exscindi.* Idem paulo infra, *Equestrem Justiniani statuam, quam modo dixi supra hanc columnam fuisse collocatam, servatam diu in claustro regii palatii, deportari nuper vidi in caminos, quibus metalla funduntur in machinas bellicas, inter quæ erat Justiniani crus proceritate meam staturam superans, et nasus dodrante longior. Crura equi ad terram projecta metiri non potui. Pedis ungulam mensus sum occulte, et deprehendi dodrantalis esse altitudinis.* Gyllius ex sua ipsius statura æstimandum nobis relinquit, quam procerum fuerit crus Justiniani. At nos quæ fuerit Gyllii statura hodie ignoramus. De colossi Justinianei mensuris, quæ apud Gregoram et Gyllium exstarent, quid sibi videretur interrogatus vir ætatis nostræ sculptorum facile princeps, Franciscus Girardo Tricassinus, respondit, si eæ veræ essent, nullam nec in homine nec in equo servatam esse symmetriam, seu membrorum proportionem. Rogavi ne gravaretur sententiam suam scripto declarare : cupere etiam dixi me, dari mihi ab eo mensuras equestris statuæ in platea Ludovici Magni Parisiensi erectæ ; illius scilicet statuæ colosseæ, quam Girardo ipse unica æris fusura duplicem (homine enim et equo simul junctis solidum simulacrum constat) singulari arte et miro successu ante aliquot annos conflavisset. Ille non hujus solum, sed et aliarum quatuor pulcherrimarum magnitudines mihi sua manu descriptas dedit. Verba artificis summi quo minus mutarem religio mihi fuit. En ipsa ex autographo : *Les mesures de la statue équestre de l'empereur Justinien n'ont nul raport les unes avec les autres, suivant les proportions du corps humain. Il en est de mesme de son cheval. La figure equestre du roy, posée dans la place de Louis le Grand, a de hauteur 20 pieds, depuis la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a de proportion 16 pieds, si elle estoit debout. La figure de Henry IV sur le Pont Neuf a 14 pieds trois poulces, depuis les dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. Elle est fondue separément du cheval. Cet ouvrage a été fait à Florence par Jean de Bologne. Le piedestal, et ses ornements de bronze, ont été faits à Paris. Les esclaves sont de Franqueville de Cambray, faits aussi à Paris. La figure de Louis XIII*

(*) Hæc scripta sunt circiter an. Chr. 1550. BOIVIN.

πέντε. Τὸ δὲ ἱμάτιον αὐτοῦ ἐστιν ἀστράσι σεσημασμένον καὶ ἔτι φύλλοις καὶ κλάδοις πεποικιλμένον καὶ ἀκριβῶς ἐξεικασμένον ἔστιν οἷς τῶν ἄνωθεν ἐκ Σηρικῆς κομιζομένων (22).

A nonnullis qui e Serum r gione devecti huc descendunt.

CAPUT XIII.

Andronico juniori uxor datur Irene Alemana. Michael imperator Thessalonicam abit. Abeundi causa. Ibidem moritur. Oraculum de ejus morte. De rebus Thessalicis repetuntur ea, quæ jam dicta fuerant. Joannis Ducæ sine liberis defuncti provinciæ et urbes distractæ. Quædam Romano imperio adjectæ. Cæteris pœnæ a synodo frustra indictæ.

[P. 172] Α'. Ἐς δὲ τοὐπιὸν ἔτος (23) ἄγεται τῷ ἐγγόνῳ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ γυναῖκα Εἰρήνην τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν (24), οὓς Γαλάτας ἑσπερίους οἶδεν ἡ πάλαι καλεῖν συνήθεια. Καὶ μετὰ ταῦτα ἄπεισιν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐς Θεσσαλονίκην μετὰ τῆς βασιλίδος Μαρίας τῆς συζύγου αὐτοῦ· ἔνθα δὴ καὶ τὸ πέρας μεθ' ὅλον ἐνιαυτὸν τοῦ παρόντος ἐδέξατο βίου (25). Καίτοι προμεμαντευμένον ἦν ἀπιόντι αὐτῷ ἐκεῖσε θανεῖν, καὶ ἐδειλία δι' αὐτό γε τοῦτ' ἀπελθεῖν. Ὅμως ἀπῆλθεν διὰ τὰ Θετταλῶν καὶ Πελασγῶν πράγματα, ὁπόσα ἀνεῤῥώγει τῷ τηνικαῦτα, περὶ ὧν ἐροῦμεν αὐτίκα. Ὁ δὲ τῆς μαντείας τρόπος τοιοῦτος ἦν.

Β'. Ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν παλατίῳ εὑρέθη πρὸ τῶν πυλῶν ἀνωτέρω μικρὸν τῆς φλιᾶς τῆς ἄνω γεγραμμένος κύκλος· καὶ περὶ τὸν κύκλον τέτταρα ζῶα γεγραμμένα, λέων, πάρδαλις, ἀλώπηξ καὶ λαγωός· καὶ ἐπ' αὐτοῖς χρησμός τις ἔμμετρος, αἰνιγματωδῶς πως ἐμφαίνων τελευτὴν βασιλέως ἑνὸς τῶν Παλαιολόγων ἐν Θεσσαλονίκῃ τῇ πόλει ἐπιδεδημηκότος. Ἦν δὲ ὁ τοιοῦτος κύκλος τῆς γῆς ἀπέχων ἐς ὕψος δυοῖν ἀνδρῶν μῆκος· ὡς ἀμφίβολον ἐντεῦθεν γίνεσθαι καὶ οἷον ἄπιστον ἐν ὑποψίᾳ λαβεῖν ἄνθρωπον εἶναι τὸν γράψαντα, καιρὸν οὐκ ἔχοντα θεῖναί τε κλίμακα καὶ ἅμα ἀνιόντα γράψαι μετὰ τῆς προσηκούσης σχολῆς, βασιλέως τε παρόντος καὶ ἅμα συχνῶν καὶ ἀναριθμήτων ὄντων τῶν εἰσιόντων καὶ ἐξιόντων· ὥστε μηδενὸς τῶν ἀνθρώπων ὄντος τοῦ γράψαντος χρεὼν ἀναμνησθῆναι τῶν ἀνωτέρω (26) πλατύτερον περὶ τῶν τοιούτων προειρημένων ἐμοί.

Γ'. Ἀλλ' ἐπὶ Θετταλίαν καὶ τὰ ἐκεῖ πράγματα ὁ λόγος ἀγέσθω, ἵνα καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγέντες τῶν μειζόνων καὶ βαρυτέρων ἀψώμεθα ὑποθέσεων. Ἔφαμεν, (27) ὡς ἡ Θετταλῶν καὶ Πελασγῶν ἀρχὴ ἐς Ἰωάννην ἔσχατον (28) περιῆλθε τὸν Δοῦκαν· ὃς νέος

I. Sequenti anno imperator nepoti Andronico imperatori uxorem despondet Irenen ex Alemanis oriundam, quos Galatas occiduos vocare antiquitas consuevit. Postea Michael imperator cum conjuge Maria imperatrice Thessalonicam proficiscitur; ubi anno integro exacto supremum diem obiit. Atque illic moriturum eum esse prædictum abeunti fue- B rat, timueratque ob eam ipsam causam illuc ire. Sed ob Thessalorum et Pelasgorum tumultus 278 illa tempestate subito exortos, de quibus nos statim dicemus, eo profectus est. Oraculum autem hujusmodi fuit.

II. In Adrianopolitano palatio ante fores, paulo supra limen superius, circulus descriptus inventus est, et in ejus circuli ambitu quatuor animalia depicta, leo, pardalis, vulpes, lepus: et supra ea oraculum versibus comprehensum, quo obscure significabatur, imperatorem quemdam e Palæologorum familia, ubi Thessalonicam venisset, obiturum esse. Is circulus duorum virorum mensura sursum a C terra distabat, ut suspicari non liceret, sed absurdum et quasi incredibile esset, ab homine depictum esse, cui opportunum tempus defuisset ad scalas applicandas et ad ascendendum, nedum satis otii ad pingendum fuisset, cum et imperator adesset, et homines innumeri crebro ingrederentur et egrederentur. Proinde cum nemo mortalium hæc pinxerit, ad illa recurrendum est, quæ supra de hujusmodi rebus copiosius exposuimus.

III. Sed ad Thessaliam et res ibi gestas convertatur oratio, ut illis quoque explicatis ad majora et graviora commemoranda accedamus. Thessalorum et Pelasgorum principatum in Joanne Duca desiisse diximus: qui et juvenili ætate et corpore morbido

Variorum notæ.

dans la place Royalle a 14 pieds un poulce, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roi a dix pieds cinq poulces de proportion; et a été faitte à Paris par Biard Parisien. Le cheval a été fait à Rome par Daniel de Volterre. Le Marc Aurele à Rome, figure antique, a 13 pieds de hauteur, compris le cheval. Le piedestal est de Michel Ange. La figure équestre du roi (faitte par M. Girardon), posée dans le Chasteau de Bouflers en Beauvoisis, a dix pieds de hauteur, depuis le dessus de la teste, jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy auroit huit pieds, si elle estoit debout. Hæc Girardo, cujus colossum regium, cum Justinianeo conferendum, et his quas damus notis ornamento futurum, optavi aliquando æri incisum habere: deinde consilium illud abjeci, ea præsertim ratione, quod rerum dissimillimarum vix ulla posset institui comparatio. BOIVIN.

D (22) Wolfius non expressit adverbium ἄνωθεν. Ego ad præteritum tempus retuleram, atque ita verteram, *qui e Serum regione olim afferebantur.* Nunc loci adverbium esse existimo, et sic interpretor, *qui e Serum regione devecti huc descendunt.* Quæ ab Oriente afferebantur, ea Byzantii ἄνωθεν afferri dicebant; quæ ab Occidente, κάτωθεν. Sic idem Gregoras in inscriptione epistolæ ad Pepagomenum, περὶ τῶν ἐλθόντων αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας. BOIVIN.

(23) Anno 1318. DUCANG.

(24) Ducis Brunsuicensis filiam. Vide stemma Palæolog. p. 238. DUCANG.

(25) Vide infra lib. VIII, cap. 1, sect. 3. BOIVIN.

(26) Vide lib. V, cap. 7, sect. 4 et 5. BOIVIN.

(27) Hujus libri cap. 7, sect. 1. BOIVIN.

(28) Vide Stemma Angelorum, pag. 20. BOIVIN.

cum esset, et iis de causis res ibi perperam geri videret, timebat, ne eorum qui inter subditos maxime eminebant aliquis res novas moliretur ac summam potestatem tyrannice usurparet. Quamobrem legatis ad imperatorem Andronicum missis notham ejus filiam Irenen uxorem **279** duxit. Sed triennio tantum cum ea exacto nullis liberis superstitibus decessit. Cum itaque imperii Thessalici possessio deficiente successore vacua remansisset, distractæ sunt provinciæ et urbes illius regionis; quarum aliæ imperatori cesserunt una cum filia superius memorata; aliæ indigenis quibusdam nobilibus se submiserunt; aliæ denique Catalanis e Bœotia per illud tempus incursantibus servierunt. Tum igitur crebræ a sacrosancta synodo litteræ ad Thessalos, Phthiotas et Pelasgos missæ sunt, quæ et illos officii monerent, et iis qui imperatori parere, atque ut cæteri cum Romano imperio (quemadmodum olim receptum fuisset) conjungere se detrectarent, graves pœnas minitarentur. Verum nihilo magis illæ profecerunt quam quæ præcesserant. Atque hæc ad hunc modum se habuerunt.

A τε ὢν τὴν ἡλικίαν καὶ ἄλλως νοσώδης τὴν ἕξιν τοῦ σώματος καὶ ὁρῶν διὰ τοῦτο πλημμελῶς τὰ ἐκεῖ φερόμενα πράγματα ἐδεδίει περὶ τῆς ἀρχῆς, μή τις τῶν ὑπ' αὐτῷ γε ἐνδόξων νεωτερίσας τυραννικῶς αὐτῆς ἐπιλάβηται. Ὅθεν διαπρεσβευσάμενος ἄγεται ἑαυτῷ γυναῖκα Εἰρήνην, [P. 173] τὴν νόθην Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως θυγατέρα. Ἀλλὰ τρεῖς μόνους αὐτῇ συνοικήσας ἐνιαυτοὺς ἄπαις ἀπολείπει τὸν βίον· ὡς ἐντεῦθεν ἀδιαδόχου τῆς ἀρχῆς καταλειπομένης ἐκείνης διεῤῥῆχθαι τὰς ἐκεῖ χώρας καὶ πόλεις· καὶ τὰς μὲν προσρυῆναι τῷ βασιλεῖ μετὰ τῆς εἰρημένης αὐτοῦ θυγατρός· τὰ δ' ὑποκύψαι τισὶ τῶν ἐνδόξων τῆς χώρας· τὰς δὲ τοῖς ἐκ Βοιωτίας τηνικαῦτα ἐπιδραμοῦσι Κατελάνοις δουλεῦσαι. Τότε τοίνυν καὶ συχναὶ παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου γραφαὶ πρὸς B Θετταλοὺς καὶ Φθιώτας καὶ Πελασγοὺς ἀπεστάλησαν παραινέσεις τε ἔχουσαι καὶ ἅμα φρικώδη τὰ ἐπιτίμια κατὰ τῶν μὴ βουλομένων ὑπείκειν τῷ βασιλεῖ καὶ εἶναι μία τις Ῥωμαίων ἀρχὴ σὺν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις. Ἀλλ' ἤνυσαν τῶν φθασάντων (29) πλέον οὐδέν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν (30) τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

Variorum notæ.

(29) An intelligendum hoc de litteris, quæ fortasse ab imperatore ante illud tempus missæ fuerint? BOIVIN.

(30) Ἀλλὰ ταῦτα μέν. Inde incipit lib. VIII, non solum in codice Regio, sed et in Vaticano, ut accepi ex Cl. Rostgaardio. BOIVIN.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Η'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER OCTAVUS.

—

CAPUT PRIMUM.

Michaelis imperatoris filiæ duæ. Quos maritos habuerint. Ejusdem filii duo. Avus Andronicum cæteris omnibus præfert. Eum apud se educat. Andronici junioris mores, consilia, ambitio. Meretricem amat. Rivali insidias struit. Manuel frater pro rivali occiditur. Patris tristitia, morbus, obitus. Avi mœror. De urbe Genua. Ubi sita. Guelphorum et Gibellinorum factiones. Earum propagatio. Cralæna ad maritum redire cunctatur. Cralis minæ. Mulier ad virum redire jussa cucullum induit. Constantinus frater cucullo discisso Triballis abducendam tradit.

283 I. Quoniam autem majora deinceps et recentiora expositiuri sumus, necesse est repetita altius narratione multiplicem rerum contextum serie et ordine aliquo digerere, ne oratio ad auditorum animos obscura perveniens ingrata ac salebrosa merito

Α'. Ἐπεὶ δὲ μειζόνων καὶ καινοτέρων ὑποθέσεων ἄρχεσθαι μέλλομεν, ἀναγκαῖον ἀναλαβόντας τὸν λόγον εἱρμόν τινα καὶ τάξιν τῇ πολυπλόκῳ σειρᾷ χορηγεῖν τῶν πραγμάτων, ὡς ἂν μὴ ἀσαφὴς ὁ λόγος ἐπὶ τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς παροδεύων ἀηδὴς

φαίνηται καὶ ἀποκναίων ἐπιεικῶς. Τῷ βασιλεῖ Μι- A χαὴλ παῖδες ἐκ Μαρίας τῆς ἐξ Ἀρμενίων ἐληλυθυίας αὐτῷ γυναικὸς ἐγένοντο θήλειαι μὲν δύο, Ἄννα καὶ Θεοδώρα· ὧν ἡ μὲν Ἄννα ἀπιοῦσα συνεζύγη Θωμᾷ (31), τῷ Ἠπείρου καὶ Αἰτωλίας ἄρχοντι· ἣν ἔσχε μετὰ ταῦτα φονεύσας Θωμᾶν ὁ ἐκείνου [P. 174] ἀδελφιδοῦς κόντος (32)· ἡ δὲ Θεοδώρα ἀπιοῦσα συνεζύγη Σφενδοσθλάβῳ, τῷ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντι. Θυγατέρες μὲν οὖν δύο αὗται τῷ βασιλεῖ γεγένηνται Μιχαήλ· ἄῤῥενες δ' ὁμοίως δύο, Ἀνδρόνικός τε ὁ βασιλεὺς καὶ Μανουὴλ ὁ δεσπότης. Τὸν μέντοι Ἀνδρόνικον τοσοῦτον ἐκθύμως ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος καὶ πάππος ἠγάπα καὶ οὕτω τῆς θέας αὐτοῦ γε ἐξήρτητο, ὥστε πάντας πρωτογενεῖς τε καὶ ὑστερογενεῖς υἱοὺς καὶ θυγατέρας καὶ ἐγγόνους B ἐν δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ σχέσεως τίθεσθαι μοίρᾳ, καὶ πάντας, εἰ δέοι, ῥᾳδίως ἕτοιμος εἶναι προέσθαι δι' ἵνα γε τοῦτον· τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὴν τῆς βασιλείας μονιμωτέραν διαδοχήν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς γνώμης, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὸ τῆς ὄψεως κάλλος, ἴσως δὲ καὶ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν· ὥστε δι' αὐτά γε ταῦτα καὶ παρ' ἑαυτῷ τρέφειν ἔκρινε δεῖν ἐν παιδείᾳ βασιλικῇ καὶ ἅμα τῇ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτοῦ διηνεκῶς θεωρίᾳ τρυφᾷν καὶ ἀγάλλεσθαι.

Β'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὸν ἔφηβον (33) ἧκεν ὁ νέος Ἀνδρόνικος, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας ἀκμαιότερον αἱ ἡδοναὶ κατὰ τῆς φύσεως ἐπανίστανται καὶ ζητοῦσιν ἐλευθερίαν μηδὲν ἐπιφερομένην κεκολασμένον, καὶ μάλιστα ἐν ἀξίᾳ βασιλικῇ (34) καὶ ἀνθούσῃ νεότητι, τότε δὴ πολλὴ τοῖς ἡλικιώταις ἦν ἐξουσία πάντα C κατ' ἔφεσιν ὑφηγεῖσθαι, ὁπόσα νεωτερίζουσι γνῶμαι τῇ βουλήσει πάντα παραμετρούμεναι καὶ ὅλους χαλινοὺς αἰδοῦς ἀποπτύουσαι. Καὶ πρῶτα μὲν ἤρξαντο παρεξάγειν αὐτὸν ἐς περιπάτους καὶ θέατρα καὶ κυνηγέσια· ἔπειτα ἐς νυκτερινὰς περιπλανήσεις οὐ πάνυ τοι βασιλεῦσιν ἁρμοττούσας. Αὗται δὲ πολλὴν ἀπαιτοῦσι χρημάτων δαπάνην· τὸ δ' οὐκ ἦν εὔπορον, τοῦ βασιλέως καὶ πάππου σταθμοῖς καὶ μέτροις οὐ πολὺ τὸ μεγαλοπρεπές τε καὶ φιλότιμον ἐπισυρομένοις τὴν ἡμερησίαν αὐτῷ χορηγοῦντος τροφήν. Ἐντεῦθεν φιλίαι πρὸς Λατίνων ἔστιν οὓς τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου τὴν οἴκησιν κεκτημένων καὶ μάλιστα ὅσοι πλούτῳ κομῶντες ἦσαν μακρῷ· ἐντεῦθεν δάνεια καὶ ὀφειλαὶ καὶ ζητήσεις χρημάτων· ἐντεῦθεν βουλαὶ καὶ μελέται λαθραίας φυγῆς. Ὁ- D

videatur. Michael imperator ex Maria uxore, quæ Armena erat, duas puellas suscepit, Annam et Theodoram. Anna Thomæ Epiri et Ætoliæ principi nuptum data est; quam comes avunculo suo Thoma occiso postea uxorem duxit. Theodora Venceslao nupsit, Bulgarorum principi. Hæ, inquam, filiæ duæ Michaeli imperatori ex uxore natæ sunt. Idem etiam filios duos habuit ex eadem susceptos, Andronicum imperatorem et Manuelem despotam. Ex his Andronicum nepotem tanto amore prosecutus est imperator Andronicus, ita ejus aspectu gavisus, ut cæteris omnibus seu majoribus seu minoribus natu filiis, filiabus, nepotibusque secundum ab illo et tertium dignitatis gradum assignaret, et unius hujus servandi gratia, si necesse foret, aliorum omnium jacturam facere paratus esset; tum ob imperii successionem, quæ per hunc firmior ac diuturnior futura videbatur; tum propter ingenii præstantiam, tum propter oris venustatem; forsitan et ob similitudinem nominis. Quibus de causis eum apud se regia disciplina instituendum esse censuit, ejusque conspectu noctu atque interdiu sese oblectare et exhilarare **284** statuit.

II. Postquam autem Andronicus junior adolescentiæ limen ingressus est, quo tempore voluptatum ardor maximus exsistit et naturam corrumpit, cum illæ licentiam omnis castigationis et modestiæ inimicam quærunt, in regia præsertim potestate et flore adolescentiæ; tum ejus æqualibus facillimum fuit praire illi quocunque vellent, et ea omnia ipsi suggerere, quæ juveniles animi excogitant, nihil non ad libidinem referre, nullum pudoris frænum soliti admittere. Ac primum ad deambulationes, ad spectacula, ad venationes educere illum cœperunt: deinde ad nocturnas vagationes, non satis dignas imperio. Quæ res cum magnos sumptus postularent, et ii sumptus non facile fierent eo quod avus idemque imperator quotidianum ei victum sic appendebat et admetiebatur, ut ad magnificentiam et splendorem nequaquam ipsi satis foret; in amicitiam Latinorum quorumdam, præsertim opulentiorum, qui Galatæ habitabant, sese insinuat. Inde fœnora, æs alienum, conquisitio pecuniarum: inde consilia et conatus clandestinæ

Variorum notæ.

(31) Thomæ Angelo Ducæ Comneno, Nicephori Despotæ ex altera uxore Anna Palæologina filio. Pachymer. lib. IX, cap. 4. Vide stemma Angelor. in *Famil. Byzant.* p. 210. DUCANG.

(32) *Contum* et hic vertit interpres: *comitem* reposuimus. Thomas quippe nobilis Gallus comes Cephaleniæ et Zacynthi erat, filius Joannis domini Zacynthi insulæ, cui quidem Joanni ducta in uxorem Maria Comnena, Nicephori Angeli Ætoliæ principis filia. Cephalenia insula in dotem concessa fuerat a socero, post cujus obitum orta de ejus successione controversia inter Joannem et Thomam Angelum Despotam, uxoris fratrem, Thomas a Joanne interfectus est, anno 1318. Ita exserte Joannes XXII papa in epistolis, non vero a Thoma Joannis filio, uti hic narrat Gregoras, et cap. 6. Vide *Hist. Franco-Byzant.* lib. VI, n. 27. DUCANG. — *Φονεύσας Θωμᾶν.* Θωμᾶν, non Θωμᾶς, ut antea legebatur. Atque ita codex Regius: ita etiam Ottobonicus; recte uterque; nisi tamen legamus φονεύσας Θωμᾶν Θωμᾶς, quomodo Wolfius videtur legisse, cum sic verterit, *quarum illa primum Thomæ Epiri et Ætoliæ principi, post conto Thomæ, hujus nepoti et percussori nupsit.* Vide et lib. XIII, infra cap. 6. BOIVIN.

(33) Solutiorem ejusdem Andronici junioris vivendi rationem inter causas dissidii cum patre etiam memorat Cantacuzenus, lib. I, cap. 5. DUCANG.

(34) Hoc loco Wolfius aut non assecutus erat mentem auctoris, aut exprimere neglexerat. BOIVIN.

fuge. Nam cum avum Andronicum diu rerum potiri, eoque defuncto summam potestatem ad patrem suum Michaelem deventuram esse cerneret, nullam jam adipiscendi imperii superesse sibi spem putabat. Itaque animus ejus regnandi avidus, impatientia quadam non omnino ignobili longo tempore vexatus, ad eas tandem cogitationes prolapsus **285** est. Cum enim avo imperatori tanquam pædagogo parere, et aliorum voluntatibus semper servire instar pueri nollet, imperatoriam auctoritatem et magnas opes requirebat : ut et ipse quod satis esset haberet, et aliis ut imperator subditis gratificari posset. Quod cum vivo avo et patre illic residente non licere cerneret, aliarum provinciarum dominatum ambiebat ; et nunc Armeniam matris causa ad se pertinentem, nunc Peloponnesum, nunc Lesbum et Lemnum cæterasque maris Ægæi insulas somniabat. Quæ cum clanculum modo ad patrem, modo ad avum deferrentur, nunc ab hoc, nunc ab illo clam impediebantur.

III. Et ut plurima silentio transeam, noctu ad mulierem non sane ignobili familia ortam, meretriciis vero præditam moribus, comessatum ibat. Ejus porro amator erat et amasius et Adonis alter quidam ætatis flore et formæ pulchritudine conspicuus. Unde imperator Andronicus, inflammante animum zelotypia, homines sagittis et gladiis armatos circa meritriculæ ædes cogebat excubare. Semel autem fortuito casu accidit, ut circa mediam fere noctem Manuel Despota, fratrem imperatorem quærens, juxta meretricis domum transiret. Quem cum imperatorii speculatores properare ad se cernerent, nec quis esset per tenebras cognoscerent, mulierculæ amasium esse rati crebris telis impetunt. **286** Unde ille ictu lethali accepto ex equo delabitur. Deinde concursu circa ipsum facto agnitus hominum manibus excipitur, et semianimis in palatium defertur. Quod facinus, ubi illuxit dies, cognitum imperatorem avum magna et vehementi tristitia affecit, non præsens modo tempus intuentem, sed futura etiam prudenter considerantem. Cæterum Manuele Despota ex eo vulnere defuncto, et fama ad imperatorem Michaelem Thessalonicæ tum degentem perlata, quid dicam? ita ea res cujuslibet teli ictu potentius animum ejus perculit, tantum ejus cordi vulnus inflixit, ut illius cladis cogitatione subinde recurrente afflictus et oppressus in gravem morbum inciderit, qui illum non longo post e vita sustulit. Imperatorem vero Andronicum seniorem tantus inde animi tumultus curarumque æstus invasit, tanta confusio ac perturbatio ejus res per-

A ὦντι γὰρ τὸν πάππον Ἀνδρόνικον μακρὸν ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας παρατείνοντα τὸν χρόνον καὶ μετ' ἐκεῖνον ἔφεδρον τῆς αὐτοκρατορίας αὖθις τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Μιχαὴλ τὸν βασιλέα, ἀπογινωσκομένην ἤδη καὶ ἀνέλπιστον ἑαυτῷ τὴν αὐτοκρατορίαν ἐπῄει νομίζειν. Ὅθεν τὸ περὶ τὴν φιλαρχίαν λίχνον τῶν λογισμῶν μικροψυχία τις οὐ μάλα ἀγενὴς ἐφ' ἱκανὸν ἐπιβοσκομένη πρὸς τοιαύτας ἐξοκέλλειν ἠνάγκαζε τὰς μελέτας. Μηδὲ γὰρ θέλων ὑπὸ [P. 175] τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ καθάπερ ὑπὸ παιδαγωγῷ παιδοκομεῖσθαι καὶ ἄλλων λατρεύειν βουλήμασιν ὥσπερ παιδίον ἀεὶ, αὐτονομίαν ἐζήτει βασιλικὴν καὶ ἀφθονίαν πραγμάτων, ὥστε ἑαυτῷ τε ἔχειν τὸ διαρκὲς καὶ ἄλλοις οἷα βασιλεὺς ὑπηκόοις χαρίζεσθαι. Ἐπεὶ δ' ἀδύνατον ἔβλεπεν εἶναι τοῦτο ζῶντος τοῦ πάππου B καὶ τοῦ πατρὸς ἐνταυθοῖ καθημένου, πρὸς ἑτέρας ἐσκόπει χωρῶν ἐπικρατείας· καὶ νῦν μὲν Ἀρμενίαν ὠνειροπόλει ἅτ' ἐκ μητρὸς αὐτῷ προσήκουσαν, νῦν δὲ Πελοπόννησον, νῦν δὲ Λέσβον καὶ Λῆμνον καὶ ὅσαι τὸ πολὺ τοῦ Αἰγαίου πληροῦσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἀκοὰς ᾔει λάθρα νῦν μὲν τοῦ πατρὸς, νῦν δὲ τοῦ πάππου. Ὅθεν καὶ λάθρα νῦν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, νῦν δ' ὑπ' ἐκείνου διεκόπτετο.

Γ'. Καὶ ἵνα σιωπῇ παραδράμω τὰ πλεῖστα, νύκτωρ ἐκώμαζε πρὸς γυναῖκά τινα γένει μὲν τῶν οὐκ ἀσήμων, τὸν δὲ τρόπον ἑταίραν. Ταύτης ἐραστὴς ἦν καὶ ἐρώμενος καὶ Ἄδωνις ἄλλος τῶν ἐν ἡλικίᾳ τις καὶ ὥρᾳ διαπρεπῶν· δι' ὃν καὶ ζηλοτυπία τις πυρπολοῦσα τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως ψυχὴν τοξότας καὶ ξιφηφόρους ἠνάγκαζε προλοχίζειν περὶ τὴν C τῆς ἑταιρίδος οἰκίαν. Ἐν μιᾷ τοίνυν (35) περὶ μέσας που νύκτας τὸν βασιλέα ζητῶν ὁ ἀδελφὸς καὶ δεσπότης ἔτυχεν ἀπὸ ταὐτομάτου συμβὰν οὑτωσὶ παριέναι περὶ τὴν τῆς ἑταιρίδος οἰκίαν. Ὃν οἱ τοῦ βασιλέως σκοποὶ θεασάμενοι σπουδῇ προσελαύνοντα καὶ μὴ γνόντες διὰ τὸ σκότος ὅστις εἴη, ἀλλὰ τὸν τῆς ἑταιρίδος ὑποτοπάσαντες εἶναι ἐρώμενον, συχνὰ κατ' αὐτοῦ ῥίπτουσι βέλη. Καὶ μὲν δὴ καιρίαν ἐκεῖνος δεξάμενος πίπτει τοῦ ἵππου· κἄπειτα συνδραμόντες καὶ γνόντες ὅστις εἴη φοράδην ἐς τὰ βασίλεια φέρουσι ζῶντα καὶ μάλα μόλις (36). Τοῦτο μεθ' ἡμέραν γνωσθὲν τῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ μεγάλας ἐνέσπειρε καὶ σφοδρὰς τὰς ἀνίας οὐ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἀφορῶντι, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος εὐσυνέτως D στοχαζομένῳ. Ἐπεί γε μὴν τοῦ δεσπότου Μανουὴλ ἐκ τῆς τοιαύτης θανόντος πληγῆς καὶ ἐς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἐν Θεσσαλονίκῃ διατρίβοντα ἧκεν ἡ φήμη, τί χρὴ λέγειν; τοσοῦτο γὰρ δραστικώτερον βέλους παντὸς ἐπεπράχει περὶ τὴν ἐκείνου καρδίαν τὸ τραῦμα, ὥστε κατασεισθέντι καὶ βαπτισθέντι συχνοῖς τοῖς τοῦ πάθους λογισμοῖς νόσος ἐνσκήπτει δεινή, ἢ δὴ καὶ μετ' οὐ πολὺ (37) τοῦτον ἐξάγει βίου. Τῷ μέντοι γηραιῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τοσοῦτοι χειμῶνες ἐντεῦθεν καὶ κλύδωνες ἀνερράγησαν

Variorum notæ.

(35) Cantacuz. lib. i, cap. 1; Phranzes, lib. cap. 10. DUCANG.

(36) Ζῶντα μάλα μόλις, non aut φέρουσι μάλα μόλις : Wolfio utrumque. Vertera nippe *semianimis in palatium ægre defertur*. BOIVIN.

(37) Id. Octobr., anno juxta Græcos 6821, Chr. 1320. Cantacuz. DUCANG.

λογισμῶν καὶ τοσοῦτοι θόρυβοι τὰ αὐτοῦ συνεχύθησαν πράγματα, ὥστ' οὐκ ἔχομεν ταῦτ' ἀνενεγκεῖν πρὸς οὐδὲν τῶν φθασάντων παράδειγμα. Προϊόντες δ' ἐροῦμεν αὐτά.

[P. 176] Δ'. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ (38) συνέβη γενέσθαι στάσιν τινὰ καὶ θόρυβον οὐ μικρὸν τοῖς τῆς Γεννούας οἰκήτορσιν. Ἔστι δ' ἡ Γεννούα πόλις παράλιος τῶν ἐν Ἰταλίᾳ δυτικωτέρα, μεταξὺ Τυῤῥηνῶν τε κειμένη καὶ Ἄλπεων. Ὠκίσθη δ' ἀρχῆθεν ὑπὸ δυοῖν γενοῖν τῶν τε Γέλφων καλουμένων καὶ Γεμπιλίνων. Καὶ ἦν μὲν ἄχρι πλείστων τῶν χρόνων ἐνδοξότερόν τε καὶ τὰς ἀρχαιρεσίας ἐξ ἑαυτοῦ ποιούμενον τὸ τῶν Γεμπιλίνων. Ἔπειτα ὀστράκου μεταπεσόντος ἐπικρατέστερον τὸ τῶν Γέλφων καθέστηκε γένος καὶ πᾶσαν πρὸς ἑαυτὸ τὴν τάξιν ἐκείνην μετέστησέ τε καὶ πάμπαν ἐξόριστον τῆς Γεννούας πεποίηκε θάτερον τοῖν γενοῖν, ὡς μὴ ὀψέ ποτε δύναμίν τινα προσειληφὼς αὖθις ἀνατρέψῃ τὴν τάξιν. Ἐκεῖθεν ἡ φήμη δραμοῦσα καὶ ἐς τὰς πανταχῆ τῆς γῆς τῶν Γεννουϊτῶν οἰκήσεις τὰ ὅμοια τῇ μητροπόλει πράττειν ἠνάγκασεν, ἐντεῦθεν μάχαι καὶ πόλεμοι τῶν Γεννουϊτῶν πανταχῆ κατ' ἀλλήλων. Οἱ γὰρ ἐξωσθέντες, μισθοφορικάς τινας δυνάμεις ἔξωθεν προσλαμβάνοντες κακῶς τοὺς ἐξώσαντας διετίθουν.

Ε'. Ἐπεὶ (39) δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ταφὴν Κράλαινα ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἐπιπλέον τῷ Βυζαντίῳ ἐνδιατρίβειν ἐβούλετο, ἥκουσι πρέσβεις ἐκ τοῦ συζύγου αὐτῆς δηλαδὴ τοῦ Κράλη Σερβίας (40) ἀπειλὰς κατὰ τῆς Ῥωμαίων φέροντες γῆς, εἰ μὴ τάχιστα παρὰ τὸν σύζυγον αὕτη ἀφίκοιτο. Ἔρωτι γὰρ τῷ πρὸς αὐτὴν (41) φλεγόμενος πλείστην μὲν ἀφοβίαν παρέσχετο ταῖς πλησιαζούσαις χώραις καὶ πόλεσι τῶν Ῥωμαίων· ἐζηλοτύπει δ' οὖν ὅμως τὴν ταύτης ἀπουσίαν καὶ μεστὸς (42) ὑπονοίας ἦν. Ὁ μέντοι βασιλεὺς τὰς ἀπειλὰς τοῦ γαμβροῦ δείσας μὴ καὶ εἰς ἔργον αὐτὰς ἐξενέγκῃ (ῥᾴδιον γὰρ ἦν ἐκείνῳ διὰ τὸ πολλὴν κεκτῆσθαι στρατιωτικὴν δύναμιν) προπέμπει ταύτην εὐθύς. Ἦν δὲ τηνικαῦτα δεύτερόν τε καὶ εἰκοστὸν αὕτη τῆς ἡλικίας ἄγουσα χρόνον. Δείσασα τοίνυν μὴ ἀπελθοῦσα φονευθείη πρὸς τοῦ ἀνδρὸς, ὑποπτεύοντος μὲν αὐτὴν ἀεὶ, νῦν δὲ καὶ πρὸς μεγάλην ὀργὴν ἐκκαυθέντος, ἔγνω τὸ μοναχικὸν ὑπελθοῦσα σχῆμα φυγεῖν οὑτωσὶ τὴν αὐτοῦ συνδιαίτησιν. Τοῦτο μὲν οὖν ἐνταυθοῖ παρὰ τῷ πατρὶ διατρίβουσα ποιεῖν οὐκ ἠνέσχετο διὰ τὸ μὴ καὶ τὸν πατέρα καίτοι μὴ συνειδότα καθυποβαλεῖν ἐς φανερὰν τὴν τοῦ συνειδέναι αἰτίαν καὶ πρὸς φανερὰν κινῆσαι μάχην τὸν Κράλην κατὰ τοῦ πατρός. Διὸ μέχρι τοῦ πολιχνίου τῶν Σεῤῥῶν ὡς εἶχε σχήματος ἀπελθοῦσα καὶ

miscuit, ut inter ævi superioris exempla vix ullum occurrat, quod cum his conferri possit. Qua de re infra dicturi sumus.

IV. Hoc tempore seditio et tumultus non parvus apud Genuæ habitatores est exortus. Est autem Genua maritima Italiæ urbs versus Occidentem, intra Tyrrhenos et Alpes sita, quam familiæ duæ jam inde antiquitus incoluerunt, Guelphos et Gibellinos appellant: quorum hi diutissime et gloria præstiterunt, et factionis suæ magistratus creavere. Deinde mutata fortuna Guelphorum familia superior evasit, et omne illud ad se transtulit. Quin et alteram familiam **287** ex urbe Genua funditus exterminavit, ne confirmatis aliquando viribus veterem sibi dignitatem vindicaret. Quæ fama cum e metropoli ad Genuenses ubivis gentium habitantes pervenisset, ideo et illos facere coegit. Hinc pugnæ et intestina Genuensium bella ubique. Nam qui pulsi erant, conducto externo milite adversarios infestabant.

V. Cum autem post imperatricis exsequias Cralæna filia ejus diutius Byzantii commorari vellet, maritus ejus Crales Serviæ legatos in urbem mittit, qui Romanis provinciis cladem minitentur, nisi uxor quamprimum ad ipsum revertatur. Illius quippe amore incensus magnam provinciis et urbibus Romanis securitatem præstabat. Sed idem ob absentiam mulieris zelotypia et suspicionibus variis torquebatur. Quare imperator generi minis territus ac metuens, ne verba ad rem conferret (id enim illi facile erat propterea, quod militaribus copiis abundabat), filiam statim dimittit. Ea tunc annum ætatis alterum et vicesimum agebat. Verita igitur ne a marito semper suspicaci, tum vero **288** ira etiam percito, domum reversa occideretur, monasticum habitum, quo convictum et consuetudinem viri fugeret, induendum esse cogitavit. Id vero dum in urbe apud patrem versabatur facere noluit, ne et patrem, quamvis inscium, manifesto crimine velut conscium implicaret, et ad apertum bellum illi faciendum Cralem concitaret. Quare usque ad Serrhas oppidulum ita ut vestita erat abiit: atque ibi etiam dies complures commorata clam alicunde emptum cucullum noctu induit: in quo, postquam dies illuxit, a Triballis, quos secum habebat, præter exspectationem conspecta non

Variorum notæ.

(38) Joann. Villaneus lib. IX, cap. 85, 89. Petr. Bizarus lib. V *Hist. Genuensis*, p. 108. DUCANG.

(39) Pro verbis ἐπεὶ — ἀφίκοιτο hæc leguntur in codd. Reg. et in Vat.: μετὰ μέντοι τὴν τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ταφὴν, τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς Σιμωνίδος τῆς Κραλαίνης βουλομένης διατρίβειν ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ τοσοῦτον ἀφίστασθαι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, λέγω τοῦ Κράλη, ἥκουσι πρέσβεις ἐκεῖθεν ἀπειλὰς φέροντες τὰς παλαμναιοτάτας κατά τε αὐτῆς, εἰ μὴ τὴν ταχίστην ἐπανελθεῖν βούλοιτο, καὶ ἔτι κατὰ τῶν τοῦ βασιλέως χωρῶν καὶ πόλεων λῃστρικὰς ἐφόδους, εἰ μὴ τάχιστα προπέμπειν βούλοιτο ταύτην.

(40) Urosio cogn. *Sancto* et *Milutino*, Serviæ regi. Vide stemma regum Serviæ n. 59. DUCANG.

(41) Ita quoque legitur in cod. Vatic. BOIVIN.

(42) Ἐζηλοτ. δ' οὖν ὅμως αὐτὴν ἀεὶ καὶ μεστὸς, etc., cod. Vatic. in quo tamen, recentiori manu emendato, ita legitur ut in vulgatis. BOIVIN.

mediocrem ipsis stuporem ac perturbationem attulit; adeo ut ex necessitate et herili metu gravius in eam consulturi viderentur; nempe aut cucullum laceraturi et invitam ad maritum reducturi: aut si eo descendendum esset, interfecturi eamdem, ne viva quam longissime a marito habitaret, et animum ejus acri et violento dolore incenderet. Sed Constantinus despota frater ejus consanguineus (nam et ipse aderat) eos prævertit, et fabulam illam ægre laturum Cralem arbitratus temerarium sororis factum correxit. Nam statim accurrens cucullum vi lacerat, et solitis ornatam vestibus Triballis eam reddit, ut ipsam quam celerrime domum reducant quantumvis invitam et plorantem. Atque hæc ita se habuerunt.

A συχνὰς ἡμέρας κἀκεῖ διατρίψασα λάθρα παρά τινος ῥάκος ὠνησαμένη μοναχικὸν μιᾷ τῶν νυκτῶν ἐνεδύσατο τοῦτο· καὶ οὕτω παρ' ἐλπίδα μεθ' ἡμέραν φανεῖσα τοῖς μετ' αὐτῆς [P. 177] Τριβαλλοῖς ἔκπληξίν τε καὶ ταραχὴν ἐνέβαλεν οὐ μικράν, ὡς βουληθῆναι παράβολόν τι δι' ἀνάγκην αὐτοὺς καὶ φόβον δεσποτικὸν ἐπ' αὐτῇ πεπραχέναι· ἢ γὰρ διαῤῥῆξαι τὸ ῥάκος καὶ ἄκουσαν αὐτὴν ἐς τὸν ἄνδρα ἀγαγεῖν· ἢ τό γε δεύτερον, αὐτὴν διαχρήσασθαι καὶ μὴ ζῶσαν αὐτὴν ὡς ποῤῥωτάτω τε τοῦ ἀνδρὸς οἰκεῖν (43) καὶ ἅμα δριμείαις τε καὶ σφοδραῖς ταῖς ἀνίαις ἐμπιπρᾷν τὸν ἐκείνου θυμόν. Ἀλλὰ φθάσας ὁ ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφὸς (44) Κωνσταντῖνος ὁ δεσπότης (παρῆν γὰρ καὶ αὐτὸς) διόρθωσιν τοῦ καινοτομήματος ἐπεπράχει, οὐ πρᾴως ἐνεγκεῖν τὸν Κράλην τὸ δρᾶμα οἰόμενος. Ῥήγνυσι γὰρ βιαίως ἐπιδραμὼν τὸ ῥάκος ἐκεῖνο καὶ τὸ σύνηθες αὖθις ἐνέδυσε σχῆμα· καὶ παραδοὺς τοῖς Τριβαλλοῖς ἄκουσάν τε καὶ κλαίουσαν ἀπάγειν ἐκέλευσε τὴν ταχίστην. Καὶ τοῦτο μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

CAPUT II.

Glycys patriarcha morbo ingravescente in monasterium secedit; minime avarus, adeoque parum dives. Gregoram arcessit, cui ultimam voluntatem dictet. Patriarchæ testamentum. Luculentior narratio ab auctore indicata. Gerasimus monachus, vir simplex et indoctus, Glyci subrogatur. Quales patriarchæ imperatoribus placeant.

289 I. At patriarcha Joannes Glycys cum et spem recuperandæ valetudinis nullam sibi superesse et eo munere fungi se intelligeret, cujus administratio magnas vires et firmum corporis robur postularet; contra autem magna tranquillitate opus esse sciret corpori ægrotanti, et vicissim animum ipsum, utpote condolentem corpori et ejus ægritudine distractum, magno ab externis rebus otio egere animadverteret (duo quippe inde maxima mala existebant, cum nec quotidiana negotia commode et celeriter expediri, nec vulgi seu indignatio seu convicia reprimi possent); in medio administrationis cursu fatigatus otio suo consulere, atque ex illo magno circumfluentium negotiorum æstu emergere statuit. Quibus de causis imperator ejus voluntati annuit, eique Cyriotissæ monasterium, in quo habitaret, assignavit: in quod se quarto anno patriarchatus sui contulit, abdicata utcunque dignitate. Ibi quatenus licebat valetudinem curans propter pedes paralysi affectos mortem in dies timebat. Quare cum pecuniarum ut alii plerique avidus haud fuisset, non magnas opes e patriarchatu secum attulit; sed parvam et numerabilem pecuniam, quam in sumptus conservando monasterio necessarios impendit. Me autem arcessitum rogavit, ut supremam suam voluntatem in charta ordi-

B Α'. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς (45) συνιδὼν ὡς ἀνέλπιστά οἱ τὰ τῆς ὑγιείας ἤδη κατέστη καὶ τὸ μὲν τῆς πνευματικῆς ταύτης ἀρχῆς λειτούργημα πολλῆς δεῖται σωματικῆς ἰσχύος καὶ ῥώμης, πολλῆς δ' αὖ ἑτέρωθεν ἠρεμίας δεῖ κάμνοντι σώματι κἀκ τοῦ ἐναντίου δ' ἔτι καὶ σχολῆς τῶν ἔξωθεν μακρᾶς ψυχῇ συγκαμνούσῃ καὶ περισπωμένῃ ταῖς τοῦ σώματος ἀλγηδόσι (διὰ γὰρ αὐτό γε τοῦτο δύο συμβαίνειν τἀναντιώτατα· μήτε γὰρ τὴν τῶν ἀνὰ χεῖρας πραγμάτων διοίκησιν διὰ λείας καὶ ἀκμαζούσης φέρεσθαι τῆς ὁδοῦ, μήτε τὸν λαὸν ἀνύβριστον δύνασθαι φέρειν ἐπ' αὐτὸν γνώμην καὶ γλῶτταν)· ἐν μέσῃ τῇ τῶν πραγμάτων ἀπέγνω πορείᾳ καὶ σχολὴν ἑαυτῷ προὐμνηστεύετο ἤδη καὶ τῆς πολλῆς ἐζήτει καὶ ποικίλης ταυτησὶ περιφορᾶς ἀποχώρησιν. C Ταῦτ' ἄρα καὶ τοῖς αὐτοῦ βουλεύμασιν ὁ βασιλεὺς ἐπινεύει καὶ τὴν τῆς Κυριωτίσσης μονὴν εἰς οἴκησιν ἀπονέμει· πρὸς ἣν δὴ καὶ ἀφικνεῖται τῷ τετάρτῳ τῆς αὐτοῦ γε πατριαρχείας ἔτει, τὸν πατριαρχικὸν ὅπως ποτὲ παραιτησάμενος θρόνον. Κἀκεῖ νοσοκομούμενος, ὡς ἐνῆν, διὰ τὴν τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν παντελῆ πάρεσιν ἐδεδίει καθ' ἡμέραν τὸν θάνατον. Ὅθεν οὐ πολύν τινα πλοῦτον καταγαγὼν ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διὰ τὸ μὴ φιλοχρήματος εἶναι κατὰ [P. 178] τοὺς πλείστους, ἀλλὰ μικρόν τε καὶ εὐαρίθμητον, τοῦτον μένεις περιποιη-

Variorum notæ.

(43) *Ne viva quam longissime a marito habitaret*, etc. Sic vertendum, non *ut mortua quam remotissima a marito, animum ejus nullo mœrore sauciaret*, quemadmodum verterat Wolfius. BOIVIN.

(44) Interpres, *frater uterinus*: emendavimus, *consanguineus*, ex eodem parente et alia matre: id enim vox Græca sonat. Pollux, lib. III, cap. 2: Οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρὸς ἀδελφοί, διαφόρων δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων πατέρων, μιᾶς δὲ μητρὸς, ἀμφιπάτορες. Constantinus enim Palæo- D logus Despota, ex Andronici cum Anna priore conjuge, Simonis vero ex altero cum Irene conjugio prodierant. DUCANG. — *Ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφός. Frater ejus consanguineus*, non, ut Wolfius interpretabatur, *uterinus*. Constantinus Despota erat Cralænæ *frater consanguineus*, eodem patre natus, non item eadem matre. Vide cap. 4, sect. 1, infra. Ἀμφιμήτριος idem est atque ἀμφιμήτωρ, id est, *diversa matre natus*. BOIVIN.

(45) Phranzes lib. I, cap. 9. DUCANG.

σιν ἀνάλωσε τῆς μονῆς. Ἐμὲ δὲ προσκαλεσάμενος A τὴν τελευταίαν αὐτοῦ βούλησιν ἐν χάρτῃ διαθέσθαι ἠξίου. Σφόδρα γὰρ τοῖς ἐμοῖς ἠρέσκετο λόγοις.

B'. «Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις (46),» φησὶ, «θανάτου μεμνῆσθαι χρεὼν καὶ νήφουσιν ὀφθαλμοῖς τὴν τῶν παρόντων καταγινώσκειν σκιὰν, πῶς μὲν τὸν χθὲς καὶ πρότερον ὄντα κόλποι γῆς ἐξαίφνης διέλαχον, πρὶν τὰ οἴκοι διαθέσθαι κατὰ γνώμην καὶ πρὶν καλῶς διαβλέψαι τὸν λόγον τῆς συμφορᾶς· καὶ πῶς αὖθις ὁ σήμερον οἴκοθεν οἱονεὶ τῷ ἡλίῳ τῷδε συνανατέλλων καὶ ἐμπομπεύων τῇ πανηγύρει τοῦ βίου μεστὸς ἀπεράντων ἐλπίδων, ἔπειτ' ἐν μεσημβρίᾳ φωτὸς σκότους καὶ λήθης ὑπῆλθε μυχοὺς ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, πολλάκις καὶ ἑορτῇ τοῦ προσώπου, καὶ ἵν' εἴπω τοῦ πάθους ἀνελπιστίᾳ πολυτελεῖ. Πολλῷ δ' οὖν ἀναγκαῖον θανάτου μᾶλλον μεμνῆσθαι, οἷς καὶ B νόσος οἷά τις δι' ἀνωμαλίαν τε καὶ ἀταξίαν τῆς ὕλης συμπέπτωκεν, αἷς πολλαῖς τε καὶ ποικίλαις ἄλλοτε ἄλλαις τὸ ἀνθρώπινον κέχρηται σῶμα συγχεούσαις τε καὶ διασπώσαις τὴν τῶν συνδέσμων στοιχείων ἀλληλουχίαν. Οὗτοι γὰρ ἤδη μονονοὺ θατέρᾳ χειρὶ τὴν τοῦ θανάτου κόπτουσι θύραν καὶ τὸ πλέον τῆς τοῦ ζῆν ἐλπίδος κατόπιν διαλιπόντες θατέρῳ βλέμματι πρὸς τοὺς τῶν μνημάτων ἤδη κρημνοὺς διακύπτουσι· τούτοις παντὶ τρόπῳ λυσιτελήσει τῆς οἰκείας φροντίσαι ψυχῆς καὶ ἀθάνατά γε τῇ ἀθανάτῳ πάσῃ σπουδῇ πορίσασθαι, μήποτε διπλοῦν τὸν θάνατόν σφισιν αὐτοῖς προξενήσωσι τόν τε τοῦ σώματος τόν τε τῆς ψυχῆς. Ἐμοὶ δὲ καὶ μάλιστα πάντων δεινῇ τινι καὶ βαρείᾳ τῇ νόσῳ τουμὸν τουτὶ σῶμα μικροῦ τελέως ἐκδεδαπάνηται. Πάνυ γὰρ ἐκ μακροῦ C πάνδημός τις ἐπιστρατεύσασά μοι παλινοστήσειν οὐκέτ' αὖθις βεβούληται, ἀλλ' ἐμπεφώλευκεν ἐσάπαν, ὥσπερ τινὰ ἑαυτῆς οἰκίαν κατειληφυῖα, καὶ διετέλεσεν ἐσαεὶ τὴν μὲν ἐμὴν τοῦ σώματος οὐσίαν οἱονεί τις ἐκμυζῶσα βδέλλα, τὴν δ' αὖ περιουσίαν ὑφαιροῦσά μου κατὰ μικρὸν διδύμῃ, τὸ λεγόμενον, χειρὶ καὶ τοῖς τῶν ἰατρῶν κόλποις ἐπισωρεύουσα, καθάπερ τισὶ ταμιείοις οὖσιν ἑαυτῆς. Ἐπεὶ δ' οὖν ἡ πρὸς αὐτὴν ἡμετέρα σπουδὴ μάταιος ἦν καὶ ἀνόνητος ὄχλος, καὶ εἰς πῦρ (τὸ τοῦ λόγου) ξαίνοντες ἐδοκοῦμεν, τί ἄν τις ἐκτραγῳδοίη, ὁπόσα μοι κατὰ τὸν βίον ἠναντιώθη ἔν τε τοῖς βασιλείοις ἔν τε τοῖς κατ' οἶκον πράγμασι; Συμβέβηκε γάρ μοι κἀν τοῖς βασιλείοις τετάχθαι ἄρτι τῶν λόγων ὑπανακύψαντι καὶ τὸν ἔφηβον παραλλάττοντι, καὶ τιμῶν D παρὰ τοῖς θειοτάτοις βασιλεῦσιν ἠξιῶσθαι οὔτοι γε ἐλαχίστων. [P. 179] Καὶ ἵνα τἀν μέσῳ παρέλθωμεν, ἐπειδὴ καὶ ὁ πατριαρχικὸς ἡμᾶς ὕστερον κέκληκε θρόνος καὶ δὴ καὶ προσηγάγετο ἄκοντάς τε καὶ οὐκ ἄκοντας· ἄκοντας μὲν διὰ τὸ μὴ σφόδρα ἀνεκτὸν τῆς ἀσθενείας βάρος· θάτερον δὲ διὰ τὸ τῆς ὑγιείας προσδοκήσιμον (ἡ γὰρ ταύτης ἐπισαίνουσα καθ'

A narem. Nam meo dicendi genere admodum delectabatur.

290 II. « Omnes mortales, » inquit, mortis meminisse oportet, et sobriis oculis considerare, quam vana sit præsentis vitæ umbra; ut is qui heri fuerit, terræ sinu derepente exceptus sit, priusquam de rebus domesticis ex sententia decerneret insidiantis calamitatis adventum prospicere posset: item ut is qui hac ipsa die e domo sua progressus cum sole exoriri et in theatro vitæ infinita spe plenus obambulare videbatur, sub meridiem deinde tenebrarum et oblivionis latebras subierit, in primo flore ætatis, sæpe et in media vultus festivitate, cum imminentium malorum B omnis, ut ita dicam, spes longissime abesset. Quanto autem magis ii debent mortis meminisse, qui ob vitiosam et perturbatam materiam morbis conflictantur, qui multi et varii atque alias alii humana corpora afficiunt, elementa confundunt, et aptam eorum compagem dissolvunt? Hi enim tantum non altera manu fores mortis pulsant; hi vitæ spem maxima ex parte retro abjecerunt, et alterum jam oculum ad ima tumuli præcipitia intendunt. His prorsus expedit, animi curam suscipere, eique, cum sit immortalis, bona immortalia omni studio providere, ne forte duplicem sibi mortem arcessant, et corporum et animorum. Mihi vero tanto magis hoc quam aliis omnibus faciendum est, quanto graviore morbo C totum fere corpus meum est consumptum. Nam hic morbus postquam semel tota vi in me infestus irruit, 291 noluit ex eo deinde a me discedere, sed perpetuo in penetralibus meis habitare perstitit, quasi eam sibi domum propriam nactus esset: neque unquam corporis mei succum hirudinis in morem exsugere destitit, et rem familiarem meam paulatim deminutam ambabus, ut aiunt, manibus congerere, et in sinum medicorum veluti in thesauros suos conferre. Cum autem noster adversus illum conatus inanis et irritus fuerit, et, ut fertur proverbio, ignem cædere hactenus visus sim, quid vitæ meæ adversitates tam imperatoriis quam domesticis in rebus commemorem? Sic enim accidit, D ut studiis litterarum vix defunctus, cum ex ephebis excederem, in aulam receptus sim, et a divis imperatoribus honores non minimos acceperim. Atque ut ea quæ intercesserunt silentio prætereamus, cum ipsa quoque nos patriarchalis sedes ad se deinde vocavisset, atque etiam pertraxisset partim nolentes, partim non nolentes: nolentes quidem ob infirmitatis onus pæne intolerabile: haud nolentes ob exspectationem sanitatis (nam

Variorum notæ.

(46) Gregoras non testamentum ipsum patriarchæ, sed testamenti proœmium profert, cujus sese auctorem manifestum prodit. Exstant in codice regio 3229 opuscula duo, ejusdem ferme et argumenti et styli; quorum primum inscribitur, Τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἡ παραίτησις τοῦ πατριαρχείου, alterum, Τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον. BOIVIN.

hujus spes in dies mihi blandiens momento omnia suggerebat et vetera et recentia cœlestis patris miracula: quorum de numero meam quoque sanitatem fore existimabam, modo Deus delatam mihi impositionem manuum et pontificiam unctionem benigne intueretur): cum, inquam, a senatoriis muneribus in hunc modum patriarchico solio conscenso iisdem morbi cruciatibus conflictaremur, **292** neque ullum usquam remedium ostenderetur; indicium illud diviaum, quo ad mortem compelleremur, et mediocrem fortasse peccatorum non mediocrium castigationem esse intelleximus. Unde spes sanitatis irrita prorsus evanuit, mortis autem instantis exspectatio, ut diximus, confirmata est. Quid enim aliud cogitarem, cum omnem fere carnis succum effluxisse jam viderem; medici vero eo nomine indigni nihil (quod ad me quidem attineret) a vulgo differrent? Itaque magna negotiorum mole excussa, et malarum linguarum confuso strepitu a me depulso, hic vitæ reliquum exigendum esse judicavi. »

III. Sed hæc a nobis dilucidius alibi explicata poterit quivis cognoscere. Nunc rerum ordinem prosequamur. Hoc tempore in patriarchicum solium succedit sacerdos monachus e Manganorum monasterio Gerasimus, cano capite, sed simplici vir ingenio, idemque surdaster, audiendi sensu per senectutem maxima parte imminuto. Is Græcas litteras ne extremo quidem digito unquam attigerat. Sed erat ob inscitiam et morum simplicitatem ad imperatoria obsequia aptissimus. Hac enim de causa ad ea munera obeunda tales viri ab imperatoribus deliguntur, ut dicto audientes eis sint, tanquam mancipia, et nulla re ipsis refragentur. Atque hæc de eo viro hactenus. Cætera post suo loco referentur.

A ἑκάστην ἐλπὶς πάντα μοι ὑπεμίμνησκεν ἐν ἀκαρεῖ παλαιά τε καὶ νέα τοῦ θείου τεράστια πατρός, ὧν ἴσως ἕν τι καὶ τοὐμὸν ἔλεγεν ἔσεσθαι, εἰ φιλανθρώπως ἴδοι κύριος ἐπὶ τῇ χειροθεσίᾳ καὶ τῷ τῆς ὑψηλῆς ταύτης ἀρχιερωσύνης χρίσματι)· ἐπεὶ δ' οὖν ὅμως οὑτωσὶ κἀπὶ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἀπὸ τῶν συγκλητικῶν ἀρχῶν μετηνέχθημεν κἀν τοῖς αὐτοῖς αὖθις ἦμεν δεινοῖς τοῦ νοσήματος καὶ λύσις οὐδαμόθεν οὐδ' ἡτισοῦν ἑωρᾶτο, ἔγνωμεν κρίσιν εἶναι τοῦτο Θεοῦ πρὸς θάνατον συνωθοῦσαν ὁλοσχερῶς καὶ παιδείαν ἴσως μετρίαν (47) ὧν οὐ μετρίως ἡμάρτομεν. Ἔνθεν καὶ τὰ μὲν τῆς ὑγιείας ἤδη φροῦδα καὶ ἀπ' ἐλπίδος ἐγίγνετο· τὰ δὲ τῆς τελευτῆς καὶ σφόδρα γέ τοι, ὡς ἔφημεν, οὐκ ἀνέλπιστα. Καὶ τί γὰρ ἄλλο γ' ἐχρῆν, ὁπότε τὴν μὲν τῆς σαρκὸς ἰκ- B μάδα μικροῦ πᾶσαν ἐκρεύσασαν ἔβλεπον ἤδη, ἰατρῶν δὲ παῖδας οὐ κατὰ τοὔνομα ὄντας, ἀλλ' οὐδὲν τό γ' ἐπ' ἐμοὶ σχεδὸν τῶν πολλῶν διαφέροντας; ὅθεν τὸν πολὺν τῶν πραγμάτων ἀποσεισάμενος ὄχλον καὶ τὴν τῶν πονηρῶν γλωσσῶν σύγχυσιν ἐνταυθοῖ τὸ λεῖπον ἔκρινα δεῖν ἀνύσειν τοῦ βίου. »

Γ'. Ἀλλὰ τὰ περὶ τούτων ἡμῖν ἐναργέστερον ἀλλαχῆ δηλούμενα τοῖς βουλομένοις ἐξέσται μανθάνειν. Ἡμεῖς δ' ἐχώμεθα τῶν ἐφεξῆς. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον τῶν ἱερωμένων τις μοναχῶν ἐκ μονῆς τῶν Μαγγάνων Γεράσιμος (48), ἀνὴρ πολιὸς μὲν τὴν τρίχα, ἀφελὴς δὲ τὸν τρόπον καὶ τῆς ἀκουστικῆς δυνάμεως τὸ πλεῖστον ἀφῃρημένος ὑπὸ τοῦ γήρως· Ἑλληνικῆς μὲν C παιδείας οὐδ' ἄκρῳ δακτύλῳ γευσάμενος πώποτε, διὰ δ' ἀμαθίαν καὶ ἄλλως ἁπλότητα τρόπων ταῖς βασιλικαῖς ἀρεσκείαις πάντῃ προσήκων. Διὰ γὰρ τοῦτο τοιούτους οἱ βασιλεῖς ἐς τοιαύτας ἐκλέγονται τὰς ἀρχάς, ἵνα τοῖς τούτων εὐχερῶς ὑποκύπτωσι προστάγμασι, καθάπερ ἀνδράποδα, καὶ μηδενὶ τῶν ἁπάντων ἐναντία φρονῶσιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου τέως τοσαῦτα. Λελέξεται δὲ τὰ ἑξῆς τοῦ ἀνδρὸς ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

CAPUT III.

Constantini despotæ mater. Prima uxor. Filius ex ancilla susceptus, nomine Catharus. Cur a patre neglectus. Eudociæ Palæologinæ elogium. Ut Constantino despotæ nupserit. Catharus nothus apud seniorem imperatorem potens et gratiosus. Junioris Andronici indignatio. Irarum causa justior, populus inusitato sacramento adactus. Syrgiannes custos nepoti additus ab avo.

293 I. Constantinus autem despota, imperatoris Andronici filius e priore conjuge, quæ oriunda ab Hungaris erat, susceptus, uxorem primum habuit puellam innuptam, Muzalonis protovestiarii filiam: quæ cum diu apud maritum fuisset, sine liberis decessit. Habebat illa ancillam formosam, nomine Catharam: ex qua clam compressa filium genuit despotes, quem Michaelem Catharum appellavit. Hunc ipse sic initio oderat et aversabatur, ut ne limis quidem eum aspicere dignaretur, sed quam longissime a se educari juberet. In causa hoc

[P. 180] Α'. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ δεσπότης (49) ὁ ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς (50) τῆς ἐξ Οὔγγρων γεννηθεὶς τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ ἔσχε μὲν ἐκ παρ- D θενίας γυναῖκα πρότερον τὴν θυγατέρα Μουζάλωνος τοῦ πρωτοβεστιαρίου· ἣ δὴ καὶ πολὺν συμβιώσασα χρόνον αὐτῷ τετελεύτηκεν ἄπαις. Εἶχε δ' ἐκείνη θεραπαινίδα τινὰ εὐειδῆ, Καθαρὰν κεκλημένην. Ταύτῃ λάθρα μιγεὶς ὁ δεσπότης ἔτεκεν υἱὸν, ὃν καὶ ὠνόμασε Μιχαὴλ Καθαρόν. Τοῦτον αὐτὸς τὰ πρῶτα μὲν βλέπειν οὐδ' ἄκραις ὄψεσιν ἠνείχετο, ἀλλ' ἐμίσει καὶ ἀπετρέπετο καὶ ὡς πορρωτάτω που διαιτᾶ-

Variorum notæ.

(47) Vide lib. VII, cap. 4, sect. 3, supra. BOIVIN.

(48) Phranzes ibid. De S. Georgii in Manganis monasterio agimus in *Constantinop. Christ.* lib. III, sect. 6, n. 43 DUCANG.

(49) Cantacuz. lib. I, cap. 1. Vide stemma Palæolog. pag. 233. DUCANG.

(50) Vide lib. VII, cap. 5, sect. 1. BOIVIN.

σ᾽αι ἐκέλευε. Τὸ δ' αἴτιον, ὅτι καὶ τὸν τῆς μητρὸς αὐτοῦ Καθαρᾶς ἔρωτα ἕτερος ἐξαπίνης ἐπιδραμὼν ἀντέκρουσεν ἔρως ἐπικρατέστερος πολλῷ καὶ σφοδρότερος.

A erat, quod alterius mulieris vehementior et potentior multo amor repente excitatus Catharæ quoque matris ejus amorem depulerat.

Β'. Ἐπεὶ γὰρ πρὸς τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως τὴν ἐπιτροπὴν ἐδέξατο τῶν τε ἐν Μακεδονίᾳ πραγμάτων καὶ Θεσσαλονίκης αὐτῆς (διέτριβε δὲ τὰ πλεῖστα τοῦ ἄστεος ἔνδον Θεσσαλονίκης), ἔρωτι γυναικὸς ἑάλω τινὸς τῶν ἐπιφανῶν. Ἦν δὲ αὕτη θυγάτηρ μὲν Νεοκαισαρείτου τοῦ πρωτασηκρῆτις, σύζυγος δὲ Κωνσταντίνου τοῦ Παλαιολόγου. Οὕτω δ' ἀπαράμιλλος ἦν τῷ τε τῆς ὄψεως κάλλει καὶ τῇ τῆς γλώττης δεινότητι καὶ τῷ ἀφέρποντι τοῦ ἤθους ὑγρῷ, ὥστε οὐ ταῖς τῶν ἐντυγχανόντων μόνον ψυχαῖς ἄφυκτόν τινα τὴν ἐρωτικὴν σαγήνην ἐπέῤῥιπτεν, ἀλλὰ κἀκ μόνης τῆς φήμης τοὺς πλείστους πρὸς τοὺς ἑαυτῆς ἀνέφλεγεν ἔρωτας. Οὕτω γὰρ ἡ φύσις περὶ τὴν ἄνθρωπον ἐφιλοτιμήσατο, ὥστε πολλὴν μὲν ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν εὐρυθμίαν ἐφήπλωσε, πολλὴν δὲ τὴν ὀξύτητα περὶ τὴν διάνοιαν ἐθησαύρισε, πολλὴν δὲ καὶ τῇ γλώττῃ ἐνήρμοσε τὴν πειθὼ καὶ δεινότητα καὶ τὸ εὔστροφον καὶ ἐπίχαρι τῆς ἠχοῦς. Ἦν δὲ καὶ σοφίας τῆς θύραθεν οὐκ ἄμοιρος ἡ γυνή. Ἦν γὰρ ἰδεῖν αὐτὴν πάντα καὶ παντοῖα ῥᾳδίως κατὰ καιρὸν ἐν τῇ ὁμιλίᾳ διὰ γλώττης προφέρουσαν, ὅσα τε αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἀνεγνώκει καὶ ὅσα λεγόντων ἄλλων ἀκήκοεν, ὡς Θεανώ τινα Πυθαγορικὴν καὶ Ὑπατίαν ἄλλην ὀνομάζεσθαι ταύτην πρὸς τῶν ἐφ' ἡμῶν σοφωτέρων. Τούτων ἁπάντων Κωνσταντῖνος ὁ δεσπότης, ὡς ἔφημεν, ἐς τὰ μάλιστα ἥττητο καὶ ἀπεπειρᾶτο τῆς γυναικὸς καὶ λάθρα ἠξίου μίγνυσθαι. Ἡ δὲ, εἴτε τὸν σύζυγον δεδοικυῖα, εἴτε μυσαττομένη τὸ τῆς πράξεως ἄθεσμον, ἀνθίστατό [P. 181] τε καὶ ἀπετρέπετο. Ὁ δ' ὅσον ἐκείνην ἀποτρεπομένην ἑώρα, τοσοῦτον αὐτὸς πρὸς μείζονας ἐξεκάετο τοὺς αὐτῆς ἔρωτας· καὶ ἦν ἰδεῖν, τὸ τοῦ Πλάτωνος, τὴν ψυχὴν τοῦ ἐρῶντος ἐν ἀλλοτρίῳ ζῶσαν τῷ σώματι. Ἐπεὶ δὲ μετὰ χρόνον τινὰ τὸν βίον ὁ ταύτης ἀπέλιπε σύζυγος, ἤδη σφοδρότερον ἦν ἐγκείμενος ὁ δεσπότης καὶ πάντα λίθον κινῶν, τὸ τοῦ λόγου, νόμιμον ἀγαγέσθαι βουλόμενος σύζυγον. Οὗ δὴ γεγονότος πασῶν εὐθὺς ἐξελάθετο γυναικῶν καὶ ἐρώτων ἄλλων καὶ αὐτοῦ γε τοῦ ῥηθέντος υἱέως Καθαροῦ Μιχαὴλ, ὃν ἐκ τῆς θεραπαινίδος γεγέννηκε· καὶ ἦν μόνης θερμῶς ἐξεχόμενος Εὐδοκίας τῆς Παλαιολογίνης (51).

II. Nam rerum Macedonicarum et ipsius Thessalonicæ præfecturam cum a patre imperatore accepisset, et in ea urbe plerumque versaretur, mulieris cujusdam illustris amore captus est. Erat ea Neocæsaritæ protosecretarii filia, Constantini Palæologi uxor. Ita vero et elegantia formæ et linguæ facundia et blanda morum comitate præstabat, ut non modo aspectu suo animos eorum, a quibus adibatur, inevitabili quodam amoris laqueo irretiret, sed sola etiam fama excitatos plurimos pari ardore inflammaret. Tanta enim naturæ fuit erga
B eam liberalitas, ut toto vultu elegantiam præferret; in ingenio plurimum **294** acuminis, in lingua vim dicendi ac persuadendi maximam, nec non volubilitatem haberet. Erat et humanioribus litteris erudita, et in familiaribus colloquiis omnia omnis generis, quæ tam ipsa legerat, quam ex aliis audierat, facile et opportune proferebat, ut altera Theano Pythagorica et altera Hypatia ab eruditioribus quibusque appellaretur. His omnibus Constantinus despota, ut diximus, omnino victus est, ut ejus pudicitiam tentaret, et clandestinum ejus concubitum peteret. Ipsa vero, sive mariti metu deterrita, sive rem ipsam utpote illicitam aversata, resistebat ac refugiebat. Ille quo magis ab-
C horrere eam videbat, eo vehementius amore ejus incendebatur. Itaque, quod ait Plato, amantis animam videre erat in alieno corpore spirantem. Cum autem aliquando post maritus ejus decessisset, jam acrius rem urgebat despotes, omnemque, ut vulgo aiunt, movebat lapidem, quo illam uxorem legitimam duceret. Quo facto, omnium aliarum mulierum et amorum oblitus, ipsiusque adeo filii Michaelis Cathari, quem, ut diximus, ex ancilla Cathara susceperat, unius Eudociæ Palæologinæ amoribus vacabat.

Γ'. Τοῦτον δὴ οὖν τὸν Καθαρὸν Μιχαὴλ πεντεκαιδέκατον ἤδη χρόνον τῆς ἡλικίας ἀμείβοντα πέμψας ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ γηραιὸς προσηγάγετό τε καὶ τοῖς κατ' οἶκον ὑπηρετικοῖς παιδαρίοις (52) συγκατέλεξε· πρῶτον μὲν, ἵνα μὴ διαφθαρείη λιμῷ, μηδενὸς προμηθουμένου· δεύτερον δ' ἴσως ἵνα καί τινι τῶν πέριξ ἐθνῶν εἰς κῆδος δοθείη, ὡς ἐξ αἵματος ὢν βασιλείου καὶ γένηται σπονδῶν τινων πρόξενος καί τινος ὠφελείας Ῥωμαίοις καὶ τοῖς Ῥωμαίων πράγμασιν αἴτιος. Ὁ δὲ κομισθεὶς καὶ δια-

III. Eum Michaelem Catharum, annum ætatis decimum quintum jam agentem, Imperator Andro-
D nicus senior arcessitum pueris domestica ministeria obeuntibus socium ascribit : primum, ne ab omnibus **295** neglectus fame periret : deinde fortasse, ut per eum sanguine imperatorio ortum affinitas cum aliqua ex finitimis gentibus jungeretur, atque ut fœderis alicujus conciliandi occasio esset, Romanisque et rei Romanæ quolibet tandem pacto prodesset. Ille autem cum in palatio educaretur et

Variorum notæ.

(51) Neocæsaritæ primi a secretis filiæ, Constantini Palæologi despotæ uxoris, ac ex alio Constantino um viduæ, unde *Palæologina* hic cognominatur. ex priore conjugio. Vide idem stemma. DUCANG.

(52) Adolescentibus, quos ἀρχοντοπούλους vocabant, νέους τῶν εὐπατριδῶν, Cantacuzenus lib. II, cap. 40; νέους τῶν εὐγενεστέρων, lib. III, cap. 43. Vide *Gloss. med. Græcit.* in hac voce. DUCANG.

assiduus illic versaretur, brevi tempore imperatoris animum ita sibi conciliavit, ut et ipsi imperatoris filii oculis invidis eum aspicerent; Andronicus vero junior imperator irasceretur magis quam cæteri, molesteque ferret, singularem illum sui amorem apud avum languescere, erga novitium vero istum et supposititium excitari perpetuo ac dies noctesque crescere.

IV. Nunc quibus de causis justiorem dolorem atque iracundiam variasque et multiplices curas animo conceperit, dicendum nobis est; ex quibus conspirationes adversus imperium et malorum tempestates ac turbines exorti sunt. Nam cum publicæ res, uti dictum est, male se haberent, mortuo interim Michaele imperatore, sacramento adigi Imperator omnes jussit, primum sese tanquam principem ac dominum veneraturos et adoraturos esse, tum quemcunque imperii hæredem ipse deligeret. Quod infinite dictum pæne omnes turbavit, Andronicum præcipue, designatum jam imperii successorem. Neque quisquam omnium fuit, qui non velut ex composito ad **296** suppositum illum Michaelem suspicionem converterit. Inde tumultuosa omnium consilia, et malorum creberrimæ machinationes, quæ tacitis vocibus differebantur. Ergo alii majestatis metu ad jusjurandum adacti: plerique palam detrectare ausi: quos in tanta rerum perturbatione violenter cogendos imperator non censuit. Jam enim imperatorem nepotem suum videbat ob infinitum illud jusjurandum a subditis exactum de fuga cogitare. Ob eas res tantisper quievit, et ab exigendo jurejurando destitit. Deinceps secum agitare cœpit, quemadmodum imperatorem nepotem suum fuga prohiberet: veritus, ne si ad Latinos confugeret, navalibus eorum copiis adjutus rem Romanam turbaret, atque imperium sibi per tyrannidem usurparet. Proinde occultum ei custodem apposuit Syrgiannem nuper e carcere productum. Hic enim paulo ante arctissima in custodia certis de causis habitus fuerat, quas paulo altius repetito principio par est hoc loco reddere, ut qui historiam ejus viri nesciunt a nobis eam accipiant.

A τρίδων ἐν βασιλείοις τοσοῦτον εἰς τὴν ἑαυτοῦ σχέσιν ἐν βραχεῖ τὸν βασιλέα ἀνηρτήσατο, ὡς καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς τοῦ βασιλέως υἱέας ζηλοτύπως ὑποβλέπειν αὐτόν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ νέος καὶ πλέον τῶν ἄλλων ὠργίζετο καὶ ἐδυσφόρει, ὁρῶν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀνυπέρβλητον ἐκείνην ἀγάπην τοῦ βασιλέως καὶ πάππου μαραινομένην, τὴν δὲ πρὸς τὸν χθεσινὸν καὶ ὑποβολιμαῖον τουτονὶ δσημέραι ἀνθοῦσαν (53) καὶ αὐξανομένην ἐφ' ἡμέρᾳ καὶ νυκτί.

Δ'. Ὁ δὲ μᾶλλον δικαίως αὐτὸν ἐξέμηνεν εἰς λύπην καὶ ὀργὴν καὶ μελέτας πολυειδεῖς, ἐξ ὧν αἱ περὶ τῆς βασιλείας ἐβλάστησαν στάσεις, καὶ οἱ τῆς κακίας ἤρξαντο χειμῶνες καὶ κλύδωνες, λέξομεν ἤδη. Οὕτω γὰρ, ὡς εἰρήκαμεν, πλημμελῶς τῶν πραγμάτων ἐχόντων καὶ μεταξὺ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τεθνηκό- B τος ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς ὀμνύειν ἅπαντας· πρῶτον μὲν σέβειν καὶ προσκυνεῖν ὡς βασιλέα καὶ δεσπότην αὐτόν· ἔπειτα καὶ ὃν ἂν αὐτὸς ἐκλεξάμενος ἐς τὴν τῆς βασιλείας προστήσειε διαδοχήν. Τοῦτο λεχθὲν ἀορίστως μικροῦ πάντας ἐτάραξε, καὶ μάλιστα τὸν ἔγγονον Ἀνδρόνικον τὸν ὡρισμένον τῆς βασιλείας διάδοχον. Εὐθὺς γὰρ ἅπαντες τὰς ὑποψίας εἰς τὸν ὑποβολιμαῖον τουτονὶ Μιχαὴλ, ὡς ἐκ συνθήματος ἤγαγον. Καὶ πολύς τις ἐντεῦθεν ἐφύετο θόρυβος λογισμῶν καὶ ἀλλεπάλληλοι μελέται κακίας ἐψιθυρίζοντο. Τινὲς μὲν οὖν φόβῳ τῆς ἐξουσίας εἴξαντες ὤμνυον· οἱ δὲ πλείους ἐς τοὐμφανὲς τὸν τοιοῦτον ἀπείπαντο [P. 182] ὅρκον· οἷς ἀνάγκην τινὰ τυραννικὴν ἐπάγειν οὐκ ἔγνωκε δεῖν ὁ βασιλεὺς ἐν τοσούτῳ C θορύβῳ πραγμάτων. Ἔβλεπε γὰρ ἤδη καὶ τὸν βασιλέα τὸν ἔγγονον σχεδιάζοντα τῆς φυγῆς τὴν μελέτην διὰ τὴν ἀοριστίαν τοῦ ζητηθέντος παρὰ τῶν ὑπηκόων ὅρκου. Διὰ δὴ τοῦτο τέως ἠρέμησεν ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἀπαίτησιν ἔπαυσε τῶν εἰρημένων ὅρκων. Ἐσκέπτετο δὲ ἤδη, πῶς ἂν πρὸς τὴν φυγὴν ἐμποδὼν τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως γένοιτο. Ἐδεδίει γὰρ μὴ ἀπελθὼν καὶ βοήθειαν ναυτικὴν παρὰ Λατίνων λαβὼν τά τε Ῥωμαίων συγχυχήσῃ πράγματα καὶ ἅμα τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τυραννικῶς πως ὑφέληται. Ὅθεν λαθραῖον ἐπέστησε φύλακα τούτου τὸν Συργιάννην ἄρτι τῆς εἱρκτῆς ἐξιόντα. Ἦν γὰρ αὐτὸς πρὸ βραχέος ἐν εἱρκτῇ δεινοτάτῃ δι' αἰτίας, ἃς ἄνωθέν ποθεν ἀρξαμένους δίκαιον ἀφηγήσασθαι, ἵνα δὴ καὶ οἷς τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα οὐκ D ἔγνωσται γνώριμα κατασταίη.

CAPUT IV.

Syrgiannis genus, institutio, virtutes. Provinciæ præfectus omnium animos sibi devincit. Mira hominis solertia. Perfidus et fœdifragus populos finitimos vexat. Provinciam ademptam ut recuperaverit. Pincernæ dignitate ornatur. Rebellat. Comprehenditur. In carcerem conjectus precibus matris restituitur. Jurat se fidelem fore. Junioris imperatoris consilia jubetur explorare. Senioris consilia juniori aperit. Oratio, qua istum hortatur ad defectionem. Pactiones et juramenta. Conjurationis socii tres. Syrgiannes et Cantacuzenus, corruptis aulæ primoribus, provincias Thraciæ administrandas obtinent. Variis artibus viam defectioni muniunt.

I. Huic mater erat cum imperatoribus sanguine

Α'. Τούτῳ μήτηρ μὲν ἦν μία τῶν κατὰ γένος τοῖς

Variorum notæ.

(53) Quæ deerant in editione Wolfiana, supplevimus ex codice Regio. Sed et Fridericus Rostgardius, nobilis Danus, cui et me et Gregoram multa debere in præfatione hujus operis professus sum, idem hoc supplementum, ex codice Vaticano descriptum, Roma ad me misit: jampridem illud ipsum Steph. Baluzius ex eodem cod. describi curaverat in usum Ducangii; et in lucem editum fuerat a Petavio cum Breviario historico S. Nicephori Cpolitani patriarchæ. BOIVIN.

βασιλεῦσι προσηκουσῶν εὐπρεπὴς καὶ κοσμία· πατὴρ δὲ τῶν ἐκ Κομάνων ἐπίσημος, οἳ παρὰ τῶν ὑπερβορείων (54) Σκυθῶν πρὸ χρόνων συχνῶν, ὡς εἰρήκαμεν, Ἰωάννῃ τῷ βασιλεῖ προσεῤῥύησαν (55). Οὗτος ὀξύτητι φύσεως, πρὶν τὴν τῶν παίδων παραδραμεῖν ἡλικίαν, ἐν τοῖς λόγοις λαμπρὸς ἀνεφάνη. Ἔπειτ' ἐπιμελῶς ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς παιδευθεὶς κράτιστος κἀν τούτοις ἔδοξε διά τε ῥώμην σώματος καὶ γνώμης βαθύτητα καὶ οἷον εἰπεῖν δαιμονίαν τὴν σύνεσιν.

B'. Πέμπτον δ' ἄρτι καὶ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας ἔτος ἀμείβων πέμπεται πρὸς τοῦ βασιλέως στρατηγὸς καὶ διοικητὴς μιᾶς τῶν περὶ Μακεδονίαν ἐπαρχιῶν, ἣ τοὺς Ἰλλυριοὺς μάλιστα ὁμοροῦντας ἔλαχε. Φιλοδωρότατος δὲ ὢν καὶ μηδὲν ἴδιον κτώμενος καὶ μηδὲν πλέον ἔχειν βουλόμενος τῶν ὅσοι τούτῳ [P. 183] συνασπίζοντές τε καὶ παρασπίζοντες ἦσαν ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν ἀγώνων, οὕτω τὰς γνώμας ἁπάντων ἐξιδιώσατο, ὡς ἥδιον πάντας ἡγεῖσθαι πολλῷ θνήσκειν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἢ ζῶντας ὁρᾷν τὸν ἥλιον ἄνευ αὐτοῦ. Ἦν δὲ καὶ δεινὸς ὁ ἀνὴρ εἴπερ τις πόρους ἐν ταῖς τῶν περιστάσεων ἀπορίαις εὑρίσκειν καὶ τοῖς ἀμηχάνοις τῶν πραγμάτων μηχανάς τινας καινοτέρας χαρίζεσθαι καὶ τόλμαν ἔμπρακτον ἐνδείκνυσθαι πανταχῇ, ὡς ἐκπλήττεσθαι πάντας ὁρῶντας τὸ μεγαλοφυὲς τοῦ ἀνδρός.

Γ'. Ἕν τι μόνον ὥσπερ τι νόσημα πονηρὸν εἰς τὰς αὐτοῦ πράξεις παρεισφθαρὲν ἐκιβδήλευσε πάσας καὶ ὥσπερ σώματος καλοῦ καὶ χαρίεντος καὶ γενναίου τὰς ὄψεις δεινῶς ἀφαιρούμενον ἀτερπῆ τὰ τέλη καθίστη καὶ ἀνόνητα τὰ γεώργια. Παρασπονδῶν γὰρ πρῶτον μὲν πράγματα παρεῖχε τοῖς ὁμόροις Τριβαλλοῖς καὶ Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνᾶσιν· ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἀπαλλαγεὶς, ὡς εἰρήσεται, τούς τε καὶ βασιλέας καὶ τὰ τῶν βασιλέων συνέχεε πράγματα. Διὸ καὶ ἑαυτῷ φαῦλον προὐξένησε τέλος. Καθαιρεθεὶς γὰρ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς καὶ μετ' ὀλίγον χρήμασιν ὑπελθὼν τοὺς τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντας ταύτην τε αὖθις ἀναλαμβάνει καὶ ἅμα τὸ τοῦ πιγκέρνου τιμᾶται ἀξίωμα. Ὅθεν καὶ ἀποστασίαν ὠδίνων ἐξέῤῥηξε ταύτην ἐκεῖσε ἐλθὼν ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ. Ἔγνωσται γὰρ ἰδιοποιούμενος ἣν ἦρχεν ἐπαρχίαν καὶ τῆς τῶν βασιλέων ἐξουσίας λάθρα διϊστῶν.

Δ'. Ὅθεν καὶ δόλῳ παρὰ Μονομάχου τοῦ Μυστικοῦ ἁλίσκεται καὶ δέσμιος ἐς τὸν βασιλέα πέμπεται. Ἦν γὰρ τηνικαῦτα καὶ οὗτος Μονομάχος μέρος τι διοικεῖν τῆς Μακεδονίας παρὰ τοῦ βασιλέως πεμφθεὶς· καὶ διὰ τὴν ἐγγύτητα τῶν ἐπαρχιῶν συχνὰ προσιὼν καὶ ἐπιμιγνὺς τῷ Συργιάννῃ καὶ ἰχνηλατῶν τὰ ἐκείνου ἀπόῤῥητα καὶ φίλος εἶναι ὑποκρινόμενος δόλοις δόλους ἔῤῥαπτεν· ἕως δόλῳ συνειληφὼς δέσμιον, ὡς

A conjuncta; pari specie corporis ac modestia. Pater illustri loco oriundus e Comanis, illis scilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, uti supra memoravimus, ad Joannem imperatorem sese transtulerant. Syrgiannes porro ante quam pueritiam excederet, summa ingenii celeritate præditus, magnum sibi **297** in doctrinis nomen peperit. Hinc apprime rem militarem edoctus, facile in ea princeps est habitus, non modo corporis robore, sed et animi prudentia, ac divina ut ita dicam sagacitate.

II. Annum autem jam quintum et vicesimum excedens, ab imperatore dux et administrator provinciæ cujusdam Macedonicæ, quæ Illyrios potissimum vicinos habet, ablegatur. Et quia liberalissi-
B mus erat, nihilque privatim possidebat, nec plus sibi vindicabat quam quivis eorum, quibus pro se et circa se dimicantibus in medio pugnarum æstu uteretur, sic animos omnium sibi devinxit, ut pro illo mortem oppetere jucundius eis foret, quam sine illo lucem intueri. Ad hæc in rebus dubiis ac pene deploratis præsentissimo erat consilio, et e summis difficultatibus mira solertia sese explicabat: nec illi, cum res postularent, audacia deerat, ut omnes præclaram indolem ejus admirarentur.

III. Una res tantum, veluti morbus quidam malignus in ejus actiones obrepens, eas omnes corrumpebat, ac tanquam oculis pulchro et eleganti
C et robusto corpori ereptis, easdem ipso exitu tristes et infructuosas efficiebat. Nam primum ruptis fœderibus, finitimis Triballis, Ætolis et Acarnanibus negotia facessebat. Postea cum inde discessisset, ita ut dicturi sumus, imperatores eorumque res turbabat. Quamobrem sibi ipsi malum exitum conciliavit. **298** Eum videlicet magistratum sibi abrogatum largitione corruptis iis qui apud imperatorem multum poterant, brevi recuperat, ac præterea pincernæ dignitate ornatur. Unde et defectione animo concepta illuc profectus brevi effecit, ut quæ parturierat in actum erumperent. Compertum enim est, eum provinciam, quam regebat, propriam sibi asserere, et clanculum imperatoriæ potestati subtrahere.

D IV. Quare dolo a Monomacho Mystico capitur, et ad imperatorem vinctus mittitur. Nam et ipse Monomachus in Macedoniam ab imperatore missus, illic regioni cuidam præerat, et ob vicinitatem provinciarum Syrgiannem crebro adibat. Cum itaque apud illum frequens esset, arcana ejus investigabat, et per amicitiæ speciem alios ex aliis dolos nectebat; donec eumdem astu comprehensum

Variorum notæ.

(54) Petavius verterat, *Pater vero e Comanis oriundus illustri loco. Ambo* (*pater* scilicet, *et mater*) *vero ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, uti supra memoravimus, ad Joannem imperatorem sese transtulerant.* Vertendum, ita ut edidimus, *Pater illustri loco oriundus e Comanis, illis scilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythis*, etc. Non legerat Petavius ea quæ de Comanis scripta sunt supra lib. II, cap. 5, sect. 2. BOIVIN.

(55) Ad Ducam scilicet. Vide supra lib. II, cap. 5, sect. 2. BOIVIN.

et in vincula, ut diximus, conjectum ad imperatorem misit. Ob illud crimen Syrgiannes in custodiam datus diu carcere inclusus mansit. Sed cum ejus mater gemitu et lacrymis aulam quotidie impleret, et quavis cautione oblata filium supplex reposceret, ægre tandem impetrare potuit, ut e carcere educeretur. Non prius tamen id obtinuit, quam ille scripto jurejurando coram sacrosancta imagine castissimæ Dei Genitricis Hodegetriæ præstito cavisset imperatori, nunquam se ejus jussis postea adversaturum.

V. Sic ille omni suspicione liberatus principi bene merito optime velle credebatur: a quo et 299 is honor ei habitus est, ut etiam arcanorum particeps fieret. Ac inter cætera illud quoque ejus fidei commissum fuit, ut furtivus veluti custos imperatorem Andronicum juniorem circumeundo adeundoque, ne clandestinam fugam moliretur, observaret; quemadmodum supra diximus. At ille, si quid vulgi opinionibus credendum est, homo semper ambitiosus, cui mentis declarandæ hactenus defuisset occasio, oblatum denique a fortuna opportunum tempus adesse existimavit, quo imperatoribus inter se bello commissis, et rebus Romanorum omnino sic perturbatis, ipse sceptris potiretur; aut saltem portione aliqua a toto imperio recisa, proprium sibi principatum constitueret. Itaque imperatorem Andronicum juniorem adit, eique avi imperatoris arcanum omne consilium aperit: « Me, inquit, imperator veluti sagacem canem tuas cogitationes odorari jussit: et cum ille catenas tibi et vincula fabricetur, tu ignarus puerilia consilia agitas. Quid enim tibi profuerit clam in altum deferri et peregre abire, ubi aliena quadra (quod aiunt) vivendum tibi erit, si res optime cadat, et non illud accidat, ut ab hospitibus aut trucideris, aut in imperatoris avi casses laqueosque incidas. Quod si istis cogitationibus, quæ puerum sapiunt, penitus oblivioni traditis, meliora et salutifera consilia, qualia ego daturus sum, sequi volueris, nihil obstabit, quominus summam potestatem primo quoque tempore citra ullum laborem arripias. Etenim unam esse video, qua id assequare, efficacissimam 300 rationem. Nimirum Byzantio fugiendum et ad Thraciæ urbes provinciasque excurrendum. Nam cum et humanum ingenium novis rebus gaudeat, et miseri Thraces crebris exactionibus vexentur, si levationem onerum et libertatem proclamaveris, ultro omnes te quo volueris præeuntem sequentur, avi tui diuturno jugo facillime excusso, quasi Tantalei cujusdam saxi mole a cervicibus depulsa. Hoc consilium tibi si placet, ego hujus negotii procurator et administer futurus sum; ego omnem istius certaminis laborem suscipiam ac brevi conficiam; modo et ipse mihi pollicearis, et certis pignoribus fidem obstringas, te pro dignitate labores meos remuneraturum. Quæ vero ista præmia sunt? illustres dignitates;

A εἰρήκειμεν, τοῦτον ἐπεπόμφει τῷ βασιλεῖ. Ἀλλὰ γὰρ εἱρκτῇ παραδοθεὶς διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν ὁ Συργιάννης, ἔμεινε χρόνον ἐν ταύτῃ συχνόν. Ἐπεὶ δὲ ἡ μήτηρ οὐ διέλιπεν ὀδυρμοῖς καὶ δάκρυσι προσιοῦσα τοῖς περὶ τὸν βασιλέα καὶ ἱκετεύουσα καὶ τὸν υἱέα ἐξαιτουμένη καὶ πάσας ἐγγύας προβάλλουσα, ὀψὲ καὶ μόλις ἐδυνήθη τῆς εἱρκτῆς αὐτὸν ἐξελέσθαι· πλὴν οὐ πρότερον, πρὶν ἂν ἐγγράφους αὐτὸν ἀποδοῦναι τῷ βασιλεῖ τοὺς ὅρκους ἐνώπιον τῆς θείας εἰκόνος τῆς ὑπεράγνου [P. 184] θεομήτορος τῆς Ὁδηγητρίας, μὴ τοῖς τοῦ βασιλέως προστάγμασιν ἐναντία ποτὲ διαπράξασθαι.

Ε'. Ἀλλὰ γὰρ οὕτω πάσης ὑποψίας ἀπολυθεὶς ὁ ἀνὴρ καὶ πᾶσαν εὔνοιαν διασώζειν πιστευόμενος πρὸς τὸν εὐεργέτην καὶ ἀποῤῥήτων ἤδη κοινωνὸς ἠξιοῦτο γί- B γνεσθαι, ὡς πιστευθῆναι λοιπὸν καὶ τουτὶ τὸ ἀπόῤῥητον, λέγω, τὸ φύλαξ λανθάνων περιϊέναι καὶ προσιέναι τῷ ἐγγόνῳ τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ, μὴ λάθῃ φυγὼν, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες. Ὁ δὲ, εἰ χρὴ ταῖς τῶν πολλῶν ὑπολήψεσι πείθεσθαι, φίλαρχος ὢν ἀεὶ καὶ καιροῦ μὴ τυχὼν οὐδέπω τὸ βουλόμενον ἐνδείξασθαι τῆς ψυχῆς νῦν ἔγνω καιρὸν εἶναι τοῦτον ὑπὸ τῆς τύχης παρεσχημένον κατ' ἀλλήλων τοὺς βασιλέας ἐκπολεμώσας καὶ τὰ Ῥωμαίων οὕτω συγκυκήσας ἅπαντα πράγματα, τῶν σκήπτρων αὐτὸς ἐπιβῆναι· ἢ τό γε δεύτερον, μέρος τῆς ὅλης τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος εἰς οἰκείαν ἀρχὴν αὑτῷ καταστήσασθαι. Ὅθεν Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ προσελθὼν ἅπαν τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἀνεκάλυψε C τὸ ἀπόῤῥητον, λέγων, ὡς « Ἐμὲ μὲν οἷά τινα κύνα ῥινηλατοῦσαν τὰ σὰ βουλεύματα τέταχεν ὁ βασιλεὺς περί σε· ὁ δὲ κάθηται συσκευάζων ἀγχόνας καὶ δεσμὰ κατὰ σοῦ· σὺ δ' ἀγνοῶν κάθησαι νηπίων βουλεύμασι γαυρούμενος. Τί γάρ σοι τὸ ὄφελος ἀποπλεύσαντι λάθρα πρὸς ἀλλοτρίαν οἴχεσθαι χώραν, ἔνθα καθάπερ δούλῳ δεήσει καθημένῳ πρὸς ἀλλοτρίαν βλέπειν τράπεζαν, ὁπόταν ἴσως μηδὲ φονεῦσιν ἐντύχῃς τοῖς ξενίζουσι, μηδὲ ταῖς τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἄρκυσι καὶ πάγαις ἁλῷς; Εἰ δὲ πάντα πρὸς λήθης βυθοὺς τὰ νηπιώδη ταῦτα ῥίψας βουλεύματα πεισθείης ἐμοὶ τὰ βελτίω σοι καὶ σωτήρια συμβουλεύοντι, οὐκ ἂν φθάνοις τὰ σκῆπτρα τῆς αὐτοκρατορίας λαμβάνων ἀπονητί. Μίαν γὰρ ἀνυσιμωτάτην ὁρῶ πρὸς τοῦτο φέρουσαν ἀφορμὴν, ἣν φυγὼν τὸ Βυζάντιον ἐς τὰς D τῆς Θρᾴκης ἐκδράμῃς πόλεις καὶ χώρας. Φύσει γὰρ χαίροντες ταῖς καινοτομίαις τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος καὶ ἅμα βεβαρημένοι τοῖς συχνοῖς φόροις οἱ ταλαίπωροι Θρᾷκες, ἣν κουφισμὸν καὶ ἐλευθερίαν ἐξελθὼν κηρύξῃς, ἄσμενοί σοι πάντες ἕψονται πρὸς ὅπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλοις, τὴν πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα πολυετῆ δουλείαν ῥᾷστα λακτίσαντες καὶ ὥσπερ τινὰ Ταντάλειον φόρτον ἀποσεισάμενοι. Εἰ γοῦν ἀρεστὸν τὸ ἐμόν σοι τόδε φαίνοιτο βούλευμα, ἐγὼ καὶ ταμίας καὶ χορηγός σοι τοῦ δράματος ἔσομαι καὶ πάντα τὸν ἆθλον ὑποστὰς τὴν ταχίστην ἐκτελέσω· ἣν μόνον καὶ σύ μοι ὑποσχέσθαι ἐθέλῃς καὶ δοῦναι πιστὰ τὰ ἐχέγγυα περὶ τῶν ἀξίων γερῶν καὶ ἐπάθλων. Τίνα δὴ ταῦτα; Ἀξιωμάτων λαμπρότητες καὶ χωρία πολλὰ καὶ πολλὴν τὴν ἐπέτειον παρέχεσθαι δυνάμενα πρόσ-

ὁδοῦ· καὶ ἐπὶ τούτοις μηδένα τῶν πάντων δύνασθαι A πλέον ἐμοῦ παρὰ σοι, [P. 185] μηδεμίαν τινὰ πραγμάτων κατάστασιν περαίνεσθαι παρὰ σοῦ, πλὴν τοῦ κἀμὲ συνειδέναι. Ὁρᾷς γάρ, ὅπως τῶν συμφορῶν ἐθελοντὴς σοι γίνομαι κοινωνὸς καὶ τῶν κινδύνων αὐθαιρέτως συναίρεσθαι βούλομαι, πάντας ἐκείνους τοὺς πρὸς τὸν βασιλέα τῆς σῆς ἀγάπης ὀπίσω θέμενος ὅρκους· κἂν εἴ τι δεινὸν κατὰ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὸ τῆς τύχης φέρῃ παράλογον, προθύμως φέρειν παρῄνεσα ἐμαυτῷ. Ταῦτα τοίνυν θεώμενος πρόθυμος γίνου καὶ σὺ περὶ τὰς ὑποσχέσεις τῶν ἐμῶν ζητημάτων, ἥν σώζεσθαι θέλῃς. Ἐπεὶ δ' ἡ τῶν πραγμάτων ὀξύτης ἡμᾶς οὐκ ἐᾷ τὰ παρόντα σχολαιότερον διατίθεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ ξυροῦ ἡμῖν ἡ ἀκμὴ περιΐσταται τοῦ κινδύνου μελλήσασι, φέρε καὶ ἑτέροις τῆς γνώ- B μης ταυτησὶ κοινωνήσωμεν, οἳ διὰ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα ἀπέχθειαν οὔθ' ἡμᾶς καὶ τὰ τοιαῦτα μυστήρια προδοῦναι ἀνάσχοιντ' ἂν καὶ τῇ παρούσῃ χρείᾳ ἐς καιρὸν ἐν τοῖς μάλιστα γένοιντ' ἄν. »

Ϛ'. Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς τάς τε ὑποσχέσεις τούτῳ τῶν ζητημάτων ἐγγράφους μεθ' ὅρκων ἐδίδου· καὶ παρῆσαν οἱ τῶν μυστηρίων ἐσόμενοι κοινωνοί, Ἰωάννης τε ὁ Καντακουζηνὸς καὶ Θεόδωρος ὁ Συναδηνός, ὁ μὲν τῇ τοῦ μεγάλου παπίου (56) τηνικαῦτα σεμνυνόμενος ἐπικλήσει, ὁ δὲ τῇ τοῦ δομεστίκου τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς βασιλικῆς· καὶ τρίτος Ἀλέξιος ὁ Ἀπόκαυκος, δομέστικος καὶ αὐτὸς τηνικαῦτα τῶν δυτικῶν θεμάτων ἀκουόμενος καὶ τῶν ἁλῶν τὴν διοίκησιν ταμιουλκῶν. Οὗτος μὲν οὖν οὐ πάνυ τῶν εὐγενῶν ἦν, βαθυγνώμων δὲ ἀνὴρ καὶ εὐμήχανος C καὶ δόλους συνθεῖναι δεινός· ἄμφω δ' ἐκεῖνοι κατὰ γένος τῷ βασιλεῖ προσήκοντες· πλὴν ὁ μὲν Καντακουζηνὸς καὶ ἡλικιώτης ἦν καὶ ὁμόψυχος καὶ ὁμόπνους ἐξ ἔτι νέου τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ διά τε τὴν τῆς γνώμης ὀρθότητα καὶ τῆς γλώττης ἀλήθειαν καὶ τὸ τοῦ ἤθους χαίριον· ὁ δὲ Συναδηνὸς ὁμοίως τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ Μιχαήλ, ἕως ἦν ἐκεῖνος ἔτι ζῶν. Οὗτοι τοίνυν ὥσπερ ἐκ μιᾶς οἰνοχόης τὸ ἀπόρρητον ἐκεῖνο δεξάμενοι βούλευμα δαλὸς ἦσαν εἰς πῦρ καὶ ἵππος εἰς πεδίον. Οὕτω φρατρία τις ἀρραγὴς εὐθὺς οἱ ἄνθρωποι ἐγεγόνεισαν καὶ ὁρκωμοτήρια φρίκης μεστὰ ξυνετίθουν τε καὶ ἐδίδοσαν καὶ ὑποσχέσεις μεγάλων ἀντιδόσεων καὶ γερῶν ἀντελάμβανον.

D

Ζ'. Τούτων οὕτω ξυμβάντων ἔργου εἴχοντο ὅλῃ σπουδῇ τε καὶ γνώμῃ. Καὶ πρῶτα μὲν χρήμασι περιελθόντες τοὺς τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντας ὅ τε Συργιάννης καὶ ὁ Καντακουζηνὸς ὤνιον εἰλήφεσαν τὴν ἐπιτροπὴν τῶν ἐν Θρᾴκῃ χωρῶν καὶ πόλεων· ὁ μὲν τά τε πλεῖστα τῆς μεσογείου καὶ τῆς παραλίου πάσης ἄχρι τοῦ ἀκροτάτου Ῥοδόπης· [P. 186] ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ὀλίγα τῆς μεσογείου μόνης, ὁπόση τῆς Ὀρεστιάδος ἐστὶ περίοικος. Ἐπὶ τούτοις στρατεύματα συνεκρότουν καὶ ὅπλα παρεσκευάζοντο καὶ στρατιώ-

A multa prædia, quæ magnos annuos reditus afferre possint : præterea, ne quisquam auctoritate apud te mihi præferatur, nec a te quidquam nisi me conscio in republica ordinanda constituatur. Etenim, vides, calamitatum tuarum particeps et periculorum socius volens libensque accedo, posthabita charitati tuæ etiam jurisjurandi religione, qua sum imperatori obligatus. Quod si fortunæ temeritas mali aliquid capiti meo illatura est, id alacriter esse ferendum ipse mihi imperavi. Quibus consideratis et tu non gravatim, meis petitionibus annuito, si salvus esse vis. Cum autem hic temporis articulus moram deliberationis non admittat, sed procrastinantibus extremum discrimen **301** im- B pendeat : age, cum aliis etiam hoc consilium communicemus, qui ob imperatoris odium neque nos neque arcana hæc prodituri sint, sed institutum nostrum opportuno auxilio adjuvare plurimum possint. »

VI. His conditionibus imperator, quæ ille petierat, ea perfecturum se scripto jurejurando promittit. Adsunt etiam arcanorum futuri conscii, Joannes Cantacuzenus et Theodorus Synadenus; ille tum magni Papiæ titulo honoratus, hic domestici mensæ imperatoriæ : et cum iis tertius, Alexius Apocaucus, domesticus et ipse tunc occidentalium provinciarum, et salinis præfectus. Hic non admodum nobilis, sed prudens erat et solers, et dolis fabricandis mire aptus. Illi vero ambo C Imperatorem cognatione contingebant. Verum Cantacuzenus etiam æqualis et unanimis et concordia ab ineunte ætate cum imperatore Andronico conjunctus fuerat propter animi candorem, et sermonum veritatem, et qui moribus commodis præditus erat. Synadenus autem cum patre Andronici Michaele imperatore, dum is superstes esset, conjunctissime vixerat. Illi igitur ad arcanam illam deliberationem tanquam ad ejusdem poculi communem haustum admissi, faces veluti fuerunt, quæ igni admotæ incendium augerent; aut veluti equitatus in apertum campum emissus. Sic societatem vinculo irrupto firmatam statim coivere, horribilibus juramentis adhibitis; magnarum autem remunerationum **302** ac præmiorum promissioni- D bus vicissim acceptis.

VII. Quæ cum in hunc modum inter eos convenissent, rem ipsam summa diligentia et alacri studio aggrediuntur. Ac principio Syrgiannes et Cantacuzenus, pecunia circumventis aulæ proceribus, procurationem Thracensium urbium et provinciarum redimunt; ille maximam partem mediterraneæ regionis et oræ totius maritimæ usque ad summum Rhodopes sortitus; Cantacuzenus vero exigua eaque mediterranea, quæ Orestiadi adjacent. Deinde copias contrahunt, arma parant, et

Variorum notæ.

(56) De hac Magni Papiæ, et aliis hic memoratis palatinis dignitatibus, agimus in cod. Gloss. DUCANG.

novos milites colligunt, advenas scilicet quosdam A et alios, qui ob egestatem neque militarent, nec quidquam rei gererent. Ad hæc familiarissimos suos et fidelissimos custodiæ civitatum præponebant; eos vero qui suis consiliis adversaturi videbantur, alios aliis de causis urbe ejiciebant. Quæ antequam facerent, nunc impressionem Scytharum Danubium accolentium, nunc Turcicæ classis ex Asia adventum proclamabant, ut sub ejus famæ obtentu tanquam sub velo aliquo delitescentes, suspicionem vitarent, iidemque providentiæ ac diligentiæ ergo laudari ab imperatore mererentur. At Syrgiannes hæc clam machinabatur, et juniori imperatori subinde et quid actum et quid agendum esset nuntiabat.

τας ἄλλους ξυνέλεγον, νεήλυδάς τινας, καὶ ὁπόσοι δι' ἔνδειαν τῶν χρειωδῶν ἀπόμαχοί τε καὶ ἄπρακτοι διῆγον τὸν βίον· καὶ πρός γε ἔτι τοὺς μὲν οἰκειοτάτους καὶ πιστοτάτους αὐτῶν φύλακας ἐποιοῦντο τῶν πόλεων· τοὺς δ' ὑπόπτως ἔχοντας πρὸς ἀντίστασιν τῶν μελετωμένων ἄλλαις ἄλλως προφάσεσιν ὑποβάλλοντες ἐξετίθουν τῶν πόλεων. Ταῦτα δ' ἐποίουν κηρύξαντες πρότερον ἔφοδον, νῦν μὲν τῶν Παριστρίων Σκυθῶν, νῦν δὲ ναυτικῆς τινος δυνάμεως τῶν ἐξ Ἀσίας Τούρκων, ἵν' ὑπὸ παραπετάσματι τῇ τοιαύτῃ καλυπτόμενοι φήμῃ ἀνύποπτοί τε διατελοῖεν καὶ ἅμα ἐπαίνων ἄξιοι παρὰ τῷ βασιλεῖ γίγνοιντο προμηθείας ἕνεκα καὶ σπουδῆς. Ἀλλ' ὁ μὲν Συργιάννης τοιαῦτα λανθάνων ἐδραματούργει καὶ συχνὰ τῷ νέῳ ἐμήνυε βασιλεῖ λάθρα τά τε πραττόμενα καὶ πραχθησόμενα.

CAPUT V.

Avus nepotem judicio publico reum agere constituit. Metochita differendum censet, donec geniales dies effluxerint. Equi picti hinnitus. Metochita de ea re consultus in Choræ monasterio. Ejus responsum. Verior interpretatio. Byzantis columna dies complures agitata. Imperatoris et Metochitæ arcanum colloquium. Libri fatidici. Sortes. Sinistra auguria. Metochitæ stupor et silentium. Uxoris et liberorum anxietas. Filiæ Pauhypersebastæ elogium. Ejusdem verba. Metochita oratione filiæ excitatus lamentatur. Magnam cladem prædicit. Iterum silet. Recumbit. Ejus merita erga Gregoram. Ipsius Gregoræ officia erga Metochitam et ejus liberos. Oratio, qua eum afflictum solatur.

I. Imperator autem, cum nepotem cerneret sua B monita negligere et contemnere et in eadem semper morum licentia perseverare, decrevit eum 303 coram patriarcha et patribus conscriptis primum objurgare et convincere; deinde in vincula et in carcerem conjicere. Cæterum id ejus propositum Logotheta generalis Theodorus Metochita tum inhibuit, quod ejus rei exsecutionem frustra susceptum iri auguraretur, ob solennem illis diebus morum dissolutionem. Etenim carnisprivii tempus aderat, cum lautioribus conviviis et meracioribus poculis dediti mortales præ vini intemperantia facilius ad seditiones concitantur. Quare metuendum esse aiebat, ne inceptum ex sententia haud procederet, quandoquidem fortuna plerumque prodigiis gaudens contrarios spei eventus soleret subito edere.

Α'. Τῷ δὲ βασιλεῖ τὸν ἔγγονον βλέποντι ἀνεπιστρόφως τε ἔχοντα καὶ περιφρονητικῶς ἐς τὰς αὐτοῦ διακείμενον παραινέσεις καὶ ἀεὶ τῇ συνήθει τῶν ἠθῶν αὐτονομίᾳ χρώμενον ἔδοξεν ἐλέγξαντι πρότερον αὐτὸν ὑπὸ τῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ συγκλήτῳ, ἔπειτα τῇ εἱρκτῇ παραπέμψαι δεσμώτην. Ἀλλὰ τότε μὲν τὴν μελέτην ἐπέσχεν ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης, ἀτελεσφόρητον τὴν πρᾶξιν ἔσεσθαι μαντευόμενος διὰ τὴν τῶν ἡμερῶν ἄνεσιν. Ἀπόκρεω γὰρ ἦν καιρὸς, ὁπότε πρὸς εὐωχίας ἁβροτέρας καὶ ἀκρατοποσίας διδόασιν ἄνθρωποι καὶ τολμηρότεροι γίνονται διὰ τὴν τοῦ οἴνου παραφορὰν πρὸς στασιώδεις ὁρμάς· καὶ δέος εἶναι μὴ οὐ κατὰ γνώμην εὕρῃ τὴν ἀπόβασιν ἡ μελέτη, τῆς τύχης ὡς τὰ πολλὰ τερατευομένης καὶ τἀναντία τῶν δοξάντων πολλάκις βλαστανούσης C ἐξαίφνης.

II. Desierat modo Logotheta generalis monasterium Choræ omni ornamento interiore absoluto renovare. Quocirca in pervigiliis nonnunquam illuc pernoctare cum monachis studebat. Prima igitur Quadragesimæ hebdomade, cum dies Sabbati advenisset, cujus postridie orthodoxorum imperatorum et patriarcharum memoria publico præconio commendanda erat, tum quoque ad illius noctis pervigilium Logotheta de more venerat. Atque ibi sub mediam noctem cum et nos adessemus, et doxologiam una cum eo audiremus, quidam ab imperatore adest, novum illi nuntium apportans, et ejus sententiam exquirens: Modo enim, inquit, eum imperatorii bipenniferi et milites ensiferi D

[P. 187] Β'. Ὁ μέντοι λογοθέτης τοῦ γενικοῦ (57) ἄρτι τοῦ νεουργεῖν ἐπέπαυτο τὴν τῆς Χώρας μονὴν, ὁπόσος ὁ ἔνδον ἐτύγχανε κόσμος. Ὅθεν ἐφιλοτιμεῖτο συνδιανυκτερεύειν ἐν ταῖς παννυχίσιν ἔσθ' ὅτε μετὰ τῶν μοναχῶν. Ἐπεὶ οὖν ἧκε τὸ τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς σάββατον, ὁπότε δὴ καὶ ἔμελλε τῇ ὑστεραίᾳ κηρύττεσθαι δημοσίᾳ τῶν ὀρθοδόξων ἡ μνήμη βασιλέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν, ἐληλύθει καὶ οὗτος συνήθως ἐς τὴν ἐξ ἑσπέρας ἐκείνης παννυχίδα (58). Περὶ δὲ μέσας νύκτας ἅμα αὐτῷ συνισταμένων ἡμῶν καὶ τῆς δοξολογίας ἀκουόντων ἧκει τις ἐκ βασιλέως, καινοτέραν τινὰ κομίζων αὐτῷ ἀγγελίαν καὶ ζητῶν τὴν τῆς αὐτοῦ γνώμης κρίσιν. « Ἄρτι γὰρ, » φησὶ, « τῶν περὶ τὸν βασιλέα πελεκυφόρων (59) καὶ

Variorum notæ.

(57) Theodorus Metochita, a quo instauratum Choræ monasterium, rursum cap. seq. ut et docemus in *Constantinop. Christ.* lib. IV, sect. 15, n. 5. Ducang.

(58) Interpres, *a vespera ad nocturna sacra illa de more accessit*: emendavimus, *ad vesperæ illius vigilias*. Ducang. — Wolfius, *ad nocturna sacra*. Melius Ducang. *ad illius vesperæ vigilias*. Boivin.

(59) *Varangorum*, de quibus in utroque Glossario multa congessimus. Ducang.

στρατιωτῶν καὶ ξιφηφόρων κατακοσμεῖν μελλόντων ἐξηνέχθη χρεμετισμὸς πάντα περιηχῶν τὰ βασίλεια, ὡς ἐκπλαγῆναι πάντας τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις. Ἀωρίας γὰρ οὔσης πολλῆς καὶ μὴ παρόντος τῶν ἵππων τινὸς, οὔτε τῶν βασιλικῶν, οὔτε τῶν συγκλητικῶν, οὔτε ἐντὸς βασιλείων, οὔτε πρὸ τῶν πυλῶν, θόρυβον τὸ τοῦ πράγματος παράδοξον ἐνεποίησε ταῖς τῶν ἀκουσάντων ψυχαῖς καὶ ἀλλήλων ἅπαντες ἐπυνθάνοντο. Οὔπω δὲ τοῦ θορύβου πεπαυμένου καὶ δεύτερος ἐξηνέχθη χρεμετισμὸς μείζων τοῦ πρώτου, ὡς καὶ αὐτὸν αὐτήκοον τῆς ἠχοῦς γενέσθαι τὸν βασιλέα καὶ πέμψαντα ἔρεσθαι, εἴ τις εἰδείη, ὅθεν ὁ χρεμετισμὸς οὗτος ἐν ἀωρίᾳ τοσαύτῃ. Ἀλλ' ἀκήκοε πλέον οὐδὲν, ἢ ὅτι παρὰ τοῦ ἵππου τοῦ γεγραμμένου περὶ ἕνα τῶν βασιλείων τοίχων πρὸ τοῦ εὐκτηρίου τῆς Νικοποιοῦ Θεοτόκου (60)· ἵππον δὴ λέγω τοῦτον, ᾧ B ἐποχεῖσθαι κάλλιστα Γεώργιον τὸν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα εἴργασται πάλαι Παῦλος ἐκεῖνος ὁ τῶν ζωγράφων ἄριστος (61). » Πρὸς ταῦτα ὁ λογοθέτης χαριεντισάμενος, ὡς εἰώθει πρὸς τὰς τοῦ βασιλέως ἐρωτήσεις, « Συγχαίρω σοι, » ἔφησεν, « ὦ βασιλεῦ, τῶν μελλόντων ἕνεκα τροπαίων. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον οἶμαι σημαίνειν, » φησὶ, « τὸν παράδοξον τοῦτον τοῦ ἵππου χρεμετισμὸν, ἢ σὴν βασιλικὴν ἐκστρατείαν κατὰ τῶν τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν λεηλατούντων Ἀγαρηνῶν. »

A cubitum ituri essent, tantus subito hinnitus circa palatium exauditus est, ut omnes quotquot intus erant percellerentur. **304** Intempesta enim nocte, cum neque imperatorii neque senatorii equi nec in ipso palatio, nec ante fores essent, improvisa res animos audientium perturbavit, et universi quidnam rei esset sese mutuo interrogarunt. Eo tumultu nondum sedato, alter hinnitus priore major exauditus, cujus sonus ad ipsiusmet imperatoris aures pervenit. Quamobrem ille misit scitatum, unde iste hinnitus tam alieno tempore. Sed nihil aliud audivit, nisi editum eum fuisse ab equo, qui in palatii pariete ante sacellum Deiparæ Nicopœæ pictus foret: illum dico equum, cujus tergo Georgium Christi martyrem pulcherrime insidentem Paulus ille pictorum præstantissimus olim effinxit. » Ad hæc Logotheta jocatus, ut solebat ad imperatoris interrogationes: «Gratulor tibi, inquit, imperator, futuros triumphos. Monstrosum enim istius equi hinnitum nihil aliud indicare reor, nisi tuam adversus Agarenos Asiam nostram populantes imperatoriam expeditionem. »

Γ'. Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς μειρακίσκον ἕτερον αὖθις πρὸς αὐτὸν ἐπεπόμφει· « Σὺ μὲν, » λέγων, « εἴτ' ἐμοὶ τὰ τῆς θυμηδίας ὡς ἔθος λέγων, εἴτ' οὐκ οἶδ' ὅπως ταῦτ' ἀποκρίνῃ, ἔοικας ἀγνοοῦντι. Ἐγὼ δέ σοι τἀληθῆ μοι δοκοῦντα καταλέξω. Ὡς γὰρ ἡμῖν οἱ C ἡμέτεροι πατέρες παρέδοσαν καὶ ἄλλοτέ ποθ' ὁ ἵππος οὗτος τὸν ὅμοιον ἐχρεμέτισε τρόπον, ὁπότε Βαλδουῖνος ὁ τῶν Λατίνων ἄρχων ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἔμελλεν ἀφαιρεῖσθαι τὴν μεγαλόπολιν ταύτην. Πρὸς γὰρ τὸ παράδοξον τῆς ἀκοῆς συχνόν τινα χρόνον κἀκεῖνος ἐθορυβεῖτο, κακὸν οἰωνὸν ἑαυτῷ λογιζόμενος τοῦτο. Ἔπειτ' ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ τὸ πέρας εἶδε τὸν οἰωνὸν κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐκτοξεύσαντα, ὅτε πορθουμένην τὴν μεγαλόπολιν ἑώρακε ταύτην ὑπὸ Ῥωμαίων. » [P. 188] Ὁ δὲ λογοθέτης οὐδὲν ἔχων πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι, « Ἄπιθι, » ἔφη πρὸς τὸν ἄνθρωπον, « ἔν γε τῷ παρόντι. Ἐγὼ δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν τὰς ἐμαυτοῦ κομίσω τῷ βασιλεῖ ἀποκρίσεις. » Ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τὴν ἑῴαν ἀκρόπολιν ἱστάμενος κίων, ἐν ᾧ λόγος τὸν τοῦ Βύζαντος (62) πάλαι σταθῆναι τοῦ κτίσαντος τὸ Βυζάντιον ἀνδριάντα, πρὸ D πολλῶν καὶ αὐτὸς ἤρξατο σείεσθαι ἡμερῶν καὶ ἐπὶ πολλαῖς δ' ἐμφανῶς ἐσείετο ταῖς ἡμέραις, πάντων συντρεχόντων καὶ θεωμένων.

III. His imperator auditis, alio adolescentulo ad eum misso: « Tu quidem, inquit, isto responso, sive ut soles mei exhilarandi gratia, sive alia de causa dato, rem videris ignorare. Ego autem quid verum esse censeam, tibi dicam. Nam ut patres nostri nobis tradiderunt, equus iste alias etiam ad eumdem modum hinniit, cum imperator pater meus Balduino Latinorum **305** principi urbem hanc magnificentissimam erepturus esset. Quippe et ille rei auditæ insolentia aliquandiu perculsus trepidavit, sinistrum illud omen esse cogitans: nec multo post in caput suum effusas augurii minas ipso eventu expertus est, cum eamdem hanc præclaram urbem a Romanis vastari vidit. » Logotheta quoniam ad hæc quid responderet non habebat, « Abi nunc, » homini illi dixit, « crastina die egomet meum responsum imperatori perferam. » Quin et columna ante orientalem arcem erecta, in qua Byzantis, illius nempe qui Byzantium condidit, statuam olim positam fuisse fama est, ante multos dies et ipsa commoveri cœpit: quæ agitatio per dies complures manifesta exstitit, omnibus ad spectaculum concurrentibus.

Δ'. Ἐπεὶ δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν ὁ μέγας ἀφίκετο λογοθέτης πρὸς τὸν βασιλέα, ἅττα μὲν αὐτοὶ κατὰ μόνας ἐκοινολογήσαντο πρὸς ἀλλήλους τότε μὲν οὐδεὶς ἔγνω τῶν πάντων· ἐκ σημείων μέντοι τινῶν στοχάζεσθαι ἡμῖν ἐξεγένετο ὕστερον, ὡς βιβλία τινὰ

IV. Postridie, cum magnus Logotheta ad imperatorem venisset, tum quidem quid privatim inter se collocuti fuerint, nemo omnium scivit: post tamen ex indiciis quibusdam conjicere nobis licuit, eos fatidica quædam volumina inspexisse,

Variorum notæ.

(60) Quibus vocibus intelligi ædem Hodegetriæ Deiparæ, colligere quivis potest ex iis quæ observamus in *Constantinop. Christ.* lib. IV sect. 2, n. 24. DUCANG.

(61) De pictore illo præstantissimo nemo alius, quem sciam. BOIVIN.

(62) Vide *Constantinop. Christ.* in *Byzantii Origin.* n. 15, p. 17. DUCANG.

A quibus futuræ res incerto auctore obscure et per ambages exponerentur : deinde figura astrologica delineata, qua astrorum cursus indagare et prænotionem futurorum colligere homines solent, hostium adventum et reipublicæ confusionem futuram auguratos esse, et qualecumque imperatorii principatus discrimen. Neque enim animadvertebant imperatorem Andronicum **306** juniorem id esse facturum, Deo videlicet ineffabilibus modis talia occultante. Unde magnopere territi et perturbati sunt. Nam Logotheta e palatio plenus cogitationum domum reversus longo tempore tacitus sedit, nemini ullum verbum loquens, sed multiplices curas subinde animo volvens, in futuri meditatione totus, plane similis muto et surdo, nec quidquam sentienti eorum quæ coram ipso gererentur : idque B uxore cum filia panypersebasta et filiis de more assidentibus et hilarem ac jucundam aliquam vocem ab eo exspectantibus. Tandem coacta uxor, ipsa quidem parum natura sua eloquens, filiæ panypersebastæ innuit, ut pro re ac tempore aliquid opportuni loqueretur. Nam erat illa quidem juvenis ætate, sed peringeniosa ; et eam dicendi vim a natura acceperat, quæ ipsam non magis quam Platonem aut Pythagoram, aut ejusmodi viros sapientes deceret. Tum autem oculis hiscentibus patrem intuens sic exorsa est :

A χρησμολογικὰ (63) ἐθεάσαντο, ἐν οἷς τινα τῶν μελλόντων ἀσαφῶς τε καὶ αἰνιγματωδῶς παρ' ὅτων δήποτε ἐξετέθησαν· καὶ ἐπὶ τούτοις θεμάτιον ἔξέθεντο, δι' ὃ τῶν ἀστέρων τοὺς δρόμους ἐρευνῶσιν ἄνθρωποι καὶ μελλόντων κερδαίνουσι πρόγνωσιν· ἐξ ὧν ἐχθρικήν τινα ἔφοδον ἐτεκμήραντο καὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων κυκεῶνα καὶ ὁποιονδή τινα τῆς βασιλικῆς ἡγεμονίας κίνδυνον. Οὐ γὰρ συνῆκαν ὡς ὁ βασιλεὺς ὁ νέος Ἀνδρόνικός ἐστιν ὁ ταῦτα ποιήσων, τοῦ Θεοῦ τὰ τοιαῦτα τρόποις ἀῤῥήτοις συγκρύπτοντος. Ὅθεν πολὺν ἐκαρπώσαντο φόβον καὶ θόρυβον λογισμῶν. Ὁ γὰρ λογοθέτης μεστὸς ἐννοιῶν ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε ἐλθὼν ἐκάθητο ἐπιπολὺ σιωπῶν καὶ μηδ' ὅλως μηδὲν πρὸς οὐδένα φθεγγόμενος· ἀλλὰ στρέφων λογισμοὺς ἀεὶ περὶ τὸν B νοῦν συχνοὺς καὶ τῶν μελλόντων πλήρεις κωφῷ τε καὶ μηδὲν αἰσθανομένῳ τῶν παρόντων ἀτεχνῶς ἐῴκει· καὶ ταῦτα τῆς συζύγου μετὰ τῆς θυγατρὸς πανυπερσεβάστης καὶ τῶν υἱέων παρακαθημένων κατὰ τὸ εἰωθὸς καὶ ἱλαράν τινα καὶ μειδιῶσαν ἐκδεχομένων γλῶσσαν ἀκηκοέναι. Ὀψὲ δ' ἀναγκασθεῖσα ἡ σύζυγος, αὐτὴ μὲν ἀφελῶς ὑπὸ φύσεως ἔχουσα πρὸς τὸ λέγειν, διένευσε πρὸς τὴν θυγατέρα τὴν πανυπερσεβάστην, φθέγξασθαί τι τῇ χρείᾳ καὶ τῷ καιρῷ πρόσφορον. Ἦν γὰρ αὕτη νεάζουσα (64) μὲν τὰ τῆς ἡλικίας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ μέγα συνέσεως ἥκουσα καὶ γλῶτταν παρὰ τῆς φύσεως εὐτυχήσασα οὐκ αὐτῇ μᾶλλον ἢ Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ τῶν σοφῶν τοῖς τοιούτοις μάλα προσήκουσαν. Ἡ δὴ καὶ διάρασα πρὸς τὸν πατέρα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔλεξε τοιάδε·

V. « Audaciæ forsan et temeritatis summæ esse C videatur, o pater, me filiam adolescentulam liberius apud te proloqui, et eam, cujus lingua alumna sit imperitiæ, oculos intendere audere adversus altissimam sapientiæ arcem. Sed cum et mater hortetur, et tempus resque ipsa postulet, dicam ut potero. Quianam, sapientissime omnium mortalium, tam in tacitus sedes, tuumque ipsius animum excrucias et mœrore conficis : nec tuam nobis mentem communicas, ut istius **307** tristitiæ parte in nos recepta doloris sensum levemus? Nam et perturbatio vultus tui, et linguæ silentium satis declarant, quam vehemens sit animi tui dolor, qui intimum cor velut arcem quamdam aut potius velut radicem ac vinculum vitalium animæ facultatum invasit, atque ibi penitus infixus in- D genii florem depascitur, cogitationes confundit et nobiliorem animi partem aggravat. Ut autem oleum et cera et stipula et fœnum flammam alunt, ita et silentium collectos in animo doloris ignes nactum materiam quasi ipsis et nutrimenta suppeditat, nec sinit effusum inde animi fumum per linguam exhalari. Quare tu, ne affectus iste tempore confirmatus inexspectatum damnum apportet, per Deum exsurge, et animum recipe. Neque enim

C Ε'. « Τολμηρὸν μὲν ἴσως καὶ προπετείας δόξειεν ἄν πως μεστὸν, ὦ πάτερ, θυγατέρα νεάζουσαν ἔτι πρὸς πατέρα παῤῥησιάζεσθαι καὶ ἀμαθίᾳ σύντροφον γλῶσσαν ἀτενίζειν πρὸς τὸν τῆς σοφίας Ὄλυμπον. Ἐπεὶ δ' ἥ [P. 189] τε μήτηρ προτρέπει καὶ μετὰ τοῦ πράγματος ὁ καιρὸς ἐπιτίθεται, φθέγξομαι τό γε εἰς δύναμιν ἧκον. Ἵνα τί γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον σιγῶν, σοφώτατε πάντων ἀνθρώπων, ἀνέχῃ μὲν γνωσιμαχεῖν ἐπὶ σαυτῷ καὶ κατατήκειν σαυτὸν, κοινωνεῖν δ' ἡμῖν οὐκ ἐθέλεις τῆς γνώμης, ἵνα καὶ τῆς λύπης ἡμεῖς σοι γενόμεναι κοινωνοὶ κουφότερον καταστήσωμέν σοι τὸ πάθος; Πολλὴν γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν ὄψεων σύγχυσις καὶ ἡ τῆς γλώττης ἀσφάλεια μηνύει σαφῶς τὴν ἐν τῇ ψυχῇ σου τῆς λύπης ἀκμὴν ἢ τῆς καρδίας χειρωσαμένη τὰ καίρια, καθάπερ ἀκρόπο- D λιν ἢ ῥίζαν τινὰ καὶ σύνδεσμον τῶν ζωτικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, κάθηται ἀναπόσπαστα ἐπιβοσκομένη τὴν ὥραν τῶν λογισμῶν καὶ συνθολοῦσα τὰς περιόδους αὐτῶν καὶ ἐμβριθὲς ποιοῦσα τὸ ἡγεμονικόν. Ὥσπερ δ' ἔλαιον καὶ κηρὸς καὶ καλάμη καὶ χόρτος πυρὸς ἐπεφύκει τροφὴ, οὕτω καὶ σιωπὴ περὶ τὴν ψυχὴν ἠθροισμένους εὑρίσκουσα τῆς λύπης τοὺς ἄνθρακας, καθάπερ ὕλην αὐτοῖς καὶ τροφὴν ἑαυτὴν χορηγεῖ, μηδαμῇ διὰ γλώττης ἐξιέναι παραχωροῦσα τὸν ἐγγινόμενον ἐκεῖθεν καπνὸν τῇ

Variorum notæ.

(63) Quorum non semel mentionem agunt scriptores Byz. ntini et locos collegit Lambecius, seu Holstenius, ac præfixit Leonis Oraculis. DUCANG.

(64) Wolfius νεάζουσαν, hoc loco et paulo infra, interpretatur *adolescentulam*. Sed *adolescentula* non erat, cujus filia quadriennio post nuptui collocata est. Vide cap. 4, sect. 2 inf. a. BOIVIN.

ψυχῇ. Σὺ γοῦν, ἵνα μὴ τῷ χρόνῳ τὸ πάθος ἰσχὺν εἰληφὸς βλάβην ἀνέλπιστον ἐπιφέρῃ, διανάστηθι πρὸς Θεοῦ καὶ γενοῦ σαυτοῦ. Οὐ γὰρ σὸν τὴν εὐγένειαν τῆς φιλοσοφίας εἰς τοιαύτην κατασπᾷν σμικροπρέπειαν καὶ ἀωρίαν τοσαύτην τοῦ ταύτης κατασκεδάζειν σεμνώματος. Πέφυκε γάρ πως τὸ τῆς λύπης δεινὸν ῥᾷστα τῇ παρατάσει τῆς σιωπῆς πολλαπλασιάζεσθαι. Χωρεῖ γὰρ ἀνατρέχον ἐπὶ τὰ ἔνδον ἀεὶ δίκην ἕλκους καὶ οὐ πρότερον ἀφίσταται τοῦ πάντα νέμεσθαι λάθρα τὰ πρόσω, πρὶν ἂν καὶ αὐτοὺς, ὡς εἰπεῖν, διέλθῃ τοὺς μυελοὺς τῆς ψυχῆς καὶ αὐτὰ τοῦ ζώου τὰ καιριώτερα κατακαταπώσηται μόρια. Καὶ εἰ μέν τι τῶν ἀποῤῥήτων ἐστὶν, ἄλλοις χρεὼν εἶναι ἀπόῤῥητον· ἡμῖν δὲ τοῖς σοῖς καὶ μάλα ἥκιστα. »

tuum est, philosophiæ nobilitatem ad tantam humilitatem dejicere, illiusque majestatem intempestivis doloris maculis aspergere: cujus ea natura est, ut continuatione silentii multiplicetur. Subinde enim ulceris instar interiora invadens, obvia quæque clam depascere non prius desinit, quam ad ipsas ut ita dicam animæ medullas penetrarit, et vitalia hominis absumpserit. Quod si arcani aliquid est, aliis arcanum esto: nobis vero tuis haudquaquam. »

ϛ'. Τούτοις καὶ τοιούτοις πλείοσι καὶ τοιαύτῃ παλάμῃ τῆς γλώττης ἡ γενναία ἐκείνη θυγάτηρ τὰς τοῦ πατρὸς ἀκοὰς μαλάξασα κατὰ τὸ ἐγχωροῦν παρὰ τοσοῦτον τῆς διανοίας ἐκείνου καθήψατο καὶ ὥσπερ ἀπὸ βαθέος ἀνηρτήσατο ὕπνου, παρόσον ἁλιέων καὶ θαυματοποιῶν παῖδες οἱ μὲν τοῖς πλήκτροις ἐκ θαλάττης τοὺς ἰχθύας ἀνασπῶντες, οἱ δὲ τοὺς ὄφεις ἐκ τῆς λόχμης· ὡς ἐκεῖνον μικρὸν τῆς λύπης χαλάσαντα τῇ γλώττῃ δοῦναι τὸν νοῦν καὶ τὰς ῥήσεις ἐκείνας βραχὺ τοῦ Ἰὼβ ὑπαλλάξαντα, ὡς, « Ἀπώλοιντο, » φάναι, « αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, ἐν αἷς γυναικί τε συνήφθην καὶ τέκνων ἐγενόμην πατήρ. Ῥᾷστα γὰρ ἂν μὴ παρόντων αὐτῶν τἀμαυτοῦ διεθέμην. Νῦν δὲ τοσούτου διὰ ταῦτα περιῤῥέοντος ὄχλου φροντίδων, οὐκ οἶδα πῶς ἂν διαφύγοιμι τὴν ὅπως ποτὲ καὶ ὁθενοῦν ἀπειλουμένην ἐπενεχθήσεσθαι ὅσον οὐδέπω κακίστην πραγμάτων φοράν. Μέλλειν γὰρ ἔφοδόν τινα βαρεῖαν εἴτ' ἐκ θαλάττης, εἴτ' ἐξ ἠπείρου, ἐχθρῶν μὲν, οὐκ οἶδα δ' ὅτων, ἐπαναστήσεσθαι καθ' ἡμῶν καὶ πάντα κακῶς συνταράξειν τὰ καθ' ἡμᾶς, [P. 190] καθάπερ ὁλκάδα μεγάλην ἐπειδὰν ἐπὶ πόντου λαβὼν ἀγκυρῶν ὀρφανὴν ὑβριστὴς ἄνεμος μαίνηται κατὰ τῶν ἱστίων καὶ καταχορεύῃ τοῦ κύματος. » Ταῦτα εἰπὼν ἐσιώπησεν αὖθις, κλαπεὶς ὥσπερ τὸν νοῦν ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐκείνων καὶ ἐκλαθόμενος ἑαυτοῦ καὶ τῆς γλώττης· καὶ ἀναστὰς εἴσεισι μεστὸς ἀθυμίας ἐπὶ τὴν κλίνην, ἐφ' ἧς καὶ κατέδαρθε μέν· καθεύδειν δ' οὐκ εἶχε μέχρι πολλοῦ.

VI. His et pluribus hujusmodi verbis generosa illa filia **308** cum aures patris mulsisset, sic ferme illius animum movit, et ex profundo quasi somno excitavit, ut ex mari pisces a piscatoribus, e silva colubri a præstigiatoribus plectiorum vi extrahuntur. Itaque ille sedato paululum dolore animum linguæ commodavit, ut Jobi verba parum immutata proferret. « Pereant, inquit, dies illi, in quibus uxorem duxi, et liberos suscepi: qui si non essent, facillime rebus meis consuluissem. Nunc vero, tanta curarum turba ob ea ipsa incumbente, ignoro, qua ratione effugere possim pessimam cladem, quæ mihi incertum unde et quomodo mox statim inferetur. Imminet enim gravis nobis impressio hostium nescio quorum, sive terra sive mari adventantium, qui res nostras pessime turbabunt: ac si magnam onerariam ancoris destitutam in medio mari protervus aliquis ventus deprehendat, et in vela furiosus irruens fluctibus agitatis debacchetur. » His dictis rursus obticuit, cogitationibus illis mente propemodum alienata: et sui ipsius suæque linguæ oblitus surrexit, seque in lectulum contulit ac recubuit: diu autem insomnis mansit.

(78) Cujus non semel meminit Pachymeres. DUCANG. — Ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος. De quo supra ad lib. VII, cap. 3, n. 3. Exstat in codice Cæsareo Vindobonensi Theolog. 174, Παραινετικὸς τῇ βασιλίσσῃ, ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου, auctore Gregora. Vide Indicem Opusculorum Gregoræ rhetoricorum, initio hujus voluminis. BOIVIN.

τούτοις οὖν αἱ σπονδαὶ γίνονται ἀσμένῳ μὲν τῷ νέῳ βασιλεῖ, οὐ μάλα δ' ἀσμένῳ τῷ γηραιῷ, ἀλλ' εἰ χρὴ τἀληθῆ φάσκειν, καὶ πάνυ τοι σφόδρα ἄκοντι καὶ βουλομένῳ μὲν ἀντιπαλαμήσασθαι πρὸς τοσαύτην ἀνέλπιστον συμφορὰν, διὰ δ' ἀμηχανίαν ναρκῶντι καὶ στέργοντι τὰ παρὰ τοῦ ἐγγόνου θεμιστευόμενα καθάπερ ἀπὸ τρίποδος Δελφικοῦ.

optabat. Imo hic, si vera dicenda sunt, omnino invitus illud fœdus iniit, et tantæ calamitati, præter spem sibi allatæ, obluctari quidem voluit, sed omni auxilio destitutus obtorpuit, ac ea quæ a nepote tanquam ex Delphico tripode responsa reddebantur accepit.

CAPUT VII.

Gregoras Andronici senioris familiaritatem expetit : philosophiam et astronomiam jam tum a logotheta edoctus. Qualem hunc initio expertus fuerit. Oratio, qua hortatus est, ut philosophiæ et astronomiæ præcepta plenius sibi traderet. Quantum ea oratio apud logothetam valuerit.

Α'. (78*) Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον κἀμοὶ τῶν ῥητορικῶν καὶ φιλοσόφων βίβλων ἀπαλλαγέντι χρήσιμον ἔδοξεν εἶναι προσιέναι τῷ γηραιῷ βασιλεῖ καὶ συνήθει τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ καταστῆναι, συνετῆς τε οὔσης καὶ φιλοτίμου καὶ ἀκοῆς ἐλλογίμων σφόδρα ἀξίας καὶ ζητουμένης μὲν πρὸς τῶν λογίων, οὐ ῥᾷστα δ' εὑρισκομένης, οὐδ' ἐκκειμένης τοῖς βουλομένοις. Τῆς μὲν γὰρ τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὁμιλίας (τετίμητο γὰρ ἤδη καὶ τῷ τοιούτῳ πρὸς τοῦ βασιλέως ἀξιώματι), τούτου τοίνυν τῆς ὁμιλίας, ἐπείπερ ἀκροατὴς ἐγενόμην αὐτοῦ κατά γε τὸ τῆς ἀστρονομίας μάθημα, ξυνέβη μοι ἀπολελαυκέναι ἐς κόρον. Καίτοι καὶ οὐδ' αὐτὸς ἔξω φειδοῦς ἐν ἀρχαῖς τὴν αὐτοῦ μοι παρεῖχε γλῶτταν, οὐδ' αὐτῆς δὴ τῆς ἀστρονομίας ἀφθόνως μεταδιδόναι ἐβούλετο· εἴτε τὸν ἐμὸν ἀγνοῶν ἔτι τρόπον, εἴθ', ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν, τὴν αὐτὴν Συνεσίῳ τῷ πάνυ καὶ Λύσιδι τῷ Πυθαγορείῳ τρέφων γνώμην. Κελεύουσι γὰρ ἐκεῖνοι, μὴ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ φιλοσοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ' ὄναρ τὴν ψυχὴν κεκαθαρμένοις. Οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς βουλομένοις τὰ μετὰ πολλῶν ἀγώνων πορισθέντα. Καὶ γὰρ καὶ τὸ δημοσίᾳ φιλοσοφεῖν μεγάλης, φησὶν, ἐς ἀνθρώπους ἦρξε τῶν θείων καταφρονήσεως.

I. Sub hoc tempus et mihi, oratoriis et philosophicis libris relictis, utile visum est seniorem imperatorem adire, et in ejus familiaritatem me insinuare, quæ et prudens esset et liberalis et eruditorum auscultatione **322** dignissima : quæ cum a doctis quibusque expeteretur, non pateret facile neque contingeret omnibus. Nam magni logothetæ consuetudine (jam tum enim ea dignitate ab imperatore ornatus erat), ejus, inquam, cum in astronomicis auditor fuissem, consuetudine satiatus eram. Quanquam is quoque initio parcius mecum disserebat, nec ipsam astronomiam affatim mihi communicabat, sive ingenii mei adhuc ignarus, sive, id quod verum erat, eodem animo præditus, quo præstantissimus Synesius et Lysis Pythagoreus. Illi enim vetant, ne philosophiæ bona iis communicentur, quorum animus nondum vel leviter saltem purgatus fuerit. Nefas enim esse, ea quæ magnis laboribus parta sint, cuivis offerre. Præterea publice philosophandi consuetudinem magnum apud mortales rerum divinarum contemptum peperisse.

Β'. Κατ' ἰδίαν οὖν αὐτῷ προσελθὼν καὶ ἀκίβδηλον τὸν ἐμὸν ὑποδείξας τρόπον αὐτῷ μὴ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἠξίουν ἡγεῖσθαι κἀμέ. Πόῤῥω γὰρ τὰ Φρυγῶν καὶ Περσῶν ἔφασκον εἶναι ὁρίσματα. Ἔπειτα καὶ γλώττῃ μειλιχίῳ πειθοῦς τινος ἕνεκα χρώμενος τάδε πρὸς αὐτὸν διεξῆλθον· « Εἰ μὲν ἐπίσης ἅπαντα (79) τὰ βίου τερπνὰ διανέμειν εἶχεν ἡ φύσις, ἀνέραστος ἂν ἦν δήπου γε καὶ ἀταλαίπωρος ἡ τούτων ζήτησις, καὶ ῥᾷστα δὴ τοὐντεῦθεν τῆς φιλαλληλίας ὑποτέμνεσθαι ξυνέβαινε τοὺς λόγους. [P. 199] Νῦν δ' ἐπειδὴ ἔδει ἀνακεκρᾶσθαι τοῖς λυπηροῖς τὰ ἡδέα καὶ τρίτον πίθον οὔ φασιν Ἑλλήνων παῖδες ἐν Διὸς εἶναι κακῶν ἀμιγῆ, λυπεῖ μὲν τῷ ἐνδεεῖ, τέρπει δ' αὖ ἐν προθύροις εἰκάζουσα τὴν ἐλπίδα τῆς εὐπορίας καὶ διδοῦσα παλάμην ἀντίπαλον τῇ πλεονεξίᾳ τοῦ ἐνδεοῦς· καὶ ζητεῖ μὲν οὗτος, δίδωσι δ' ἐκεῖνος· καὶ τοὔναντίον αὖθις καὶ διὰ παντὸς ἑκάτερον· καὶ νόμος τοῦτο γίνεται φιλίας καὶ δεσμὸς ἀλλήλοις ἄφυκτα ἰσχύων. Καὶ τοῦτ' εἶναι γένοιτ' ἂν οἶμαι φάναι παντὶ, ὃ γῆ μὲν πλωτὴν ἐργάζεται θάλατταν καὶ ταύτην αὖθις ἐκείνῃ βάσιμον. Καὶ Τάναϊς μὲν δι' αὐτό γέ τοι

II. Cum autem seorsim eum adiissem, et integritatem meam illi demonstrassem, rogavi, ne me vulgi similem arbitraretur. Multum enim inter Phrygum et Persarum, quod aiunt, limites interesse. Deinde blando sermone persuadendi causa apud illum usus hujusmodi orationem habui : « Si ea quæ delectationem pariunt, omnia ex æquo distribuere natura potuisset, facilis et laboris omnis expers esset utique nunc eorum indagatio, et mutui amoris causæ facillime præciderentur. Nunc vero cum jucundis admisceri molesta necesse fuerit, et Græci tertium dolium in Jovis aula nullis permistum **323** malis esse negent : ut inopia molesta est, ita copiæ spes delectat : hæque inter sese pugnant, et efficiunt ut alius petat, alius largiatur, suntque hæ vices perpetuæ, ultro citroque commeantes : quæ amicitiæ lex est et vinculum firmissimum. Et hoc illud esse dicere liceat, quod telluri præstet, ut mare navigetur, et mari, ut in tellure ambuletur : utque Tanais longinquo cursu in Græciam feratur, et Ister in Ægyptum perveniat,

Variorum notæ.

(78*) Quæ sequuntur inde usque ad initium capitis 10, non exstant in codice A : probabile est Gregoram ipsum ea tanquam superflua recidisse. BOIVIN.

(79) Est hoc quoque depromptum ex penu locorum communium, quorum Gregoras magnam copiam provisam habuit. Vide lib. XIX, infra pag. 586 D, et adnotata ad pag. 137 B, supra. BOIVIN.

et Nilus aquas suas Mæotidi communicet. Si quis A vero adeo tenax fuerit, ut bona distribui nolit, ei cavendum erit, ne legem per orbem terrarum ferat omnis improbitatis auctorem, et omnes congressus, omnia commercia funditus tollat, ac manifesta injuria afficiat eos, propter quos ea bona a naturæ auctore acceperit. Neque enim obscurum cuiquam esse potest, nullum a divina providentia bonum cuiquam contingere, ut solus eo fruatur, ut nec lucem soli, ut sibi soli luceat. Quod si res æternum victuræ eodemque statu permansuræ essent, posset forsitan aliquis qualibuscunque de causis communicationem virtutis eludere. Cum autem id nulla ratione fieri queat, nonnulli artificio quodam immortalitatem consectantes, neque quidquam unde gloria exsistat prætermittentes, omnem laborem B ultro ceperunt. Ac ne longius abeam, Pythagoras cum Ægyptiorum sapientibus congressus, eorumque sacris initiatus, in Græcia laudari concupivit: eaque 324 cupiditate impulsus in eam trajecit: virtuteque sua per totam Græciam vulgata nomen æternum est consecutus. Est etiam qui Delphicam laurum et Olympicum oleastrum ex Asia profectus petat: non ignarus, marcescenti illi corollæ inesse gloriam, quæ non marcescat et posterorum memoriam magis excitet, quam omnia Asiæ prata et fontes et luci tincturarum. Hi igitur et alii plurimi horum similes variis rationibus sui memoriam tradere posteris potuerunt. Nunc vero, ne longum faciam, aliorum ingeniis nostra ætas sterilibus re- C lictis elabitur et sapientia destitutis: ac parum abest, quin belluinis dicam, ut nostræ res deplorandæ esse videantur. Te vero solum omnium expressam naturæ imaginem et optime informatam tulit ætas nostra, lunæ inter stellas similem, et igni in hiemis rigore. Neque nos adeo fana et mœnia et luci et porticus ornare possunt, ut tu et tuæ virtutis ornatus. Ac plurimum quidem te reipublicæ prodesse fateantur omnes; quippe qui magno imperatori id præstes, quod gubernatori ii, qui polum et Helicen observant. Sed quid dicamus? Fuit et Phidias apud Græcos magnus ob apis et cicadæ sculpturam: sed non tantus, quantus ob Jovem Olympicum. Præterea quæ inde colligitur gloriola cum ipsa memoria et corpore citius 325 D interit, quam agrorum gramina. Sin thesauros ingenii et eruditionis tuæ aperueris, nomen tuum ab oblivione vindicabitur, qui non claudam, ut Plato ait, vitam exegeris: et tu ipse potissimum tui præco in medio terrarum orbe stabis, et non modo longi temporis fama celebraberis, sed immortali etiam memoriæ commendaberis. Age igitur, age vir quos sol intuetur omnium doctissime: imperti patriæ ornamenta tua, sicut Lycurgi et Solones: honorem habe celebri huic urbi, quemadmodum olim Athe-

A τοῦτο δρόμον ποιούμενος ὑπερόριον ἐπιῤῥεῖ τῇ Ἑλλάδι, καὶ Ἴστρος ἐπ' Αἴγυπτον ἔρχεται, καὶ Μαιώτιδι Νεῖλος κοινοῦται τὸ ῥεῦμα. Εἰ δέ τις φειδοῖ χρώμενος μὴ διαδόσιμα βούλοιτο γίγνεσθαι τὰ καλὰ, μὴ καὶ λάθῃ νόμον οὗτος διὰ πάσης γράφων γῆς κακίας ἀρχηγέτην καὶ ἐς νυκτὸς, ἵν' εἴπω, βάραθρα καὶ σκοτεινοὺς ὀλίσθους ὅλῃ ῥύμῃ ξυνωθῶν τοὺς τῆς ἐπιμιξίας λόγους καὶ περιφανῶς ἀδικῶν, δι' οὓς ἐκείνῳ τοῦτ' ἐχαρίσατο τἀγαθὸν ὁ τῆς φύσεως δημιουργός. Εὔδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὅλοις, μηδὲν μηδενὶ παρὰ τῆς Προνοίας ἀγαθὸν παραγίγνεσθαι δι' ἕνα γέ τινα τὸν εἰληφότα· ὡς ἄρα οὐδ' ἡλίῳ τὸ φῶς, ἵν' αὐτὸς ἀπολαύοι μόνος. Εἰ δ' ἀθάνατα ἔμελλε βιώσεσθαι τὰ πράγματα κἀπὶ τῆς αὐτῆς ἑστήξειν κρηπῖδος ἀεὶ, εἶχεν ἄν τις ἴσως οἷαις δή τισιν αἰτίαις τῆς ἀρετῆς B παρακρούεσθαι τὴν διάδοσιν. Ἀλλὰ νῦν ἐστι τῶν ἀμηχάνων πάντη τουτί. Ταύτῃ τοι καὶ ἀθανασίαν ἀντιτεχνώμενοί τινες καὶ κλέος ἀπέραντόν σφισιν αὐτοῖς προμνώμενοι πᾶν ὅ τι κλέους ὁστισοῦν ἀρχὴν εἰδείη γίγνεσθαι, πρὸς τοῦτ' αὐθαίρετος παρείη. Καὶ Πυθαγόρας μὲν αὐτίκα τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ σοφοῖς ξυμβαλὼν καὶ ξυνοργιάσας Ἑλληνικῶν ἐπεθύμησεν ἐγκωμίων· κἀκεῖσε δὴ κωμάζει διαπόντιος ἐραστὴς καὶ τὴν ἀρετὴν διὰ πάσης δημοσιεύσας Ἑλλάδος μεστὸν ἑαυτοῦ τὸν ἐφεξῆς ἔλιπεν αἰῶνα. Ἤδη δέ τις καὶ πρὸς τὴν ἐν Πυθοῖ δάφνην καὶ πρὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κότινον ἐξ Ἀσίας ὁρμᾶται. Ἤδει γὰρ ὡς ἔνεστι τῷ μαραινομένῳ τῷδε θαλλῷ κλέος ἀμάραντον· καὶ τοῦτο μᾶλλον ἀναζωπυρεῖ τὴν μετὰ ταῦτα C μνήμην, ἢ πάντες οἱ τῆς Ἀσίας λειμῶνες καὶ αἱ κρῆναι καὶ ἡ παντοδαπὴ τῶν ἐκεῖ φυομένων βαφή. Τούτοις δὴ οὖν καὶ πλείστοις ἄλλοις διὰ ποικίλης ἐλθοῦσι παραπλησίαν τῷ ἐφεξῆς παραθέσθαι βίῳ τὴν μνήμην ἐξεγένετο. Νῦν δ' ἵνα μὴ διατρίβω τῶν μὲν ἄλλων τὴν φύσιν καθάπαξ εἰπεῖν ὁ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐξελίττων αἰὼν ἄκαρπον διαφεύγει διαλιμπάνων ἔρημόν τε σοφίας καὶ οὐ πολλοῦ δέω λέγειν μηλόβοτον (80)· οἵαν δὴ καὶ τὴν τῶν Θηβαίων Ἀλέξανδρον πάλαι πεποιηκέναι φασίν· ὡς ἐξεῖναι γίγνεσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπόθεσιν διαρκῆ τοῖς ἐν σκηνῇ τραγῳδοῦσι. Μόνον δ' ἐξ ἁπάντων σὲ κρατίστην εἰκόνα φύσεως ἐξαπέφηνε κράτιστα ἡρμοσμένην, [P. 200] οἷα δὴ καὶ σελήνην ἐν ἀστράσι καὶ ζώπυρον ἐν κρυμῷ καὶ χειμῶνι. Καὶ οὐχ οὕτω τὰ καθ' ἡμᾶς νεῴ καὶ τείχη D δύναιντ' ἂν καὶ ἄλση καὶ στοαὶ κοσμεῖν, ἢ σὺ καὶ ὁ τῆς σῆς ἀρετῆς κόσμος. Καὶ μέγα μέν τ' ἂν ὄφελος εἶναί σε τοῖς κοινοῖς ὁμολογοίημεν ἅπαντες, ἅτε τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ συναιρόμενον, ὅσα καὶ κυβερνῆται οἱ τὸν πόλον καὶ τὴν Ἑλίκην διασκοπούμενοι. Ἀλλὰ τί τις ἂν φαίη; Ἦν καὶ Φειδίας ἐν Ἕλλησι μέγας ἔκ τε τῆς μελίττης, ἔκ τε τοῦ τέττιγος· ἀλλ' οὐχ οἷος ἐκ τοῦ Ὀλυμπιάσι Διός. Ἔτι τοίνυν καὶ τοὐντεῦθεν κλέος θᾶττον ἢ τὰ ἐν ἀγρῷ φυόμενα διαῤῥεῖ αὐτῇ μνήμῃ καὶ αὐτῷ σώματι. Εἰ δέ γε τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τῆς σοφίας θησαυρῶν μεταδοίης, οὐκέτι σοι

Variorum notæ.

(80) Gregoras ætatis suæ hominum ingenia agris assimilat sterilibus et incultis, quales pecoribus ad pastum exponi solent. Id hoc loco significat vox μηλόβοτος, quam Wolfius aliter interpretabatur. BOIVIN.

μετὰ λήθης τοὔνομα κείσεται, καθάπερ οἵ χωλὴν τοῦ βίου ζωὴν ἐβάδισαν, ὅ φησι Πλάτων· κήρυξ δ' ἐς τὰ μάλισθ' ἑαυτοῦ σχεδὸν ἐπὶ μέσης ἐστήξει τῆς οἰκουμένης, καὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ μετὰ φαρμακευούσης ἐμπομπεύσει τῆς ἡδονῆς· καὶ μὴ ὅτι γε μνήμης ἀξιώσεται τῆς διὰ γῆς πλανωμένης καὶ προσκαίροις ἀκοαῖς τὸ ἴχνος ἐρειδούσης, ἀλλὰ κἀκείνης γέ τοι, ἣ καὶ αὐτὸν ἄνθρωπον παραθεῖ καὶ τὸ παράπαν ἀκήρατος ἀεὶ διαγίγνεται. Ἄγε δὴ οὖν ἄγε, τῶν ὑφ' ἡλίῳ σοφώτατε· μετάδος τοῦ σοῦ κόσμου τῇ θρεψαμένῃ, καθάπερ Λυκοῦργοι καὶ Σόλωνες· τίμησον τὸ διαβόητον ἄστυ τουτί, καθάπερ τὴν Ἀθηναίων πάλαι Σωκράτεις καὶ Πλάτωνες. Ἄνοιξον ἡμῶν τὸ τοῦ νοῦ βλέφαρον· δεῖξον ἐναργέστερον τίς ὁ τοῦ παντὸς ἁρμοστὴς καὶ ποία ποθ' ἡ τούτων παναρμόνιος σύνταξις· δίδαξον πῇ τὰς αἰτίας θετέον τοῦ τοσούτου δοθέντος ἀγαθοῦ· τῇ τῶν ἄστρων ἀνάγκῃ, κατὰ τοὺς θύραθεν λόγους, ἢ τῷ τοῦ παντὸς αἰτίῳ. Ἐκ πολλοῦ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ διαπορουμένῳ οὐδεὶς οὐδέπω μοι νοῦς ἀπηντήκει τῆς ἐμῆς ἀποχειροτονῶν ψυχῆς τἀμφιβαλλόμενον. Ὥστ' εἰ μὴ δι' ἄλλο τι, διά γοῦν ἕν γέ τοι τοῦτο δίδαξον. Ποῦ δ' οὐκ ἂν ἐλαύνοι σχετλιότητος, οὐρανοὺς μὲν διηγεῖσθαι δόξαν Θεοῦ περιηχοῦντας πᾶσαν γῆν, ἡμᾶς δὲ κωφεύειν οὐκ ἐπαΐοντας ἅττα φασὶν, ἀλλ' ἄστροις τὸ θρυλλούμενον τεκμαίρεσθαι τὴν τούτων ἐπιστήμην; Ἔπειτα καὶ τοῦ παντὸς ἂν πάντως ἐλλείποι μὴ ἀδικίας ἔσχατα εἶναι τουτί, εἰ μήτε κατὰ Πυθαγόραν ἐς Ἀττικὴν ἀπ' Αἰγύπτου διαβαίνειν δέον, μήθ' ὁμοίως Πλάτωνι πολλάκις διαπλεῖν τὸν Ἰόνιον κἀκ τῆς Ἀττικῆς ἐς Σικελίαν, καὶ τυράννους ἰέναι, κἀκεῖθεν αὖθις ἐς Ἀκαδημίας καὶ περιπάτους ἐπανιέναι, ἵν' οὕτω γ' ἐξείη διαχεῖν ἐν κοινῷ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἀντὶ Λυκείου καὶ Στοᾶς τῇ συνήθει χρώμενον ἑστίᾳ κόσμῳ παντὶ παραπέμπειν τὴν ἀρετὴν, ἔπειθ' ἕν γέ τι τῶν ἁπάντων προτιμῴης ἕτερον καὶ ῥᾳστώνῃ διδῴς σου τὴν τοῦ παντὸς ἀξίαν γλῶτταν. Ὁρᾷν δὲ δήπου χρεὼν καὶ ὅση τοῖς πράγμασιν ἀπιστία τε καὶ πλημμέλεια περικέχυται, καὶ ὅπως αἱ τῆς τύχης ἐπιβουλαὶ μένειν οὐδὲν τῶν πάντων ἐῶσιν ἐφ' ἑνός· ἀλλ' ἄνθρωποι μὲν, οἱ μὲν ἐν μεσημβρίᾳ φωτὸς, σκότους καὶ λήθης ὑπίασι μυχούς· [P. 201] οἱ δ' ἐξ ὕπνου καὶ νυκτὸς εἰς ὕπνους καὶ νύκτας διηνεκεῖς μεταβάλλουσι, πάσας φροντίδας κατόπιν διαλιμπάνοντες. Ἡ δὲ σοφία καὶ αὐτὴ πολλαῖς ταῖς ἀποικίαις ἐχρήσατο. Αἴγυπτος μὲν γὰρ αὐτῆς, φασὶν, ἡ πρὶν ἑστία. Εἶτα πρὸς Πέρσας καὶ Χαλδαίους διέβη. Εἶτα παρ' Ἀθηναίοις κατέλυσε· κἀκεῖθεν τὸ τελευταῖον ἀπέπτη καὶ οἱονεί τις ὄρνις τῆς καλιᾶς ὑφ' ὁτουοῦν ἐξωσθεῖσα περίεισιν ἄρτι διὰ μακροῦ πλανωμένη. Κινδυνεύει δ' οὖν τέως ἢ παρ' ἡμῖν ἐνταυθοῖ τοῦ λοιποῦ μεῖναι στᾶσαν τῆς πλάνης, εἴ σοί γε εἴη δεδογμένον, ἢ τελέως οἴχεσθαι δραμοῦσαν δι' αἰθέρος· καὶ μή μοι ἀχθεσθείης ἐπὶ τοιαῦτά σε παροξύνοντι. Λέγειν γὰρ ἐξάγομαι καὶ τοῦ εἰκότος πόρρω τὴν τοῦ χρόνου δεδιὼς πεττείαν, μὴ ὥσπερ ἐξ ἀφανοῦς τε καὶ λόχου δραμὼν τοσοῦτον καλὸν οἴχηται ἀποκρύψας. Εἰ γὰρ καὶ τοῦτ' εἰπεῖν χρὴ, οὐχ ἡμῖν αὐτοῖς ἡμῶν αὐτῶν τοσοῦτον μέλει, ὅσον καὶ τῆς σῆς ἐς τοὔμπροσθεν εὐκλείας· ὥστε καὶ εἴπερ ἐξῆν εὐξαμένῳ τυχεῖν ὧν ἂν εἴη ἐθέλοντι, ἥδιστ' ἂν δι' αἰῶνος σε ζῆν ηὐξάμην, ἵν' εἴη ἡμῖν ἥδεσθαι διὰ παντὸς ἐπὶ σοὶ, καθάπερ ἐπὶ μάλ' εὐτυχεῖ θησαυρῷ. Ἀλλὰ γὰρ σὸν ἂν εἴη τοὐντεῦθεν δεικνύειν, εἰ μὴ παρὰ θύραν ἤκουσεν ἡμῶν αἱ παρακλήσεις.

A nis Socrates et Platones. Aperito mentis nostræ palpebras. Evidentius demonstra, quis sit omnium moderator, et qualis eorum aptissima compages. Doce quo causæ conferendæ sint nobis tanti boni: numquid ad necessitatem astrorum, ut profani tradunt, aut ad universitatis auctorem. Qua de re cum longo tempore anceps hæsitarim, nemo adhuc contigit, qui scrupulum hunc animo meo eximeret. Quare si non ob aliud, vel propter hoc unum doceto. Quid vero miserius fieri queat, quam cum cœli Dei gloriam enarrent omnem terram circumsonantes, nos surdastros non exaudire quid dicant, sed astris (ut vulgo jactatur) illorum scientiam ponderare, id est, levi conjectura tantum intelligere? Illud vero extremæ iniquitatis fuerit, cum B nec ut Pythagoræ ex Ægypto in Atticam navigandum, nec ut Platoni mare Ionium 326 sæpius trajiciendum, et ex Attica in Siciliam ad tyrannos proficiscendum, atque inde in Academias et ambulacra redeundum tibi sit, ut publice virtutem spargas: sed pro Lyceo et Stoa in consuetis tuis ædibus virtutem tuam in totum terrarum orbem propagare queas: aliquid aliud majori tibi curæ esse sinas, et linguam tuam incomparabilem obsolescere silentio patiaris. Jam illud quoque videndum, quam inconstantia et incerta sint omnia: ut fortunæ insultus nihil esse diuturnum sinat: ut alii serius, ocius alii, rebus omnibus relictis, præter exspectationem, in noctem, in tenebras, in obli- C vionem, in mortem præcipites ruant. Ipsa porro sapientia quoque migravit sæpius; cujus primo domicilium Ægyptus fuisse perhibetur. Inde ad Persas et Chaldæos transiit: post apud Athenienses divertit; atque illinc etiam tandem avolavit: et nunc velut avicula nido exturbata longo etiam tempore incertis sedibus vagatur et oberrat. Fieri autem potest, ut aut apud nos finitis erroribus, si tibi ita visum fuerit, domicilium constituat, aut prorsus in cœlos abeat. Ne vero mihi succenseas oro, te ad talia exhortanti. Id enim dicere cogor, quod nullam veri similitudinem habet, incerta momenta temporum veritus: ne velut ex occulto atque ex insidiis erumpentia tantum nobis bonum eripiant. Nam, si et hoc dicendum est, non tam D nostram vicem solliciti sumus, quam de tua in posterum existimatione. 327 Quod si optando tantum proficeretur, quam prompta voluntas est, immortalem esse te vellemus, ut te gaudere, tanquam excellenti thesauro, perpetuo liceret. Enimvero tuum jam fuerit ostendere, num frustra fores pulsaverimus. »

III. His verbis apud magnum logothetam usus meoque ingenio ita demonstrato effeci, ut libenter omnibus rebus mihi obsequeretur : ac deinceps ejus consuetudine citra suspicionem ad satietatem usus sum.

Γ'. Ἀλλὰ τοιούτοις μὲν δὴ τοῖς λόγοις ἐς τὸν μέγαν χρησάμενος λογοθέτην καὶ οὕτως αὐτῷ τὸν ἐμὸν ἐνδειξάμενος τρόπον εὐάγωγόν τε καὶ εὐπειθῆ πρὸς ἅπαν ἐμοὶ τὸ βουλόμενον εἴργασμαι· καὶ οὕτως ἑξῆς ἀνυπόπτως ἐς κόρον τῆς αὐτοῦ γε ἀπήλαυον ὁμιλίας.

CAPUT VIII.

Aula studiis bonarum artium floret sub Andronico seniore. Idcirco hujus familiaritas a Gregora expetitur. De usu cum doctrina conjungendo. Gregoras benigne ab imperatore exceptus. Orationem apud illum habet. Duas in eo virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudat. Panegyricum voto concludit.

I. Tandem et imperatoris familiaritatem majorem expetivi. Nam sæpenumero et ipse spectaram, et ex omnibus intimis ejus audieram, palatium ab eo non modo honestatis et omnis virtutis gravioris que disciplinæ officinam effectum, propterea quod ille longa ætate et naturæ excellentia magnum sibi earum rerum usum comparavisset, sed et litterariæ, ut ita dicam, eruditionis optimum gymnasium et veluti campum eloquentium linguarum certaminibus patefactum esse. Quamobrem et ipse talibus bonis adamatis eo me contuli. Nam otiosa disciplinarum tractatio, quam libri studentibus suppeditant, sive illa tenuior, sive copiosior sit, mea quidem opinione similis est corporis organici structuræ animam desideranti, quam per sensuum experientiam accedere dico : aut potius variis ciborum generibus in ventrem congestis comparari queat, quæ calorem ad concoquendum postulent. Is vero 328 calor non alius fuerit, nisi quem subministrant omnigenæ tempestates et multiplex rerum sensilium singulariumque experientia. Itaque aliquos videre est, qui, quod otio nimis deditì fuerint vitamque solitariam ac nullo externo convictu exercitatam egerint, omnes animi vires enervarunt atque ita effeminarunt, ut nec dicere nec agere quidquam publice auderent. Cæterum cum et ego, annum ætatis jam septimum et vicesimum excedens, ad imperatorem accessissem, et ultra spem omnem ab eo exceptus essem, in ejus prudentiæ et eloquentiæ laudem hujusmodi orationem coram eo statim habui :

Α'. Ἐπόθουν δὲ ἤδη καὶ τῆς τοῦ βασιλέως τυχεῖν τελεώτερον. Αὐτός τε γὰρ πολλάκις ἐθεασάμην καὶ ἔτι παρὰ πάντων ἠκηκόειν, ὁπόσοι πρὸς ἄκραν ἀφίκοντο πεῖραν αὐτοῦ, ὡς οὐ μόνον εὐκοσμίας καὶ ἠθικῆς ἁπάσης ἀρετῆς καὶ ἀσκήσεως ἐργαστήριον τὸν βασιλικὸν κατέστησεν οἶκον τῷ τε μακρῷ χρόνῳ καὶ τῷ περιόντι τῆς φύσεως πλείστην ἐπὶ ταῦτα πεῖραν ξυνηθροικώς, ἀλλὰ καὶ λογικῆς φάναι παιδεύσεως κράτιστον γυμνάσιον καί, οἷον εἰπεῖν, ἐλλογίμων γλωσσῶν στρατόπεδον. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἐραστὴς τῶν τοιούτων καλῶν καὶ αὐτὸς καταστὰς προσῆλθον αὐτῷ. Ἡ γὰρ καθ' ἡσυχίαν τῶν μαθημάτων ἄσκησις, ὁπόσην αἱ βίβλοι τοῖς μετιοῦσι χαρίζονται, κἂν ἧττον ᾖ πολλὴ κἂν πλεῖστον, [P. 202] ἐοίκοι ἂν κατ' ἐμὴν δόξαν σώματος ὀργανικοῦ διαπλάσει ἐφιεμένῃ ψυχῆς, ἣν δή φημι διὰ τῆς ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἐμπειρίας προσγίγνεσθαι· ἢ μᾶλλον ἐοίκοι ἂν συμφορήσει διαφόρων βρωμάτων ἐν κοιλίᾳ συναθροισθέντων καὶ δεομένων θέρμης πρὸς πέψιν· ταύτην δ' εἶναι ὁποίαν αἱ παντοῖαι τῶν χρόνων ὧραι καὶ ἡ ἐπαγωγικὴ τῶν αἰσθητῶν καὶ μερικῶν πραγμάτων ἐμπειρία παρέχονται. Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ὅπως τινὲς διὰ τὴν τῆς ἡσυχίας ἐπίτασιν καὶ τὸ ἄμικτον καὶ ἀγύμναστον τῆς ἔξω συνδιαιτήσεως τὰς ψυχικὰς δυνάμεις ἐμάραναν καὶ τὴν φύσιν ἐξεθήλυναν καὶ παντάπασιν ἀπαρρησίαστον ἔθηκαν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς προσῆλθον οὕτω τῷ βασιλεῖ, ἕβδομον ἤδη καὶ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας ἀμείβων ἔτος, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν προσεδέχθην ἐλπίδα, εὐθὺς ἔπαινον ἐπ' αὐτοῦ διεξῆλθον τῆς εὐγλωττίας καὶ συνέσεως αὐτοῦ τοιόνδε·

II. « Si eos nostra ætate viros, potentissime imperator, exstitisse cernerem, qui majestatem tuam dignis laudibus celebrarent, equidem nec ad dicendum prodiissem, neque silentio quidquam antiquius habuissem : ut iis esset locus, qui tuas laudes æquare dicendo possent. Sed cum decorum tuorum amplitudo omnem orationis copiam inopiæ condemnarit, neque ullus omnino sit, qui ornamenta tua verbis non dico assecutus sit, sed prope ad ea accesserit : mihi non vitio vertendum esse duxi, si et ipse illorum vestigia, qui infra dignitatem dixerunt, subsecutus meum quoddam debitum persolvere studerem. Ut enim ineptissimum fuisset, nos solos tanto negotio impares audere aliquid : ita consentaneum est una cum cæteris

Β'. « Εἰ μὲν ἦν μοι ὁρᾶν, κράτιστε βασιλεῦ, τὴν καθ' ἡμᾶς τοῦ χρόνου φορὰν ἀξιόχρεως καὶ τοὺς ὑμνητὰς προενεγκοῦσαν τοῦ σοῦ κράτους, οὔτ' ἂν τὸ λέγειν προῃρούμην καὶ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ σοῦ σιγᾶν σφόδρα προσιέμην ἂν (81)· αὐτὸς δὲ τούτοις ἄσμενος τῆς παρρησίας παρεχώρουν, οἷς ἐφαμίλλως τοῖς ἐγκωμίοις σου λέγειν ἐξῆν. Ἐπεὶ δὲ πάντων, ὡς ἔπιπαν εἰπεῖν, κατεψηφίσω τὴν ἧτταν τῇ τῶν καλῶν σου πλεονεξίᾳ, ἔνι δ' οὐδεὶς τὸ παράπαν μήθ' ὁ πρὸς ἀξίαν εἰπών, μήτε μὴν τῆς ἀξίας ἐγγύς, οὐ δοκεῖ μοι οὐδ' ἔμοιγε κείσεσθαι φαύλως τὸ πρᾶγμα, εἴγε καὶ αὐτός, ὡς ἔξεστι, τοὐμὸν καταθείην ὄφλημα. Ὥσπερ γὰρ ἂν τῶν ἀτοπωτάτων ἦν, μόνους ἡμᾶς τῆς ἀξίας ἐλλείποντας εἶτα ἐπιχειρεῖν λέγειν· οὕτω δῆτα τῶν εἰκότων αὖ, ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις

Variorum notæ.

(81) Aliquid hoc loco vel deest, vel superfluit. BOIVIN.

κατόπιν τῆς ἀξίας βαδίζοντας τοῦτ' αὐτὸ ποιεῖν, ὡς μάλα ὂν οὐδὲν αἰσχρόν. Διατειναίμην γὰρ ἂν σφόδρα ἔγωγε, ὡς τὴν σὴν πλουτῆσαι γλῶσσαν εὔξασθαι χρὴ πρότερον, ὅστις βούλοιτο πρὸς ἀξίαν διεξιέναι τὰ σά. Ἄλλως δ' οὐκ ἂν διατειναίμην εἶναι ῥᾴδιον οὐδενί. Καὶ γὰρ καὶ γλώττης εὐπρεπείᾳ βασιλικῷ τῷ πήχει τοὺς ἄλλους παρήλασας, καὶ πάντα σοι πρόσεστι τὰ καλά, ὧν ἓν οὐδὲ ἓν οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ὡσαύτως, οὔτε τῶν ἐν οἷς ἡμεῖς, οὔτε μὴν τῶν πρὶν ἢ ἡμεῖς, οὔκουν οὐδ' ἂν τοὺς ἐξαρχῆς ἀριθμεῖν τις ἐθέλῃ. Ἐνταυθοῖ δὲ τοῦ λόγου γενόμενος οὔτε διεξιέναι τολμῶ οὔτε πάνθ' ὡς ἐπίπαν ὁπόσα σοί ἐστιν ἐγκώμια, οὔτε μὴ πάντα· αἰτίαι δὲ ὡς λαμπραὶ καὶ λαμπρῶς ἐγκείμεναι. Καὶ γὰρ τὸ μὴ δύνασθαι καὶ ἡ τοῦ χρέους ἔκτισις, δύο δὴ ταῦτα ἐναντίως πως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, τὴν ἐμὴν ἐφ' ἑκάτερα σχίζει διάνοιαν· ὡς ἐμὲ γοῦν τὸν ἑκατέρωθεν φυλαττόμενον κίνδυνον ἀναγκάζεσθαι καὶ ἀμφοτέρων μεταποιεῖσθαι καὶ αὖ μηδετέρων, ἁρμοσάμενον δι' ἀλλήλων ἑκάτερα. Ὁπότε γὰρ ὧν ἐπὶ σοφίᾳ πάλαι σεμνότης ὀνόματος οὗτοι [P. 203] πάντες εἰ παρῆσαν, ἡττήθησαν ἂν σου τῆς τῶν καλῶν πλεονεξίας, τῶν τε νῦν ὄντων τὸ πρᾶγμα οὐδὲν διαφερόντως ἔχει, τί λοιπὸν ἐμοὶ ἢ τῶν γε πλειόνων ἀφεμένῳ μικρά τινα διαλαβεῖν δεῖ καὶ ὅσα μοι τἀσφαλές ἐστι προμνώμενα; μήπου τοι καθάπερ οἱ τῶν Ὀλυμπιακῶν ἄθλων ἀτέλεστοι κινδύνῳ χρησάμενος αἰσχύνης ἀθλητὴς ἐμαυτῷ κατασταίην. Καὶ πείθομαί γε μηδὲν εἶναι τῶν πάντων ἕτερον, ὅ με προσήκει μᾶλλον ποιεῖν, ἢ τὸν ἐντεῦθεν φυλάττεσθαι κίνδυνον καὶ μάλα μᾶλλον ἐμέ, ἢ εἴ τι βρέφος ἐβούλετο μάζαν σιτεῖσθαι, πρὶν ἀπότιτθον γενέσθαι. Ἐξῆν γὰρ ἄν γέ που πάντως ἀνιᾶσθαι τελεσθέντος. Χρὴ μέντοι, οἶμαι, ὡς εἰς ἀνάκτορον εἰσιόντι παμπόλλοις φαιδρυνόμενον καὶ ποικίλοις ἀγάλμασιν, ὡς δὲ κἀν τοῖς τοῦ βασιλέως ἐγκωμίοις γενομένῳ τοῖς ἄλλοις τῶν ἄλλων παρακεχωρηκότι ἑνός που ἢ καὶ δύο τὸ πλεῖστον ἐπιμνησθῆναι. Πλείονα γὰρ ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἂν εἴη λέγειν, ὅτῳ δὴ μὴ μεταμέλειν μέλοι, ἐστὶν εἰρημένον. Εἰ γὰρ τῶν δύο οὐκ εὐχερῶς ἄν τις ἀπαλλάξαιτο, σχολῇ τῶν γε πλειόνων. Ἄλλοι μὲν τοίνυν ἀλλάττα λεγόντων, ὥς γε εἴρηται, τῶν τοῦ βασιλέως, ἐμοὶ δ' ἐχέτω μνήμην τό τε τῆς φρονήσεως αὐτοῦ μέγεθος καὶ ὁ τῆς γλώττης κρότος. Ὧν αὐτός τε πεῖραν σχὼν τοῖς τε ἄλλοις χρώμενος ἀεὶ διὰ γλώττης ἄγουσι καὶ οὐδέσι μὴ θαυμάζουσιν, οὐκ ἔσθ' ὅτε μέμνημαι καὶ αὐτός, μὴ ἀσχολοῦντός μου τὸν νοῦν τοῦ αὐτῶν θαύματος καὶ ἀπορεῖν ποιοῦντος, πότερον πρότερον καὶ μᾶλλον ἐπαινοίην ἑκατέρων· καὶ ἀεὶ περαιτέρω τοῦ λόγου δηλοῦσθαι εὑρίσκων μεταχωρῶ πρὸς ἐμαυτὸν διολισθαίνων, καθάπερ οἱ σώμασι λείοις τὰς χεῖρας ἐρείδειν σπουδάζοντες. Ὡς νῦν γε, εἴπερ ἐξῆν μοι, οὐδαμῶς ἂν ὑφιέμην μὴ καλεῖν σε γῆς ἥλιον, ὦ βασιλεῦ. Ὡς γὰρ πάντες φωτὸς θησαυροὶ τῷ ἡλιακῷ ξυνελθόντες δίσκῳ πᾶσιν ἐκεῖθεν ὥσπερ ἐκ κοινοῦ πρυτανείου τὰς ἀφορμὰς διδόασι τοῦ βλέπειν, οὕτω δὴ κἀν σοὶ πᾶσα φρόνησις συνδραμοῦσα φέρεται ὥσπερ ἐξ οὐρανοῦ πανταχόσε τῆς γῆς, ἀφορμὰς διδοῦσα πᾶσι τοῦ θαυμάζειν· καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστιν

A frustrari. Neque enim affirmare dubitem, ei qui tua facta ut merentur laudare instituat, in primis linguam tuam exoptandam esse : **329** alioqui vero neminem id facile præstare posse. Nam et orationis ornatu longo intervallo omnes a tergo relinquis : nec ullum in te bonum desideratur, quorum ullum vel nostra ætate, vel a primordio par aut simile exemplum reperiri queat. Hoc orationis loco neque omnes tuas laudes recensere, neque aliquas præterire audeo evidentibus gravibusque de causis. Nam et ingenii imbecillitas et debiti magnitudo animum meum diverse trahunt : ut periculum utrinque caventi mihi et utrumque sit conandum, et neutrum, ambobus inter se conjungendis. Si enim ii omnes, quibus illustre no- B men olim eruditio peperit, adessent, nec tamen argumento satisfacere possent : et eadem est eorum etiam qui nunc vivunt conditio : quid mihi restat, nisi ut maxima parte omissa paucula explicem, quæ sine periculo tractare possim? ne forte, ut Olympicorum certaminum rudes, meapte culpa suscipiam dedecus. Ac omnino persuasum habeo, nihil omnium æque ac periculum hoc cavendum esse mihi, et nihilo minus quam si infans, nondum ab ubere remotus, pane vesci cupiat. Nam si id fieret, esset utique dolendi locus. Etsi autem conatus est arduus, tamen decere arbitror non minus quam si in sacrarium omnis generis imaginibus exornatum ingrederer : ita **330** etiam imperato- C ris laudes aggressus cætera aliis concedenda, unius vero atque alterius mentionem esse faciendam. Nam plures attingere periculosum fuerit. Qui enim binas absolvere difficulter queat, quid pluribus accidet occupato? Itaque alii alia commemorent : a me vero et ingenii magnitudo et dicendi vis celebretur, quas et ipse experimento cognovi, et alii, quorum consuetudine utor, quotidie prædicant, nemine non admirante ; neque ego unquam commemoro, quin admirer et ambigam, utrum eorum magis laudare debeam, cum subinde plura quam dicta fuerunt, dicenda occurrant. Ad me ipsum ergo redeo, non secus ac ii qui lævibus corporibus inniti student, labascentes. Nam nunc quidem si liceret, non committerem quin terræ solem te di- D cerem, imperator. Ut enim omnes lucis thesauri una cum solari orbe prodeuntes omnibus usuram lucis impertiunt : ita etiam in te omnis sapientiæ concursus velut e cœlo in omnes terras fertur, admirandi tui causas suppeditans : et ut nemo est omnium, qui solis radios non aspexerit, nisi quem sol luminibus orbatum aspexerit : ita nemo est neque erit, qui de tua sapientia nihil audierit, nisi audiendi sensu destitutus. Hac ergo ratione si te solem terræ appellaro, non inepte id facturus mihi videor : et si quis aliquid majus dixerit, me minime refragante dicet. Cœlestium enim **331** corporum idem perpetuo status admirationem nonnihil imminuit : omnium vero rerum humanarum, quarum nonnullis alii aliis antecellunt, cum per-

petua mutatio sit, nonne tuæ res omnium optime constitutæ omnem admirationem excedunt? Omnino certe decuit, ut quantum dignitate alios antecedis, tantum etiam sapientia illos superares. Itaque factum est. Rhetori sane cuidam satis fuit, recitatis Demonactis salibus, illius omnem sapientiam ostendere : quasi ea quoque res magni æstimanda esset. Nec tamen quanta fuerit ejus eloquentia ostendit, quæ nulla in illo fuit. Nam si qua fuisset, non ab eo tacita fuisset, cui tanta virum sapientia celebrare propositum fuit. Tuæ vero sapientiæ recessus tametsi aliquis indicarit, tuaque consilia velut in fabula exposuerit, orationis tamen copiam non alia ratione expresserit, nisi ut Nili inundationibus eam compareat, quas cubitis Ægyptii metiuntur, aut variis vitis ramis. Nam et mensura cubitorum, id est majorem in modum, internos mentis fontes auget, et ut vitis a fecunda radice orta multos corymbos implicat, et germina germinibus cumulat perquam generose. Nec enim ea tibi lingua contigit, quæ mentis fontem hebetet, aut immaturos ex inscitia fetus edat, et maximi ingenii arcana confundat : neque inexercitata, aut sacris præstantis animi non satis initiata :
332 sed ita instructa, ut totis phialis, ut ita dicam, quoties et quando libuerit, inde haurire liceat, certo tamen modo et exquisito cum judicio, quo et redundantia coerceantur, ne, velut ex fonte restagnante, plus effluat quam oportet, et humilia erigantur, cum vacat serio ejusmodi studiis incumbere : ut tua verba, cum meditandi otium deest, tam inutilia non sint, quam illaborata saxa, quæ in structura templorum politis lapidibus adjunguntur. Tanta porro suavitate oratio conditur, ut æstimari queat desiderium in tua lingua sessitare, quæ et præsentes exhilarat, et abeuntes aures veluti sequitur, in iis resonans et memoriæ inhærens, quemadmodum sapor gustati mellis linguæ adhærescit. Verum enimvero luci et prata et deserta suavissimis tempore verno cantillantium avicularum vocibus resonant, certa loco certis temporibus. Tuæ autem prudentis facundiæ, loco veris, quatuor anni temporum ambitus perpetuus est : loco pratorum autem et saltuum omnis terra continens, non quantam Herculanæ columnæ includunt, sed quantam terrarum orbis amplectitur, quovis Attico peplo evidentius tuas virtutes depingens. Credo enim nec in extrema Gallia, nec ullis Oceani accolis, famam tuam ignotam esse, aut ipsis Indis; sed inde etiam eam tibi laudem tribui, quod omnes mortales prudentia vincas. Sic

οὐδεὶς, ὃς τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἀθέατος ἔμεινεν, οὐδ' οὐ μὴ μένῃ, πλὴν ἢ ὃν ἥλιος εἶδε πλὴν τοῦ βλέπειν· οὕτως οὐδ' αὖ ἔστιν οὐδεὶς, ὃς ἀνήκοος τῆς σῆς φρονήσεως διετέλεσεν, οὐδ' οὐ μὴ διατελέσῃ, πλὴν ἢ ὅστις ἐγένετο πλὴν τοῦ ἀκούειν. Οὕτω σε γῆς ἥλιον προσειπὼν οὐκ εὐηθές τι φάναι δοκῶ μοι· εἰ δὲ καὶ πλέον τι λέγει τις, οὐκ ἔγωγε διοίσομαι. Ἐπὶ μὲν γὰρ οἶμαι τῶν οὐρανίων σωμάτων τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχειν ἀφαιρεῖται τὴν ὑπεροχὴν τοῦ θαύματος· τὸ δ' ἄλλοτ' ἄλλως ἔχειν τῶν ἀνθρώπων ὂν (82), ὑπερεχόντων ἔσθ' ὅτε καὶ οἷς ἀλλήλους, εἶτα τὸ σὸν πρᾶγμα παντὸς βέλτιστον καθάπαξ καταστὰν πῶς οὐκ ἀτεχνῶς ἐοίκοι ἂν ὑπερβολῇ θαύματος; καὶ εἰκότως. Ἐχρῆν γὰρ πάντως που τῶν ἄλλων ὅσον ὑπερέχεις ἀξιώματι, τοσόνδε δῆτα καὶ φρονήσει. Τοιγαροῦν καὶ ξυνεῤῥύηκε. Σοφιστῇ μὲν [P. 204] οὖν ἤδη τινὶ ἤρκεσε τὰ Δημώνακτος εἰπόντι χαρίεντα ἀποφθέγματα τὴν σοφίαν ὁπόση δηλῶσαι Δημώνακτος, ὡς χρῆμα καὶ τοῦτο πάνυ πολλοῦ τίμιον ὂν τοῖς ἀνθρώποις. Οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττῃ ἐχρῆτο εὐροούσῃ δεδήλωκεν (83)· οὐ γὰρ οἶμαι εἶχεν. Ἦ γὰρ οἶμαι ἦν οὐκ ἂν αὐτῷ ἄῤῥητον, ἐπαινεῖν οὕτω προελομένῳ σοφίας μεγάλης ἥκοντα ἄνδρα. Σοῦ γε μὴν τῆς σοφίας τὰς λαβυρίνθους κἂν καὶ δηλώσει τις πίναξι δοὺς τὰ σὰ γνωματεύματα, ὁμοῦ δὲ καὶ τῆς γλώττης τὴν εὔροιαν οὐκ ἂν δήπου, εἰ μὴ ἄλλῳ τῳ χρῷτο τρόπῳ, ἢ ταῖς τοῦ Νείλου παραβάλλων προχύσεσιν, ἃς διασκοποῦνται πήχεσιν Αἰγύπτιοι, ἢ δῆτα κλάδοις ἐξ ἀμπέλου ποικίλοις. Καὶ γὰρ καὶ κατὰ πήχεις αὔξειν ἔχει τὰς ἔνδοθεν πηγὰς τοῦ νοῦ καὶ αὖ ὡς ἄμπελος ἀπ' εὐτυχοῦς γέ που τῆς ῥίζης ἀνίσχουσα πολλοὺς ἑλίσσει τοὺς κύκλους, καὶ διὰ παντὸς ἐκ βλάστης βλάστην φύει σφόδρα γέ τοι εὐφυῶς. Οὐ γὰρ οἵαν ταύτην ἔλαχες τὸ γόνιμον τῆς ἔνδοθεν πηγῆς ἐξαμβλοῦν, ἢ τόκου παρεχομένην διηνεκῶς ἀωρίαν ὑπ' ἀμηχανίας καὶ τὰ τοῦ μεγίστου νοῦ συγχωννύουσαν μυστήρια, οὐδ' ἀγύμναστόν τινα οὖσαν καὶ μὴ σαφῶς τετελεσμένην τοῖς τῶν τοσούτων φρενῶν ὀργίοις· ἀλλ' οὕτω γ' ἀποχρῶσαν, ὡς καὶ φιάλαις ὅλαις εἶναι, ὡς εἰπεῖν, ὁπηνίκα καὶ ὁπόσα εἴη ἐθέλοντι ἐξαντλεῖν, μετὰ στάθμης μέντοι καὶ κρίσεως ἀκριβοῦς, κολαζούσης μὲν τὸ πλεονεκτοῦν, μὴ ὥσπερ πηγή τις ὑπερλιμνάζουσα πλέον ἀποτρέχῃ τοῦ δέοντος· ῥωννυούσης δὲ τὸ καταπίπτον, ὁπηνίκ' ἂν ᾖ ῥᾳστώνη τοῦ σπουδάζειν· ὡς εἶναι καὶ τοὺς μὴ σπουδάζοντας λόγους σου παρὰ τοσοῦτον οὐκ ἀξυντελεῖς, παρ' ὅσον οὐδ' οἱ τοῖς ἐξεσμένοις ἀλάξευτοι συντεθειμένοι λίθοις τοῖς τῶν ἱερῶν περιβόλοις. Τοσοῦτόν γε μὴν τὸ ἡδὺ τοῖς λεγομένοις περιθεῖ, ὡς εἶναι νομίζειν ἵμερόν τινα ἐσκηνῆσθαι τῇ γλώττῃ σου, ὃς καὶ παρόντας εὐφραί-

Variorum notæ.

(82) Sententia esse videtur, constantiam Andronici in tanta rerum inconstantia esse mirandam, cum rerum cœlestium constantia fastidium pariat. WOLFIUS.

(83) Intelligo, Lucianum rotunde dictis in medium allatis ostendisse Demonactis acumen : sed an aliqua fuerit ejus eloquentia, dicendique copia, e selie dictis non perspici potest. Si quis τὸ ἐχρῆτο mavult ad Lucianum quam ad Demonactem referre, videbitur etiam sapientia Demonacti adimi. Est hoc declamatorium et sophisticum dicendi genus sane spinosum, et ob affectatas argutias subobscurum. WOLFIUS. — Hinc apparet Wolfium legisse, οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττῃ, non autem, οὐ μὴν καὶ γλώττῃ. BOIVIN

νει καὶ μεταστάντων οἱονεὶ ταῖς ἀκοαῖς ἕπεται ἐνηχῶν τε καὶ ἐξαρτᾶται χυμὸς μέλιτος, ἐπειδάν τις ἀπογεύσηται. Ἀλλὰ γὰρ ἄλση καὶ λειμῶνες καὶ ἐρημίαι ταῖς τῶν ᾠδικωτάτων ὀρνίθων ᾠδαῖς ἦρος ὥρᾳ περιηχοῦνται, ὡρισμένοι τόποι καιροῖς ὡρισμένοις. Σοῦ δὲ τῆς σώφρονος εὐγλωττίας, ἀντὶ μὲν ἦρος, ὁ τῶν τεσσάρων ὡρῶν κύκλος διηνεκής· ἀντὶ δὲ λειμώνων καὶ ἀλσῶν ἤπειρος ἅπασα, οὐχ ὅσην Ἡρακλέους ὁρίζουσι στῆλαι, ἀλλὰ σύμπαν φημὶ ὅσον ἥ τε τῆς οἰκουμένης ἔνδον καὶ ὁ κύκλῳ διάκοσμος ἐξυφαίνει, Ἀττικοῦ παντὸς ἐναργέστερον πέπλου τὰς σὰς ἀρετὰς διαγράφων. Πείθομαι γὰρ μηδ' ἂν τοῖς ἐπ' ἔσχατα γῆς Κελτοῖς, οὐδ' ἂν οὐδέσιν ὅσοι πρὸς τῷ Ὠκεανῷ τυγχάνουσιν ὄντες, οὐ μέντοι οὐδ' ἂν ἐνδεῖν σου τῆς φήμης, οὐδ' αὐτοῖς Ἰνδοῖς· ἀλλὰ κἀκεῖθεν τὸ κῦρός σε δέχεσθαι τοῦ νικᾶν περιουσίᾳ φρονήσεως πάντα ἀνθρώπων γένη. Οὕτω τοι τὸ σὸν κλέος, καθάπερ ἐπὶ νηὸς τῆς φήμης ὀχούμενον, πλῆρες θαύματος διὰ πάσης ἔρχεται γῆς. Τεκμήρια δέ μοι τῶν λόγων· καὶ γὰρ οὐκ εἰσὶν ὁπόσα κατὰ γῆν εἰσιν ἔθνη, ἐξ ὧν μὴ οὐκ ἦλθον ὡς σὲ τῇ φήμῃ δημαγωγούμενοι· οὕτω μέντοι σὺν ἑορτῇ πάντες, ὥστ' ἐξεῖναι ζημίαν νομίζειν, εἴ τις ἀπαλλάξειε τοῦ ἰδεῖν [P. 205] τε καὶ συγγενέσθαι. Τὸ γὰρ πολλοὺς ἑκάστοτε τῆς οἰκουμένης ἑκασταχόθεν συρρεῖν ἴσως χειμάρρου ῥεύμασι, τὸ δὲ κύκλους ἑλίσσειν ἀεὶ περὶ σὲ, οἷον καὶ περὶ Πυθαγόραν οἱ ἐκείνου φοιτηταὶ, τὸ δὲ διψῶσιν ὥσπερ ὠσὶν ἀτρεμίζοντας δέχεσθαι τὰ λεγόμενά σοι, καθάπερ οἱ θεομάντεις ἐπιπνοίας ὁπότε θείας ἐμφοροῖντο· ταυτὶ τοίνυν μὴ σύμβολα εἶναι τοῦ δικαίως σφόδρα ἐφίεσθαι τῆς σῆς ὁμιλίας, ὡς οὔσης θαυμασιωτάτης, πάντες οἶμαι οὐκ ἐροῦσι. Τὸ δ' αὖ σὲ πρὸς οὕτω παντοδαπὰς πεύσεις τε καὶ προβλήματα διαλλάττοντα μὲν πρὸς ἄλληλα, οὐκ ἐπιχώρια δὲ οὐδὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς ἔθεσιν, ἔπειτα πᾶσιν οἰκείως ἐν ταὐτῷ διαλέγεσθαι τὰ πλείστης ἐπάξια σπουδῆς τε καὶ μελέτης, τουτὶ δ' ἔγωγε πολλοῦ δέω μὴ λέγειν ὡς Περικλεῖς ἅμα καὶ Νέστορας ὑπερβέβηκεν. Ἐκείνων μὲν γὰρ τοῖς λεγομένοις ἔσθ' ὅτε καὶ σφαλλομένη τελευτὴ ξυνέβαινε· σοῦ δ' οὐκ ἔσθ' ὁπότε μὴ προσήκουσα. Καὶ τῶν μὲν ἐπιχωριάζων ὁ τῦφος τοῖς χείλεσιν, ὡς ἂν ἀπορροὴ κακίας, τὸ σεμνὸν τῶν λόγων ἀφῃρεῖτο, καθάπερ μήλων ὥραν ἀφαιρεῖται σκώληξ ἐφεδρεύων· χείλεσι δέ γε τοῖς σοῖς τύφου μηδενὸς μηδαμῶς ἐφεδρεύοντος ἔστι προϊέναι καὶ τὸν τῆς γλώττης κρότον πάντη ἀκιβδήλευτον. Ἑλλήνων μὲν οὖν παῖδες τὰ ἑαυτῶν σεμνύνειν ἐθέλοντες ἐπειδή τινας οἶμαι ἠλιθίους ἀνθρώπους ἡ τοῦ Ὀρφέως ἐκίνει κιθάρα κινεῖσθαι ἔφασαν καὶ τὰ ἄψυχα τοῖς ἐκείνου πρὸς λύραν ᾄσμασιν. Εἰ δὲ καὶ ἡμῖν ἦν βουλομένοις τὴν ἀλήθειαν εἰς μύθους ἐξαίρειν, ὅντινα (84) τρόπον ποιήσαιμεν μείζω ἢ ἔχουσιν ὄντα ὡς οὐκ ἔνι ῥᾴδιον εὑρεῖν οὐκ ἔνι δήπου μὴ φάναι. Ὡς τό γε νῦν εἶναι καὶ πεπείσμεθα, μηδ' ἂν ἀπίστως ἔχειν, μηδ' ἀνέφικτ' ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι, ὁπηνίκα ὁρῶμεν ἐς μύθους τοὺς ποιητὰς τὰ πλείω

A tua gloria, fama **333** veluti navi vecta plena admirationis omnes terras pervagatur. Verba mea illud confirmat, quod nullæ in orbe terrarum gentes sunt, unde non aliqui fama tui nominis inducti ad te venerint : tanta quidem cum festivitate omnes, ut grave incommodum interpretentur suum ab aspectu et consuetudine tua discessum. Quod enim multi ex omnibus terræ partibus aquarum torrentis instar ad te confluunt, et subinde circa te versantur, ut circa Pythagoram ejus discipuli, et avidis auribus tua dicta, tanquam divina responsa, venerabundi cum silentio accipiunt : hæc, inquam, signa esse, quod consuetudinem tuam ardenter expetant ut admirabilissimam, omnes assentientur. Quod autem ad tam varias quæstiones et
B propositiones, quæ et inter sese differunt et a nostris moribus abhorrent, omnibus eodem tempore de gravissimis et maximi momenti rebus tam apte prudenterque respondes : dicere non verebor, Nestores et Pericles abs te superari Nam illorum orationes sæpe irritæ fuerunt, tuæ vero nunquam non efficaces. Ac gentilitius linguæ illorum fastus, velut improbitatis propago quædam, illorum orationem deformabat, ut vermis pomi elegantiam : tua vero labia ab omni fastu aliena, solida et indelibata laude tuam linguam exornant. Græci quidem ad res suas amplificandas, cum quosdam, stolidos ut reor **334** homines, Orphei cithara demulsisset, cantu illius etiam inanima quædam commota esse
C fabulati sunt. Quod si nobis etiam liberet veritatem fabulis commutare eoque modo exaggerare, nemo opinor negaverit, difficile esse ullam rationem comminisci, qua ea, quæ nunc sunt, majora fingantur quam re ipsa sint, cum plerasque res a poetis in fabulas redactas esse videamus ; sive ingenia illorum temporum obtusiora fuerint, sive alioqui poetæ de industria propter majorem claritudinem illa sint commenti. Ea enim haudquaquam esse majora ingenii humani captu, quæ illi ad miracula et fabulas detorserunt, tu demonstrasti, qui illa omnia confecisti. Ego vero cum pridem Academiam, aut Lyceum, aut Stoam nominari audirem, magnum aliquid imaginabar et pulcherrimum atque excellens, ob Platonem utique et
D Socratem et Zenonem et cæteros, qui disserendo valuerunt. Nunc vero omnem de illis præclaram opinionem abjeci, quemadmodum experrecti somnia : illorumque miraculum non majus judico quam cui simile reperiri queat : imo mediocre esse, et vix magnum habendum puto, cum te tanto intervallo eos supergressum esse videam, quanto infra dignitatem te admiror. Quamvis autem magnum esset, si res tuæ rebus eorum qui celebrantur consimiles essent : tamen te tantum illos vincere constat, quantum Stentor clamando cæteros præcones superavit. Ecce enim palatium tuum

Variorum notæ.

(84) Ὅντινα, pro καὶ τουτονὶ τρόπον, *eoque modo* accipio. WOLFIUS.

335 eloquentia tua ita instruxisti, ut quamvis Academiam, quodvis Lyceum, quamvis Stoam vincat, quod multo æquius omnis eruditionis domicilium appellaretur. Nemo enim est, qui tua suavissima voce audita, aut vultu tantum conspecto, non maximum inde fructum ad formandos mores, ad incrementum doctrinæ, ad eloquentiæ copiam et disserendi acumen ceperit. Hæc igitur et id genus alia e solo congressu tuo emolumenta nulli sunt, qui non perceperint: qui vero perceperunt, omnes optimi evaserunt. Fortassis etiam sunt bonis quidam ingeniis prædití, apud quos, te aspirante, elegans institutionis egregiæ fetus appareat; ut cycnis accidit, qui matutino zephyro aspirante præclare canunt. Qui omnes longe magis eo gloriantur, si quis scite dicta abs te referat, quam Homeridæ, si Homericas sententias audierint. Suavitas insignis Sirenum vocis olim magnopere celebrata est. Sed ea non sine magna calamitate atque interitu audiri potuit: nec ulli manserunt incolumes, nisi aures cera obturassent sibique audiendi sensum ademissent. Te vero concionante tantum abest aures cera ut obturent, ut mortis instar ducant, quod natura eos non ab omni parte auritos fecerit, sicut fabulæ quosdam plenos oculorum fuisse tradunt. Quos enim Demosthenes concionum artificio et vi non superasti? quos non Platones ingenii magnitudine et gravitate vicisti? Quos vero non ita tibi devinxisti, 336 ut magis te mirentur, quam Attica illa ætas Socratem? quippe qui concionem tuam et persuadendi vi et voluptatum illecebris conditam esse perspiciant, sicuti agri varietate florum exornantur. Usque adeo tuæ Calliopes amatores omnes reddis et mirabiliter incendis. Quare te Solomonis esse similem, nemo est qui dubitet; superari autem ab illo, nemo contendat. Neque enim dici potest, illic multa suppetere testimonia, hic vero pauca: aut totidem quidem, non autem talia: sed contra potius. Nam qui illam mirantur, iis non aliud competit testimonium, nisi reginæ Austri in Palæstinam profectæ. Qui vero tuarum rerum mentionem faciunt, hi ad mendacii suspicionem abolendam et Septentrionis et Austri una cum cæteris terræ finibus testimonia proferre mihi posse videntur. Cæterum cum Anaxagora auctore mens sapiens sit, quæ cuncta gubernet et omnium causa rerum exsistat: et tu excellenti sapientia res administras et imperium gubernas, ingenii magnitudine omnia in melius convertens, ut nemo unquam ex æquo id præstiterit, et recte is dixisse videatur, qui consilio, prudentia, viribus animi plerasque res, non autem rerum copia ponderari affirmavit. Ut enim musicus, qui sonorum concentum optime callet, chordis quæ intendendæ sunt intendendis, contraque laxandis, ubi id expedit, et moderatis intervallis 337 relinquendis cantum elegantissime permiscet: ita et tu, qui prudentia veluti rhythmis musicis omnia temperes, absolutissimum concentum efficis, quo res pulcherrime

A τῶν πραγμάτων ἀπάγοντας· εἴτε μὴ οὐχ ἱκανούσης τῶν τότε ἀνθρώπων τῆς φύσεως, · εἴτε καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς ποιηταῖς δόξαν ἐπίτηδες ποιεῖν περιφανείας εἵνεκα πλ ίονος. Ὡς γὰρ ἥκιστα μείζω ἢ ὥστ' ἀνθρώπου φύσει χωρητὰ εἶναι, ὁπόσα πρὸς θαῦμα καὶ μύθους ἐκεῖνοι ἀπήνεγκαν, ἔδειξας σὺ διὰ πάντων ἐλάσας. Πρότερον δ' ἔγωγ' ἀκούων Ἀκαδημίαν καὶ Λύκειον καὶ Στοὰν μέγα τι ταῦτ' ᾤόμην εἶναι καὶ πᾶν ὅ τι κάλλιστον καὶ ὑπερήφανον, διὰ Πλάτωνα γοῦν καὶ Σωκράτην καὶ Ζήνωνα, καὶ ὅσοι διάπορον ἐν διαλέξεσιν ἔπνευσαν. Νῦν δὲ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτῶν εὐκλεᾶ δόξαν ἀπεβαλόμην, ὥσπερ οἱ διαγρηγορήσαντες τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις ὀνείρατα· καὶ οἴομαί γε ἐκείνων θαῦμα οὐκ ἔθ' ὑπέρτερον ἢ ὥσθ' ὅμοιον εὑρεῖν, ἀλλ' εἶναι μέτριον καὶ μόγις μέγα, τοσοῦτον

B [P. 206] ἐκείνους παριόντα ὁρῶν σε, ὅσον ἐγὼ τοῦ καταξίαν θαυμάζειν σε λείπομαι. Καίτοι μέγα ἂν ἦν, εἰ καὶ παραπλησίως τοῖς ᾀδομένοις εἶχε τὰ σά. Σὺ δὲ ἀλλὰ καὶ ὑπερσχὼν φαίνῃ, ὅσον ἐν ῥαψῳδίαις τῶν ἄλλων κηρύκων τῷ ὑπερφωνεῖν ὁ Στέντωρ. Ἰδοὺ γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν Ἀκαδημίαν καὶ Λύκειον καὶ Στοὰν σοῖς λόγοις ἀποφαίνεις τὰ σὰ βασίλεια, πρυτανεῖον παντοδαπῆς παιδείας φαίη τις ἂν οἰκειότερον. Εἶναι γὰρ καὶ μηδένα, ὅντινα τῆς σῆς ἀπολελαυκότα φωνῆς, ἢ δῆτα μόνης τῆς θέας, μὴ καὶ ὠφελείας τῆς μεγίστης, ὅσα γε πρὸς ἤθους ῥυθμὸν καὶ γνώσεως αὔξην, ἔτι μὴν πρὸς τὸ ἐγκυμονῆσαι λόγους καὶ διαλέξασθαι ἑτοιμότερον· ταυτὶ τοίνυν καὶ ὅσα παραπλήσια ἐκ μόνης γέ σου τῆς ὁμιλίας οὐκ εἰσὶν οἵτινες οὐκ ἀπώναντο· οἳ δ' ἀπώναντο, πάντες ἄρ'

C εἰσίν. Ἴσως δ' εἰσὶ καὶ παρ' οἷς ἀγαθὴν λαχοῦσι τὴν φύσιν, ὡς ἂν ὑπὸ ζεφύρῳ πρωϊνῷ κύκνοι ᾄσειαν ἐμμελές, ὡς δὲ κἀκ τῆς σῆς ἐπιπνοίας ἐμμελὴς ὁ τόκος τῶν καλῶν ἐξενήνεκται. Οἷς δὴ πᾶσι καὶ κρείττων πολλῷ φιλοτιμία τίς ἐστιν, εἴ τις ἀποφθεγμάτων τῶν σῶν ἀπομνημονεύσειεν, ἢ τῶν Ὁμηρικῶν Ὁμηρίδαις. Ἐξαίρετον χρῆμα ἡδονῶν, ὁπόσαι δι' ἀκοῆς πρὸς ψυχὴν ἀπαντῶσι, φασὶ τὰς Σειρῆνας πάλαι γενέσθαι· οὐ μὴν ἀταλαίπωρόν γε, ὅτι μὴ θανάτου τιμώμενον. Ἢ γὰρ τεθνάναι ἀκούσαντα πάνθ' ὁντινοῦν ἔδει, ἢ μὴ κηρῷ τὰ ὦτα φραξάμενον κἀντεῦθεν κωφὸν τοῖς ἐκείνων μέλεσι μείναντα. Σοῦ δὲ δημηγοροῦντος οὐχ ὅπως οὐ κηρῷ τὰς ἀκοὰς ἀποφράττειν ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀντικειμένως θάνατον

D ἡγοῦνται, ὅτι μὴ πανηκόους τινὰς, ὡς εἰπεῖν, ἀνέδειξεν ἡ φύσις, ὥσπερ οὖν τοὺς πανόπτας οἱ μῦθοι. Τίνας γὰρ οὐκ ἂν ὑπερβέβηκας Δημοσθένεις τῇ τῆς δημηγορίας οἰκονομίᾳ τε καὶ δεινότητι; Τίνας δ' οὐ Πλάτωνας τῇ τοῦ νοῦ μεγαλοφυΐᾳ τε καὶ σεμνότητι; Τίνας δ' οὐκ ἂν ἀνηρτήσω ἀνθρώπους, σὲ μᾶλλον θαυμάζειν ἢ τὸ τῆς Ἀττικῆς ἡλικίας ἀκμάζον πάλαι τὸν Σωκράτην, ἐφ' ὅλην σου τὴν δημηγορίαν χάριν ὁμοῦ καὶ πειθὼ συνορῶντας ἐφέρπουσαν, καθάπερ ἐπ' ἄνθη ἀγροῦ τὸ ποικίλον τοῦ χρώματος; Οὕτως ἐραστὰς ποιεῖς ἅπαντας τῆς σῆς Καλλιόπης, ἐκκάων ὑπερφυῶς. Ἔχειν δὴ οὖν τὰ τοῦ Σολομῶντος τοῖς σοῖς ἐφαμίλλως οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἀμφισβητεῖν· ὑπερέχειν γε μὴν τοῦτο δὲ οὐδείς ἐστιν ὅστις ἡγεῖται. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἔστι φάναι, ἐκεῖ μὲν οἷς χρήσεταί τις

πολλοῖς οὖσι μαρτυρίοις· ἐνταυθοῖ δὲ βραχέσιν, ἢ **A** τοσούτοις μὲν, μὴ τοιούτοις δέ· πολὺ μέν τ' ἂν τοὐναντίον. Οἷς γὰρ τὰ ἐκείνου θαυμάζειν ἔνι, τούτοις οὐκ ἔνι πλὴν ἢ τῆς τοῦ νότου βασιλίσσης, ἣν ἐς Παλαιστίνην ἐκείνη πορείαν ἐστείλατο, μαρτύριον. Ὅσοι δὲ τῶν σῶν μέμνηνται, [P. 207] τούτοις καὶ βορέαν καὶ νότον ὁμοῦ τοῖς λοιποῖς τῆς γῆς πέρασιν ὅστις μὴ οὐ φάσκει μαρτύρια εἶναι, ὅπως ἀθῶος φανεῖται τοῦ ἁλῶναι ψευδόμενος, οὐχ οἷός τ' ἂν εἶναί μοι δοκεῖ. Ἐπεὶ μέντοι κατὰ τὸν Ἀναξαγόραν νοῦς ἐστι σοφὸς ὁ τὰ πάντα διακοσμῶν καὶ πάντων αἴτιος, οὕτω δῆτα τῷ περιόντι σοι τῆς τοῦ νοῦ σοφίας ἐξηγῇ τῶν πραγμάτων καὶ οὕτω σοι τὴν ἀρχὴν διακοσμεῖς, τῆς φρονήσεως τῷ μεγέθει πάντα περιτρέπων εἰς τὸ χρήσιμον, ὡς τῶν ἐξ αἰῶνος οὐδεὶς ἄμεινον. Ἐῤῥῶσθαι δὲ καὶ ὁ λόγος τῷ φήσαντι νῦν μοι **B** δοκεῖ, ὡς γνώμῃ καὶ φρονήματι καὶ ἀνδρίᾳ ψυχῆς τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων κρίνεται. Ὡς γὰρ εἴ τις ἄριστος μουσικὸς τὴν ἐν τοῖς φθόγγοις ἁρμονίαν, ἐντείνων μὲν τὸ τῶν χορδῶν ὅποι τετάσθαι δεῖ, χαλῶν δ' ὅποι τοῦτο βέλτιον, τά τε διαστήματα μέτρῳ ποιούμενος κάλλιστον οἷον τὸ χρῆμα τῆς ᾠδῆς κεράννυσιν· ὡς δὲ καὶ σὺ τῇ φρονήσει ἴσα καὶ ῥυθμοῖς τισι μουσικοῖς τὰ πράγματα διεξάγων τὴν διὰ πασῶν, ὡς εἰπεῖν, ἁρμονίαν ἁρμόζῃ, ὡς εἶναι συνᾴδειν πανταχόθεν ἑαυτῇ κάλλιστά τε ἔχειν καὶ ὡς ἂν πάντες πεισθεῖεν Θεὸν εἶναι σαφῶς τὸν διὰ σοῦ τὰ τῇδε καθιστάμενον. Οὕτω σὲ θεῖόν τινα καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἄνθρωπον πάντες νομίζουσιν ἄνθρωποι. Φθάνεις γὰρ τῇ τοῦ νοῦ καθαρότητι τὰς **C** τῶν ὑπηκόων ἁπάντων διερχόμενος διαθέσεις καὶ γνώμας καὶ ὅποι μάλιστα τείνουσιν ἀρετῆς ἢ κακίας κάλλιστα διαγινώσκων· κἀντεῦθεν ἁρμόζεις, ὡς εἴρηται, σαυτὸν ὡς δεῖ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις· καὶ κυβερνᾷς, κατὰ Πίνδαρον (85), τὰν πολύστροφον γνώμαν ἑκάστων, καὶ διατίθῃς ὅποι ἂν σχοίη τὰ πράγματα βέλτιστον. Γνώριμον δ' εἴη παντί που, ὡς οὐκ ἄν ποτε Θεμιστοκλῆς πρὸς φήμης ἤλασε τοσοῦτον, εἰ μὴ Ξέρξης ἤλασεν ἐφ' Ἕλληνας. Οὐκ ἂν δὲ Μιλτιάδης ἐκεῖνος οἶμαι ἐς ὄνομα ἤγετο, εἰ μὴ Περσικοὶ σατράπαι καὶ τὰ τῆς Ἀσίας ὅπλα πρὸς Ἀττικὴν καὶ Μαραθῶνα διέβαινον πρότερον. Ἀλλ' εἶχον ἂν τὴν ἀρετὴν θαλαμευομένην, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀτεχνῶς ἐν ἀδήλῳ κειμένην, ὥσπερ οἱ θησαυροί. Καὶ **D** σοῦ δὲ τὴν οὐρανοῦ ψαύουσαν φρόνησιν κατίδοι ἄν τις ἐκ μυρίων μὲν καὶ ἄλλων· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἀντέπνευσε μὲν, οὐκ ἀνεσόβησε δέ σου τὰ πράγματα, πάσης βασάνου σαφέστερον τοῦτ' ἂν εἴη δεῖγμα, ἐπιδήλῳ φάναι χρυσῷ κατεσκευάσθαι σου τὰ τῆς διανοίας. Πολλοῦ γὰρ τὰ πράγματα εἰληφὼς διατρέχοντος κυκεῶνος, οἷος ἂν διαδράμοι νεφέλας ὑπηνέμια εἴη στροφῶν ἀπαρκτίας καὶ μικροῦ πάντων ἐθνῶν ἐφ' ἡμᾶς κινουμένων οὕτω σφοδρῶς, ὥσπερ οὕς φασι καταράκτας Νείλου, μόνος αὐτὸς τὰς ἐμβολὰς ἐς σεαυτὸν ἀναδεχόμενος ἑστῶτι φρονήματι,

gubernatæ et ab omni parte consentientes efficiant, ut omnes existiment Deum plane esse, qui tuo in iis regendis ministerio utatur. Ita te omnes homines divinum quemdam hominem et homine superiorem existimant. Nam animi puritate subditorum omnium affectiones et voluntates penetrans et, ad quas virtutes aut vitia potissimum tendant, acerrime perspiciens, ita te componis, ut dictum est, quemadmodum omnibus hominibus convenit: et, ut Pindarus ait, varium cujusque ingenium gubernas, itaque singula disponis, ut optime collocentur. Neque vero quisquam ignorat, Themistoclem nunquam ad tantam gloriam fuisse perventurum, nisi Xerxes in Græciam invasisset. Neque etiam Miltiades ille, ut arbitror, tantum nomen haberet, nisi Persici satrapæ et Asiana arma prius in Atticam et Marathonem penetrassent: sed eorum virtus, ut terra obruti thesauri, in obscuro latuisset. At tuum divinum ingenium cum ex aliis infinitis perspici queat, tum vero ex eo, quod cum tempora adversarentur, nec tamen res tuas everterent, id evidentissimum signum fuit præstantis tuæ sapientiæ. Nam cum imperium perturbatione plenum suscepisses, nec dissimile nubibus ab Aquilone agitatis, et pene omnes nationes in nostrum **338** exitium conspirassent tanta vehementia, quantus in Nili cataractis impetus esse fertur: tu solus impressiones illas constanti animo, instar immotæ rupis violentos fluctus aspernantis, excepisti, atque omnium periculorum tempestatibus sedatis in tranquillum portum nos perduxisti. Ita tu quidem et deliberas et disponis omnia, ut nemo omnium prius illa cogitare possit, quam perfecta fuerint: idque adeo facile, ut difficilius sit aliis ea commemorare, quam tibi administrare. Unde fit, ut si quis enumerare velit prudentissima et dicta et facta tua, non aliud agat, quam qui cujusque diei horas numerare instituerit, quarum nulla elabitur pulcherrimarum tuarum vel orationum vel actionum expers. Nam vel tuæ vocis sonus unus mitigat et mansuefacit hominem etiam immanissimum: idque facilius, quam lyra Davidis dæmonium Saulis fugabat. Nunc igitur tuo beneficio metu omni vacui sumus. Nam cum te in puppi, ut ita dicam, rerum nostrarum sedentem videamus et diligenter excubantem, ex iis quæ præcesserunt, parati sumus: et nuper exspectata pericula, priusquam periculum eorum faciamus, avertimus, tua sapientia illa omnia propulsatum iri prævidentes. Ac tantisper forsitan aliqui desperarint, donec summam prudentiam tuam cogitarint: tum vero ita recreantur, ut afflatu Favonii æstuantes. Sed quid ego imprudens **339** in excellentiæ tuæ gurgites me paulatim immitto? Id ipsum vero est, quod initio orationis detrectabam, cum omnibus tuis laudibus prædicandis plane im-

Variorum notæ.

(85) Ea Pindari verba Gregoras a Platone acceperat, apud quem exstant lib. I *De Republ.* BOIVIN.

Ζ'. Ἐκεῖθεν ἄπεισιν εἰς τὴν τῶν Μαγγάνων μο- C νήν, ἔνθα φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν ἐν ἀδέσμῳ φυλακῇ τὸν πατριάρχην Ἡσαΐαν καθῆσθαι. Τοῦτον οὖν ἄρας ἐκεῖθεν καὶ ἐφ' ἓν τῶν βασιλικῶν ὀχημάτων ἀναβιβάσας, ὡς εἶχε τῶν ἐρυθροβαφῶν κοσμημάτων, τῷ πατριαρχικῷ φέρων ἀποδίδωσι θρόνῳ· οὐκ ἐπισκόπων τινῶν οὐδὲ πρεσβυτέρων προοδευόντων καὶ ἑπομένων, ἀλλ' αὐλητῶν καὶ αὐλητρίδων καὶ ὀρχηστῶν καὶ ὀρχηστρίδων σὺν ᾠδαῖς χαρμοσύνοις τὴν πομπὴν ποιουμένων ἐκείνην. Ὧν μία τις, ἡ μάλιστα τῶν ἄλλων αὐλητρίδων δοκιμωτάτη, ἵππου ἐν ἀνδρικῷ τῷ σχήματι ἐπιβαίνουσα τοῖς στρατευομένοις εἵπετο μὲν καὶ πρότερον, εἵπετο δὲ καὶ νῦν προπομπεύουσά τε τῷ πατριάρχῃ καὶ ταῖς συνήθεσι καὶ πορνικαῖς φλυαρίαις τόν τε πατριάρχην, καὶ ὅσοι τότε παρῆσαν, εἰς γέλωτας ἀσήμους ῥᾷστα παρασύρουσα.

C . VII. Inde in Manganorum monasterium abit, ubi patriarcham Isaiam in custodia vinculis libera sedere diximus. Quem inde abductum et uni ex imperatoriis curribus impositum, 425 ornamenta, ita ut erant, rubra præferenti, in patriarchicum solium restituit, nullis episcopis aut presbyteris sequentibus aut antecedentibus; sed tibicinibus et tibicinis, saltatoribus et saltatricibus comitantibus, ac lætis canticis eum prosequentibus. Quarum quidem tibicinarum una probatissima habitu virili equitabat; et milites, ut secuta antea fuerat, ita tunc quoque sequebatur; patriarcham vero ipsum antecedebat, quem solitis et meretriciis nugis, ut et cæteros qui aderant, ad illiberalem risum facile provocabat.

Η'. Ἦν δ' ἕωθεν ἐς ἑσπέραν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν D ἐκείνην κενωθέντα τὸν ὄλβον ἅπαντα τῶν οἴκων τῶν λαμπροτάτων καὶ λείψανα τὴν ταχίστην καταστάντας αὐτοὺς ἐρειπίων καὶ δημοτικὸν ἄθυρμα· καὶ [P. 261] μάλιστα πάντων τὴν τοῦ μεγάλου λογοθέτου λαμπροτάτην οἰκίαν, καὶ ὅσα τῶν χρημάτων ἔν τε τῇ οἰκίᾳ ἐταμιεύοντο, καὶ ὅσα φθάσας τισὶ τῶν φίλων παρέθετο. Τῶν γραμματείων γὰρ εὑρεθέντων, ἃ τοὺς εἰληφότας φίλους ἐδήλου, λαφύρων μερὶς ἐγεγένηντο πάντα καὶ οὐδὲν τῶν ἁπάντων αὐτῷ παρελείφθη· ἀλλὰ τὰ μὲν εἰς τὸ βασιλικὸν εἰσενήνεκται

D VIII. Eo die a mane ad vesperam omnes opes domorum splendidissimarum exhauriri et ipsas domos ita statim dirui ac vulgi ludibrium esse cerneres, ut vix rudera superessent: in primis magni logothetæ ædes magnificentissimas, in quibus quidquid opum repositum erat, direptum est; item quidquid ille apud quosdam amicos deposuerat. Litteris enim repertis, quibus perscriptum erat quid quisque amicus accepisset, omnia prædæ fuerunt; nec omnium rerum quidquam ei est relictum: sed alia in fiscum relata, alia manibus vulgi distracta. Ita su-

Variorum notæ.

(89) Deiparæ Hodegetriæ, ut supra (col. 481). DUCANG.

bito una cum liberis ad egestatem redactus est qui post imperatorem omnium felicissimus habebatur; et cui per multos annos mera quadam prosperitate frui contigerat, is uno die totum ac merum tristitiæ poculum hausit. Ibi homines querulos **426** dicere audires cum alia, tum opes illas pauperum esse sanguinem et lacrymas, contributas videlicet et suppeditatas ei ab iis quibus Romanarum provinciarum et urbium administratio commissa fuisset, ut cum illi Romanos crudeliter pro ære emptis mancipiis tractarent, ipse miseris confugium ad imperatorem obstrueret, quo magna illa facinora ab omni parte manerent impunita. Itaque vindictæ oculum non perpetuo dormitasse, sed experrectum sero ac vix tandem debitas illi pœnas irrogasse. Quæ cum vulgo cantarentur, calamitatem ejus acerbiorem faciebant.

A πρυτανεῖον, τὰ δὲ δημοτῶν διενείμαντο χεῖρες· καὶ γέγονε πένης εὐθὺς ὁμοῦ τοῖς παισὶν ὁ πάντων μετὰ βασιλέα εὐδαιμονέστατος πᾶσι δοκῶν. Ἀκράτου γὰρ τῆς εὐδαιμονίας ἐν πολλοῖς ἀπολελαυκὼς τοῖς ἡλίοις ὅλον ἐκπέπωκεν ἄκρατον ἡμέρᾳ μιᾷ τὸν τῆς λύπης κρατῆρα. Καὶ ἦν ἀκούειν τῶν μεμψιμοίρων λεγόντων τά τε ἄλλα καὶ ὡς πενήτων ἦν αἵματά τε καὶ δάκρυα τὰ τοιαῦτα χρήματα, συνεισφερόμενά τε καὶ χορηγούμενα παρ' οἷς ἐπετέτραπτο πόλεών τε καὶ χωρῶν διοίκησις Ῥωμαϊκῶν· ἵν' ἐκείνων μὲν ἀπηνῶς χρωμένων τοῖς ταλαιπώροις Ῥωμαίοις, οἷά τισιν ὠνητοῖς ἀνδραπόδοις, αὐτὸς ἐπιτειχίζῃ τούτοις τὴν ἐς βασιλέα καταφυγὴν καὶ μένῃ τὸ μέγα τοῦτο δεινὸν ἀνεκδίκητον πανταχόθεν· ὅθεν ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμὸς οὐκ εἰς τέλος κεκοίμηται, ἀλλὰ διανέστη B καὶ τὴν προσήκουσαν ὀψὲ καὶ μόλις ἐπήνεγκε κόλασιν. Ταῦτα παρὰ πολλῶν ᾀδόμενα πικροτέραν ἐποίουν τὴν τοῦ ἀνδρὸς συμφοράν.

IX. Quis vero enumeret seditiones illas, quibus tunc Romani omnes atque in primis Byzantii inter se laborarunt? Nam duobus imperatoribus dissidentibus etiam subditi ut fit dissidebant: ut furore quodam liberi contra parentes, parentes contra liberos, fratres contra fratres, vicini contra vicinos, et quod majus est, episcopi contra episcopos, presbyteri contra presbyteros, monachi contra monachos sævirent. Quod ni imperator humanissimo ingenio præditus et militum et plebis impetum repressisset, fortassis illi templa et domos Byzantiorum prædam Mysorum effecissent: fortassis etiam cædes plurimæ patratæ essent, cum multi a se invicem pœnas expetere vellent, si quis alteri in dissidio illo contumeliose insultasset. « Nam si ego, inquit imperator, iis qui vel petulanti lingua, vel ense insidioso contra me usi sunt, crimen **427** omne remisi, multo magis vobis id erga conservos vestros est faciendum; partim quia exemplum meum imitari debetis, partim quod non ignoratis, haud eumdem esse exitum ejus cædis, qua imperator, ac ejus, qua homo privatus interfectus sit. »

Θ'. Πῶς δ' ἄν τις ἐξαριθμοίη τὴν τότε πρὸς ἀλλήλους ἐπανάστασιν πάντων Ῥωμαίων, καὶ μάλιστά γε τῶν Βυζαντίων; Ἡ γὰρ τῶν δυοῖν βασιλέων διαφορὰ διαφόρους ὡς τὸ εἰκὸς καὶ τοὺς ὑπηκόους ποιήσασα κατ' ἀλλήλων ἐξέμηνε· τέκνα κατὰ γονέων, φημὶ, καὶ γονέας κατὰ τέκνων, ἀδελφοὺς κατ' ἀδελφῶν καὶ κατὰ γειτόνων γείτονας· τὸ δὲ μεῖζον, ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους κατ' ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, καὶ μοναχοὺς κατὰ μοναχῶν. Καὶ εἰ μὴ βασιλεὺς φιλανθρώπου γνώμης τυχὼν ἐς ὑπερβολὴν τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τοῦ δήμου τὴν φορὰν C ἀνεχαίτισε, τάχ' ἂν Μυσῶν λεῖαν εἰργάζοντο τά τε ἱερὰ καὶ τῶν Βυζαντίων τοὺς οἴκους· τάχα δ' ἂν καὶ φόνος ἠγείρετο πλεῖστος, δίκην βουλομένων παρ' ἀλλήλων τῶν πλείστων λαμβάνειν, εἴ τίς τινι κατὰ τὰς μάχας ἐκείνας ἐμπεπαρῴνηκεν. « Εἰ γὰρ ἐγὼ, » φησὶν ὁ βασιλεὺς, « τοῖς γλῶσσάν τε βακχεύουσαν καὶ ξίφος ἐπίβουλον ἄρασι κατ' ἐμοῦ πᾶσαν αἰτίαν ἀφῆκα, πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς τοῦτο ποιεῖν χρὴ πρὸς τοὺς συνδούλους· τοῦτο μὲν καὶ ὡς τὴν μίμησιν ἀναφέρειν ὀφείλοντας εἰς ἐμέ· τοῦτο δὲ καὶ ὡς εἰδότας οὐχ ὅμοιον ὂν τὸ τῆς ἐκβάσεως τέλος ὑπηκόου τε φονευθέντος καὶ βασιλέως. »

X. Quod si et nos, seniori imperatori merito addicti, tempestatis illius fluctus aliquot sustinuimus, nihil est novi. Neque enim æquum erat, nos neutri parti studere, ut Solon monuit. Præterea consentaneum est, ipso pastore percusso universum gregem pro rata parte mala perpeti.

[P. 262] I'. Εἰ δὲ καὶ ἡμεῖς τῷ γηραιῷ κατὰ τὸ εἰκὸς προσκείμενοι βασιλεῖ ῥοθίοις τισὶν ἐνετύχομεν τοῦ χειμῶνος ἐκείνου, καινὸν οὐδέν. Οὔτε γὰρ δίκαιον ἦν, D ἡμᾶς μηδεμιᾷ προσκεῖσθαι μερίδι, τοῦ Σόλωνος τοῦτο προτρέποντος· καὶ πρός γε τῶν εἰκότων αὖ, τοῦ ποιμένος καταχθέντος δεινὰ παθεῖν κατὰ τὸ ἀνάλογον ἅπαν τὸ ποίμνιον

CAPUT VII.

Niphon seniori cur infensus. Ejus male tractanai auctor. Invidus. Ingratus. Andronicus senior soli imperii insignia retinet. Annuus reditus ei assignatus. Logotheta Didymotichum relegatur. Isaias patriarcha seniori insultat. Episcopis et sacerdotibus pœnas irrogat. Joannes, Heracleæ metropolitanus, Gregoræ avunculus, moritur. Ejus elogium. De eodem plura in ejus vita, quam Gregoras scriptam a se testatur.

I. Fuit ille dies quartus et vicesimus mensis Maji undecimæ indictionis, quo hæc omnia gesta

A'. Ἦν μέντοι τετάρτη καὶ εἰκοστὴ τοῦ Μαΐου μηνὸς (90) ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς ἑνδεκάτης ἰνδικτιῶ-

Variorum notæ.

(90) Proinde die 5 ab urbe capta, Ducang. — Cantacuzenus urbem ait a juniore Andronico occupatam die Maii 19, Gregoras die ejusdem mensis 24. Cave enim credas, id quod Ducangius credidit, Gregoram hoc loco voluisse assignare diem quintum ab urbe capta. Imo diem ipsum captæ

νης, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα τετέλεσται. Περὶ οὖν δείλην ὀψίαν τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐπανιόντι τῷ βασιλεῖ πρὸς τὰ βασίλεια ὑπαντήσας ὁ χρηματίσας πατριάρχης Νίφων ἤρετο ὅ τι βούλοιτο πράττειν ἐπὶ τῷ πάππῳ; Τοῦ δὲ φιλάνθρωπα φήσαντος καὶ βασιλικὰ ἐδυσχέρανέ τε τὰ μέγιστα καὶ ἐμέμφετο. Ἦν γὰρ οὗτος καὶ πρὸς ἅπαντας μὲν τοὺς εὖ πράττοντας τὴν γνώμην διάστροφος καὶ φθόνου μεστός· ἰδίᾳ δ' ἐς τὰ μάλιστα ἦν μῖσος ὑποκαθήμενον τρέφων ἐκ πολλοῦ κατὰ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, ὅτι μὴ ἐπεκούρησε τούτῳ, ὅτε τὰς δίκας τῆς τε ἱεροσυλίας καὶ τῶν ἄλλων ἀτοπημάτων ἐπ' αὐτοφώρῳ ἑαλωκὼς τῶν πατριαρχικῶν ἐκπέπτωκε θρόνων. Ὅθεν πρῶτον δι' ἓν μὲν δὴ τοῦτο, καὶ δεύτερον, ὅτι καὶ τοὺς πατριαρχικοὺς αὖθις ὠνειροπόλει θρόνους καὶ ἐβούλετο τοῦτον ἐκ μέσου πεποιηκὼς ἀκώλυτον εὑρεῖν τὴν τῆς δόξης ἀνάβασιν, φησὶ πρὸς τὸν βασιλέα· «Εἰ βούλει,» φησὶ, «βασιλεύειν ἀφόβως, μὴ δῷς ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου· ἀλλὰ πάντα τοῦ πάππου τὰ τῆς βασιλείας ἀφελόμενος σύμβολα τρίχινον ῥάκος ἀνάγκασον ὑπελθεῖν, κἄπειτα ἢ πρὸς εἱρκτὴν, ἢ πρὸς ὑπερορίαν παράπεμψον.» Ἔφεσις γὰρ τῷ μοχθηρῷ τούτῳ Νίφωνι ζέουσα, μὴ αὐτὸν μόνον χρηματίσαντα λέγεσθαι πατριάρχην, ἀλλὰ κἀκεῖνον χρηματίσαντα βασιλέα. Φάρμακον γάρ τι τοῦτο τῆς αὐτοῦ βασκανίας ἐνόμιζεν οὐκ ἐνθυμούμενος ὅλως ὁ μάταιος, ὅτι φαῦλον καὶ ἀφανῆ τυγχάνοντα ἄνθρωπον ἀνειληφὼς ἐκεῖνος καὶ τιμὰς ἐκ τιμῶν ἀεὶ χαριζόμενος ἐπὶ μέγιστον ὕψωσε δόξης τε καὶ πλούτου καὶ περιφανείας.

sunt. Eo ipso die sub vesperam imperatori in palatium redeunti obviam factus Niphon, qui patriarcha fuerat, rogat, quo pacto tractaturus esset avum? Illo respondente, humaniter et ut imperatorem deceret, gravissime tulit eumque reprehendit. Erat enim hic cum erga eos omnes, quibus fortuna favebat, perverso animo et invidentia plenus, tum privatim ac præcipue in seniorem imperatorem odium obscurum et inveteratum animo alebat; quod is nullam sibi opem tulisset, cum sacrilegii cæterorumque criminum reus manifesto deprehensus atque condemnatus patriarchico solio exciderat. Itaque ob eam primum causam, deinde et quia patriarchatum denuo somniabat, volebatque ad eam dignitatem aditum sibi facilem illo sublato reperire, imperatorem sic alloquitur: « Si citra metum **428** imperare studes, ne dato honorem tuum alteri; sed omnibus imperii insignibus avo ablatis cilicium injicito, et vel in carcerem conjicito, vel relegato. » Id enim nefarius ille Nipho cupide agebat, ut non ipse solum pridem patriarcha, sed et Andronicus pridem imperator diceretur. Hoc enim invidentiæ suæ remedium statuebat homo vanus, haud reputans, se vilem adhuc et obscurum ab illo susceptum et honoribus subinde auctum ad summum denique splendoris, opum et dignitatis gradum ab eodem fuisse evectum.

B. Ἀλλὰ τούτοις αὐτοῦ γε τοῖς λόγοις καὶ τῶν περὶ τὸν βασιλέα τινὲς συμβήσαντες ἔπεισαν ἀποθεῖναι τὴν περὶ τὸν πάππον φιλάνθρωπον [P. 263] γνώμην· καὶ εἰ μὴ τελέως, ἀλλ' οὖν ἀμφιῤῥεπῆ πεποιήκασι καὶ βουλομένῳ συμμεριστὴν ἑαυτῷ τῆς βασιλείας καταστῆσαι τὸν πάππον, ἐμπόδιον οὗτοι κατέστησαν. Ὅθεν μετὰ πλεῖστα σκέμματα κεκύρωται, περικεῖσθαι μὲν τὸν πάππον τὰ βασιλικὰ σύμβολα, καθῆσθαι δ' ἐν τοῖς τῶν βασιλείων θαλάμοις ἀπρόϊτόν τε καὶ ἄπρακτον, ἔχοντα πρὸς διατροφὴν ἑαυτοῦ τε καὶ ὅσοι ἐναπελείφθησαν αὐτῷ μειρακίσκοι (91) τὴν ἐπέτειον πρόσοδον τῆς ἁλιευτικῆς, ἣ πρὸ τοῦ Βυζαντίου τελεῖται, δέκα

II. His autem ejus verbis alii quoque nonnulli proceres suffragati imperatori persuaserunt, ut benignam erga avum mentem exueret, et eum si non omnino perverterunt, dubium certe ac vacillantem effecere. Volenti quippe avum imperii socium admittere ii obstiterunt. Unde post plurimas deliberationes decretum, ut avus imperii quidem insignia gestaret, sed in palatii thalamis sederet otiosus, nec in publicum prodiret, et ad suum ipsius victum, nec non adolescentum, qui cum eo remanserant, haberet annuum reditum piscationis, qui ante Byzantium penditur (erat autem illo tempore fere decies

Variorum notæ.

urbis ab eo poni hinc patet, quod ait, ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα τετέλεσται, *dies quo hæc omnia gesta sunt*, nempe ea omnia quæ toto capite superiori narravit. Superest itaque ut inquiramus, uter in die assignando erraverit, Gregorasne, an Cantacuzenus. Ipsa Cantacuzeni verba afferam. Ἐπολέμησαν δὲ (loquitur de utroque Andronico) ἐν ἑνὶ μηνὶ καὶ ἔτεσιν ἕξ, ἀρξαμένων ἀπὸ τοῦ ἐννάτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις ἐν τετάρτῃ Ἰνδικτιῶνι, ἐννεακαιδεκάτην ἄγοντος Ἀπριλλίου, ἄχρι τοῦ πέμπτου καὶ τριακοστοῦ ἔτους, ἐπὶ τοῖς ω' καὶ χ' ἐν πρώτῃ ἐπὶ δέκα Ἰνδικτιῶνι, Μαΐου ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα. Id est, ut fere vertit Pontanus, *Belligerarunt annos sex, mensem unum, incipientes nimirum anno ab orbe condito vicesimo nono supra sex millia et octingentos, indictione quarta, decimo nono Aprilis die, et ad annum quintum et tricesimum supra mille octingentos, indictionem undecimam, et decimum nonum diem Maii producentes.* Chronologia hæc tota fere vitiosa est. *Belligerarunt*, inquit, *annos sex*; imo, *annos septem* (vide Gregor. lib. XII, cap. 3), siquidem anni totidem effluxerunt a mense Aprili indictionis quartæ ad mensem Maium indictionis undecimæ. Deinde initium belli ponit, *Aprilis die* 19, quod a Gregora, *Hist.* lib. VIII, cap. 6, sect. 4, ponitur *Aprilis die* 20. Tum ait bellum productum esse *ad annum quintum et tricesimum*, quod ipse dixit productum esse usque ad Indictionem undecimam, quæ incidit in annum tricesimum sextum. Idem, ut summam annorum mundi compleat, addit ω' καὶ χ', errore manifesto, pro ω' καὶ ς', seu 6800. Denique diem assignat, eum quem supra diximus, nempe *diem Maii* 19, pro quo Gregoras diem posuit *ejusdem mensis* 24. Judicet nunc æquus lector, utri potior fides habenda sit. Apud me certe Cantacuzenus hoc loco nullam meretur, cujus chronologia (si tamen ea ejus esse existimanda est) tot habet vitia in verbis tam paucis. BOIVIN.

(91) Seu ἀρχοντόπουλοι, de quibus supra lib. VIII, pag. 181. B. DUCANG.

mille aureorum) magnus vero logotheta Didymotichum relegaretur.

III. Porro Isaias patriarcha tot annorum imperatorem solio deturbatum et velut conjectum in carcerem videns non indoluit, sed exsultavit, et vocem emisit duritiæ suæ et amentiæ ac potius insaniæ testem : Lætabitur, **429** inquit, justus, cum viderit ultionem [1]; se ipsum quidem justum, imperatoris vero abdicationem ultionem vocans. Deinde ad vindictam et ad persequendos episcopos ac presbyteros sese convertit, eorumque aliis sacerdotalis muneris administratione ad certos annos interdixit, aliis usque ad obitum. Fuere etiam, quos lenius multarit. Sed, ut paucis absolvam, neminem eorum qui seniori imperatori favissent impunitum dimisit.

IV. In his et Joannes, qui meus ab infantia post Deum curator fuerat, matris meæ frater, provecta B ætate in sua metropoli vitam cum morte commutat. Quem neque senium, neque pedum plaga adducere potuit, ut de juvenili et vehementi austerioris vitæ exercitatione quidquam ad obitum usque remitteret. Erat autem ejus metropolis. Heraclea Pontica. Sed et hunc primum populus Heracleoticus vidit; patrem bonum et Deo plenum, non agrestem virum et temerarium doctorem et linguam e suggesto insanam et importunam exsertantem, quæ et auditorum aures sauciaret, et magnum ineptumque tumultum excitaret, nunquam vero ad utilia se conferret : sed et lingua et auribus et animo ab adolescentia probe institutum et omni doctrina tum sacra tum profana imbutum, ut et moribus et eloquentia C satis ad auditores suos regendos instructus esset, et ad eas regulas præscribendas, quæ morum elegantiam forment, et vires prævalidas temperent, et animorum impetus **430** moderentur, et omnem immodestum motum coerceant. Quantus autem et qualis fuerit hic vir in omni genere virtutum, ex vita ejus a nobis conscripta cuivis particulatim cognoscere licet.

A χιλιάδων τέως ἔγγιστα οὖσαν· τὸν δὲ μέγαν λογοθέτην τὸν Μετοχίτην ὑπερόριον πέμψαι ἐς Διδυμότειχον.

Γ'. Ἠσαΐας δ' ὁ πατριάρχης καταβληθέντα θεασάμενος τοσούτων ἐτῶν βασιλέα καὶ οἷον εἰπεῖν κατειρχθέντα οὐκ ἐκάμφθη τὰ σπλάγχνα, ἀλλ' ὑπερήσθη καὶ φωνὴν ἀφῆκεν ἐλέγχουσαν τήν τε σκληρότητα καὶ τὴν ἄνοιαν, ἢ μᾶλλον ἀπόνοιαν αὐτοῦ. « Εὐφρανθήσεται γὰρ, » φησὶ, « δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν· » δίκαιον μὲν ἑαυτὸν ὀνομάζων, ἐκδίκησιν δὲ τὴν τοῦ βασιλέως καθαίρεσιν. Ἔπειτα πρὸς ἄμυναν ἔβλεψε καὶ καταδρομὴν τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων· καὶ τοὺς μὲν ἀργεῖν τῆς ἱερωσύνης (92) ἐκέλευσεν ἐπὶ ῥητοῖς ἔτεσι, τοὺς δὲ μέχρι τελευτῆς. Ἔστι δ' οἷς καὶ μετριώτερον ἐπήνεγκε τὸ ἐπιτίμιον· ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, οὐδένα τῶν τῷ γηραιῷ βασιλεῖ συμφρονούντων εἴασεν ἀτιμώρητον.

Δ'. Ἐν τούτοις καὶ Ἰωάννης, ὁ ἐμὸς μετά γε Θεὸν B κηδεμὼν ἀπὸ βρέφους φανεὶς, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος ἐμοὶ, εἰς βαθὺ γῆρας ἐληλακὼς καταλύει τὸν βίον ἐν τῇ λαχούσῃ μητροπόλει, μηδὲν μήθ' ὑπὸ γήρως, μήθ' ὑπὸ τῆς πληγῆς τῶν ποδῶν τυραννηθεὶς καθυφεῖναι βραχὺ τῆς ἡλικιώτιδος καὶ μεγάλης ἀσκήσεως μέχρι τελευτῆς αὐτῆς. Ἦν δ' ἡ λαχοῦσα τοῦτον μητρόπολις ἡ κατὰ Πόντον Ἡράκλεια. Ὃν δὴ καὶ πρῶτον εἶδε δῆμος Ἡρακλειώτης (93), πατέρα χρηστὸν καὶ Θεοῦ μεστὸν, οὐκ ἀγρότην ἄνδρα καὶ διδάσκαλον αὐτοσχέδιον καὶ γλῶτταν ἐν οὐ καιρῷ προτείνοντα βακχεύουσαν ἀπὸ δίφρου καὶ κόπτουσαν μὲν τὰς ἐπὶ τοῦ βήματος ἀκοὰς καὶ πολὺν ἐπαντλοῦσαν τὸν ἄλογον θόρυβον, πρὸς δέ τι χρήσιμον οὐδαμῆ ἀπαντῶσαν· ἀλλ' ἐξ ἔτι νέου γλῶσσαν καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν παιδευθέντα καλῶς πάσῃ παιδείᾳ τῶν τε τοῦ Πνεύματος C λόγων καὶ ὅσοι τῶν θύραθεν· ὡς ἔχειν ἀρκούντως ἤδη καὶ βίῳ καὶ λόγῳ τοῖς ὑπηκόοις διδόναι θεσμοὺς καὶ κανόνας, ὁπόσοι κοσμοῦσιν εὐτραπελίαν ἠθῶν καὶ ῥυθμίζουσι παλάμης κράτος καὶ θυμὸν μετριάζειν παρασκευάζουσι καὶ ἀκόλαστον ἅπαν ταλαντεύουσι κίνημα. Ἔξεστι δὲ τοῖς βουλομένοις ἀκούειν κατὰ μέρος ὁποῖος καὶ ὅσος τὴν ἅπασαν ἀρετὴν ὁ ἀνὴρ ἐξ οὗπερ ἡμεῖς αὐτῷ συγγεγράφαμεν βίου.

CAPUT VIII.

Michael Bulgarus bellum Andronico juniori infert. Legatis ad se missis quid responderit. Utrinque se ad pugnam parant. Imperatrix filio timet. Eum cum Michaele genero reconciliat. Metochites exsul stranguriæ doloribus cruciatur. Senior utroque oculo captus omnibus ludibrio est. Synadeni inhumanitas. Solus Cantacuzenus fortuna moderate utitur. Ejus elogium. Apophthegma. Syrgiannes, fide variis modis sancita, e carcere educitur. Annonæ copia apud Byzantios.

VIII. Sed priusquam triginta dies elaberentur, D cum audisset imperator Michaelem Bulgarorum principem finitimas Romanorum urbes et provincias incursare, statimque Didymotichum et Adrianopolin usque, Scytharum ad Istrum habitantium non parva

[P. 264] Α'. Ἀλλὰ γὰρ οὔπω τριάκοντα παρῆλθον ἡμέραι καὶ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ὡς ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων Μιχάηλος (94) ἐξιὼν κατατρέχει τὰς ἀστυγείτονας πόλεις καὶ χώρας Ῥωμαίων, μέλλει δ' αὐτίκα προχωρήσειν ἄχρι καὶ Διδυμοτείχου καὶ Ἀδριανουπό-

[1] Psal. LVII, 10.

Variorum notæ.

(92) Quæ voces, uti loquimur, *suspendere a divinis*, significant. Vide *Gloss. med. Græcit.* in ἀργία. Vide Cantacuz. lib. II, cap. 2. DUCANG.

(93) *Quem primum populus Heracleoticus patrem bonum et Deo plenum vidit.* Ita interpretatur Wolfius. Sed illud, *primum*, quorsum pertinet? Mallem, *quem et jam ante* (id est, *priusquam esset episcopus*) *vidit populus Heracleoticus*, etc. Veriorem tamen existimo eam interpretationem, quæ Πρῶτον dignitatis ecclesiasticæ nomen esse statuit. Vide *Glossar. med. Græcit.* in v. Πρῶτος. BOIVIN.

(94) Cantacuzen. lib. II, cap. 5. DUCANG.

λεως μισθοφορικὸν ἐπαγόμενος οὐκ ὀλίγον ἐκ τῶν A παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκούντων Σκυθῶν, ἔξεισι τὴν ταχίστην καὶ φθάνει πρὸς Ἀδριανούπολιν· κἀκεῖθεν πέμψας πρέσβεις ἐζήτει μαθεῖν τὴν τοῦ παρασπονδῆσαι αἰτίαν· καὶ ἤκουσεν ἐκεῖθεν, ὡς « Ἥκιστα ἦν σοι τῶν δυνατῶν εἰσελθεῖν ἐς Βυζάντιον καὶ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν περιζώσασθαι, εἰ σύμμαχος αὐτὸς ἐβουλόμην τῷ πάππῳ γίνεσθαι τῷ σῷ, χρήματά τε καὶ χώραν ὅμορον ἐπαγγελλομένῳ μοι δώσειν· ἃ πάντα νῦν ἐζημίωμαι σοῦ γε εἵνεκα καὶ τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν. Οἶσθα γάρ, ὡς πολλῶν με τῶν ἐπαγγελιῶν ἐμπέπληκας καὶ πολλῷ μειζόνων ἢ ὁ πάππος ὁ σὸς, οὐ μόνον τοῦ μὴ συμμαχεῖν ἐκείνῳ γε εἵνεκα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἐπὶ τῇ σῇ ἀδελφῇ κῆδος καὶ τὴν συγγένειαν. » Ὁ δὲ βασιλεὺς δειλίας αἰτίαν ἐκφεύγειν ἐθέλων, καίτοι μὴ ἀντίπαλα κεκτημένος στρατεύ- B ματα, μηδὲ ἀξιόμαχα πρὸς τὴν τῶν ἐχθρῶν δύναμιν, ὅμως πολέμῳ τὴν τῶν πραγμάτων κρίσιν ἐπιτρέπειν ἔγνωκε δεῖν. Τόλμῃ γὰρ φυσικῇ μᾶλλον ἢ λογισμοῖς τε καὶ σκέμμασιν ἐκέχρητο πρὸς ἅπαντα τὰ συμπίπτοντα. Ὅθεν πολλή τις ἐγίγνετο σπουδὴ καὶ παρασκευὴ τῶν ἑκατέρωθεν στρατοπέδων· καὶ ἦν ἐν κινδύνοις καὶ φόβοις πολλοῖς τὰ Ῥωμαίων πράγματα. Δείσασα δ' ἡ μήτηρ (95) καὶ δέσποινα περὶ τῷ υἱῷ διαπρεσβεύεται πρὸς ἀμφοτέρους περὶ τῶν ἐν ἀλλήλοις σπονδῶν· καὶ γίνεται διαλλακτὴς ἀμφοτέρων, ἅτε μήτηρ ἀμφοτέρων τυγχάνουσα καὶ τὸ θαῤῥεῖν ἐντεῦθεν μακρὸν κεκτημένη τὴν ἐπιτίμησιν ὁποίαν ἐθέλοι καθ' ἑκατέρων ἐπενεγκεῖν. Οὕτω μὲν οὖν τῶν σπονδῶν γενομένων χρήματα πλεῖστα δεξάμενος ὁ Μιχάηλος ἀνεχώρησεν οἴκαδε.

A manu mercede conducta, progressurum esse; ipse Adrianopolin profectus quam celerrime legatos ad illum mittit et rupti fœderis causam quærit. Cui ad hunc modum ille respondit: « Tu nullo pacto Byzantium ingredi et rerum potiri potuisses, si ego avo tuo opem ferre voluissem, et pecuniam et finitimam provinciam mihi pollicito: quibus nunc tua et tuarum promissionum causa omnino fraudatus sum. Quantis enim promissis me oneraris ipse nosti, iisque longe majoribus quam avus tuus, non tantum ut ne eum adjuvarem, sed et propter sororis tuæ matrimonium et unctam tecum affinitatem. » At imperator ad cavendam ignaviæ suspicionem, quanquam non paribus copiis nec ad propulsandas hostium vires idoneis instructus, tamen Martis aleam B experiendam esse duxit. Naturalem enim audaciam magis, quam rationem aut consilium sequebatur, **431** quidquid accidisset. Quare magno studio exercitus utrinque se parabant; Romana autem respublica in magno periculo et metu versabatur. Mater vero eademque imperatrix filio timens ad utrumque de pacificatione legatos mittit eosque reconciliat, quippe amborum mater. Unde etiam utriusque objurgandi auctoritatem usurpare non dubitabat. Sic pace facta Michael maxima pecunia accepta domum rediit.

C

Β'. Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης ὁ Μετοχίτης ἐς τὴν ὑπερορίαν ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἀπαγόμενος τῷ τῆς στραγγουρίας νοσήματι κάτοχος ἐγεγόνει· [P.265] ὃ καὶ μᾶλλον ἐπίεζε τοῦτον, ἢ πάνθ' ὅσα ἐπεπόνθει, εἱρκτὴν λέγω καὶ δόξης ἔκπτωσιν καὶ χρημάτων ἀφαίρεσιν καὶ φαύλων ἀνθρώπων ἐλέγχους καὶ λοιδορίας.

Γ'. Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως πάππος δριμυτέραν τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ἐκ τῆς λύπης κτησάμενος τέως μὲν τοῖν ὀφθαλμοῖν τὸν ἕτερον ἐζημίωται, τῆς ὀπτικῆς αὐγῆς μαρανθείσης. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον καὶ τὴν ἑτέραν τῶν ὄψεων προσεζημίωται καὶ διέμεινεν οὕτω, ἐξῆς νυκτί τε δουλεύων διηνεκεῖ καί, τὸ τῆς θείας φάναι Γραφῆς, τὸ πόμα ἑαυτοῦ μετὰ κλαυθμοῦ κιρνῶν καὶ ἄρτον ὀδύνης ἐσθίων. Ἐῶ γὰρ λέγειν τοὺς ἐμπαιγμοὺς καὶ τὰς ἀσέμνους λοιδορίας τῶν φυλάκων ὁμοῦ καὶ D τῶν οἰκετῶν, ὁποίας καὶ ὅσας αὐτοῦ καταχέοντες ἦσαν. Ἐῶ δ' αὖ καὶ ὅπως ἄδεια δέδοται πάσαις ταῖς πλυνούσαις εἰσιέναι ὁπότε βούλοιντο πλύνειν ὧντινων βούλονται τὰ ἱμάτια παρὰ τὸ ῥέον ὕδωρ διὰ τῆς τοῦ παλατίου αὐλῆς· καὶ ὅπως τοῖς ἐκ γειτόνων ἀλόγοις ζώοις καταπάτημα γέγονε τὰ βασίλεια καὶ νομή, ὄνοις λέγω καὶ ἵπποις καὶ βουσὶ καὶ ὄρνισι κατοικιδίοις. Καὶ εἴ τι δὲ τοιοῦτον ἕτερον εἰς ἐμπαιγμὸν καὶ περιφρόνησιν τοῦ γηραιοῦ βασιλέως ἦν, πάντ'

II. Cæterum magnus logotheta Metochites, cum in exsilium indigno more ac modo abduceretur, in stranguriam inciderat; quæ molestior ei fuit, quam cætera omnia quæ perpessus fuerat, carcere inquam, jactura dignitatis, opum ereptione, vilium hominum obtrectatione et convicio.

III. Imperatoris vero avus, corrupto ex doloris acerbitate corporis habitu, unius oculi usum amisit, ejus videlicet lumine sensim exstincto: nec multo post alterum etiam, et deinceps in perpetua nocte vixit: ac, ut sacræ Litteræ loquuntur, potum suum cum fletu miscuit, et panem doloris comedit [1]. Omitto enim illusiones et fœda convicia, quibus et custodes eum et famuli lacessebant. Mitto etiam, D omnibus lotricibus datam licentiam ingrediendi palatium quandocunque vellent, ad lavandas quorumlibet vestes in aqua, quæ per palatii aulam fluebat; et ut a vicinorum bestiis **432** palatium conculcatum et depastum sit, asinis, inquam, equis, bobus et domesticis volucribus. Denique si quid aliud hujusmodi erat, quod ad illum illudendum pertineret, id omne protostrator et ipse faciebat, et aliis ut facerent auctor erat, cum is eo tempore curator et administrator urbi præesset.

[1] Psal. CX, 10; CXXVI, 2.

Variorum notæ.

(95) Maria, seu Xene Armeniæ regis Leonis II filia, quæ hic μήτηρ ἀμφοτέρων dicitur, scilicet Andronici Junioris imp. et Michaelis Asanis Bulgariæ regis, cujus socrus erat. Michael enim Mariam Palæologinam Andronici sororem uxorem duxerat. Vide stemma Palæologorum in *Famil. Byzant.* DUCANG.

οὐκ ἠμέλει πράττων καὶ συνεργῶν ὁ πρωτοστράτωρ (96), τῶν ἐν Βυζαντίῳ πραγμάτων ἐπίτροπος ὢν καὶ διοικητὴς τηνικαῦτα.

IV. Solus Cantacuzenus magnus domesticus animum et linguam et mores, tum erga imperatorem, tum erga alios, qui dignitatibus exciderant, ab omni convicio temperavit et incontaminatos servavit. Cæteri vero, illa temporum conversione velut multo mero ebrii, insolenter fortuna abusi sunt. Ille contra, naturali prudentia et magno ingenio ornatus, se ad præclara illa veterum exempla componebat, qui et moribus magnifici et manu liberales fuissent. Et cum tunc res ei feliciter successissent, fortuna corruptus non lasciviit, neque immodice supercilium arrexit nimia videlicet ambitione abreptus; sed intra modestiæ limites immotus mansit: « Nunc me, inquit, sobrium esse oportet, cum alii non ebrii esse non possunt. » Prosperi enim successus, veluti palæstra quædam, humanas mentes certo indicio explorant, et eos qui vecordes sunt tam insolentes reddunt, quam cordatum quemque constantiæ, moderationis et gravitatis laudibus cumulant.

A Δ'. Μόνος ὁ μέγας δομέστικος ὁ Καντακουζηνὸς ἄχραντον διετήρησε λοιδορίας καὶ γνώμην καὶ γλῶσσαν καὶ ἦθος πρός τε τὸν βασιλέα καὶ ὅσοι τῆς προσούσης ἐξέπεσον δόξης. Οἱ δ' ἄλλοι καθάπερ ἄκρατον πεπωκότες τὴν τοῦ καιροῦ περιπέτειαν μεθυούσῃ γνώμῃ πρὸς τὰς ἐνεστώσας τύχας ἐχρήσαντο. Συνέσει γὰρ οὗτος αὐτοφυεῖ καὶ βαθείᾳ φρενῶν αὔλακι κοσμούμενος ὁ ἀνὴρ ἐς τοὺς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν ἀγαθοὺς χαρακτῆρας ἐκείνους ἀνῆγεν ἑαυτὸν κατά τε μεγαλοπρέπειαν τρόπων καὶ δεξιᾶς ἀφθονίαν. Καὶ νῦν γὰρ εὐτυχῶς τῶν πραγμάτων ἐλθόντων αὐτῷ ὁ δὲ οὐκ ἐνετρύφησε τῇ τύχῃ, οὐδ' ὑπὲρ τὸ μέτρον ἦρε τὴν ὀφρὺν, ἀφειδήσας ἴσως ἐς τὸ φιλότιμον τοῦ φρονήματος· ἀλλ' ἔμεινε τῆς σωφροσύνης τῶν ὅρων ἐντὸς ἀκλινής. « Καὶ νῦν ἐμοὶ νήφειν » (ἔλεγε) « χρεὼν, ὅτε τοὺς ἄλλους μεθύειν B ἀνάγκη. » Στάδιον γὰρ, ὡς εἰπεῖν, καθορᾶται καὶ βάσανος ἀκριβὴς ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ὁπόσα κατὰ χρόνον εὐτυχήματα φύεται, παρὰ τοσοῦτον ἐς ὕβρεως ὄγκον ὑψοῦντα τοὺς ἄφρονας, παρ' ὅσον τοῖς εὖ φρονοῦσι βεβηκυίας γνώμης βεβηκότα φέρει τρυγῶντα πολλαχόθεν τὸν ἔπαινον.

V. His temporibus Syrgiannes carcere educitur, scripto prius jurejurando dato et atrocissima quæque sibi imprecatus, si quid contra imperatorem
433 moliretur: hac etiam lege sibi dicta, si quovis modo apud integros judices mendacii convinceretur, non solum ut diris illis esset obnoxius, verum etiam ut capite plecteretur.

E'. Ἐν τούτοις ἐξάγεται καὶ ὁ Συργιάννης τῆς εἱρκτῆς (97), ὅρκους ἐγγράφους πρότερον δοὺς καὶ ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τὰ φρικωδέστατα, εἰ μελετήσειέ τι κατὰ τοῦ βασιλέως· εἰ δ' ὅπως ποθ' ἁλοίη ψευδόμενος ὑπὸ κριταῖς ἀπροσωπολήπτοις, μετὰ τοῦ κληρονόμον εἶναι τῶν φρικωδεστάτων ἐκείνων ἀρῶν καὶ κεφαλικὴν ὑφίστασθαι τιμωρίαν.

VI. Cæterum hoc et sequenti anno, seditione Romanorum sedata, cum et a præliis et ab excursionibus mutuis cessatum esset, tantam frumenti copiam Byzantii viderunt, quanta nec apud majores illorum longo ante tempore exstiterat.

C [P. 266] Ϛ'. Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ ἔτει καὶ ἅμα τῷ ἐφεξῆς, ἠρεμησάσης τῆς τῶν Ῥωμαίων στάσεως καὶ τῶν ἐπ' ἀλλήλους πολέμων καὶ ἐκδρομῶν πεπαυμένων, τοσαύτην εὐθηνίαν ἐθεάσαντο σίτου Βυζάντιοι, ὁπόσην οὐδὲ τούτων οἱ πρόγονοι πάλαι πολὺν ἤδη τὸν χρόνον.

CAPUT IX.

Turci, duce Orchane, Nicæam obsident. Imperator in Asiam transit. Quales ejus milites fuerint. Orchanes ei occurrit. Romani apud Philocrenen castra ponunt. Velitationes. Pugna. Romani cæduntur. Imperatoris vulnus. Orchanes, relictis equitibus trecentis, recedit. Imperator Philocrenen ingreditur. Romanorum consternatio. Præceps ac turpis fuga. Equites trecenti partim castra diripiunt, partim instant fugientibus. Imperator Byzantium redit. Deum offensum putat: quibusnam delictis? Patriarcha populum absolvit: non item episcopos, neque sacerdotes, nisi quosdam tantum. Viri quatuor selecti jure dicundo præficiuntur. Annui reditus iis assignati. Cassis imperatoria. Martinus Chii rector. Ejus insulæ præfecturam ut adeptus sit. Multis rebus gestis clarus, ideoque suspectus. Ab imperatore capitur et Byzantium vinctus mittitur.

1. Sed cum id modo tempus venisset, quo veris manus terram arborum comis ornantes eamdemque variis herbarum et florum coloribus pingentes amœnissimum oculis hominum spectaculum præbent, imperator copias Romanorum præsto esse jussit. Etenim velle se trajicere in Asiam, et Orchani, Bithyniæ principi, bellum inferre, cum aliis de causis, tum quod periculum esset, ne is Nicæam, primariam Bithyniæ urbem, bello duplici, fame nempe et exercitu, oppugnatam subigeret.

A'. Ἄρτι δὲ τῆς ὥρας ἐπιστάσης, ἐν ᾗ φυτηκομοῦσαι καὶ ζωγραφοῦσαι τὴν γῆν αἱ τοῦ ἦρος χεῖρες τῇ D ποικίλῃ τῆς χλόης βαφῇ πλείστην ταῖς τῶν ἀνθρώπων ὄψεσι τὴν τέρψιν χαρίζονται, ἑτοίμους ὁ βασιλεὺς τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις εἶναι παρεκελεύσατο. Βούλεσθαι γὰρ αὐτὸν διαβῆναι πρὸς τὴν Ἀσίαν καὶ πόλεμον ἄρασθαι κατὰ Ὀρχάνου (98), τοῦ τῆς Βιθυνίας ἡγεμονεύοντος, τά τε ἄλλα καὶ ὅτι Νίκαιαν (99) τὴν προκαθημένην Βιθυνίας πόλιν κινδυνεύει χειρώσασθαι, διπλῷ πολέμῳ πολιορκῶν, λιμῷ

Variorum notæ.

(96) Synadenus. DUCANG.
(97) Cantacuzen. lib. II, cap. 4. DUCANG.
(98) Cantacuzen. lib. II, cap. 6, 7, 8. DUCANG.
(99) Idem cap. 24, 26. DUCANG.

καὶ στρατῷ. Λήγοντος μὲν οὖν ἤδη τοῦ ἦρος ὁ στρατὸς διαπεραιούμενος τὸν πρὸ τοῦ Βυζαντίου πορθμὸν διέβαινεν ἐς Ἀσίαν ἅμα τῷ βασιλεῖ, δισχίλιοι μὲν τοῦ στρατοῦ τὸ ἀπόλεκτον ὄντες· τὸ δὲ πλεῖστον ἀγοραῖοί τινες καὶ βάναυσοι καὶ δῆλοι ὄντες κιβδηλεύσειν τὴν μάχην. Ἐπεφέροντο γὰρ καὶ τὰ τῆς δειλίας τεκμήρια, ἀκάτιά φημι καὶ ἐφόλκια πλεῖστά τε καὶ οἷον εἰπεῖν ἰσάριθμα τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν, ἵνα φυγῆς γενομένης ἑτοίμως ἔχωσι πρὸς αὐτήν. Περὶ γὰρ διώξεως καὶ νίκης οὐδὲν αὐτοῖς οὐδαμῆ μεμελέτηται. Ὁ δὲ τῆς Βιθυνίας ἀρχηγὸς τῶν Τούρκων τοὺς τὰ πολέμια ἐμπειροτέρους ἐκλέξας τὰ στενὰ τῶν ὁδῶν ἐπεπόμφει φυλάττειν. Αὐτὸς δ' ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας λαβὼν ἔξεισι τὸν βασιλέα ἐκδεξόμενος. Ὅθεν βασιλεῖ τριταίῳ μετὰ τὴν ἐς Ἀσίαν διάβασιν περί τι πολίχνιον γενομένῳ παράλιον, Φιλοκρήνην (1) οὑτωσί πως ὠνομασμένον, ἐπεὶ ἐμεμαθήκει τὰς πέριξ δυσχωρίας διειληφότα παρακαθῆσθαι μετὰ τοῦ βαρβαρικοῦ στρατοπέδου [P.267] τὸν Ὀρχάνην (2), ἐνταῦθα καὶ αὐτῷ πήξασθαι τὸ στρατόπεδον καὶ διανυκτερεῦσαι ξυνεβεβήκει.

A Vere igitur jam exeunte, trajecto Byzantio freto exercitus una cum imperatore in Asiam transiit; milites quidem selecti bis mille; reliqua autem ac maxima turba homines circumforanei atque opifices, quos facile cerneres pugnam velut adulteraturos esse. Advehebant enim secum ignaviæ argumenta, lembos et naviculas plurimas et fere tot, quot erant homines, ut ad fugam, si opus foret, parati essent; de persequendo et superando hoste nihil prorsus cogitantes. **434** Bithyniæ vero princeps Turcos rei militaris peritissimos delegerat et ad custodiendas viarum angustias miserat. Ipse autem, octo millibus armatorum acceptis, imperatori occursurus exit. Quicum tertio die, ex quo Asiam ingressus fuerat, ad oppidulum maritimum, B cui Philocrene nomen est, pervenisset, ac didicisset Orchanem, angustiis circumcirca occupatis, cum barbarico exercitu in proximo consedisse, ipse quoque castris ibi positis pernoctavit.

Γ'. Ἐπεὶ δ' ἅμα ἡλίῳ τῶν βαρβάρων ἐνίους ἑώρα τῶν πέριξ ὀρῶν παρακατιόντας, πρῶτα μὲν ψιλούς, ἔπειτα δ' ὁπλίτας (3), καὶ μάλιστα ἄλλους ἱππέας, ὁπλισάμενος καὶ αὐτὸς ἤλαυνεν ἐπ' αὐτούς. Πρῶτα μὲν οὖν ἀκροβολισμοὶ παρὰ τῶν βαρβαρικῶν ἐγίγνοντο τοξοτῶν πόῤῥωθεν ἱσταμένων καὶ οὐ μάλα ἐθελόντων τέως προσιέναι. Ὅπερ οὐ νόμιμον ὁ βασιλεὺς εἶναι λογισάμενος τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ δειλίαν, θάρσος τε ἀνελάμβανε καὶ παρεξιέναι κατ' ὀλίγους καὶ ἐξιππάζεσθαι τὰς τάξεις ἐκέλευεν. Ὅπερ οὐκ εἰς καλὸν ἀποβήσεσθαι πέρας ἔνιοι τῶν περὶ αὐτὸν ἐμπειροτέρων φάσκοντες οὐκ ἠδυνήθησαν ἐπισχεῖν. Ἐπεὶ δ' οὕτω κενεμβατούσης τῆς μάχης παρήει τὸν μεσημβρινὸν ὁ ἥλιος, ὁπότε δὴ μάλιστα κατὰ γῆς αὐτὸς ἀκμαιοτέραν καταπέμπει τὴν φλόγα, θεασάμενος ἄνωθεν ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἀπαγορεύοντας ἤδη Ῥωμαίους ἔκ τε τοῦ καύματος ἔκ τε τῶν συνεχῶν δρόμων καὶ περιδρομῶν, ὁ Ὀρχάνος κάτεισι καὶ αὐτὸς, οὐκ εὐαρίθμητον ἐπαγόμενος στράτευμα. Καὶ περιστάντες σὺν ἀσήμῳ τῇ κραυγῇ οἱ μὲν συχνοῖς τοῖς βέλεσιν ἔβαλλον, οἱ δὲ τοῖς ξίφεσι κατὰ στόμα προσυπαντῶντες ἔπαιον. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν πρώτην ἐκείνων ἔφοδον γενναίως ὑπενεγκόντες εὐρώστως ἠμύνοντο μέχρι πολλοῦ καὶ πλείστους ἐτίτρωσκόν τε καὶ ἔσφαττον. Ἔπειτα τὴν νύκτα βλέποντες οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιοῦσαν καὶ δεινὸν ἡγησάμενοι τὸ ἐν πολεμίᾳ νυκτομαχεῖν, ἐπὶ πόδα ἀνεχώρουν ἐπειγόμενοι παρὰ τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον. Ὅτε καὶ μάλιστα σφοδρότερον ἐπιθέντες οἱ βάρβαροι οὐκ ὀλίγον εἰργάζοντο φόνον τῆς τε ἵππου καὶ αὐτῶν, ἕως ἡ νὺξ ἐπελθοῦσα τὴν μάχην διέλυσε. Τέτρωται δ' ἐν τού-

II. Cum autem Barbaros nonnullos, orto statim sole, e circumjacentibus montibus descendere videret, levis primum, deinde et gravis armaturæ milites, atque in primis equites; ipse etiam arma cepit et ad eos contendit. Ac primum sagittarii Barbarorum eminus tela in nostros conjecerunt, nec propius accedere voluerunt. Id quod imperator Barbaris familiare esse non cogitavit, sed timo- C ris argumentum credidit. Itaque fiducia sumpta paucos subinde equites evagari et excurrere extra ordines jussit. Quod non feliciter casurum esse cum aliqui ex iis quos circa se habebat, iique cæteris peritiores, affirmarent, impetum tamen ejus reprimere non potuerunt. Dum autem hæc tumultuaria pugna ultra meridiem producitur, quo tempore gravissimus solis æstus est; Orchanes e vertice montis Romanos et æstu et continuis cursibus et circumcursationibus jam defatigatos esse conspicatus descendit et ipse cum exercitu non facile numerabili. **435** Qui confuso clamore edito undique irruentes partim sagittis crebris nostros petunt, partim cominus gladiis rem gerunt. Romani vero, primo illorum impetu fortiter excepto, D longo tempore strenue se defenderunt, plurimis hostium et vulneratis et occisis. Deinde cum noctem instare viderent, et hostili in solo per tenebras pugnare periculosum judicarent, pedem in castra sua properantes retulerunt. Quamobrem Turci vehementius instantes multos et equos et homines occiderunt, donec noctis interventu prælium est diremptum. Inter cæteros autem ips

Variorum notæ.

(1) Meminit istius loci etiam Cantacuzen. l. cap. 8. DUCANG.

(2) Chalcocondyles habet Ὀρχάνην, prima declinatione. WOLFIUS.

(3) Wolfius ita construebat, ὁπλισάμενος, πρῶτα μὲν ψιλούς, ἔπειτα δ' ὁπλίτας, vertebatque, *et ipse primum nudos, deinde armatos. . . in armis esse jussit*. Construendum, ἐπεὶ δ' ἑώρα πολεμίων ἐνίους, πρῶτα μὲν ψιλούς, ἔπ. δ' ὁπλ. vertendumque ita ut edidimus. BOIVIN.

etiam imperator levi quodam et minime lethali sagittæ ictu alterum pedem vulneratus est.

III. Ea nocte spectaculum miserabile et evidens iræ divinæ signum exstitit. Nam Barbarus, qui Romanorum armaturam et virilem in pugnando constantiam viderat et admiratus fuerat, eos non quieturos, sed postridie longius progressuros ratus, trecentis equitibus speculandi gratia ibi relictis, ipse cum omni exercitu perrexit ulterius ad opportunas vias occupandas. Atque ita quidem ille discessit. Imperator vero oppidulum Philocrenen ingressus est curandi vulneris gratia. Quod Romani milites cum animadvertissent, nec causam satis certo scirent, eum præ metu fugere putarunt. Noctu enim Orchanem cum magno exercitu affore, neque quemquam Romanorum salvum evasurum 436 ac solem postridie intuiturum. Itaque qui naviculas secum attulerant, nudi in ipsis fugiebant. Alii festinantes ante portas oppiduli sese mutuo plerique conculcabant et suffocabant. Alii catenæ instar ex se invicem nexi ac suspensi partim in propugnacula evadebant, partim a sequentibus detracti et eversi casu moriebantur. Erant etiam qui solo timore exanimati stantes exspirarent. Mane vero statim sole orto trecenti illi Barbari incredibilem eam Romanorum cladem conspicati progrediuntur, et cum in castris equos, arma, vacua hominibus tentoria, imperatorios item equos cum rubris sellis et imperatorium tabernaculum viderent, ducenti ex iis his omnibus abreptis abeunt. Reliqui centum propius accessere, et eos qui neque in naviculas neque in oppidulum confugerant frequentibus telis confixerunt.

A τοις καὶ ὁ βασιλεὺς ἅτερον τοῖν ποδοῖν ἐλαφρῷ τινι βέλει καὶ οὐ μάλα καιρίῳ.

Γ'. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νυκτὶ γίνεταί τι θέαμα ἐλεεινὸν καὶ προφανής τις θεομηνία. Ἐπεὶ γὰρ ὁ βάρβαρος ἐτεθαυμάκει θεασάμενος τῶν Ῥωμαίων τήν τε ὅπλισιν καὶ τὴν ἀνδρικὴν ἔνστασιν, ἐνόμισεν οὐ μέχρι τούτου στῆναι θελήσειν αὐτούς, ἀλλὰ καὶ ἐς τὰ πρόσω χωρεῖν ἐς τὴν ὑστεραίαν. Ὅθεν τριακοσίους ἐκεῖ καταλελοιπὼς ἱππέας θεωρίας εἵνεκα, αὐτὸς τὴν ὅλην ἀναλαβὼν στρατιὰν ἤλαυνεν ἐς τὰ πρόσω, σπεύδων προκαταλαβεῖν τὰ τῶν ὁδῶν καιριώτερα. Ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτως ᾤχετο ἀπιών· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐς τὸ τῆς Φιλοκρήνης εἰσῄει πολίχνιον θεραπείας εἵνεκα τοῦ ποδός. Ὅπερ ὁ στρατὸς θεασάμενοι τῶν Ῥωμαίων καὶ ἥκιστα καθαρῶς τὴν B αἰτίαν μεμαθηκότες φεύγειν ἐνόμισαν ὑπὸ δειλίας αὐτόν. Μέλλειν γὰρ ἐπικείσεσθαι τούτοις νυκτὸς τὸν Ὀρχάνον μετὰ μάλα πολλοῦ τοῦ στρατοῦ καὶ μηδένα ζῶντα Ῥωμαίων [P. 268] καταλιπεῖν, τὸν ἐς τὴν ὑστεραίαν θεάσασθαι ἥλιον. Ὅθεν ὅσοι μὲν ἀκάτια ἐπεφέροντο, ᾤχοντο φεύγοντες γυμνοὶ δι' αὐτῶν. Οἱ δὲ σπεύδοντες πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ πολιχνίου κατεπατήθησαν ὑπ' ἀλλήλων οἱ πλείους καὶ ἀπεπνίγησαν· ἄλλοι δ' ἀλλήλων ἐξαρτώμενοι δίκην σειρᾶς, οἱ μὲν διὰ τῶν ἐπάλξεων εἰσεπήδων, οἱ δὲ ἀποσπώμενοι πρὸς τῶν ὄπισθεν ἐφελκομένων ἀνετρέποντό τε καὶ ἔθνησκον πίπτοντες. Ἦσαν δ' οἳ καὶ ὑπὸ μόνης δειλίας ἀπέψυξαν ἱστάμενοι. Ἄρτι δὲ καὶ ὁ ἥλιος ὑπερβὰς τὸν ὁρίζοντα ἡρμήνευσε τοῖς τριακοσίοις ἐκείνοις βαρβάροις τὴν ἄπιστον ἐκείνην συμ- C φορὰν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ· καὶ προσελάσαντες καὶ θεασάμενοι προκείμενα παρὰ τὸ στρατόπεδον ἵππους καὶ ὅπλα καὶ σκηνὰς ἀνδρῶν κενάς, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς βασιλικοὺς ἵππους μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐφεστρίδων καὶ τὴν βασιλικὴν σκηνήν, ἅπαντα λαβόντες οἱ διακόσιοι ἀπῄεσαν. Οἱ δ' ἑκατὸν ἐγγὺς γενόμενοι πολλοῖς κατέπειρον βέλεσιν, ὅσοι μὴ ἔφθησαν μήτ' ἐς ἀκάτια, μήτ' ἐς τὸ πολίχνιον ἑαυτοὺς ἐμβαλόντες.

IV. Imperator vero his visis cum nihil agere posset nec ullam tempus opportunitatem præberet, conscensa et ipse navi Byzantium rediit. Cæterum ille anceps hæsitabat et secum tacite ambigebat, quam ob causam Deo irato Romanus exercitus, cum nemo ex hostibus persequeretur, temporis momento ita esset profligatus. Tandem post multas dubitationes cum alia plurima, tum id quod gravissimum erat animadvertit, publicæ disciplinæ perturbationem dico et perversum morem judiciorum : qui quidem morbus late diffusus et ipso temporis lapsu inveteratus magnam confusionem ac 437 multum detrimenti reipublicæ afferebat. Etenim morbi, qui ex malo aliquo corporis habitu oriuntur, paucos invadunt, nec publice vagantur. Aere autem infecto omnes, qui eumdem et communem aerem participant, ipsius etiam morbi participes fieri necesse est. Eamdem autem ille rationem esse aiebat privatorum omnium delictorum, si cum iniquis judiciis conferrentur.

Δ'. Ταῦτα θεασάμενος καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, τῆς περιστάσεως οὐδὲν οὐδαμῆ χορηγούσης εὐμήχανον, ἐς πλοῖον ἐμβὰς καὶ αὐτὸς ἐπανῄει πρὸς τὸ Βυζάντιον. Διηπόρει δ' οὖν ὅμως καθ' ἑαυτὸν γνωσιμαχῶν καὶ ζητῶν τὴν τῆς θεομηνίας αἰτίαν, δι' ἣν τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον οὕτως ἐν ἀκαρεῖ διέφθαρται, μηδενὸς τῶν πολεμίων διώκοντος. Συνῆκε δ' ὀψὲ καὶ πλεῖστα μὲν ἕτερα, καιριώτερον δ' εἶναι τὸ τῶν πολιτικῶν πραγ- D μάτων ἀστάθμητον καὶ τὸ περὶ τὰς δίκας νόσημα πολύχουν ὂν καὶ δυσίατον διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου προσγενομένην ἕξιν αὐτῷ καὶ πολλὴν ἐπάγον τῷ κοινῷ τῶν πραγμάτων τὴν σύγχυσιν καὶ ζημίαν. Ὥσπερ γὰρ τὰ ἔκ τινος καχεξίας σωματικῆς ἐπισυμβαίνοντα νοσήματα τοῖς ἀνθρώποις σπανίοις ἐπισυμβαίνει καὶ οὐκ ἐς τὸ κοινὸν τὴν διάβασιν ἴσχει, τοῦ δ' ἀέρος νοσήσαντος ἀνάγκη κοινωνεῖν τοῦ νοσήματος ἅπαντας, ὅσοι τοῦ αὐτοῦ κοινῇ μετειλήφασιν ἀέρος, οὕτως ἔχειν ἔφασκε τὰ μερικὰ πάντ' ἀδικήματα πρὸς τὸ περὶ τὰς κρίσεις γινόμενον.

V. Proinde non multis post diebus Isaiam patriarcham convenit : ac primum ei conatur persuadere, ut iram adversus episcopos deponat et

Ε'. Ὅθεν μετ' οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας ἄπεισιν ἐς τὸν πατριάρχην Ἡσαΐαν· καὶ πρῶτα μὲν πείθειν τοῦτον ἀποθέσθαι ἐπιχειρεῖ τὴν πρὸς τοὺς ἐπισκό-

π..ως κότον καὶ λῦσαι τὸν ἀφορισμὸν τῷ λαῷ. Μηδὲ γὰρ εἶναί φησι τῶν εἰκότων, αὐτοῦ συγχωροῦντος ἅπασιν ἅπαντα, πρὸς ὃν καὶ τὰ κοινὰ φανερῶς ἀφεώρων πταίσματα, ἐκεῖνον πατριάρχην ὄντα καὶ τῆς εἰρήνης ἅμα διδάσκαλον εἶναι ὀφείλοντα, ἔπειτα ὑποκαθημένην τρέφειν ὀργὴν κατ' ἀνθρώπων ἐν πολλοῖς δυομένοις ἡλίοις, μηδ' ἐφ' ἑνὸς συγχωρούμενον. [P. 269] Τῷ μὲν οὖν λαῷ τῷ τε ζῶντι καὶ τῷ τεθνεῶτι συγχώρησιν ἔγγραφον (4) ἐπ' ἄμβωνος ἀνεγνώκει, τὴν ἱερατικὴν περιβαλόμενος στολὴν, ἐν ὥρᾳ τῆς θείας μυσταγωγίας ὁ πατριάρχης τῷ βασιλεῖ πειθόμενος. Τοῖς δ' ἐπισκόποις καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοῖς πλείοσιν ἥκιστα συγκεχώρηκεν. Ἔπειτα τὴν θείαν ἐπιτελοῦντος μυσταγωγίαν σὺν πολλοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις τοῦ πατριάρχου, τέτταρας ἐκλεξάμενος ἄνδρας (5), οὓς αὐτὸς ἀξίως ὑπηρετήσειν ἔκρινε ταῖς πολιτικαῖς δίκαις, ὧν εἷς ἐκ τῶν ἐπισκόπων ἦν (6), τούτοις ἐν μέσῳ τῷ θείῳ νεῷ τὴν τοῦ δικάζειν ἐνεχείρισεν ἐξουσίαν ὁ βασιλεὺς, παραδοὺς αὐτοῖς καὶ τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον καὶ πρός γε τὴν βασιλικὴν σπάθην, καὶ ἅμα ἀπαιτήσας καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν ὅρκους φρικωδεστάτους, ἀπροσωπολήπτως τε καὶ ἀδωροδοκήτως ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις. Πεποίηκε γὰρ αὐτοὺς καὶ ἀναμφίλεκτον ἔχειν τὴν καταδίκην, εἰ τούτοις ἁλίσκοιντο, χωρίαδοὺς ἀποχρῶντα καλῶς πρὸς ἐπέτειον πρόσοδον. Καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη ἔσχε.

ϛʹ. Φθινοπώρου δ' ἱσταμένου συλλεξάμενος ὅσαι τριήρεις ἦσαν Ῥωμαίοις ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ Λέσβῳ καὶ ἄλλαις νήσοις καὶ παραλίοις πόλεσι καὶ πρός γε ἔτι ὅσαι μονήρεις, καὶ ἐπὶ ταύταις τέτταρας ἄλλας συμμαχίδας τριήρεις ἐκ τοῦ τῶν Κυκλάδων ἡγεμονεύοντος νήσων προσκαλεσάμενος ἀπέπλευσε, τῇ μὲν φήμῃ κατὰ τῶν βαρβαρικῶν νεῶν, τῇ δ' ἀληθείᾳ κατὰ Μαρτίνου (7) τοῦ τὴν Χίον ἐπιτροπεύοντος· ὃς δὴ Λατῖνος ὢν τῶν πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφερόντων κλῆρον εἰλήφει παρὰ πατρὸς, ἐπιτροπεύειν μὲν τὴν νῆσον καὶ τὴν ταύτης πορίζεσθαι πρόσοδον· ὑπείκειν δὲ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων ὅσα καὶ δοῦλος (8) καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενόν σφισιν ὅλῃ ποιεῖν προθυμίᾳ. Ῥωμαίων γὰρ εἶναι τὴν νῆσον· δοθῆναι δ' αὐτῷ πρὸς τοῦ βασιλέως καὶ πάππου τοῦ βασιλέως, ἐπιτροπῆς τε εἵνεκα καὶ πορισμοῦ χρημάτων, παλαιάν τινι χάριν ὀφείλοντος αὐτῷ. Ὃς δὴ οὕτω πρὸς τοῦ πατρὸς

populum interdicto solvat. Neque enim par esse, cum ipse omnibus omnia condonaret, ad quem publica delicta aperte spectarent: illum qui et patriarcha foret et pacis auctor ac magister esse deberet, iram adversus quosdam latentem et residuam alere, tot solibus interea occidentibus, cum ne unus quidem durante illius ira occidere deberet. Patriarcha igitur imperatori obsecutus, sacerdotali stola induta, divinæ mystagogiæ hora populo et viventi et mortuo scriptam absolutionem in ambone recitat. Episcopis autem et presbyteris plerisque minime ignovit. Deinde eodem patriarcha cum multis episcopis et presbyteris mystagogiam celebrante, quatuor viros delegit imperator sibi ad civilia judicia exercenda probatos, quorum unus ex episcopis erat. Ilis medio in templo juris dicundi potestatem dedit, tradito **438** etiam sacrosancto Evangelio; item imperatorio gladio, sanctissimumque jusjurandam ab eis exegit, quo se sine respectu personarum et largitionum pronuntiaturos affirmarent. Quippe si in ejusmodi delictis deprehensi essent, nullam eis excusationem reliquit, quominus condemnarentur. Nam prædia ipsis assignavit, ex quorum annuis reditibus splendide possent vivere. Atque hæc ita ferme se habuerunt.

VI. Autumno ineunte, omnibus triremibus Romanorum, quæ Byzantii, Lesbi atque in cæteris insulis et maritimis urbibus erant, nec non uniremibus coactis, item quatuor auxiliaribus triremibus ab insularum Cycladum ectore arcessitis, e portu solvit contra barbaricas naves, ut fama ferebatur; re ipsa vero contra Martinum, Chii præfectum. Qui cum Latinus foret, ex eorum videlicet numero, qui divitiis et dignitate eminebant, hæreditariam acceperat a patre procurationem ejus insulæ: item jus percipiendi ex ea annuos reditus, ea lege, ut Romanorum imperatoribus pro servo pareret, et quidquid jussissent summo studio exsequeretur. Romanorum enim esse insulam, quam imperator idemque imperatoris avus regendam illi dedisset, pecuniario etiam reditu ob vetus quoddam beneficium concesso. Quæ Martino et ejus fratri cum a patre relicta

Variorum notæ.

(4) Interpres, *scriptam condonationem pro suggestu recitat*: emendavimus, *scriptam absolutionem in ambone recitat*, quam συγχωροχάρτιον Græcos vocare, supra observatum. DUCANG.

(5) Qui dicti sunt καθολικοὶ κριταί. Exstat in cod. reg. 2525³. fol. 273. v. Ὁρκωμοτικὸν τῶν καθολικῶν κριτῶν, τῶν γενομένων παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, γεγονὸς καθ' ὃν καιρὸν ἐσφραγίσθησαν. Exstat ibidem, fol. 274: Ὁρκωμοτικὸν τοῦ δικαιοφύλακος καὶ ἀρχιδιακόνου τοῦ Κλειδᾶ, qui erat unus e catholicis illis judicibus. Ibidem denique, fol. 275: Πρόσταγμα ὁρκωμοτικὸν, sive *ipsius imperatoris constitutio de eadem re*. Quæ omnia pertinere existimo ad illos judices, ab Andronico juniore delectos. Vide et infra lib. XI, cap. 3, sect. 4. BOIVIN.

(6) *Apri* scilicet *metropolita*, de quo Cleidas Dicæophylax et archidiaconus in suo Ὁρκωμοτικῷ, cod. Reg. 2525³, fol. 274. BOIVIN.

(7) Vide Cantacuzen. lib. II, cap. 10, 11, 12, 13 *Hist. Franco-Byzant.* lib. VI, n. 25, ubi ut Chios insula in Benedicti Zachariæ Genuensis potestatem venerit, et ut ab Andronico recepta fuerit Martino illius domino captivo facto, atque ut a Genuensibus Joanne imperante rursum capta fuerit, pluribus narramus. DUCANG.

(8) Sic Græci quem *Vassallum* Latini vocant efferre solent. Vide notas ad Alexiadem, pag. 398, DUCANG.

fuissent, fratrem quidem Martinus dolis quibusdam eluserat : ipse autem, vir strenuus et altissima prudentia instructus, triremes **439** ædificaverat, atque ex barbaris oram Asiæ maritimam accolentibus prædas agebat; item ex iis, qui navibus piraticis vecti circum insulas vagabantur. Quos brevi tempore adeo perterrefecit, ut ne eos bello male multaret annua illi tributa penderent. Ad magnas igitur opes et ad summum splendorem brevi evectus Romanis suspectus fuit, ne paulo post jugum imperatoris excuteret. Eaque de causa non palam cum imperator classe aggressus nullo negotio insulam cepit et vinctum illum Byzantium misit.

A διαδεξάμενος ταυτην ἅμα τῷ ἀδελφῷ (9) τὸν μὲν ἀδελφὸν δόλοις τισὶ παρεκρούσατο· αὐτὸς δὲ δραστήριος ὢν ἀνὴρ καὶ συνέσει βαθείᾳ κοσμούμενος, τριήρεις τε ἐναυπηγήσατο καὶ ἐλῄζετο τοὺς βαρβάρους, ὅσοι τε τὰ ἐκεῖ τῆς Ἀσίας ᾤκουν παράλια καὶ ὅσοι λῃστρικῶς ἐς τὰς ναῦς ἐμβιβάζοντες ἑαυτοὺς τὰς νήσους παρέπλεον. Καὶ οὕτω τούτους ἐφόβησεν ἐν βραχεῖ, ὡς καὶ φόρους ἐτησίους λαμβάνειν ἐκ τούτων, ὡς μὴ τὰ μέγιστα βλάπτῃ μαχόμενος. Ὅθεν ἐπὶ μέγα πλούτου καὶ δόξης τὴν ταχίστην προβαίνων ὑποπτεύειν ἐδίδου Ῥωμαίοις, οὐκ εἰς μακρὰν οὐδ' ἐπὶ πολὺ διατηρήσοντα τοῦτον τὴν ἐς βασιλέας ὑποταγήν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀπαρακαλύπτως τὸν ἔκπλουν ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτοῦ νῦν ποιησάμενος τήν τε νῆσον κατέσχε ξὺν οὐδενὶ πόνῳ· καὶ αὐτὸν χειρωσάμενος δεσμώτην τοῖς Βυζαντίοις παρέπεμψεν.

CAPUT X.

Junior ægrotat. Morti proximus cucullum petit. Reos carcere educi jubet. Ultimam voluntatem dictat. Uxori et postumo imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit. Mater præteritam se dolet. Syrgiannem adoptat. Thessalonicenses sacramento sibi obligat. Constantino despotæ libertas datur et adimitur. Prima nominis littera imperium ei portendere credita. Senior Synadeno instante habitum et nomen invitus mutat. Junior aquam poscit ex sacro Deiparæ fonte : qua capiti inspersa convalescit. Patriarcha senioris calamitate lætus. Ex ipso quærit, qualem sui mentionem in Ecclesia fieri velit. Senior suam sortem deflet. In patriarcham invehitur. Ad interrogata nihil respondet. Ex magno dolore stupor et silentium. Vetus apophthegma regis Ægyptii. De senioris nomine in Ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit. Populi murmur et indignatio. Senior Synadeni minis territus imperium ejurat. Scriptam formulam ut consignaverit. Auri nummi antiqui in finibus Persarum inventi. Multi a Latinis mercatoribus in varias oras transmissi. Quanti apud Byzantios æstimati sint.

10. Paucis diebus ex eo elapsis imperator Didymotichi agens in morbum gravissimum incidit. Nam cum lavisset et in summo rigore hiemis convenientem sui curam balneo egressus non habuisset; tum illi reliquum corpus obriguit, tum vero caput ita afflictum, maxima parte mali eo inclinante, ut non modo gravissimis doloribus cruciaretur, sed et mente statim alienaretur. Cum autem id malum omnem medicorum artem superaret, et de vita illius postridie actum fore videretur, jurejurando astantes adegit, primum ut sibi monasticum cucullum inducerent, priusquam vita excessisset : deinde, ut eos qui in vinculis erant liberos dimitterent, Constantinum despotam, magnum logothetam Metochiten, omnes denique eodem crimine damnatos. Ore **440** porro mandavit, ut omnes Romani jurarent, se ipsius conjugem imperatricem (ipsa enim aderat gravida, eaque verba audiebat) et posthumum, si filius nasceretur, ut imperatorem veneraturos ; cujus tutor esset Cantacuzenus magnus domesticus. Quæ sola in litteras relata vim testamenti habuerunt.

B [P. 270] Α' Ὀλίγων μέντοι (10) διελθουσῶν ἡμερῶν νόσον ἐνσκῆψαι συνέβη τῷ βασιλεῖ μάλα βαρεῖαν, ἐν Διδυμοτείχῳ διάγοντι. Λουτρῷ γὰρ χρησάμενον, ἔπειτα τὴν δέουσαν μετὰ τὸ λουτρὸν ἑαυτῷ ἐπιμέλειαν ἥκιστα παρασχόντα, καὶ ταῦτ' ἐν ἀκμῇ τοῦ χειμῶνος ὄντος τοῦ χρόνου, πύκνωσίν τε ὁλοσώματον σχεῖν· καὶ μάλιστα ἐς τὴν κεφαλὴν ἀθροισθέντος τοῦ πλείονος πάθους, οὐ μόνον σφοδροτέρας ὑπομένειν ἐντεῦθεν τὰς ἀλγηδόνας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔκστασιν ἀπενεχθῆναι τάχιστα τῶν φρενῶν. Ἐπεὶ οὖν πάσης ἰατρικῆς ἐμπειρίας ἰσχυρότερον ἐγεγόνει τὸ πάθος καὶ ἀπηγόρευτο τῷ βασιλεῖ ὁ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἥλιος, ἐξώρκισε μὲν τοὺς περὶ αὐτὸν, μοναχικὸν αὐτὸν ἐνδῦσαι τριβώνιον, πρὶν ἀποθεῖναι τὸ ζῆν· ἐξώρκισε δ' αὖθις αὐτοὺς, ἀπολῦσαι πάντας C δεσμώτας, Κωνσταντῖνόν τε τὸν δεσπότην καὶ τὸν μέγαν λογοθέτην τὸν Μετοχίτην, καὶ ὅσοι ἑξῆς τῆς ὁμοίας ἔτυχον καταδίκης. Διέθετο δ' ἀπὸ στόματος ὀμόσαι πάντας Ῥωμαίους, σέβας ἀποδιδόναι τῇ τε συζύγῳ δεσποίνῃ (παρῆν γὰρ καὶ αὕτη ἔγκυος οὖσα καὶ ἤκουε τῶν λεγομένων) καὶ ἅμα τῷ τεχθησομένῳ παιδίῳ, ὅσα καὶ βασιλεῖ, εἰ ἄῤῥεν ἔσται· ἐπίτροπον δ' εἶναι τὸν Καντακουζηνὸν τὸν μέγαν δομέστικον. Ἃ δὴ μόνα γραφῇ παραδοθέντα ὡς διαθήκη νενόμισται.

11. Nulla vero tum facta est mentio nec avi imperatoris, nec dominæ matris, quæ Thessalonicæ tum temporis agebat. Id quod huic magnam tristitiam attulit, et curas injecit suspicionum plenas. Jam enim de salute sua desperabat, si defuncto filio alii ad imperii curam suscipiendam vocaren-

B. Μνεία δ' οὐδεμία τούτῳ γεγένηται τέως οὔτε μὴν τοῦ βασιλέως καὶ πάππου, οὔτε τῆς μητρὸς καὶ δεσποίνης ἐν Θεσσαλονίκῃ τῷ τηνικαῦτα τὴν δίαιταν ποιουμένης. Ἣ δὴ καὶ μακρὰν ἔσχεν ἐκεῖθεν τὴν λύπην καὶ λογισμοὺς ἔθρεψεν ὑποψίας μεστούς. Ἀπηγόρευσε γὰρ ἤδη τὴν ἑαυτῆς ζωὴν, εἰ τε-

Variorum notæ.

(9) Benedicto Zachariæ. DUCANG.

(10) Cantacuzen lib. II, cap. 14. DUCANG.

ναίη ὁ παῖς καὶ βασιλεύς, ἄλλων μὲν ἐς τὴν ἐπιτρο- A πὴν τῆς βασιλείας εἰσαγομένων, αὐτῆς δ' ἥκιστα. [P. 271] Μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν δυνατῶν ἔφασκε, δέσποιναν οὖσαν αὐτὴν, συγκεχωρῆσθαι ζῆν παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου τοῦ Καντακουζηνοῦ καὶ τῆς τούτου μητρὸς, οὕτως εἰς τὴν ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἀπροσδοκήτως εἰσαγομένων καὶ ταύτῃ δι' ἔχθρας ὄντων πολὺν ἤδη τὸν χρόνον. Ταῦτ' ἄρα καὶ ἐν στενῷ καταστᾶσα τῆς ὥρας καὶ οὐκ ἔχουσα χρόνον ἄλλως σχεδιάζειν τὰ κατ' αὐτὴν προσκαλεῖται καὶ εἰσποιεῖται τὸν Συργιάννην (11) εὐθὺς, τὴν ἐπιτροπὴν τῆς Θεσσαλονίκης τηνικαῦτα διεζωσμένον κἀκεῖ διατρίβοντα καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀνατίθησι τούτῳ ζωὴν καὶ ψυχήν. Καὶ ἅμα ὀμνύειν κελεύει τοὺς Θεσσαλονικέας ὑπὸ τούτῳ B διοικητῇ καὶ ὑπισχνεῖσθαι κυρίαν τε ἔχειν αὐτὴν καὶ δέσποιναν ὁμοίως ἀεὶ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἀνθίστασθαι μέχρι θανάτου· εἰ δὲ καὶ τὸν υἱὸν καὶ βασιλέα τεθνάναι συμβαίη, περιποιεῖσθαι καὶ φυλάττειν τῷ τεχθησομένῳ παιδὶ τὴν τῆς βασιλείας διαδοχὴν ἀστασίαστόν τε καὶ ἀκήρατον. Ταῦθ' οὕτω περανθέντα πολὺν ἀνῆψε σκανδάλων πυρσὸν ἐν τῷ ἔπειτα, ὡς εἰρήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν. Νῦν δ' ἡμῖν ἐπανιτέον ἐστὶν αὖθις ἐκεῖσε.

A tur, ipsa vero minime. Negabat quippe posse fieri, ut sibi, quæ imperatrix esset, vita concederetur a magno domestico Cantacuzeno et matre illius, præter omnem exspectationem imperii administrationi ac summæ rerum præfectis, et longo jam tempore sibi inimicis. Redacta igitur in angustias, ademptoque rebus suis aliter consulendi spatio, statim arcessit et adoptat Syrgiannem, qui tum Thessalonicæ præerat atque ibi commorabatur, eique vitam et animam suam committit: simulque Thessalonicenses, eo res administrante, jurare jubet ac polliceri, se heram ipsam et dominam eo modo semper agnituros, et ad extremum spiritum pro ea dimicaturos. Quod **441** si filius B suus imperator moreretur, filio ipsius nondum nato imperii successionem citra seditiones incolumem conservaturos. Hæc ita tunc acta magnum invidiæ incendium et graves offensiones in posterum excitarunt, ut deinceps dicturi sumus. Nunc illuc nobis redeundum est.

Γ. Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ δεσπότης ξὺν γε τοῖς ἄλλοις δεσμώταις ἀπολυθεὶς καὶ αὐτὸς, ὡς εἰρήκειμεν, βραχὺ φανεὶς, ὡς εἰπεῖν, ἀπεκρύψατο. Τῆς γὰρ νυκτὸς ἐπιούσης ἐς ἀδήλους μυχοὺς οἱ περὶ τὸν βασιλέα κατήνεγκαν. Δείσαντες γὰρ, μὴ τοῦ βασιλέως ἐκπνεύσαντος θόρυβος κατασταίη τῷ δήμῳ τά τε ἄλλα καὶ διὰ τὸ Κ στοιχεῖον καὶ τὰ μάτην πάλαι θρυλλούμενα δι' αὐτὸ, τούτῳ μὲν οὕτως C ἐχρήσαντο. Ἐθρυλλεῖτο γὰρ ὡς ὁ τὴν βασιλείαν διαδεξόμενος τοῦ γηραιοῦ βασιλέως τὸ Κ στοιχεῖον ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ὀνόματος ἔχει κεκληρωμένον. Κωνσταντῖνος οὖν καὶ οὗτος καλούμενος ὑπωπτεύετο.

III. Constantinus despota una cum cæteris, ut diximus, solutus vinculis, cum paulum se ostendisset, ex oculis quasi evanuit. Siquidem nocte insecuta in obscuras latebras a proceribus aulicis est abditus. Veriti enim, ne imperatore defuncto turba in populo oriretur, cum ob alia, tum propter C litteram, et olim temere de illa jactatum rumorem, sic eum tractarunt. Vulgaris enim fama C erat, imperii successionem, seniore imperatore defuncto, ei esse destinatam, cujus nomen a C littera inciperet. Unde cum et iste Constantinus diceretur, suspectus erat.

Δ'. Κατὰ δὲ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως πλείους μὲν τὰς ὁδοὺς ἐμελέτησαν τῶν δεινῶν, εἰς ταυτὸ δὲ καὶ ταύτας ἁπάσας φερούσας. Αἵρεσιν γὰρ ἔδοσαν τούτῳ ἑλέσθαι ὁπότερον βούλοιτο, ἢ τὸ μοναχικὸν ἐνδύσασθαι σχῆμα, ἢ τῶν ἄλλων δεινῶν ὁποῖον ἐθέλοι· ταῦτα δ' εἶναι ἢ σφαγὴν, ἢ τινα ἐξορίαν ἀπαραμύθητον, ἢ βιαίαν ἀπαγωγὴν ἐς τὸ τῆς λήθης φρούριον (12)· τούτων δ' εἶναι διάπυρον ὑπηρέτην τὸν πρωτοστράτορα Θεόδωρον τὸν Συναδηνόν. Ὁ μέντοι βασιλεὺς τοσούτου χειμῶνος δεινῶν περιστάντος ἐξαίφνης αὐτῷ ἄφωνος ἐπὶ πολὺ τῆς ὥρας ἔκειτο D ἐπὶ κλίνης. Καὶ τί γὰρ ἄλλο εἰκὸς, εἰ μὴ σίδηρος ἦν, εἰ μὴ ἐξ ἀδάμαντος ἔλαχε τὴν καρδίαν ἐσκευασμένος, πολλῶν μὲν ὁπλιτῶν ἀλλογλώσσων τε καὶ ἀγρίων περιχυθέντων αὐτῷ, τῶν δ' οἰκειακῶν ἐξωσθέντων ἁπάντων καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ ὁδηγή-

IV. In seniorem vero imperatorem plures malorum vias excogitarunt, quæ omnes eodem ducerent. Optionem enim ei dederunt, malletne monasticum habitum induere, an aliud quodlibet malum subire: id vero esse aut cædem, aut acerbissimum exsilium, aut violentam in oblivionis castellum abductionem: quorum omnium vehementissimus minister esset Theodorus Synadenus. Imperator vero tanta periculorum tempestate subito oppressus diu sine voce in lecto jacuit. Quid enim faceret aliud, D nisi ferreus esset, aut cor adamantinum sortitus foret, multis Barbaris **442** et efferatis militibus circumfusis, domesticis vero omnibus extrusis, ac nemine præsente, qui hominem duceret, non videntem, nec ubi staret, nec quo transiret? Sed ne longum faciamus, volentem nolentem tondent, et

Variorum notæ.

(11) Istius adoptionis Syrgiannis non meminit Cantacuzenus, quam rursum attigit Gregoras lib. x, cap. 6. Ita Maria Palæologina Bulgariæ regina Swetislaum, qui Smilitzæ in hoc regno successit, adoptasse legitur apud Orbinum in *Hist. Slavorum*. Vide Dissertat. XXII, ad Joinvillam pag. 270. DUCANG.

(12) Id est in perpetuum carcerem, tametsi scribat Leunclavius in priore *Onomastico Turcico* ita appellatum castrum, quod eo conclusi tanquam perpetuis in carceribus oblivioni traderentur, idemque esse quod Græci Νεόκαστρον, et Λαιμόκαστρον vocant ad quintum ab Urbe lapidem, ad Bosporum in Europæo situm littore. Quod si ita est id porro nominis a Græcis eidem castro inditum fuerit, quomodo Persæ simili de causa Λήθης φρούριον in Persis appellarunt, de quo Agathias lib. IV, pag. 138. Procopius lib. I, *Persic.*, etc. DUCANG.

cucullo induunt, et mutato nomine Antonium vocant. Et hæc quidem ita se habuerunt.

A σοντος ἄνθρωπον, ἐστερημένον τοῦ βλέπειν πῆ μὲν στήσεται (13), πῆ δὲ διαβήσεται; Ἀλλ' ἵνα μὴ διατρίβωμεν, ἄκοντος ἑκόντος, εἰπεῖν, τήν τε κόμην κείρουσι τούτου καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα περιτιθέασι καὶ ἐς Ἀντώνιον τοὔνομα μεταφέρουσι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν.

V. Imperator autem Didymotichi, nullo alio vitæ signo apparente præter exiguam et tenuissimam respirationem, vitalibus instrumentis immotis et extremitatibus corporis emortuis, plane mortuus totum biduum jacebat. Tertio vero die, velut e profundo somno nonnihil experrectus, divinum laticem castissimæ Dei genitricis, quæ a Fonte dicitur, postulavit. Quo statim allato et capiti affuso recreatus est, et cibum cepit, et intra paucos dies confirmatis viribus pristinam valetudinem recuperavit.

[P. 272] Ε'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν Διδυμοτείχῳ οὐδὲν πλέον ἔχων ἤδη σημεῖον τοῦ ζῆν, πλὴν βραχείας καὶ λεπτοτάτης ἀναπνοῆς, τῶν ζωτικῶν ὀργάνων ἀκινήτων μεινάντων καὶ τῶν τοῦ σώματος νεκρωθέντων ἀκρωτηρίων, ἔκειτο νεκρὸς ἄντικρυς ἐπὶ δυσὶν ὅλαις ἡμέραις. Τῇ δὲ τρίτῃ καθάπερ ἀπὸ βαθέος ὕπνου μικρὸν ἀνενεγκὼν θεῖον ἐζητήκει νᾶμα τῆς ὑπεράγνου Θεομήτορος τῆς Πηγῆς (14). Οὗ κομισθέντος εὐθὺς καὶ ἐπιχυθέντος τῇ κεφαλῇ ἐρρᾴισέ τε καὶ τροφὴν εἵλετο καὶ μετὰ βραχείας ἡμέρας B ἀνεῤῥώσθη τε καὶ ἐς τὴν προτέραν ἀποκατέστη ὑγίειαν.

VI. Cæterum Isaiæ patriarchæ id quod seniori imperatori acciderat jucundissimum fuit, propterea quod nec illi ulla imperii spes, nec sibi metus ullus relinqueretur. Deliberandum tamen esse visum, quo pacto ejus in Ecclesia mentio facienda esset, si qua tamen (aiebat ille) facienda. Missis igitur duobus ad eum episcopis, per derisum opinor, tristitiam et ignorationem rei gestæ simulans ejus non alterius de ea re sententiam ac judicium exquirit. Ille vero gravissimis animi doloribus oppressus profundum et ardens **443** ex imo corde suspirium traxit, et ad illos conversus in hæc verba os aperuit:

Ϛ'. Τῷ γε μὴν πατριάρχῃ Ἡσαΐᾳ μεγίστην προὐξένησεν ἡδονὴν τὸ περὶ τὸν γηραιὸν βασιλέα συμβάν. Μηδὲ γὰρ ἔτι λείπεσθαι μήτ' ἐκείνῳ βασιλείας ἐλπίδα, μήτε τούτῳ φόβου λείψανον οὐδέν. Σκέψιν μέντοι ποιήσασθαι ἔδοξεν, ὅπως χρὴ τὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἔχειν μνήμην, εἰ ἄρα (φησὶ) καὶ χρή. Πέμψας οὖν δύο τῶν ἐπισκόπων, οἶμαι εἰρωνευόμενος, καὶ πλαττόμενος λύπην καὶ ἄγνοιαν τῶν ἐπ' αὐτῷ πεπραγμένων, ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἐζήτει τὴν τῆς σκέψεως ψῆφον καὶ ἐπίκρισιν. Ὁ δὲ βαρείαις ταῖς ἀλγηδόσι κάτοχος ὢν τὴν ψυχὴν βύθιόν τινα καὶ πολλοῦ τοῦ τῆς καρδίας πυρὸς γέμοντα στεναγμὸν ἀνέπεμψε· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα ταῦτα διέξεισι πρὸς αὐτούς·

VII. « Ut, inquit, duplex in Lazaro miraculum contigit, quod et mortuus resurrexit, et vinctus ambulavit, ita et in me fieri oportebat. Ecce enim et plane mortuus sum, multis calamitatum fluctibus demersus; idemque non tantum manus et pedes vinctus, sed ipsam etiam linguam, qua, ut nihil aliud, saltem mala mea et factas mihi injurias aeri et hominibus (si qui forte audirent) et acerbis tenebris, in quibus nunc versor, annuntiarem. Operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis et peregrinus filiis matris meæ. Et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei adversum me steterunt. Et omnes videntes me deriserunt me. Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelavi super iniquos pacem peccatorum videns. Olim quidem imperium ea privilegia Ecclesiæ dedit, quæ etiam nunc observantur. Rursus autem Ecclesia id imperio concessit, ut quem vellet e designatis patriarcham declararet. Illum vero non solum ego designavi, sed et ipse elegi, et multis iisque conspicuis doctrinaque illustribus viris prætuli: hominem, qui in vita privata consenuit, nec sacerdotio, nec ulla re alia insignem. Mitto, quoties ei opem tulerim et

C Ζ'. « Ὥσπερ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Λαζάρου διπλοῦν ἐγεγόνει τὸ θαῦμα, ὅτι τε νεκρὸς ὢν ἀνέστη καὶ ὅτι δεδεμένος ἐβάδιζεν· οὕτω καὶ νῦν ἐχρῆν ἐπ' ἐμοῦ. Ἰδοὺ γὰρ καὶ νεκρὸς ἄντικρύς εἰμι, πολλοῖς καταῤῥαγεὶς κύμασι τῶν δεινῶν καὶ πρός γε ἔτι δεδεμένος, οὐ μόνον χεῖρας καὶ πόδας, ἀλλὰ καὶ γλῶτταν αὐτὴν, δι' ἧς εἰ μή τι πλέον, τὰ γοῦν ἐμὰ πάθη καὶ ἀδικήματα ἀπαγγέλλειν εἶχον τῷ τε ἀέρι καὶ τοῖς ἀκούουσι τῶν ἀνθρώπων καὶ ᾧ νῦν συνοικῶ σκότει πικρῷ. Ἀλλ' ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. Ἀπηλλοτριωμένος ἐγεννήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου· καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ. Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξεναντίον μου ἔστησαν. Καὶ πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με. D Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες· παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου· ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. Δεδωκέναι μέντοι τὴν βασιλείαν πάλαι ξυνεπεπτώκει τῇ Ἐκκλησίᾳ προνόμια, ταῦτα δὴ τὰ μέχρι νῦν θεωρούμενα· δεδωκέναι δ' αὖ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῇ βασιλείᾳ τὸ πατριάρχην, ὃν ἂν ἐθέλοι τῶν ψηφισθέντων, προβάλλεσθαι. Αὐτὸν δ' οὐ μόνον ἐγὼ προὐβαλόμην αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐξελεξάμην καὶ τῶν πολλῶν καὶ περιβλέπτων καὶ ἐλλογίμων ἀνδρῶν προὔκρινα,

Variorum notæ.

(13) Πῆ μὲν στήσεται, πῆ δὲ διαβήσεται construo cum ἐστερημένον τοῦ βλέπειν, ut sensus sit, *non videntem ubi staret, vel quo transiret*. Aliter Wolfius. Boiv.

(14) Cantacuzenus lib. II, cap. 17 et 20. Vide *Constantinopolim Christ.* lib. IV, sect. 15, n. 12, ubi de istius fontis virtutibus multa. Ducang.

[P. 273] ἄνθρωπον ἐν ἰδιωτείᾳ καταγηράσαντα καὶ μήθ' ἱερωσύνης τυχόντα, μήτ' ἐμφανείας τινός. Ἐῶ λέγειν ὅσας ἑξῆς ὑπὲρ αὐτοῦ προὔτεινα βοηθείας καὶ χάριτας. Καὶ νῦν ὀφείλων μοι βοηθεῖν καὶ αὐτὸς πράττοντι δυστυχῶς ὁ δὲ συνεργεῖ τοῖς κολάζουσι, βιαιότερος αὐτὸς ἐμοὶ καθιστάμενος δήμιος· εἶτά με ἐρωτᾷ, ὅπως αὐτὸς ἐπ' ἐκκλησίας ἄρτι μνημονεύεσθαι βούλομαι, καὶ πλάττεται λύπην καὶ ἄγνοιαν τῶν κατ' ἐμοῦ τελεσθέντων, ὅμοιον ποιῶν τῷ Αἰγυπτίῳ κροκοδείλῳ ὃν βόσκει τὰ Νείλου νάματα τοῦ τὴν Αἴγυπτον ἄρδοντος. Ὁπόταν γὰρ κἀκεῖνος ἀποπνίξῃ τῶν ἅμα αὐτῷ τὴν δίαιταν ἐκεῖ ποιουμένων ζώων ἕν, ἔπειτα καθίσας ἐπὶ τὸν ἐκείνου νεκρὸν θερμὰ καταχεῖ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς δάκρυα. Ἐγὼ δ' οὐκ ἔχω ὅ,τι ἂν ἀποκριναίμην πρὸς τὰ οὑτωσὶ πεπλασμένως μοι προτεινόμενα. Εἰ μὲν γὰρ ὡς βασιλέα φαίην, οὐκ ἂν φθάνοιμι φονευόμενος ὑπὸ τῶν διὰ τοῦτό με δέσμιον ἐχόντων· εἰ δὲ μοναχὸν Ἀντώνιον, ὁμολογία τοῦτ' ἂν νομισθείη τοῖς τὰ ἡμέτερα κακουργοῦσιν, ὅτι μὴ βιαίως, ἀλλ' ἑκὼν προελόμενος τὸ μοναχικὸν περιεθέμην σχῆμα αὐτός. »

A benefecerim. Nunc autem, cum et ipse in calamitate **444** sublevare me deberet, tortoribus meis operam navat, quovis alio carnifice erga me crudelior. Tum me interrogat, quomodo in Ecclesia mentionem mei fieri velim, dolorem et ignorantiam rerum mearum simulans. In quo non aliter facit quam Ægyptius crocodilus, quem Nili flumina Ægyptum irrigantia educant : qui cum aliquod secum illic degentium animalium interfecerit, cadaveri illius insidet, et caput ejus calidis lacrymis perfundit. Ego vero ad quæstionem, mihi ita simulate propositam, quid respondeam non reperio. Nam si me imperatorem nuncupandum dixero, statim occidar ab iis qui ea de causa me in vinculis tenent. Sin monachum Antonium, confessio ea esse B existimabitur ab iis qui res nostras fraude pervertunt, quasi non coactus, sed ultro ac volens monasticum habitum induerim. »

Η'. Ταῦτα καὶ πλείω τούτων διεξελθὼν ἐπ' αὐτῶν μηδὲν δ' ὧν ἐζήτουν ἐκεῖνοι μαθεῖν ἀποκρινάμενος ἐξέπεμψεν. Αὐτὸς δ' ἐπὶ τῆς κλίνης καθεσθεὶς, « Ἐπίστρεψον, » φησὶ, « ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε, » μηδὲν τοῦ λοιποῦ λύπης ἄξιον ἐξειπὼν οὐδὲν τῶν ἁπάντων, εἴτε περιουσίᾳ συνέσεως χαλινώσας τὴν γλῶτταν, εἴτε διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς λύπης οὐ μάλα ἑκὼν ἀδακρυτὶ παραδραμὼν τὴν συμφορὰν, ὥσπερ ἀμηχανίᾳ καὶ νάρκῃ τῆς ψυχῆς πεδηθείσης, πρὶν τὸ περὶ τὸν ἐγκέφαλον ἀθροισθὲν ὑγρὸν εἰς δακρύων φορὰν ἐκτακῆναι. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἥλιος, ὅπῃ μετρίας ἀφίησι τὰς ἀκτῖνας, πολλὰ τὰ πνεύματα καὶ τὰς ὑγρότητας ἐκεῖθεν ἀνέλκει· ὅπῃ δ' ὑπερβαλλούσας, ὁ δὲ φθάνει κατηναλωκὼς σφᾶς, πρίν τι ἐκεῖθεν ἀνιμήσασθαι. Παραπλησίως δ' οὖν καὶ ὅσα τῶν ἐν ψυχῇ γινομένων παθῶν μετριώτερά πως ἡμῖν ξυνεῖναι ἐθέλοι, ταῦτα καὶ λόγον ἔχειν ἑρμηνέα τῆς ἐν καρδίᾳ φλογὸς οὐ μάλα τοι ἀπαναίνεται. Ὅσα δ' ἀφειδοῖεν τοῦ πλεονεκτούσαις χρῆσθαι ταῖς ἕξεσι, ταῦτ' ἴδοι τις ἂν ἐξιστῶντα μέν πως καὶ τὴν ψυχὴν, δυοῖν δὲ πείθοντα θάτερον, εἰ καὶ μηδέτερον ὡς εἰκός· ἢ γὰρ πάντα λέγειν μᾶλλον ἢ ἃ δεῖ, ἢ μηδὲν μᾶλλον ἢ ἃ δεῖ. Ἵνα δὲ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος λόγου βεβαίωσιν καὶ παλαιοτέρῳ τινὶ διηγήματι χρήσωμαι· ὁπότε γὰρ Καμβύσου τοῦ Πέρσου στρατεύσαντος ἐκ Σούσων ἐπ' Αἴγυπτον, ἐπεὶ μετὰ τῆς ἀρχῆς καὶ ὁ τῶν Αἰγυπτίων ἑάλω βασιλεὺς, ἀγομένων ἐπὶ θάνατον ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ τῶν υἱέων οὐδὲ βραχύ τι αὐτὸς βλέπων ἐφθέγξατο, ἀλλὰ σιωπῇ κύψας ἔπειτα μόνον ἑώρα τοὔδαφος· τῶν δὲ γνωρίμων ἕνα ἰδὼν, ὃς πρότερον μὲν [P. 274] πλούτῳ πολλῷ καὶ δόξῃ χρησάμενος ἦν ἱσταμένης Αἰγύπτου, νῦν δὲ πάνυ διερρωγυῖαν ἐσθῆτα περικείμενος προσαιτῶν περιῄει, εἴ τις ἄρτον ὀλίγον παράσχοι· ὁ δὲ τὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἤδη πατάξας καὶ βύθιόν τι στενάξας ὀνομαστὶ τὸν ἑταῖρον ἐκάλει, μονονοὺ τοῖς δάκρυσι

VIII. Hæc et plura cum iis elocutus, nullo ad ea quæ rogabant responso dato, eos dimisit. Tum in lecto considens : « Revertere, inquit, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi [1]. » Nec ullum prorsus verbum deinde protulit, quo dolorem testaretur : sive is singulari quadam prudentia linguam suam frenaverit ; sive ob magnitudinem doloris vel invitus calamitatem suam indefletam prætererierit, inerti stupore et quodam veluti C torpore anima astricta, priusquam collecti in cerebro humores in lacrymas resolverentur. Nam et sol, si quo moderatos **445** radios emittit, ventos inde et humores multos attrahit : si supra modum acres, eadem illa consumit, priusquam attrahat. Eodem modo et animorum affectus, si apud nos moderati exsistant, flammam corde conceptam verbis declarare non recusant. Qui vero modum excedunt, ii animum quasi de gradu tumultuantem dejiciunt, ac duorum alterum solent suadere, etsi neutrum videntur efficere, ut aut quidvis potius dicas quam quod oportet, aut nihil plus quam quod oportet. Ad hanc sententiam confirmandam, ut aliquid e memoria vetustatis repetam, cum Cambyses Persa Susis profectus Ægyptum bello petiisset, D rex Ægyptiorum una cum regno captus, filios suos sine ulla clementia ad necem trahi videns, ne verbum quidem loquebatur, sed tacitus, prono capite, oculos in terram defigebat. At cum unum vidisset ex familiaribus suis, qui Ægypto incolumi opibus et splendore fortunæ floruerat, tunc autem laceris pannis obsitus oberrabat mendicans, si forte frustum panis ab aliquo acciperet, tum ille capite suo percusso cum alto suspirio sodalem illum nominatim inclamavit, verba quasi lacrymis imbuens. Deinde causam rogatus a Cambyse, cur propter filios neque illacrymasset, neque dixisset quidquam, amicum autem deflevisset et allocutus esset,

[1] Psal. CXIV.

respondisse fertur, id quod filii paterentur, majus A esse quam ut flendum foret : 446 amici vero calamitatem, utpote non tantam, debere deplorari, cui magna dignitate dejecto in extremo senectutis limine tantum infortunium accidisset.

βρέχων τοὺς λόγους. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ὁ Καμβύσης ἤρετο, ὅπως ἐπὶ μὲν τοῖς υἱέσι μὴ δακρύσας μηδὲ φθεγξάμενος μηδὲν, ὁ δὲ τὸν ἑταῖρον ἐδάκρυσε καὶ προσείρηκε, φάναι λέγεται, καὶ σφόδρα μεῖζον εἶναι ἢ ὥστε καὶ δακρῦσαι τὸ τῶν υἱέων πάθος· τὸ δὲ τοῦ ἑταίρου μὴ τοσοῦτον ἂν καὶ δακρύειν λοιπὸν δίκαιον, ὃς μεγάλης ἐκπεπτωκὼς δόξης ἐς τοσαύτην δυστυχίαν ἐπὶ γήρως ἀφίκετο οὐδῷ.

IX. Cæterum patriarcha decrevit, ut ante imperatorem nepotem senior commemoraretur, hac formula : « Religiosissimus et Christianissimus imperator Antonius monachus. » Sed priusquam inde quatuor dies elaberentur, protostrator cum audiret populum per domos, per fora, in portis et ubique mussitare, cum seniore imperatore inique agi, qui et fuisset imperator, et defuncto nepote futurus esset, quolibet alio excluso (neque enim legem esse monasticam, invitos et vi tyrannica subactos cu- B cullum induere), injurias injuriis cumulando iterum sævire statuit. Itaque ad seniorem misit, qui scriptum jusjurandum ab eo exigerent, quo promitteret, se imperatoriam potestatem nunquam quæsiturum ; imo nec oblatam accepturum ; neque alium ullum ab eo promotum iri. « Sin minus, hac ipsa die, inquit, de capite tuo actum est. » Simul jubet peregrinos illos satellites eum denuo circumsistere. Ille autem rursus vitæ suæ timens id quoque invitus præstitit : et quia cæcus erat, alio manum manu ducente, crucis sacrosanctæ duo signa apposuit, rubrum quidem supra, infra vero nigrum.

Θ'. Τοῖς μέντοι περὶ τὸν πατριάρχην κεκύρωται, μνημονεύεσθαι πρὸ τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως αὐτὸν, « εὐσεβέστατον καὶ φιλόχριστον (15) βασιλέα Ἀντώνιον (16) μοναχόν. » Οὔπω τέτταρες ἐκεῖθεν ἡμέραι παρῆλθον καὶ ἀκούων τὸν δῆμον ὁ πρωτοστράτωρ διαψιθυρίζοντα ἐν οἴκοις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν πύλαις, καὶ πανταχῆ περὶ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, ὡς ἄδικα ἐπεπόνθει καὶ βασιλεὺς ἦν καὶ ἔσται τελευτήσαντος τοῦ ἐγγόνου καὶ οὐχ ἕτερος τῶν ἁπάντων· οὐ γὰρ ἂν τοῦτο νόμος εἴη μοναδικὸς, ἄκοντας καὶ τυραννουμένους ὑπέρχεσθαι τὸ μοναδικὸν σχῆμα· δεινὰ ἐπὶ δεινοῖς ἐμελέτησεν αὖθις. Καὶ πέμψας ὅρκον ἀπῄτησεν ἔγγραφον ἐξ αὐτοῦ διαβεβαιούμενον, μηδέποτε μήτε ζητῆσαι βασίλειον κράτος, μήτε μὴν διδόμενον δέξασθαι (17), μήτ' ἄλλον τινὰ προβαλέσθαι. « Εἰ δ' οὖν, ἐπὶ ξυροῦ σοι, » φησὶ, « τὸ αἷμα τήμερον ἵσταται. » Καὶ ἅμα τοὺς ἀλλοφύλους ἐκείνους ὁπλίτας αὐτῷ περιέστησεν αὖθις. Ὁ δ' αὖθις δείσας περὶ τῇ ζωῇ ἄκων καὶ τοῦτ' ἐπεπράχει· καὶ ἐπεὶ τυφλὸν εἶναι τοῦτον εἰρήκειμεν, ὑφ' ἑτέρου λοιπὸν τὴν χεῖρα χειραγωγούμενος ἄνω μὲν ἐρυθρὸν (18) προὔθηκε τὸν τοῦ θείου σταυροῦ τύπον, κάτω δὲ μέλανα· καὶ οὕτω συνεχωρήθη τὸ ζῆν.

X. Hoc tempore in finibus Persarum occulta C turris reperta est, innumeris fere millibus nummorum auri purissimi plena. Quorum non paucos, 447 inde ad se transmissos, Latini mercatores quovis terrarum exportarunt. Horum singulos multi cives Byzantii ternis vulgaribus aureis redemerunt.

Ι'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ εὕρηται παρὰ τὴν τῶν Περσῶν γῆν πύργος τις ἐγκεκαλυμμένος, νομισμάτων μεστὸς καθαρωτάτου χρυσίου μυριάδες οὐ ῥᾳδίως ἀριθμηταί. Ὧν οὐκ ὀλίγα διαδεξάμενοι οἱ τῶν Λατίνων ἔμποροι διέσπειραν πανταχῇ γῆς καὶ θαλάττης, εἰδότες χρειώδη τυγχάνοντα διὰ τὴν τοῦ χρυσοῦ καθαρότητα· ὧν ἕκαστον πολλοῖς τῶν Βυζαντίων ὤνιον ἐγεγόνει τριῶν νομισμάτων πολιτικῶν.

CAPUT XI.

Vanæ prædictiones ex Italia et Colchide Byzantium afferuntur. Gregoras, amicis instantibus, eas refellendas suscipit. Epistola, quam de ea re ad amicum scripsit.

I. Per illud tempus litteræ ab Italis et Colchidis habitatoribus, iis videlicet qui ortum a Persis ducunt, Byzantium afferuntur, supercilio et stolido fastu plenæ, nec non prædictionibus puerilibus et ineptis, quales tibicinæ et saltatriculæ in prostibulis propinant suis amatoribus. Nam si qua alia res, inscitia certe omnium efficacissima est ad quidvis persuadendum hominibus vanis et superciliosis, D

[P. 275] Α'. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ (19) γραφαὶ παρά τε Ἰταλῶν καὶ ἔτι ὁπόσοι Κολχίδα Περσῶν ἀποσπάδες οἰκοῦσιν ἥκουσιν ἐς Βυζάντιον, ὀφρύος τε καὶ κορύζης μακρᾶς οὖσαι μεσταὶ καὶ προῤῥήσεων ὅσαι μειρακιώδεις καὶ ἀγεννεῖς καὶ οἵας αὐλητρίδες καὶ ὀρχηστρίδες ἐς χαμαιτυπεῖα προπίνουσι χαριζόμεναι τοῖς ἐκεῖσε κωμάζουσιν. Εἴπερ γάρ τι τῶν ἁπάντων ἕτερον καὶ τὸ τῆς ἀμαθίας δ' ἔμοιγε ἐς τὸ πείθειν τοὺς κουφοτέ-

Variorum notæ.

(15) Epitheton vulgo datum monachis. Ducang.

(16) In Wolfiana editione deerat vox βασιλέα. Eam nos ex codice Regio restituimus. Boivin.

(17) Ζητῆσαι et δέξασθαι. Aoristi pro futuris. Sic supra lib. vii, cap. 6, sect. 1. Boivin.

(18) Id est, *Alio manum regente, crucis sacrosanctæ duo signa, rubrum quidem supra, infra vero nigrum apposuit*, jussus scilicet oblato instrumento subscribere : non, ut interpretabatur Wolfius, *alio manuducente, supra rubram crucem, inferne nigrum gestans, vivere situs est*. Boivin.

(19) Ὕστερον πρότερον. Gregoras egit supra de rebus gestis anno Christi 1330. Prædictiones autem, de quibus agit hoc capite, Byzantium allatæ sunt anno 1329. Certe epistola, qua illas refutavit, data est ante annum 1330. Boivin.

ρως καὶ κατωφρυωμένους δραστικώτατον ἔδοξε καὶ ανυσιμώτατον, προπέτειαν ἀπερίσκεπτον ὑφηγούμενον καὶ πρόχειρον ἐς ἅπαν καθ' ἅπαντα χρόνον, εἴ τί που τοῖς κούφοις αὐτῶν λογισμοῖς ἐπιφύεται. Πρὸς μὲν δὴ ταύτας ἀντιλέγειν καὶ ἀπελέγχειν οἱ πλεῖστοι τῶν φίλων προύτρέποντό με· οὐκ οἶδα, εἴτ' ἐμὲ βασανίζειν ἐθέλοντες, ὥσπερ τοὺς ἁμιλλητηρίους τῶν ἵππων ἐν διαφόροις πεδίοις ἐλαύνοντες οἱ δρόμων Ὀλυμπικῶν ἀθληταί, εἴθ' ἑαυτοῖς μέρος ἐντεῦθεν ἡδονῆς ἐκπορίζοντες. Οὐδενὶ γὰρ ἑτέρῳ τῶν πάντων οὕτως ἕπεται ἥδεσθαι τὴν ψυχὴν, ὡς ὅσα καὶ οἷα τῶν κατ' ἔφεσίν ἐστιν ὁρᾷν καὶ ἀκούειν. Παραπλήσιον γάρ ἐστιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις διψῶσι μὲν τῶν ἡδίστων πιεῖν ἐδεδώκει ὑδάτων, φλεγομένοις δ' ὥρᾳ θέρους ζέφυρον ἐμηχανήσατο ἀναψύξεως. Ἐφίεται δὲ πάντως ἄλλος ἄλλου κατὰ τὴν τοῦ ἐν αὐτῷ κριτικοῦ τῆς ψυχῆς ἕκαστος δύναμιν, καθάπερ αἰτίας τινὸς καὶ ῥίζης ὑποκειμένης τῆς ἐκεῖθεν κινουμένης ὁρμῆς καὶ ἀναλόγως χειραγωγούσης ἐς τὰς προθέσεις τάσδε ἢ τάσδε τοῦ βίου, ὁποίας πολλὰς καὶ ποικίλας γῆ τε αὕτη καὶ οὐρανὸς ἐκεῖνος προΐσχεται. Τὴν μὲν οὖν αἵρεσιν τῆς τούτων ἐφέσεως ταυτησὶ εἰ μὴ καθάπαξ ἅπαντες, ἀλλ' οὖν οἱ πλείους δέξαιντ' ἂν οἶμαι· τήν γε μὴν ἀωρίαν αὐτῆς καὶ τὸ λίχνον, ταύτην δ' οὐ πάνυ τοι ἔγωγε. Πάντα μὲν γὰρ ἐρευνᾷν ἕν τι τῶν ἁρμοζόντων εἶναι, οὐκ ἄν ποτ' αὐτὸς ἑκών γε εἶναι ἀπαγορεύσαιμι· ἐν δ' ἅπαντι καιρῷ καὶ χρόνῳ καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ, τοῦτο δὲ καὶ μάλα τοι σφόδρα αὐτός. Οὔτε γὰρ παντὶ καιρῷ τὸ καίριον ἔνεστιν, οὔτ' αὖ παντὶ τῷ βουλομένῳ προσήκει πανταχῇ τὸ βούλεσθαι· ἀλλ' ἔστι καὶ καιρὸς ἀκαιρίας γέμων καὶ βούλησις ἀβουλίας πολλάκις μεστή. Ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ταῦτα συγχωρητέα ὅπως ποτὲ ἔδοξεν εἶναι ἡμῖν, ἅπαξ τὰ βάρη τῶν τοιούτων ὁποῖά γε εἴη προσίεσθαι προθεμένοις καὶ χαρίζεσθαί σφισιν ὁπόσον τὸ ἐφικτὸν ἐπεφύκει, οὔτ' ἀκοὴν αὐτοῖς οὔτε γλῶτταν ἀπεκλείσαμεν· [P. 276] ἀλλὰ μετρίοις ἐλέγχοις ἔστιν ἃ τῶν γραφομένων ἠμειψάμεθα. Καὶ ὁπόσους τό τε καίριον ἐς τὸ τῆς ἀσφαλείας μουσεῖον ἐπαιδαγώγησε, καὶ πᾶς τις οἶμαι ἀκηκοὼς οὐκ ἂν ἡμῖν μέμψαιτο. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν γραφομένων ἀπόῤῥητα κεῖσθαι παρήκαμεν τέως, ἀκαιρίας ὡς τὰ πολλὰ κατορχουμένης αὐτῶν πάνυ τοι φορτικῆς καὶ ματαίας· ἃ δ' ὡς ἐν ἐπιστολῆς σχήματι πρὸς ἕνα τῶν φίλων εἰρήκειμεν, ἵνα μὴ τὸ τῆς εὐσχήμονος ἡμῶν σιωπῆς ὑπόληψιν ἀπορίας ὑπόθοιτο τοῖς ἀφειδεστέροις τῶν ὑβριστῶν, ταῦτα καὶ νῦν τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσιν ἱστορίας ἕνεκα παραθήσομεν.

Β'. « Ὁπόσα γάρ (20), » ἔφην, « τῶν λεγομένων νοῦν ἡγεμόνα προβάλλεται καὶ τούτῳ τὴν πρέπουσαν αὐτονομίαν σαφῶς ἐπιτρέπει, ταῦτα καὶ νοῦν πάντως ἐπόπτην ἐφέλκεται καὶ γλῶσσαν ἀναμένει σὺν ἐπιστήμῃ δικάζουσαν. Ὅσα δ' ἁρμονίας ἁπάσης παραιτησάμενα νόμους ὅρων ἐπιστημονικῶν ὑπερόριον καὶ φυγάδα τείνουσι πόδα, ταῦτ' οὔτε νοῦν ἐπόπτην οἶδεν ἐφέλκεσθαι καὶ πάντα λόγον ἑρμηνέα

quæ ad inconsultam eos temeritatem impellit et ad quidvis sine consilio suscipiendum incitat, quæcunque levibus eorum animis cogitatio oboriatur. Ad eas coarguendas et refutandas plurimi ex amicis me hortati sunt : qua mente nescio; sive, ut curriculi Olympici athletæ equos ad certamen destinatos variis in campis solent agitare, ita etiam hi vires meas periclitari voluerint; sive aliquid inde voluptatis sibi ipsis captaverint. Nulla enim res est, quæ animum ita delectet, ut videre et audire ea omnia, quorum desiderio tenearis. Perinde quippe est, ac si quis sitientibus suavissimam aquam offerat, et æstatis calore torridis frigidum zephyrum aliqua arte subministret. Desiderat autem alius aliud, pro sui quisque judicii captu : ex quo judicio tanquam causa et radice **448** oritur appetitio, et unde quasi manu ducimur ad alia atque alia rerum studia, qualia multa, eaque diversa, cœlum et terra suggerunt. Porro ipsam rationem hujusce amicorum meorum desiderii, si non omnes prorsus, plerique certe probaverint. Mihi autem tam alieno tempore tam vehemens desiderium minime probatur. Nam ut omnia inquiri pulchrum esse nunquam ego inficias iverim, ita quovis loco ac tempore aut quolibet volente pulchrum id esse plane negaverim. Neque enim quodvis tempus opportunitatem habet, neque quemlibet quidvis velle decet. Nempe et tempus aliquod est minime tempestivum, et voluntas sæpe plena est imprudentiæ. Sed tamen cum hoc amicis dandum esse prorsus videretur, ut hujus oneris molestia qualicunque suscepta pro virili ipsis gratificaremur, neque aures illis nostras occlusimus, neque linguam denegavimus : sed aliqua eorum, quæ scripta erant, parce et moderate refutavimus. In quo nemo opportunitatis ac prudentiæ studiosus sectator, neque quisquam credo, qui audiverit, nos reprehensurus est. Ac cætera quidem illo scripto comprehensa silentio præterivimus, eo quod in plerisque vana et importuna temeritas insolenter exsultare videretur. Quæ vero in epistolæ formam redacta amico cuidam diximus, ne honesti silentii nostri causam esse ignorantiam importuni obtrectatores **449** existimarent, ea nunc historiæ illustrandæ causa, si qui forte cognita sibi velint, legenda proponemus.

II. « Quæcunque, inquam, verba sic dicuntur, ut mentem ducem sibi proponant eique legitimam auctoritatem omnino tribuant, eadem etiam oculos mentis ad se alliciunt et linguam sapienter judicantem merito exspectant. Quæ autem omnis harmoniæ legibus repudiatis veræ cognitionis limites quasi fugitivo pede transiliunt, ea nec mentis oculos sciunt allicere, et orationem quamcunque

Variorum notæ.

(20) Exstat hæc epistola in codice Vaticano 1086 et inscribitur, τῷ Πεπαγωμένῳ, περὶ τῶν ἐλθόντων αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας. BOIVIN.

A interpretem acerrime repellunt, cum non aliud sint, nisi quidam naturæ morbi et veluti ruptæ lyræ absoni strepitus. Quamobrem, amicorum optime, vehementer mirari mihi subit, quo pacto me amicum ad futilia ista compellas, et linguam ad nugas hasce evidentes refutandas accommodare cogas, tum eas, quæ ex Epizephyriis barathris frequenter erumpunt, veluti Vulcaniorum craterum rivi sponte manantes, tum illas, quæ numero et copia hibernis nivibus pares e superiore continente (id est ex Colchide) descendunt. Quippe et scientiæ regulis medius fidius et nobis ipsis faceremus injuriam, si eas regulas illis adhiberemus. Nam semet ipsum ultro corruptis tradere moribus et sermonibus, non abest a malitia, nec reprehensione vacat, sed veluti cognatam maculam reprehensionem invidiosam secum trahit. B Quem enim summum inscitiæ gradum non superant sive illæ verborum insolentiæ, quas inferioris tractus inco… a veritate remotissimas fabricare consueverunt; sive 450 illi ignavi puerilesque strepitus, quos superioris regionis habitatores cient; idque, cum Persarum et Chaldæorum scientiam profiteantur? Nam si Chaldæorum et Persarum omnis methodus eo redit, et cœlum propter hoc per ætheris sphæram bene et composite stellarum cursus circumfert, ut veris initio lucri accessionem scribis apportent, senibus vero sub exitum æstatis morbos, facetum hercle id eis videbitur, qui utilitatem artis deprimere verbis cupiunt; eritque hæc opportuna illudendi occasio iis, qui de plaustro conviciantur, nec non iis qui fabulas in scena agunt. C Ego vero illud etiam cum risu miror, quod non prædixerint, quercus multas glandes laturas, et sentes contrectantium manus puncturos esse; et mustelam, si pepererit, matrem fore sui fetus; æstate æstum, hieme frigus fore, cæteraque perspicua omnibus, si non bobus, at hominibus certe quidem. Sed ne molestia tute ipse afficiaris, et disciplinæ gravitas in tales sordes demersa ludibrio sit, age media incedentes via pauca meridianorum istorum nebulonum, ac potius terrestrium planetarum, qui ætheriam provinciam plurimis mendaciis infamant, coarguamus, ut a fimbria totum contextum solvatur, et ut illa Penelopes D tela retexatur. Ventos aiunt commotum iri, unde humana corpora corrumpenda sint. Ego vero corruptionis ejus causas scire velim. Nam si quid aliud quam impetus aeris ac divisio ventus 451 esset, rationis fortassis aliquid ea haberet oratio. Quæ enim aliquid aliud sunt quam aer cumque permeant, ea vel corporeo transitu illum secant et permeant, ut lapis et ferrum et aliæ res, quæ natura sua aere duriores sunt; vel qualitatis suæ distributione; id quod faciunt ea quæ fluxa et aeris naturæ plane cognata sunt, ut odores, colo-

A μάλα σφοδρῶς ἀποσείεται, φύσεως ὄντα σαφῶς ἀῤῥωστήματα καὶ λύρας ὥσπερ ῥαγείσης πλημμελῆ τινα κρούσματα. Ὥστ' ἔπεισί μοι σφόδρα θαυμάζειν, ὦ φίλων ἄριστε, πῶς οὕτω κἀμὲ ξυνωθεῖς καλινδεῖσθαι τὸν φίλον περὶ τὰ φαῦλα καὶ γλῶτταν παρέχεσθαι τουτουσὶ τοὺς σαφεῖς ἐξελέγχουσαν λήρους, ὁπόσοι τῶν Ἐπιζεφυρίων βαράθρων συχνὸν ἀναῤῥήγνυνται, καθάπερ τινὲς τῶν Ἡφαίστου κρατήρων αὐτόματοι ῥύακες· καὶ ἔτι ὁπόσοι τῷ πλήθει νιφάδεσι (21) χειμερίῃσιν ἐοικότες τῆς ἀνωτέρας ἠπείρου κατίασιν. Ἀδικοίημεν γὰρ ἄν, νὴ τὸν φίλιον, τούς τε τῆς ἐπιστήμης κανόνας τούτοις προσάγοντες καὶ ἡμᾶς αὐτούς. Τὸ γὰρ ὁπωσοῦν ἑαυτὸν ἑκών γε εἶναι διεφθορόσι διδόναι τρόποις καὶ λόγοις οὐκ ἀποχωρεῖ κακίας, οὐδ' ἀνασοβεῖ τὰ δίκτυα τοῦ ψόγου, ἀλλὰ B καθάπερ συγγενῆ κηλῖδα χλεύην ἐπίφθονον ἐπισύρεται. Τίνα γὰρ ἀμαθίας Καύκασον οὐχ ὑπερβαίνουσιν, ὁπόσους οἱ μὲν κάτωθεν ὡς ποῤῥωτάτω τῆς ἀληθείας χαλκεύειν εἰώθεσαν ὄγκους ῥημάτων, οἱ δ' ἄνωθεν ἀγεννεῖς τινας καὶ μειρακιώδεις κροτοῦσι θορύβους, καὶ ταῦτα τὴν Περσῶν καὶ Χαλδαίων μετιέναι φάσκοντες ἐπιστήμην; Εἰ γὰρ ἐς τοῦτο Χαλδαίοις καὶ Πέρσαις ἡ πᾶσα περιίσταται μέθοδος καὶ οὐρανὸς διὰ τοῦτ' ἐς τὴν αἰθέρος σφαῖραν εὖ καὶ τεταγμένως περιφέρει τοὺς ἀστέρων δρόμους, ὡς λημμάτων μὲν φορὰν ἦρος ἀρχομένου γραμματεῦσι προφαίνειν, νοσήματα δ' αὖ γέρουσι φθίνοντος [P. 277] ἤδη τοῦ θέρους, χάριεν ἄν, νὴ τοὺς λόγους, δόξειε τοῖς διασύρειν ποθοῦσι τὸ τῆς ἐπιστήμης χρηστὸν καὶ τοῖς τε ἐξ ἁμάξης λοιδοροῦσιν ἀποC χρῶσα πρόφασις ἐς ὕβρεις καὶ ὁπόσοι πρὸς ταῖς σκηναῖς ἄφθονα δραματουργοῦσι τὰ σκώμματα. Ἐγὼ δὲ λίαν ἡδέως κἀκεῖνο θαυμάσαιμι ἄν, ὅτι μὴ καὶ περὶ δρυῶν πρ·τεθέσπισται τοῖς ἀνδράσιν, ὡς πολλὰς ἐξανθήσει τὸ γένος βαλάνους καὶ ὡς ἄκανθα τὴν ἐφαπτομένην ἀμύξει παλάμην· καὶ εἰ τέκοι γαλῆ, μήτηρ ἔσται τοῦ τεχθησομένου· καὶ θέρους μὲν ἔσται καῦμα, χειμῶνος δὲ ψῦχος, καὶ ὅσα τῶν πάνυ προδήλων, εἰ μή γε δὴ βουσίν, ἀλλ' οὖν ἀνθρώποις ἅπασίν ἐστιν. Ἵνα δὲ μήτε σὺ τῶν λυπουμένων εἴης, μήτε τὸ σεμνὸν τῆς ἐπιστήμης ἐς τοιαύτας ἐσχατιὰς κατενηνεγμένον ὑβρίζοιτο, φέρε μέσην βαδίσαντες βραχέα ἄττα τῶν μεσημβρινῶν (22) τουτωνὶ λήρων ἐξελέγξωμεν, ἢ μᾶλλον, εἰπεῖν, τῶν D γηΐνων πλανήτων καὶ τὰ πλεῖστα τῆς ἄνω λήξεως καταψευδομένων, ὡς ἂν ἄρδην ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα λύοιτο πᾶν, καθάπερ ὁ τῆς Πηνελόπης ἐκεῖνος ἱστός. Ἀνέμων ἐκεῖνοι προλέγουσιν ἔσεσθαι κίνησιν, ὑφ' ὧν ἐς φθορὰν τὰ τῶν ἀνθρώπων λυθήσονται σώματα. Ἡδέως ἂν οὖν ἔγωγε τὰς αἰτίας ἐροίμην τῆς τῶν ἀ·θρώπων λύσεως. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλο τι ἢ φορά τις ἀέρος καὶ διαίρεσις ὁ ἄνεμος ἦν, εἶχεν ἄν τινα λόγον ἴσως ὁ λόγος. Ὅσα μὲν γὰρ ἄλλο τι παρὰ τὸν ἀέρα τυγχάνοντα δίεισιν αὐτόν, ἢ διόδῳ σωματικῇ τέμνοντα φέρεται δι' αὐτοῦ, καθάπερ λίθος καὶ σίδηρος καὶ ὅσα σκληροτέρας ἢ κατὰ

Variorum notæ.

(21) Hom. Il., III 222. Boivin.

(22) Calabros credo intelligit. Nam Calabria inter occasum et meridiem sita, si Byzantium spectes. Boivin.

τὸν ἀέρα φύσεως ἔλαχεν, ἢ διαδόσει ποιότητος, ὅσα δηλαδὴ χεομένην καὶ τῷ ἀέρι πάνυ τοι προσφυῶς ἀνακιρναμένην ἔσχεν αὐτήν, ὥσπερ ὀσμαὶ καὶ χρώματα καὶ σκηπτοὶ καὶ πρηστῆρες. Καὶ μέντοι καὶ ἄνεμος εἰ καθ' ὁντιναοῦν τουτωνὶ τρόπον ἢ διαιρῶν δηλαδὴ τὸν ἀέρα καὶ τὸν ἐκείνου τόπον μεταλαμβάνων διῄει, ἢ τούτῳ διαδόσει ποιότητος σφαλερᾶς ἀνεκιρνᾶτο, πᾶσαν γένεσιν ἐκ τοῦ παραχρῆμα φθορὰ προφανὴς διεδέχετο ἄν. Νῦν δὲ τοὐναντίον εὐκρασίας ἡμᾶς ἁπάσης ἐμπιπλῶντα βλέπομεν τοῦτον αἰεί. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἄνεμος ἢ στεῤῥοτέρα φορὰ καὶ χύσις ἀέρος, ὃς ἀεὶ πλούσιος μὲν ἡμῖν περικέχυται, αὐτοῦ δ' ἀπολαύομεν καθόσον ἐφικτὸν ἑκάστῳ, κἂν πάνυ τοι πλεῖστος ἕπηται. Ἐκεῖνό γε μὴν καὶ μαντείας ἴσως δεῖται, καὶ οὐκ ἔχω ὅ τι φῶ. Πόλεων γὰρ καὶ δένδρων καὶ ὀρῶν φασιν ἐξ ἀνέμων πάντων ὁμοῦ κινηθέντων καταστροφὰς καὶ μεταβάσεις. Πῶς γὰρ καὶ πῇ περιχωρήσει καὶ μεταστήσεταί τι τούτων, περικυκλούντων, ὥς φασιν, οὑτωσὶ τῶν ἀνέμων ἐκ διαμέτρου; Ἑνὸς μὲν γὰρ ξυνωθήσαντος ἀνέμου καὶ ξὺν βίᾳ κλονήσαντος ἀνατετράφθαι οἰκίαν ἔσθ' ὅτε ἢ δένδρον ἐπὶ θάτερα μέρη, καινὸν οὐκ ἂν εἴη, ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ τῶν ὅρων τῆς συνηθείας ἐντός. [P. 278] Πολλῶν δ' ἀντιπνεόντων ὁμοῦ, σχολῇ γ' ἂν καταστραφείη τι τῶν ἁπάντων. Τὴν γὰρ τοῦ ἑνὸς ἀντώθησιν ἡ θατέρου ἐξεναντίας ἀντίστασις θραύουσα καὶ ἀναχαιτίζουσα ἀκλόνητον τὸ παράπαν ἐξ ἀντιπεριστάσεως ἵστασθαι παρασκευάσει τὸ βιαζόμενον. Ἄλλως τε καὶ ὁμοῦ τοὺς κατὰ διάμετρον ἀνέμους κινεῖσθαι, οὔτ' Ἀριστοτέλης φύσιν ἔχειν δίδωσιν, οὔθ' ὁ πολὺς ἔφηνε χρόνος. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε. Τὴν γὰρ τοῦ Κρόνου καὶ Ἄρεος ὑφ' ἑνὶ ζωδίῳ συνέλευσιν αἰτίαν τῆς τῶν ἀνέμων τίθενται μάχης καὶ πρό γε τούτων ἡλιακήν τινα ἔκλειψιν. Εἰ οὖν ταῦτα φανείη ψεῦδος περιφανές, ἡγούμενα ὄντα τῶν ἐφεξῆς, ψευδῆ πάντως μετὰ τοῦ μείζονος προσθήκης φανεῖεν ἂν καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα· ὥσπερ ἂν εἴ τις τὴν ῥίζαν τοῦ δένδρου τεμὼν συναφεῖλεν εὐθὺς καὶ τὴν τῶν ἀκροδρύων ψυχήν. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς παροῦσι καιροῖς οὐκ εἰσὶν ὑπὸ ζώδιον ἓν Κρόνος καὶ Ἄρης, ἀλλ' οὐδὲ δυοῖν συνεχῶς ἐξελιττομένων ἐνιαυτῶν οὐκ ἄν πω συνέλθοιεν ἄν. Ἄρης γὰρ ἐκ πολλοῦ περὶ τὴν τοῦ Λέοντος πεντεκαιδεκάτην μοῖραν τὸν Κρόνον καταλελοιπὼς ἤδη καὶ ἐς τὰς τοῦ Σκορπίου χηλὰς διαβαίνει. Ἡλιακήν γε μὴν ἔκλειψιν οὔτε τὸ παρὸν ἅπαν θέρος, οὔτε τὸ ἐφεξῆς (25) μετὰ τοῦτο φθινόπωρον ὄψεται, κἂν πάντες ἄνθρωποι, κἂν πάντες φάσκωσιν ὄρνιθες. Ἔσται δέ σοι τούτων διδάσκαλος ὅ τε χρόνος καὶ ἡ αἴσθησις πρὸς ἀκριβῆ τὴν ἀλήθειαν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως εἰς ἐπιστήμης ἀπόδειξιν ἀναντίῤῥητον ἕτερον, ὡς ἐμπειρία καὶ αἴσθησις. « Αἴσθησις μὲν γάρ, » φησίν, « ἐμπειρίαν ποιεῖ, ἡ δὲ ἐμπειρία τὰς ἀρχὰς δίδωσι τῇ ἐπιστήμῃ. » Ὥσπερ οὖν σίτου σπαρέντος εἰς γῆν ἐνδέχεται στάχυν ἐπι-

A res, fulmina, incensi turbines. Quod si et ventus aliquo horum modorum vel aerem dividendo et ejus locum occupando transiret, vel eidem distributione qualitatis lubricæ commisceretur, statim omnem generationem manifestus interitus exciperet. Nunc contra omni nos temperie compleri videmus ab eo semper. Neque enim aliud est ventus, quam fortior impetus et quasi diffusio aeris, qui nos semper copiose circumfundit; eoque nos fruimur, quatenus est unicuique concessum, quamvis copiosissime nos sequatur. Illud vero fortassis etiam vaticinationem desiderat, neque ego habeo quid statuam. Dicunt iidem urbes et arbores et montes, ventis simul omnibus concitatis, eversum atque translatum iri. Quomodo ea videlicet et quo- B nam translata transibunt, cum venti omnes, ita ut hi dicunt, ex opposito spirantes ea circumdaturi sunt? Nam venti quidem unius impulsu et violento impetu everti domum, aut arborem ruere, novi nihil fuerit, nec a consuetudine abhorreat. Sed ubi **452** plurimi simul ex adverso spirarint, non utique quidquam omnium prosternent. Nam cum unius impressionem alterius contraria impressio frangat et reprimat, ex ista pari utrinque violentia in medio inconcussum et stabile permanebit id, cui vis infertur. Præterea ventos ex adverso simul moveri, nec Aristoteles secundum naturam esse concedit, nec temporis diuturnitas verum esse ostendit. Cæterum illud pene me præteriit, quod C Martis et Saturni in uno signo congressum pugnæ ventorum causam statuunt, et ante has defectionem quamdam solis. Quæ cum principia sint, ex quibus cætera consequuntur, si falsa esse patuerit, magis utique falsa erunt ea omnia, quæ inde colliguntur: sicut succisa radice arboris summi etiam cacuminis anima interit. Atqui hoc tempore Saturnus et Mars non solum in uno signo non sunt, sed nec annis quidem continuis duobus evolutis simul congredi possunt. Etenim Mars, Saturno jampridem in decima quinta Leonis parte relicto, in Scorpii chelas jam transit. Solis vero defectionem nec tota hæc æstas, nec secuturus autumnus sentiet: etsi omnes homines, omnes aves id affirmarint. Cujus tibi rei magister et tempus et D sensus erit ad veritatem penitus intelligendam. Nihil enim est, cui ad scientiæ demonstrationem minus refragari liceat, quam sensui et experientiæ. « Sensus quippe, inquit Philosophus, experientiam gignit; experientia vero principia suppeditat scientiæ. » Sicut igitur frumento in terram sato spica nasci potest, **453** sine semente vero ne germen quidem exspectari debet: ita et in hac re; si erit defectus solis, si Saturnus et Mars congressuri sunt, dicere fortasse illi queant, fore turbines et eversiones urbium et montium a radici-

Variorum notæ.

(25) Æstas anni 1330 solis defectionem habuit die Junii 16, de qua infra cap. 12, sect. 2. Item autumnus anni 1331, Nov. die 30., ut infra quoque dicetur cap. ult. Itaque hæc videntur scripta fuisse anno 1329. Boivin.

bus evulsiones. Sin illa non erunt, necessario sequitur, omnem montem, omnem urbem suo loco mansuram esse. Neque enim ignoramus, sublato eo quod propter aliquid fit quodque alterius causa est, ipsos quoque et effectus et eas res, quarum causa illud futurum erat, necessario simul tolli. In hanc autem absurditatem isti devoluti sunt, quod eam quæ causa est causam non putarunt, et quæ causa non est, causam putarunt. Nimirum astrorum alii alias aspectus eventus etiam alias alios præsignificant, partim brevi, partim longiore post intervallo exstituros. Isti vero ne hoc quidem intelligere potuerunt et alienas causas attulerunt, multum a via aberrantes : non secus ac si quis, quia Themistocle Megaris Athenas eunte pluit, casum eum Themistocli imputet : aut Crœso, quod cum is Halyn transiret, sol eo tempore supra horizontem ascenderat. Namque etiam Themistocle absente natura fert, ut imbres effundantur; atque ex quo Lydus discessit, sol post quamlibet noctem pergit nihilominus supra horizontem ascendere. Erant alia sexcenta, quibus illos convinceremus, quæ ob prolixitatis fastidium omittemus. Nam pulchrum argumentum pulchre tractare, quantumvis prolixe **454** id fiat, laude sua non caret. In nugis vero et rebus absurdis idem facere, nec laudis quidquam habet et parum abest a ridiculo. Itaque fertur Philippus Alexandrum filium derisisse, quod cithara belle et modulate caneret; quoniam turpe aiebat esse, generosum hominem ingenium vilibus in rebus ostentare. »

A σθαι, σπόρου δ' οὐκ ὄντος οὐδὲ βλάστην ἐκδέχεσθαι χρή· οὕτω κἀν τούτοις. Εἰ ἔσται ἔκλειψις ἡλίου καὶ συνδρομὴ Κρόνου καὶ Ἄρεος, φαῖεν ἂν ἴσως καὶ ἀνέμων ἔσεσθαι κυκεῶνας καὶ πόλεων καταστροφὰς καὶ ἀναμοχλεύσεις ὀρῶν· εἰ δ' ἐκεῖνα οὐκ ἔσται, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται καὶ κατὰ χώραν ἵστασθαι πᾶν ὄρος καὶ πόλιν ἅπασαν. Ἴσμεν γὰρ, ὡς τούτων ἀναιρουμένων, ὅσα γε ἕνεκά του γίνεται καὶ αἴτια νομίζεται τῶν ἑξῆς, συναναιρεῖται πάντως ὁμοῦ τά τε αἰτιατὰ καὶ ὧν ἕνεκα γίγνεσθαι ἔμελλεν. Ἐκκεκύλισται δὲ τούτοις ὁ λόγος ἐς τόδε τῆς ἀτοπίας παρὰ τὸ νομίζειν τό τε αἴτιον ὡς μὴ αἴτιον καὶ αὖ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον. Τὰ γὰρ τῶν ἀστέρων ἄλλοτ' ἄλλως ἔχονται σχήματα καὶ ἄλλοτ' ἄλλως ἐχούσας τὰς ἐκβάσεις προφαίνει· τὰς μὲν γὰρ ἐκ τοῦ σύνεγγυς, B τὰς δὲ μεθ' ἱκανὸν τὸν χρόνον. Οἱ δ' οὔτε τοῦθ' ἱκανοὶ ξυνιέναι ἐγένοντο καὶ ἄλλα ἀντ' ἄλλων ᾐτιάσαντο, ὁδὸν τοῦ προσήκοντος πόῤῥω βαδίσαντες· ὥσπερ ἂν εἴ τις, ὅτι Θεμιστοκλέους ἐκ Μεγάρων [P. 279] Ἀθήναζε κατιόντος ὑετὸς κατεῤῥάγη, αἴτιον εὐθὺς τοῦ συμπτώματος ἡγοῖτο Θεμιστοκλέα· ἢ πάλιν Κροῖσον, ὅτ' αὐτοῦ διαπεραιουμένου τὸν Ἅλυν ἥλιος ὑπερέβαλε τὸν ὁρίζοντα. Καὶ γὰρ Θεμιστοκλέους ἀπόντος φύσις ὑετοὺς καταῤῥήγνυσθαι· καὶ ἀπαλλάξαντος τοῦ Λυδοῦ διηνεκῶς τὸν ὁρίζοντα μετὰ πᾶσαν ἥλιος ὑπερβάλλει τὴν νύκτα. Ἦν ἕτερα μυρία πρὸς ἔλεγχον, ἀλλὰ μήκους ἕνεκα καὶ κόρου σιωπῶμεν. Τὸ μὲν γὰρ καλῶς ἐν καλαῖς ὑποθέσεσι λέγοντας εὐδοκιμεῖν, κἂν εἰς μῆκος ὁ λόγος ἐξέλθῃ, ἀλλ' οὖν ἐπαίνων οὐκ ἐκπέπτωκε· τὸ δ' ἐν ἀτόποις C καὶ κιβδήλοις, τοῦτο δὲ καὶ τῶν ἐπαίνων πάμπαν ἐξεκεχωρήκει καὶ μυκτῆρος κατατρέχοντος οὐ σφόδρα ἀπαλλάττει. Λέγεται γὰρ καὶ Φίλιππος ἀποσκῶψαι πρὸς τὸν παῖδα Ἀλέξανδρον, ὅτι δεξιῶς τε καὶ ἐμμελῶς ἐκιθάρισεν, αἰσχρὸν εἶναι φήσας ἐν τοῖς φαύλοις ἐπιδείκνυσθαι φιλοτίμως τὸν εὐγενῆ. »

CAPUT XII.

Michael Bulgarus cur bellum Crali intulerit. Imperator in belli societatem ascitus. In Pelagonia castrametatur. Solis defectus. Bulgarus Triballorum agros vastat. Crales cum eo confligit. Gallorum equitum virtute adjutus eumdem vincit et capit. Michael ex vulneribus moritur. Imperator nulla re gesta Byzantium redit. Fortunæ inconstantia. Cralis uxores duæ. Filius ex prima susceptus rebellat. Potitur principatu. Ipse Crales a factiosis in carcere suffocatus.

I. Insecuto vere, cum Serviæ Cralem appareret non quieturum, nisi Michaelem ob injuriam et contumeliam sorori factam ultus esset; quod is eam legitimam conjugem, ex qua et liberos regni hæredes futuros susceperat, nulla de causa repudiasset, ac sororem imperatoris duxisset : Michael legatos ad imperatorem mittit eumque hortatur, ut per Romanas provincias transiens in Triballorum terram impressionem faciat. Nam et se magnis cum copiis arma eidem infesta illaturum, ut duobus bellis sustinendis impar multis utrinque agris amissis debilior exsisteret. Proinde ad expeditionem sub veris usque exitum sese parant.

Α'. Τοῦ δ' ἐπιγενομένου ἦρος (24) ἐπειδήπερ ὁ Κράλης Σερβίας δῆλος ἦν οὐκ ἠρεμήσων, εἰ μὴ ἐπεξέλθοι Μιχάηλον τῆς ἐς τὴν ἀδελφὴν ὕβρεως καὶ ἀδικίας, ὅτι γυναῖκα νόμιμον οὖσαν αὐτῷ καὶ παῖδας τεκοῦσαν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς διαδόχους διωσάμενος D αὐτὴν ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει τὴν τοῦ βασιλέως ἠγάγετο ἀδελφήν· διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα Μιχάηλος, ξυνωθῶν αὐτὸν διὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἰόντα χώρας εἰσβάλλειν εἰς τὴν τῶν Τριβαλλῶν γῆν. Μέλλειν γὰρ καὶ αὐτὸν ἐκστρατεύειν κατ' ἐκείνου μετὰ βαρείας δυνάμεως, ὡς ἂν μὴ ἔχων ὅπως ἀρκέσειε πρὸς τὰς ἑκατέρωθεν μάχας ἀσθενέστερος γένηται, πολλὴν ἀποβεβληκὼς ἑκατέρωθεν χώραν ἑαυτοῦ. Καὶ δὴ παρεσκευάζοντο πρὸς ἐκστρατείαν ἄχρι φθίνοντος ἔαρος.

II. Cæterum æstate incipiente imperator, cui ad-

Β'. Θέρους δ' ἤδη ἱσταμένου ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπει-

Variorum notæ.

(24) Cantacuzen. lib. II, cap. 21, 25. Ducang.

A δὴ μὴ ἀξιόλογον εἶχε στρατὸν πρὸς τὴν τοῦ Κράλη δύναμιν, ἐστρατοπεδεύσατο παρελθὼν παρὰ πεδίον τι τῆς Πελαγόνων χώρας, ὅπη καὶ ὅμορα ἦσαν Ῥωμαίοις ὑπείκοντα πολίχνια, καραδοκῶν ἐκεῖθεν τὴν ἑτέρωθεν τοῦ Μιχαήλου στεῤῥοτέραν κατὰ τῶν Τριβαλλῶν [P. 280] ἔφοδον ὅπη χωρήσειεν ἀκούσεσθαι πρότερον, κἄπειθ' ὅ τι γνοίη καὶ αὐτὸς διαπράξεσθαι. Ὅτε δὴ καὶ ἡλίου γεγενῆσθαι ἐπισκότησιν ἐξεγένετο περὶ τὴν δωδεκάτην ὥραν τῆς ἑκκαιδεκάτης τοῦ Ἰουλίου ἡμέρας, οὐ μεῖον τῶν ια' δακτύλων, εἴ τις παρὰ τὸν διὰ Βυζαντίου παράλληλον ποιοῖτο τὴν οἴκησιν, τετάρτην καὶ εἰκοστὴν τοῦ Καρκίνου τηνικαῦτα μοῖραν ἀμείβοντος τοῦ ἡλίου (25), καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς ἐπισκοτήσεως ἀπὸ μέσου δεικνύντος Ἰάπυγος καὶ Θρασκίου, τὸ δὲ τέλος ἀπ' ἀρχομένου ἔγγιστα ἀπηλιώτου.

B Γ'. Ὁ μέντοι Μιχάηλος πλεῖστον ἀγείρας στρατὸν, δώδεκα μὲν χιλιάδας ἐκ τῆς οἰκείας χώρας, τρεῖς δ' ἑτέρας Σκυθῶν μισθοφόρων, ἐσβάλλει διὰ τῶν ἀρκτικωτάτων Αἵμου τοῦ ὄρους ἐς τὴν τῶν Τριβαλλῶν χώραν, ἔνθα δὴ μάλιστα καὶ ποταμοῦ τοῦ Στρυμόνος εἰσὶν αἱ πηγαί. Τέτταρας μὲν οὖν ἡμέρας διηνυκὼς ἐπὶ τῆς πολεμίας ἐδῄου καὶ ἔκειρε τὴν γῆν ἀδεῶς καὶ ἐδενδροτόμει τοὺς ἀγροὺς καὶ κακῶς ἐποίει τὴν χώραν, οὔπω μηδενὸς ἐκεῖθεν ὅπλα ἀνταίροντος. Τῇ πέμπτῃ δ' ἅμα ἡλίῳ ἐπιφαίνεται καὶ ὁ Κράλης Σερβίας, χεῖρα βαρεῖαν ἐπαγόμενος καὶ ὅπλα τῇ λαμπρότητι τὰς τῶν ὁρώντων ἀποκρύπτοντα ὄψεις. Ἐπεὶ δ' ἑκάτερα τὰ στρατεύματα παρετάξαντο καὶ τὰ σημεῖα ἤρθη, ὁ Κράλης τὰς ἑαυτοῦ C τάξεις ἐῤῥωμένως παρακελευσάμενος μάχεσθαι, ὁ δ' ἐπὶ τὴν τοῦ Μιχαήλου σημαίαν ἐκτρέχει, ἔχων περὶ αὐτὸν χιλίους ἱππέας Κελτοὺς μεγέθει τε σώματος καὶ ῥώμης περιουσίᾳ καὶ ὅπλων ἐμπειρίᾳ πολεμικῶν κράτιστα ἠσκημένους τε καὶ ἐσκευασμένους. Καὶ ταύτην ξὺν οὐ πολλῷ πόνῳ καθῃρηκὼς ἔδραμεν ἐπὶ τὴν τοῦ Μιχαήλου παράταξιν· καὶ συμπατήσας τὸ πολὺ τοῦ περὶ αὐτὸν στρατεύματος καὶ καταβαλὼν ζῶντα χειροῦται καὶ τετραυματισμένον καὶ τὸν Μιχάηλον. Τὸ δὲ Βουλγαρικὸν ἄλλο στράτευμα τὸ μὲν πλεῖον ἐκεῖ κατεκόπη, τὸ δὲ περιλειφθὲν γεγυμνωμέναις σαρξὶν ἐς τὰ οἴκοι ἐχώρουν. Ὁ μέντοι Μιχάηλος τρεῖς ἡλίους τὸ ἐξ ἐκείνου τεθέαται ζῶν καὶ μάλα μόλις τὴν συμφορὰν ἐπιγινώσκειν δυνάμενος, τῷ δὲ τετάρτῳ μετήλλαξε, μὴ D δυναμένου τοῦ σώματος πλέον ἐξαρκέσαι πρὸς τὸ καίριον τῶν τραυμάτων. Ὁ δὲ βασιλεὺς μαθὼν τὸ πραχθὲν τὴν ταχίστην ἐς Βυζάντιον ἐπανήει, μηδὲν μήτε δεδρακὼς μήτε πεπονθώς.

Δ'. Ἐπεὶ δ', ὡς πολλάκις εἰρήκειμεν, οὐδὲν τῶν ἐν βίῳ εὐτυχημάτων ἀκήρατον ἐς τέλος διαπερᾷ τὸν αἰῶνα, οὐδὲ βασκανίας ἐκτὸς, οὐδ' ἐνταῦθα ἐπέλιπε τὸ χρεὼν· ἀλλ' ἀντέπνευσε καὶ τοῖς τοῦ Κράλη λαμπροῖς εὐτυχήμασι χειμὼν χαλεπός τε καὶ φρικωδέστατος, ὃς πάντα ἐπέκλυσε καὶ κατέχωσεν αὐτῷ τὰ τοῦ βίου τερπνὰ καὶ αὐτό γε τὸ ζῆν προσαφῄρη-

A versus Cralis vires copiæ non satis magnæ erant, in planitie quadam regionis Pelagonum castrametatur, cui finitima erant oppidula, quæ Romanis parebant; atque ibi præstolatur, donec audiat, quorsum ex altera parte evaserit Michaelis in Triballos firmior impressio, ut ipse deinde quod e re visum fuerit exsequatur. Tunc autem circa 455 horam duodecimam, die Julii decima sexta, solis obscuratio facta est non minor undecim digitis, observata nempe ab eo, qui in parallelo per Byzantium ducto habitaret : quo tempore sol partem Cancri vicesimam quartam pertransibat. Ejus porro eclipseos observandæ initium a medio Japyge et Thrascia, finis ab initio fere Subsolani fuit.

B III. Michael vero ingenti coacto exercitu (nam indigenarum millia duodecim, Scytharum mercenariorum tria millia erant), per septentrionalem montis Hæmi partem in Triballorum ditionem impetum facit, ibi fere ubi Strymonis fluvii fontes sunt. Quatuor igitur continuis diebus in hostico traductis agros impune ferro et flamma vastat, arbores exscindit, tota denique regione grassatur, nemine interim arma adversus eum movente. Quinto demum una cum solis ortu Crales Serviæ se ostendit, magnis secum copiis adductis, quæ splendore armorum oculos intuentium perstringebant. Cum autem utraque acies in procinctu staC ret, et signa sublata essent, Crales suos ad fortiter pugnandum cohortatus, ipse ad Michaelis vexillum cum mille Gallis equitibus magnitudine corporum et robore insignibus et in re bellica exercitatissimis excurrit, eoque citra magnum laborem revulso ad Michaelis agmen properat : et magna ejus militum parte prostrata et conculcata vivum et saucium Michaelem capit. Reliquus Bulgarorum exercitus majori ex parte ibi cæsus 456 est. Qui superstites fuere, nudis corporibus domum redierunt. Michael autem tres ex eo dies vivus solem aspexit, sic affectus, ut vix cladem suam intelligeret; quarto die exspiravit, cum ejus corpus lethalibus vulneribus ferendis impar fuisset. At imperator cognita re Byzantium rediit, nulla neD que re gesta neque clade accepta.

IV. Sed cum, ut sæpe diximus, nulla sit perpetuo sincera et incorrupta invidiæque expers ullius mortalium felicitas, nec tum quoque fatalis ea necessitas defecit. Nam illustribus Cralis successibus tempestas gravis et supra modum horrenda reflavit, quæ omnia illi vitæ gaudia inundavit et demersit, et ipsam ei vitam eripuit. Res autem ita se habet

Variorum notæ.

(25) Nostra ætate, 16 Julii sol tertium gradum ♌, non autem 24 ♋ tenet. Quare videant οἱ ἀστρολόγοι καὶ χρονολόγοι, an intra 200 annos 9 graduum discrimen conflari potuerit; atque, ipsine errent, an errarint Byzantini. WOLFIUS.

Erat ei filius annum tum alterum et vicesimum agens, ex alia uxore natus, quem ad principatus successionem diligenter educabat. Sed cum Cæsaris filiam annos natam duodecim ipse quinquagenarius duxisset, et priusquam filio despondisset uxorem, liberos ex illa suscepisset : in suspicionem et metum filius ejus impulsus est, cujusmodi probabile est ab æqualibus luxurianti adolescentis animo ingeri. Itaque defectionem et rebellionem contra patrem molitur. Quem cum proceres, duces et tribuni aliique imperium patris ob diuturnitatem temporis fastidientes sic affectum viderent, singuli privatim adeunt ; defectionis consilia animo **457** volventem inflammant ; post dies non multos ad se recipiunt ; hostem patri suscitant, et summa potestate ipsi delata, Serviæ Cralem declarant. Cum autem compluribus diebus paulatim omnis flos exercitus ad eum confluxisset, patrem etiam vinctum sine nullo negotio ad eum perducunt, ac mox in carcerem conjiciunt, invito fortassis et graviter ferente filio : sed tamen tacente et furori populi adversari non audente. Verebatur enim, ne in se ipsum nec opinantem gravius aliquid consuleretur. Post paucos dies patrem quidem in vinculis suffocant, suavibus illis successibus in acerbum interitum versis ; filio autem principatum firmant atque stabiliunt. Mox statim una cum eo egressi Romanam provinciam usque ad Strymonem et Amphipolin, capta etiam Strummitza et aliis oppidulis, subigunt.

A κεν. Ἔχει δὲ οὕτως. Ἦν αὐτῷ παῖς (26) δεύτερον τηνικαῦτα καὶ εἰκοστὸν παραλλάττων ἔτος, ὃν ἐξ ἑτέρας γεγέννηκε γυναικὸς καὶ ἐς διαδοχὴν ἀνῆγε τῆς ἀρχῆς μάλα ἐπιμελῶς. [P. 281] Ἐπεὶ δ' αὐτὸς μὲν τῇ τοῦ Καίσαρος θυγατρὶ (27) συνεζύγη, πεντηκοντούτης ἀνὴρ κόρῃ δωδέκατον ἀγούσῃ τὸν χρόνον, καὶ πρὶν τῷ παιδὶ γυναῖκα ἀγαγέσθαι, παιδοποιεῖν ἤρξατο μετὰ τῆς τοῦ Καίσαρος θυγατρὸς, ἐς ὑποψίας καὶ φόβους ὁ παῖς ἐξενήνεκται, ὁποίους ὑποσπείρειν εἰκὸς τοὺς ἡλικιώτας ἐς τὴν σφριγῶσαν τούτου ψυχήν· καὶ ἀποστασίαν λοιπὸν ἐμελέτα καὶ ἐπανάστασιν κατὰ τοῦ πατρός. Ὃν οὕτως ἔχοντα βλέποντες οἱ ἐκεῖ μεγιστᾶνες καὶ στρατηγοὶ καὶ ταξίαρχοι, καὶ ὅσοι κόρον εἰλήφεσαν τῆς ἀρχῆς τοῦ πατρὸς διὰ τὸν χρόνον, λάθρα τούτῳ προσῄεσαν ἕκαστοι καὶ τοὺς τῆς ἀποστασίας ἐξεπύρ- B σευον αὐτῷ λογισμούς· καὶ μετ' οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας ἀπολαβόντες αὐτὸν ἐξεπολέμωσάν τε κατὰ τοῦ πατρὸς καὶ Κράλην Σερβίας αὐτοκράτορα ἀνηγόρευσαν. Ἐπεὶ δὲ συχνῶν ἡμερῶν κατ' ὀλίγους ἅπαντες αὐτῷ προσεῤῥύησαν τοῦ στρατοῦ τὸ ἀπόλεκτον, προσελάσαντες δέσμιον ἀπονητὶ καὶ τὸν πατέρα προσήνεγκαν τῷ υἱῷ· κἀκεῖθεν ἐς εἱρκτὴν ἀπήνεγκαν, ἄκοντος μὲν ἴσως καὶ ἀσχάλλοντος τοῦ υἱέος, σιωπῶντος δ' οὖν ὅμως καὶ ἀντιλέγειν οὐ δυναμένου τῇ τοῦ πλήθους ὁρμῇ. Ἐδεδίει γὰρ, μήπου τι καὶ αὐτὸς πάθοι τῶν ἀδοκήτων. Οὐ πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι, κἀκεῖνον μὲν ἐν δεσμοῖς ἀπέπνιξαν, πικρὸν αὐτῷ τοῦ βίου τὸ πέρας ἐπενεγκόντες ἀντὶ τῶν ἡδέων ἐκείνων εὐτυχημάτων· τῷ δὲ υἱῷ τὴν ἀρχὴν ἤδη βεβαιοτέραν καὶ ἀσφαλῆ κατεστήσαντο καὶ ἅμα αὐτῷ ἐξελάσαντες εὐθὺς ᾠκειώσαντο τὴν Ῥωμαίων χώραν ἄχρι Στρυμόνος καὶ Ἀμφιπόλεως· ὅτε δὴ καὶ Στρούμμιτζαν εἷλον ξὺν γε ἄλλοις πολιχνίοις.

CAPUT XIII.

Bulgaris per interregnum dissidentibus, imperator Mesembriam et alia oppida invadit. Alexander, Bulgariæ principatum adeptus, Romanorum fines vastat. Urbes amissas recipit. Turci Nicæam capiunt. Imagines, libros et sacras reliquias vendunt Byzantiis. Maritimam Bithyniæ oram occupant. Tributarios omnibus modis vexant. Choræ monasterium a quo conditum; a quibus instauratum. Metochitæ ab exsilio reversi domicilium. Hujus ædes ut dirutæ sint. De evulso pavimento. Adempta libertas alloquendi seniorem.

1. Proximo anno, cum audisset imperator Bulgaricum imperium et a priore Michaelis uxore et a cognatis ejusdem Michaelis divelli (nam imperatoris soror ægre fuga salutem quæsierat), in ea multorum contentione de principatu occupando, justis copiis delectis, oppidula Hæmo vicina invasit, et fere omnia citra negotium cepit, habitatoribus ultro sese ad eum conferentibus. Inter cætera vero etiam urbs munita et frequens, nomine Mesembria, ad mare sita, deditionem fecit. In qua cum imperator **458** fere cum militibus versaretur, statim gravis esse cœpit, tum quia urbem res necessariæ ob illos deficiebant, tum quia pecuniæ consumptæ

C Α'. Ἐς δὲ τοὐπιὸν ἔτος (28) ἀκούων ὁ βασιλεὺς διασπωμένην τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν ὑπό τε τῆς προτέρας τοῦ Μιχαήλου γυναικὸς ὑπό τε τῶν τοῦ Μιχαήλου συγγενῶν (ἡ γὰρ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ μόλις ἐκεῖθεν φυγοῦσα τὸ ζῆν ἐπορίσατο), πολλῶν οὖν ἐκεῖ μαχομένων καὶ ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς ἀντιποιουμένων, στρατὸν ἀπολέξας ὁ βασιλεὺς ἱκανὸν ἐπέθετο τοῖς περὶ τὸν Αἷμον πολιχνίοις καὶ εἷλε μικροῦ πάντα ἀπονητὶ, τῶν οἰκητόρων προσεῤῥυηκότων ἑκόντων. Μεθ' ὧν προσεῤῥύη καὶ παραθαλασσία πόλις ὀχυρά τε καὶ πολυάνθρωπος καλουμένη Μεσημβρία. [P. 282] Ἐν ᾗ διατρίβων ὁ βασιλεὺς ὡς τὰ πολλὰ μετὰ τοῦ στρατοῦ φορτικὸς ἔδοξε

Variorum notæ.

(26) Inde incipiebat caput, περὶ τῆς ἐπιβουλίας τοῦ Κράλη παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, *de insidiis quas Crali filius suus fecit*, non, *quas Crales filiis suis fecit*, ut legebatur in Wolfiana editione. BOIVIN.

(27) Maria Palæologina Joannis Palæologi Cæsaris filia, et Michaelis Palæologi imperatoris neptis. Vide *Famil. Byzant.* et seriem regum Serviæ n. 61. DUCANG.

D (28) Cantacuz. lib. II, cap. 26, 27. Vide seriem regum Serviæ in *Famil. Byzant.* n. 47 et 48. DUCANG. — Ἐς δὲ τοὐπιὸν ἔτος *proximo anno*, scilicet post Michaelis Bulgari cladem : anno autem non Christi, sed mundi, eoque Byzantino, qui inibat mense Septembri. Is annus fuit mundi 6859, Christi 1350 exiens. BOIVIN.

A τὴν ταχίστην διά τε τὴν γενομένην δι' αὐτοὺς ἐπίλειψιν τῶν χρειωδῶν, καὶ διὰ τὴν τῶν προσόδων φθοράν. Ἐπεί γε μὴν μετὰ πολλοὺς τοὺς περὶ τῆς ἀρχῆς ἀγῶνας τὴν νικῶσαν Ἀλέξανδρος εἰλήφει ὁ τοῦ Μιχαήλου ἀδελφιδοῦς, καὶ τῆς ἡγεμονίας τὸ κράτος βεβαίως περιεζώσατο, τὸν Βουλγαρικὸν συλλέξας στρατὸν, προσεταιρισάμενος δὲ καὶ μισθοφορικὸν ἐκ Σκυθῶν οὐκ ὀλίγον ἐς τὴν ὅμορον ἐπέβαλε χώραν Ῥωμαίων καὶ ἤλασεν ἄχρις Ὀρεστιάδος· καὶ πλείστην μὲν λείαν ξυνηθροικὼς, πολλὰ δὲ καὶ τῶν περὶ τὸν Αἷμον πολιχνίων καθ' ὁμολογίαν παραστησάμενος καὶ ἐς τὰ τῶν Βουλγάρων ἤθη πάλιν ἐπανεστράφθαι πεποιηκὼς ἐπανῆκε χαίρων οἴκαδε μετὰ πολλῶν τῶν λαφύρων.

peribant. Sed cum post multas de regno concertationes ad Alexandrum Michaelis consobrinum summa rerum delata esset, is firmato principatu exercitum Bulgaricum cogit, et Scytharum non parva manu mercede conducta in finitimam Romanorum provinciam irrumpit : tum ad Orestiadem usque progressus, maxima præda parta ac plerisque ad Hæmum oppidulis deditione captis et ad instituta Bulgarorum reductis, lætus cum magnis spoliis domum redit.

B'. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ Νίκαιαν εἷλον (29) οἱ βάρβαροι, τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἄστυ, λιμῷ καὶ στρατῷ πολιορκηθεῖσαν μακρῷ· καὶ πολλὰς τῶν ἐκεῖσε θείων εἰκόνων καὶ βίβλων ἐς Βυζάντιον κομίσαντες, καὶ ἁγίων γυναικῶν λείψανα δύο (30), B χρήμασιν ἠλλάξαντο. Ἀδεῶς δὲ ἤδη τὰς οἰκήσεις ἐν τοῖς παραλίοις τῆς Βιθυνίας (31) οἱ βάρβαροι ποιήσαντες βαρυτάτους ἐπέθηκαν φόρους τοῖς ἐναπολειφθεῖσι βραχέσι πολιχνίοις, δι' οὓς τέως οὐκ αὔτανδρα πρὸς ὄλεθρον ἤλασαν παντελῆ, μάλα ῥᾳδίως δυνάμενοι καὶ ἐν βραχυτάτῳ χρόνῳ τοῦτο τελεῖν. Οὐκ ἐπιλείπουσι δ' ὅμως συχνὰς ποιούμενοι τὰς ἐφόδους καὶ ζωγροῦντες τῶν ταλαιπώρων τοὺς πλείους ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης ἀεί.

II. Sub hoc tempus etiam Nicæam, magnam illam et celebrem urbem, diuturna fame et obsidione oppressam Barbari ceperunt; ac multas inde imagines sacras multosque codices una cum duarum sanctarum mulierum reliquiis Byzantium advectos vendiderunt. Jam vero impune in maritimæ Bithyniæ ora sedibus delectis gravia tributa reliquis oppidulis imposuerunt. Quæ quoniam ipsis pendebantur, idcirco non prorsus una cum habitatoribus illa oppida deleverunt, cum facile possent, et brevissimo quidem tempore. Nec tamen crebris incursionibus vexare et mari terraque plerosque ex illis miseris capere desistunt.

Γ'. Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης ὁ Μετοχίτης ἐλθὼν ἐκ τῆς ἐξορίας (32) οὐ παρὰ τῇ οἰκίᾳ κατέλυσε· πάλαι γὰρ, ὡς εἰρήκειμεν, εἰσελθόντος τοῦ βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ αὕτη διέφθαρται καὶ τελέως ἠρήμωται πρὸς τῶν δημοτῶν· κατέλυσε δ' ἀπέναντι C καὶ πλησίον παρὰ τῇ ἱερᾷ δηλαδὴ μονῇ τῆς Χώρας, ἣν πολλοῖς αὐτὸς ἀναλώμασιν ἀνεκαίνισε πρότερον, τοῖς ὀδοῦσι τοῦ χρόνου δεινῶς κοπτομένην ἰδών. Ἐδομήθη γὰρ αὕτη τὸ ἀρχαῖον πρὸς τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἐπιμήκης τὸ σχῆμα. Εἶτα τοῦ χρόνου ταύτην μέχρι κρηπίδων συντρίψαντος ἄλλον ἐκ βάθρων ἀνήγειρε νεὼν, εἰς ὃ καὶ νῦν ὁρᾶται σχήματος, ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ πενθερά (33). Τοῦ δὲ χρόνου πάλιν φθορὰν ἀπειλοῦντος οὗτος ἁβροτέρᾳ χρησάμενος δεξιᾷ, πλὴν τοῦ μεσαιτάτου νεὼ, πάντα καλῶς ἐπεσκεύασεν. Ὅθεν καὶ πάντων εἰς τέλος ἀπολωλότων ἤδη τἀνδρὶ

III. Magnus autem logotheta Metochites ab exsilio reversus non domi suæ divertit, quæ (ut jam diximus)
459 imperatore urbem ingresso pridem erat diruta et vastata prorsus a populo: sed e regione et in proximo, nempe in Choræ monasterio, quod ipse antea dentibus ævi labefactatum magnis sumptibus instaurabat. Exstructum enim initio fuerat a Justiniano imperatore forma oblonga. Deinde, cum vetustate usque ad fundamenta concidisset, aliud templum, ea qua nunc forma cernitur, Alexii imperatoris socrus condiderat. Sed cum rursus temporis injuria ruinam minitaretur, hic medio templo excepto omnia liberali manu probe instauravit. Itaque cum omnium fortunarum naufragium fecisset, salutaris hic ei et corporis et animi portus in necessitate exstitit. Cum igitur sacrum monasterium intueretur, arcana voluptate animus ejus deliniebatur : cum

Variorum notæ.

(29) Ut Nicæa capta fuerit ab Orchane sultano, anno scilicet Mahumetano 734, Christi 1333, narrat Leunclavius, lib. IV *Hist. Musulman*, tum ex *Annalibus Turcicis*, tum ex Laonico, tum aliis scriptoribus pag. 180, 181, 190. Illa autem, ut et Nicomedia ab Orchane pariter capta, tum Græcis parebat, ut patet ex Gregora, lib. IX, cap. 9, et Cantacuz. lib. II, cap. 24, 26, quod ignorasse videtur Leunclavius, qui nescio quem regulum Nicææ præfuisse ait. Utriusque porro urbis frustra tentatæ obsidionis, non vero captæ, meminit ibidem Cantacuzenus : contra vero Phranz. lib. I, cap. 27. DUCANG.

(30) Nicææ martyrium passas S. Antoninam 12 Junii et S. Theodotam cum tribus filiis suis 28 Julii, habent Menæa : an istas intelligat Gregoras, incertum manet. DUCANG.

(31) Hinc scribit Leunclavius post captam Ni- D cæam, Orchanum ipsum diu hanc urbem Portæ sive Regiæ loco habuisse pag. 195. DUCANG.

(32) Dialog. Φλωρέντιος, seu Περὶ σοφίας, cod. Reg. 3284, fol. 246, v. Μητρόδωρος μὲν ἐκεῖνος (ita illic vocatur Metochites) ὁ περιττὸς τὴν σοφίαν, ὦ φίλε Κριτόβουλε, ἐπειδὴ τὰ τῆς ἡγεμονίας ἐς Ἡρακλείδας (id est ad Andronicum juniorem) μετακεκύβευται, δεδήμευται μὲν τὴν οὐσίαν, πάνυ τοι πλείστην οὖσαν· αὐτὸς δ' ἐπὶ δυοῖν ἐξοστρακίζεται τοῖν ἐνιαυτοῖν. Ἔπειτα ἐπανελθὼν οἴκαδε, καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς, ἐτελεύτησε, νόσοις βαρείαις τὸ σῶμα δαπανηθείς. Itaque Metochites in exsilium missus, domum rediit post biennium, anno scilicet 1330. BOIVIN.

(33) Vide *Constantinopolim Christ.* lib. IV, sect. 15, n. 5, ubi de Choræ monasterio et illius conditoribus ac instauratoribus multa. DUCANG.

vero domus eversionem, oculi ejus gravi mœrore turbabantur, et animum ipsius pervadebat doloris ignis ac flamma, qualem hujusmodi angores et calamitates solent accendere. Et cum secum reputaret, ut nullis pœnis fortuna satiaretur, obstupescebat, ne solo quidem splendidarum ædium ornatum suum inviolatum permansisse: sed, quod ab omni ævo nusquam in alio esset excogitatum, id tum huic accidisse. Evulsum enim pavimentum omne occidentalium Scytharum principi, pavimentum ad suas ædes ornandas splendidius requirenti, dono missum est. Porro eidem **460** Metochitæ interdicta erat ab iis, qui imperium administrabant, omnis cum seniore imperatore sermonis communicatio, ut eum nec præsens nec per internuntium alloqui ei liceret. Quæ res homini non parvam doloris accessionem attulit.

τῶν ἔξω πραγμάτων σωτήριος· αὕτη λιμὴν ἐν καιρῷ περιστάσεως ὤφθη ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σώματος. Πρὸς μὲν οὖν τὴν ἱερὰν ἀποβλέπων μονὴν τὸ λοιπὸν ἡδονὴν ἀπόῤῥητον παρείχετο τῇ ψυχῇ· πρὸς δ' αὖ τὴν ἐρήμωσιν τῆς οἰκίας, κατήφειαν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐτρύγα μακρὰν, καὶ πλήθουσαν εἶχεν αὖθις τὴν ψυχὴν πυρὸς καὶ φλογὸς, ἣν ἐκπυρσεύουσι τοιαῦται βαρυθυμίαι καὶ συμφοραί. [P. 283] Καὶ μέντοι καὶ τὸ τῆς τύχης πρὸς τιμωρίας ἀκόρεστον ἀναλογιζόμενος ἐξεπλήττετο, πῶς οὐδὲ τοὔδαφος τῆς λαμπρᾶς ἐκείνης οἰκίας ἐς τὸν ἐνόντα κόσμον ἀφείθη· ἀλλ' ὃ μήπω πρότερον ἐξ αἰῶνος ἐφ' ἑτέρου ἐπινενόηται, νῦν ἐπὶ τοῦδε καὶ πέπρακται. Ἐκσπασθὲν γὰρ ἅπαν ἐπέμφθη δῶρον τῷ τῶν δυτικῶν Σκυθῶν ἄρχοντι, λαμπρότητός τινος ἕνεκα τοῦ τῆς οἰκίας ἐδάφους ἐκείνου ζητήσαντι. Ἐκωλύετο δὲ πρὸς τῶν τὴν ἡγεμονίαν διοικούντων, μηδ' ὅλως μήτε δι' ὄψεως, μήτε διὰ γλώττης ἐκδήμου τῷ γηραιῷ προσομιλεῖν βασιλεῖ. Καὶ ἦν οὐ μικρὰ καὶ τοῦτο λύπης προσθήκη τἀνδρί.

CAPUT XIV.

Varia ostenta, solis et lunæ defectus. Terræ motus. Cruces et columnæ dejectæ. Vox temere emissa; ipso eventu probata. Gregoras seniorem invisere solitus. Cum eo ultimum colloquitur. Senior, amicis dimissis, cibum capit. Frigidam potat. Subito morbo corripitur. Peccata precibus et lacrymis expiat. Sacris mysteriis destitutus, Dei matris imaginem ori suo admovet. Exspirat. Liber, in quo imperatorum facta figuris ænigmaticis involuta fuerunt. Oraculum de seniore Andronico explicatur. Corpus ejus quonam perlatum. Justa de more persoluta.

I. Jam tempus postulat, ut etiam senioris imperatoris obitum exponamus, quem multa ostenta prænuntiarunt. Fuerunt autem hujusmodi. Primum eclipsis solis, quæ ejus obitum tot diebus præcessit, quot annos ipse vixerat. Hanc solis obscurationem secutus est lunæ defectus. Tum huic successit terræ motus, ea vespera qua D. Antonii, cujus illi nomen inditum erat, memoria veteri more a Christianis celebrabatur. Ipso autem die Februarii duodecimo, quem inexspectati ejus obitus consecutura erat vespera, cum e meridiei barathris vehemens ventus erupisset, marini fluctus ita efferati sunt, ut suos egressi limites multas murorum Byzantii maritimorum et orientalium partes prostraverint, et multas illic portas effregerint, et hostium instar irrumpentes multa quoque ædificia urbana inundarint.

Α'. Καιρὸς δὲ ἤδη καὶ περὶ τῆς τοῦ γηραιοῦ βασιλέως διεξελθεῖν τελευτῆς, ἣν θεοσημεῖαι πολλαὶ προεμήνυσαν· αἳ ἦσαν τοιαίδε. Ἐπισκότησις πρῶτον ἡλιακὴ (34), τοσαύτας ἡμέρας προειληφυῖα τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, ὅσα καὶ αὐτὸς ἦν ἔτη τὰ πάντα βεβιωκώς (35). Ταύτην τὴν ἡλιακὴν ἐπισκότησιν ἔκλειψις διεδέξατο σεληνιακὴ (36)· καὶ ταύτην αὖθις σεισμὸς γῆς ἐν ἑσπέρᾳ (37), ᾗ τὴν μνήμην ἐτέλουν ἐκ χρονικῆς περιόδου Χριστιανοὶ τοῦ ὁμωνύμου αὐτῷ Ἀντωνίου. Κατ' αὐτὴν μέν γε τὴν τοῦ Φεβρουαρίου δωδεκάτην (38) ἡμέραν, ἣν ἡ τῆς ἀπροσδοκήτου τελευτῆς ἐκείνου διαδέχεσθαι ἔμελλεν ἑσπέρα, βιαίου πεπνευκότος ἐκ τῶν βαράθρων τῆς μεσημβρίας ἀνέμου, ἠγρίωται μὲν τὰ θαλάττια κύματα τοσοῦτον, ὥστε τοὺς ὅρους ὑπερβάντα πολλὰ μέρη τῶν ἑῴων καὶ παραλίων τοῦ Βυζαντίου τειχῶν καθῃρηκέναι, πολλὰς δὲ καὶ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει πυλῶν ἐκμοχλεῦσαι καὶ εἰσδραμόντα δίκην τινῶν πολεμίων πολλὰ τῶν ἔνδον οἰκημάτων κατακλύσαι.

II. Tum etiam multæ ferreæ cruces templis impositæ, impetu ventorum non tolerato, deciderunt. Columna quoque, olim ante ædem Quadraginta Martyrum posita, concidit; quæ juxta basin ustu-

Β'. Τηνικαῦτα μέντοι πεπτώκασι καὶ πολλοὶ τῶν ἐπὶ τοὺς νεὼς ἱδρυμένων ἐκ σιδήρου σταυρῶν (39), ὑπενεγκεῖν οὐ δυνάμενοι τὴν τοῦ πνεύματος βίαν. Πέπτωκε δὲ καὶ ὁ πρὸ τοῦ νεὼ τῶν Τεσσαράκοντα

Variorum notæ.

(34) Anno Chr. 1331 die 30 Nov. Calvisio. BOIVIN.

(35) Ergo dies 74. Vide Possini Observationes Pachymerianas, lib. III, cap. 8, sect. 4, ad Hist. Michaelis. BOIVIN.

(36) Die 15 Decemb. BOIVIN.

(37) Id est, vigilia ante diem festum. BOIVIN.

(38) Wolfius, codice usus male interpuncto, hæc conjungebat cum iis quæ præcedunt, et ita vesperam commemorationis D. Antonii conferebat in diem Februarii duodecimum. Bollandus ad diem 11 Februarii pag. 507, in indice prætermissorum adnotat, *S. Antonium patriarcham Constantinopolitanum hoc die* (id est *die 11 Februarii*) *memorari in catalogo generali Ferrarii: at in Martyrologio Romano et Menæis, 12 Februarii*. Favent itaque Wolfianæ interpretationi *Martyrologium Romanum* et *Menæa*; nostræ codex Regius, constructio ipsa verborum, et catalogus Ferrarii. BOIVIN.

(39) Quas quidem cruces Σιγνόχριστα appellabant. Vide *Glossarium med. et infimæ Græcitatis* in hac voce. DUCANG.

Μαρτύρων ἱστάμενος πάλαι κίων, ὃς ὑπό τινος μὲν A καυστηρίας τεθραυσμένον εἶχε τὸ πρὸς τῇ βάσει μέρος· ὃ καὶ τοῖς παριοῦσιν ὑπόνοιαν παρεῖχεν αὐτίκα ἀνατραπήσεσθαι καὶ φόβον ἐντεῦθεν οὐ μάλα παράλογον. [P.284] Ὥστε παριόντα ποτὲ καὶ τὸν βασιλέα τοῦτον ἐκώλυόν τινες τῶν περὶ αὐτὸν μὴ πλησίον ἰέναι δεδιότες ἴσως τὸν κίνδυνον. Ὁ δὲ πρὸς τὴν σφῶν εἰρωνευσάμενος δειλίαν καὶ τοιόνδε τινὰ λόγον οὑτωσί πως ἐπελθόντα τῇ γλώττῃ τότε προήνεγκεν· « Εἴθε συμπαρατείνοιτό μοι τὸ ζῆν τῇ τοῦδε τοῦ κίονος στάσει. » Ὃ δὴ καὶ κατὰ τὴν πρόῤῥησιν νῦν ἀποβὰν θαυμάζειν ἐπῄει τοῖς μεμνημένοις.

Γ'. Τοῦ δ' ἡλίου πρὸς ἑσπέραν ἤδη ἐπειγομένου ἀπῄειν κἀγὼ πρὸς τὸν βασιλέα κατὰ τὸ εἰωθός. Εἰωθὸς γάρ μοι πορεύεσθαι πρὸς αὐτὸν παραμυθίας ἕνεκα κατὰ περίοδον τριῶν που ἢ τεττάρων B ἡμερῶν. Ἀπιὼν μὲν οὖν καὶ νῦν αὖθις κατὰ τὸ εἰωθὸς πρὸς αὐτὸν καὶ παρακαθίσας τῆς συνήθους ἀπήλαυον ὁμιλίας. Συνήθεια δ' ἦν αὐτῷ, ἐλλογίμῳ τινὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ σπουδαιοτέρᾳ χρῆσθαι τῇ ὁμιλίᾳ μετά τινος ἀστειότητος καὶ χάριτος. Παρῆν δὲ καὶ αὐτοῦ θυγάτηρ Σιμωνὶς ἡ Κράλαινα καί τινες ἕτεροι τῶν ὁμοίαν ἐμοὶ τρεφόντων γνώμην καὶ τρόπου διάθεσιν πρός τε τὸν βασιλέα καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τὴν Κράλαιναν καὶ τὴν ἴσην ἐχόντων ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς οἰκειότητα. Παρετάθη δὲ τὰ τῆς ὁμιλίας ἐκείνης ἡμῖν ἄχρι μέσων νυκτῶν καὶ πρός γε ἔτι μέχρι πρώτης ἀλεκτοροφωνίας, μηδενὸς ἐκφανέντος συμβόλου νοσήματος οὑτινοσοῦν.

Δ'. Ἔπειτα ἡμῖν μὲν, « Ἄπιτε χαίροντες, » ἔφησε, « τὰ δὲ τῆς νῦν ὁμιλίας λείψανα ἐς τὴν ὑστεραίαν πάντα λελέξεται. » Ὁ δὲ τροφῆς αὐτῷ C κομισθείσης ἐδεδειπνήκει. Ἦν δὲ τὰ τῆς τροφῆς ὀστρακόδερμα πάντα διὰ τὰ τῶν νηστίμων ἐκείνων ἡμερῶν (40) νόμιμα· ἐφ' οἷς δέον ἀκρατοποσίᾳ χρήσασθαι, δυναμένῃ γηραιὸν τονῶσαι στόμαχον πρὸς κατεργασίαν τῆς σκληροτέρας ἐκείνης τροφῆς, ὁ δὲ ψυχροποσίᾳ ἐχρήσατο. Ἔθος γὰρ αὐτῷ ἦν, ὁπότε αἴσθοιτο θερμοτέρας τῆς ἕξεως τῶν οἰκείων φλεβῶν γινομένης, ἀμέτρῳ χρῆσθαι ψυχροποσίᾳ, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἠναγκάσθαι ποτὲ τῶν φλεβῶν μηδεμίαν τεμεῖν. Τοιαύτῃ τοίνυν διαίτῃ καὶ νῦν χρησάμενος δυσφορεῖν εὐθὺς ἤρξατο καὶ πάνυ πονήρως ἔχειν τοῦ στομάχου καὶ τῆς καρδίας. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἐμφραττομένων ἤδη καὶ στενοχωρουμένων ᾐσθάνετο καὶ ὅσον αὐτίκα τεθνηξόμενον ἔβλεπεν ἑαυτὸν, καὶ διὰ τὴν ἀωρίαν οὐχ D εὕρισκεν οὐδένα, ὃς αὐτῷ μεταδοίη τῶν θείων μυστηρίων, κεκλεισμένων ἁπασῶν τῶν περὶ τὰ βασίλεια πυλῶν, ἀναστὰς ηὐχαρίστησέ τε τῷ Θεῷ καὶ ὑπὲρ σωτηρίας τῆς αὑτοῦ ψυχῆς ηὔξατο σὺν πλουσίοις τοῖς δάκρυσι καὶ γονυκλισίαις πολλαῖς. Εἶτα ἐγκόλπιον (41) φέρων τὴν τῆς Θεομήτορος θείαν εἰκόνα ἐς τὸ στόμα ἐνέβαλεν ἀντὶ τῶν θείων μυστηρίων καὶ καθίσας ἐπὶ τῆς κλίνης εὐθὺς ἀπήλ-

A lata et confracta prætereuntibus ruinam proximam minitari videbatur, adeoque metum 461 ipsis non sine justa ratione incutiebat. Quamobrem aliquando hunc ipsum imperatorem illac prætereuntem quidam ex iis, quos circa se habebat, veriti fortasse periculum, propius accedere vetuerunt. Ille autem derisa eorum timiditate hæc fere verba, ut fortuito in os venerant, pronuntiavit: « Utinam tam diu ego viverem, quam diu hæc columna stabit! » Quod cum tunc demum, quemadmodum ille effatus erat, accidisset, admirationi eis erat, qui dicti illius recordabantur

III. Sole autem jam ad occasum vergente ego quoque de more ad imperatorem abivi. Solebam enim solatii causa eum tertia aut quarta quaque die B invisere. Ad eum igitur cum me tum quoque, ut mos erat, contulissem et assedissem, illius familiari colloquio fruebar. Consueverat autem eruditos et graves mecum sermones habere cum quadam urbanitate et gratia. Aderat et ejus filia Simonis Cralæna, et alii quidam, iisdem quibus ego animis præditi et ita affecti erga imperatorem et Cralænam, eademque cum illis familiaritate conjuncti. Is vero sermo noster ad mediam noctem est productus; imo et ad primum usque galli cantum, nullo ullius morbi signo in eo apparente.

IV. Deinde, « Vos, inquit, valete atque abite: ea vero, quæ restant, cras omnia dicentur. » Atque C ipse allato cibo edit. Erant autem illa, quibus vescebatur, 462 omnia testacea propter illorum dierum solemne jejunium. Post quæ cum merum bibendum fuisset, quo vetulus stomachus ad duriorem illum cibum conficiendum firmaretur, ille frigida usus est. Solebat quippe, cum venas suas calore nimio affectas sentiebat, immoderate frigidam bibere, ne ulla venæ sectione esset opus. Tali ergo diæta tum quoque usus statim æger esse et e stomacho et corde graviter laborare cœpit. Cum autem ipsius spiritus meatus obturari et coarctari sentiret, ac mortem jam sibi instare cerneret, et propter intempestam noctem neminem reperiret, qui sibi divina mysteria impertiretur, omnibus circa palatium portis clausis, surrexit et gratias egit D Deo et pro salute animæ suæ cum uberibus lacrymis et genuflexionibus multis oravit. Deinde sacram Dei Genitricis imaginem, quam in sinu gestabat, loco divinorum mysteriorum in os inseruit: cumque in lecto consedisset, ea nocte nondum elapsa subito decessit. Lectus autem in præsenti intelligatur non consuetus ille, sed omnium intimus, is videlicet qui ad latrinæ latus situs fuit. Ex quo enim male habere cœpit et difficilius spirare, sæpius uno horæ qua-

Variorum notæ.

(40) Quibus monachi ξηροφαγίαν obervabant. Vide *Gloss. med. Græcit.* in hac voce, ubi istius ξηροφαγίας cibi recensentur, in quibus παγούρια seu *canceri marini*, proinde ὀστρακόδερμα recensentur. DUCANG.

(41) Vide *Gloss. med. Latin. et Græcit.* in *Encolpium*, et Ἐγκόλπιον. DUCANG.

drante ad requisita naturæ eo se conferebat. Postremo autem, cum ad solitum et apertum lectum pervenire non **463** posset, nervis et compagibus corporis jam obtorpescentibus, in eo quem diximus decessit.

A λαξεν (42), οὔπω τῆς νυκτὸς [P. 285] ἐκείνης ληξάσης. Κλίνην δ' ἐνταῦθα νοητέον οὐ τὴν συνήθη καὶ ἐν τῷ φανερῷ κειμένην, ἀλλὰ τὴν πάνυ τοι ἐνδοτάτην καὶ παρὰ πλευρὰν τοῦ οὐρηδόχου κειμένην οἰκίσκου. Ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατο δυσφορεῖν καὶ στενοχωρεῖσθαι τὰ ἔνδον, συχνάκις καὶ κατὰ μόριον ὥρας ἐς τὸν τοιοῦτον εἰσῄει οἰκίσκον χρείας ἀναγκαίας εἵνεκα τῆς γαστρός. Τὸ δ' οὖν τελευταῖον μὴ δυνηθεὶς ἐς τὴν συνήθη καὶ φανερὰν ἑαυτὸν ἀνασώσασθαι κλίνην, νάρκῃ πεδηθέντων τῶν νεύρων τε καὶ ἁρμονιῶν ἤδη τοῦ σώματος, ἐς τὴν εἰρημένην καθίσας ἀπήλλαξεν.

V. Ex eo nos quoque oraculum, prius omnibus obscurum, facile intelleximus. Multo enim antea repererat imperator librum, cujus auctor omnino erat incertus, in quo perplexis litteris et obscuris imaginibus indicia continebantur eorum omnium, qui unquam imperio potituri essent. Ibidem autem animi et prudentiæ signum huic imperatori, præter cætera, attributa erat vulpes; obitum vero designabant tali in loco posita sella et duo nigro vestitu astantes adolescentuli, apertis omnino capitibus. Niger autem vestitus et aperta capita et duo tantum adolescentuli imperatori monasticum cucullum significarunt et imperatorii diadematis amissionem et biennium ex eo transigendum. In eo enim habitu annos duos exegit; et in hac oraculi explicatione me non falli arbitror.

Ε'. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἡμῖν ἐξεγένετο ῥᾴδιον ἤδη ξυνιέναι τὴν τοῦ χρησμοῦ λύσιν, ἄδηλον οὖσαν τὸ πρότερον ἅπασιν. Εὕρηται γὰρ ἐκ πολλοῦ βίβλος (43) τῷ βασιλεῖ, ἣν ὁ γεγραφὼς ἄδηλος ἦν τὸ παράπαν γράμματά τε αἰνιγματώδη καὶ ἀμυδρά τινα δι' εἰκόνων γνωρίσματα φέρουσα τῶν μελλόντων ἀεὶ βασιλεύειν. Ἐν ᾗ τὰ μὲν τῆς γνώμης καὶ περινοίας
B τοῦ τοιούτου βασιλέως γνωρίσματα ξύν τε ἄλλοις καὶ ἡ τῆς ἀλώπεκος ἐδείκνυ εἰκών· τῆς δὲ τελευτῆς, ἐν τοιούτῳ κειμένη τόπῳ καθέδρα καὶ δύο παριστάμενα μελανειμονοῦντα μειράκια, ἀπερικαλύπτους ἔχοντα πάντῃ τὰς σφῶν αὐτῶν κεφαλάς. Τὸ οὖν μελανειμονεῖν καὶ τὸ ἀσκεπεῖς εἶναι καὶ τὸ δύο τὰ μειράκια φανῆναι ἐδήλου τῷ βασιλεῖ τὸ τοῦ μέλανος ῥάκους ἔνδυμα καὶ τὴν στέρησιν τῆς βασιλικῆς καλύπτρας, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις διετίαν. Δύο γὰρ ἔτη συνέζησε τοῖς τοιούτοις ῥάκεσιν. Καὶ οἶμαί γε μὴ διαμαρτάνειν ἐμὲ τῆς προσηκούσης λύσεως, τοιαῦτα περὶ τοῦ χρησμοῦ διεξιόντα.

VI. Sole orto cadaver ejus in Libis monasterium est perlatum, quod mater ejus domina Theodora renovarat. Ubi de more exsequiæ ejus per novem dies celebratæ sunt.

Ϛ'. Ἅμα δ' ἡλίῳ τὸν ἐκείνου νεκρὸν ἐς τὴν μονὴν τοῦ Λιβὸς (44) ἐπικεκλημένην ἀπήνεγκαν, ἣν ἡ μήτηρ αὐτοῦ Θεοδώρα ἡ δέσποινα ἀνεκαίνισεν. Ἔνθα δὴ καὶ τὸ πένθος κατ' ἔθος (45) ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας (46) τετέλεσται.

Variorum notæ.

(42) 13 Februarii, circa horam 12 noctis, ut præfert ascripta nota Codici Cantacuz. lib. II, cap. 28, anno Chr. 1332, indict. 15. DUCANG.

(43) Vide notata ad lib. VIII, p. 188 C. DUCANG.

(44) De quo monasterio egimus in *Constantinopoli Christ.* lib. VI, sect. 2, n. 26. DUCANG.

(45) *Ubi de more exsequiæ ejus*, etc. Verterat Wolfius, *ubi de more quotannis*, etc., quasi non solum κατ' ἔθος, sed et κατ' ἔτος, legisset. BOIVIN.

(46) Vide *Glossar. med. Græcit.* in Ἔννατα. DUCANG.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Ι'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUS.

—

CAPUT PRIMUM.

defuncti filia, luctui præest. Gregoras, ea hortante, ad canendam lamentationem prodit. Fu- lamentatio. Auditores ut ea oratione commoti sint. Principis mortui ætas. Forma. Mores. m in summa inopia liberalitas duobus exemplis declarata. Æs alienum post ejus mortem reper- nnus mundi. Ætas nepotis.

] Α'. Τῇ μέντοι δευτέρᾳ τοῦ πένθους (47) ἡμέ- A ακεὶς ἔγωγε ὑπὸ τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως λαίνης, ἅτε τοῦ πένθους προεξαρχούσης, α θρῆνον ἀπὸ γλώττης αὐτοσχεδίως προσ- τῷ καιρῷ, ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους ἀθροίσει ν ἔλεξα τοιάδε·

'Ὸ μὲν τῆς συμφορᾶς μέγεθος, ὦ παρόντες, ἡμᾶς ἀναγκάζει καὶ ὥσπερ νενεκρωμένα αὶ γλῶτταν καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, τῆς τοῦ ἡμετέρου ἡλίου ἀκτῖνος σϐεσθείσης γῆν καταδύσης. Ἀλλ' ἡ θορυϐοῦσα καὶ κα- ουσα τὴν οἰκουμένην μεγάλη τῆς λύπης μάλα ἄτοπον αὖθις ἐνταῦθα τὴν σιωπὴν ι. Ποῦ γὰρ εἰκὸς, οὐρανοὺς μὲν βοᾷν ἄνω- θρήνων τὸ μέγεθος, ὅτι τοὺς ἑαυτῶν ἔσϐε- B λμοὺς ἥλιον καὶ σελήνην, γῆν δὲ κάτω- ρᾶτε σειομένην καὶ θάλασσαν καταιγίζου- γῶς ἀπαγγέλλειν, παγκόσμιον εἶναι τὴν φορᾶς αἴσθησιν, ἡμᾶς δὲ σιωπῇ τὴν τοσαύ εσθαι φέρειν ζημίαν; Ἀλλ', ὦ γῆς ἥλιε, ἔδυς, καταλιπὼν ἡμᾶς τῷ παγετῷ νεκροῦ- συμφορῶν; ὦ κοινὴ τῶν Ῥωμαίων ψυχὴ, ς ἤρθης; Φεῦ τῆς δρεπάνης τοῦ χρόνου, οἰκουμένης ἀπηνῶς ἐξεθέρισε κεφαλὴν, πόλεων ἐξώρυξεν ὀφθαλμόν; ὦ τίς τῶν πραγμάτων ἔσϐεσε τὴν μεγάλην λαμπάδα; ὸν τοῦ καλοῦ παντὸς εὐεργέτην ἐξαίφνης εστέρησεν; Ἐκεῖνος ἦν ὁ τῆς βασιλικῆς εὐ- εμέλιος· ἀλλὰ νῦν κεῖται βραχεῖ καλυπτό- C θῳ. Ὢ οἵαν πικρίας ἀνέφλεξε κάμινον ταῖς καρδίαις. Ἐκεῖνος ἦν ὁ νύκτας ὅλας ἐγ-

465 I. Altero die luctus, cum me imperatoris filia Cralæna (nam ea luctui præerat) hortata esset, ut næniam aliquam ex tempore canerem, in medium prodii et cœtu frequente ejusmodi orationem habui:

II. « Magnitudo quidem casus hujus tacere nos cogit et quasi emortua circumferre linguam, **466** aures, cogitationem, vitali solis nostri radio exstincto et terra oppresso. Magnum autem illud perturbans et percellens orbem terrarum mœroris tonitru silentium hoc loco magnæ absurditatis arguit. Qui enim convenit, cum cœli superne magnitudinem luctus proclament, cum sua lumina solem et B lunam exstinxerint, terra vero inferne (ut videtis) quatiatur, et mare fluctibus inhorruerit, ac evidenter hæc omnia nuntiarint, hujus calamitatis sensum ad universum mundum pertinere, nos tantam jacturam silentio dissimulare? At tu, o terræ sol, in qua terra occidisti, relictis nobis, ut glacie calamitatum exanimemur? O communis Romanorum anima, quo tandem ablata es? Heu falcem temporis, quale orbis terrarum caput crudeliter demessuit? qualem urbium oculum effodit? O quis reipublicæ magnam facem exstinxit? O quis viro de omni pulchra et honesta arte bene merito subito nos spoliavit? Ille imperatoriæ disciplinæ fundamentum fuit; nunc vero exiguo saxo contectus jacet. Heu qualem cordibus omnium acerbitatis caminum incendit? Ille C fuit, qui totas noctes pervigil excubaret, ne quid respublica Romana caperet detrimenti; nunc vero

Variorum notæ.

Hinc discimus tempus quo eæ orationes funebres haberi solebant, statim scilicet post ex- novendiale. Ducang.

in sepulcro longum illum somnum dormit. Ille fuit arguta et plena mellis lingua, illud omnis prudentiæ instrumentum; nunc autem jacet diuturno illo silentio oppressus. Heu dirum nuntium, qui celeriter terras simul et maria perambulans omnium 467 animos quovis ense gravius sauciat. Ille fuit magna illa orbis terrarum gloria et eruditionis præstantissimum exemplar; nunc autem pulvis exiguus illius corpori insultat. Ille fuit suavis illa omnium linguarum narratio et commemoratio; nunc autem acerba illum mors violenter oppressit. At o, unde subito nobis tantum erupit calamitatum pelagus, mari quovis amarius? Unde tantæ malorum tempestates et fluctus excitati animos nostros perturbarunt ac stupore perculerunt? Quis tantus tumultus et fremitus hominum? Numquid horribilium fulminum, e cœlo multorum simul erumpentium, ictus aliquis percussit homines intolerabilis, atque alios humi prostravit, alios semianimes oberrantes reliquit? Fuit, proh dolor, et contra nos miseros plaga in hoc tempus reservata, multis fulminibus ætheriis gravior, imperatoris inquam obitus. Nunc oportebat omnes homines, magni tonitrus vocem mutuatos, symphoniam quamdam toto orbe resonantem et publicum luctum maximum instituere, ut calamitas, ita uti decet, declararetur. Nunc oportebat magnitudine et pulchritudine præstantes stellas uno in loco congressas depingere et firmissime exsculpere imperatoris nostri pulcherrima insignia: ut quemadmodum Dei gloriam enarrant cœli, ita et hujus decora explicantes 468 in omnibus suis revolutionibus posteris semper illustrissimum imperatoriæ majestatis exemplar proponerent. Ille enim fuit imperii norma et amussis. Ille fuit sacerdotii reverentia et dignitas et splendidissima Ecclesiæ lucerna, nunc vero sub modio tegitur. Ille fuit, qui Ecclesiam velut in magna tempestate fluctuantem firmaret, et tempestatem serenitate commutaret, et velut immota turris dogmatum ejus consisteret; sed nunc, heu dolor, humi concidit. Ille fuit regula morum et humanæ formæ ornatus; cujus etiam silentium utilior erat admonitio, quam aliorum verbosæ præceptiones. Natura enim a primo ortu regia et plena dignitatis cum forma ornarat, gravitate et pulchritudine temperata et veluti statua proposita pudoris et majestatis, quæ omnia hilaritas et placabilitas gratiarum plena et venustatis adornabat; nunc autem hæc omnia telluris recessus sibi vindicarunt. O iniquam calamitatum tyrannidem! O profundam noctem, quæ nostros obtexit oculos, nec quo eamus videre sinit! O quæ ventorum procellæ, velut ex uno antro erumpentes, animos nostros hostiliter perturbant et radicitus evellere conantur! O quis tot bonorum paradisum noctu vastavit! O quot lamentationes, suspiria, ejulatus e terris in cœlos, veluti fumus

A ῥητορικῆς τε καὶ ἄγρυπνος διαμένων, ὡς μὴ τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων κλαπῇ τὸ συμφέρον· ἀλλὰ νῦν ἐν τάφῳ τὸν μακρὸν ὕπνον ὑπνώττει. Ἐκεῖνος ἦν ἡ εὔστροφος καὶ μέλιτος [P.287] γέμουσα γλῶσσα, τὸ πάσης καὶ παντοίας φρονήσεως ὄργανον· ἀλλὰ κεῖται νῦν τὴν μακρὰν σιωπὴν σιωπῶν. Ὢ δεινῆς ἀγγελίας, ἣ ταχέως διερχομένη γῆν ὁμοίως καὶ θάλασσαν τὰς ἁπάντων πλήττει ψυχὰς ξίφους παντὸς χαλεπώτερον. Ἐκεῖνος ἦν τὸ μέγα τῆς οἰκουμένης κλέος καὶ τὸ τῆς παιδεύσεως κράτιστον ἀρχέτυπον· ἀλλὰ νῦν βραχεῖα κόνις τοῦ ἐκείνου καταχορεύει σώματος. Ἐκεῖνος ἦν τὸ γλυκὺ τῶν ἐν γῇ γλωσσῶν ἁπασῶν διήγημά τε καὶ περιλάλημα· ἀλλὰ νῦν ὁ πικρὸς ἐκείνου κατετυράννησε θάνατος. Ἀλλ' ὢ πόθεν ἐξ-B αίφνης ἡμῖν τὸ τοσοῦτον ἀνεῤῥάγη τῶν συμφορῶν πέλαγος, θαλάσσης ἁπάσης ὑπάρχον πικρότερον; πόθεν ἡμῖν ἐπιόντες οἱ τοσοῦτοι τῶν δεινῶν χειμῶνες καὶ κλύδωνες τοὺς ἡμῶν ἐτάραξαν λογισμοὺς καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀναισθήτων φύσιν ἐπείγεσθαι συνωθοῦσι; Τίς ὁ τοσοῦτος κλόνος καὶ βρασμὸς τῶν ἀνθρώπων; Μὴ κεραυνῶν ἐξαισίων οὐρανόθεν πολλῶν ὁμοῦ συῤῥαγέντων πληγή τις ἐνέσκηψε τοῖς ἀνθρώποις ἀφόρητος καὶ τοὺς μὲν εἰς γῆν κατήνεγκε, τοὺς δ' ἡμιθνῆτας κατέλιπε φέρεσθαι; Ἦν ἄρα καὶ καθ' ἡμῶν, ὡς ἔοικε, τῶν δυστήνων πληγὴ ταμιευομένη τῷ χρόνῳ, πολλῶν κεραυνῶν αἰθερίων ἀντάξιος, τὴν τοῦ βασιλέως φημὶ συμφοράν. Νῦν ἔδει πάντας ἀνθρώπους, βροντῆς μεγάλης ἀνειληφότας ἐνταῦθα φωνήν, συμφωνίαν τινὰ πεποιηκέναι παγ-C κόσμιον καὶ κοινὸν ἀνεγεῖραι μέγιστον θρῆνον, ἵν' ἀρκοῦσαν τὴν ἔνδειξιν οὕτω τὸ πάθος ἴσως προσλάβῃ. Νῦν ἔδει (48) τοὺς μεγέθει καὶ κάλλει διαπρεπεῖς τῶν ἀστέρων ἐφ' ἓν συνδραμόντας διαγράψαι καὶ ἀσφαλέστατα ἐγχαράξαι τῶν τοῦ βασιλέως ἡμῶν γνωρισμάτων τὰ κάλλιστα, ἵν' ὥσπερ τὴν τοῦ Θεοῦ διηγοῦνται δόξαν οἱ οὐρανοί, οὕτω καὶ τὸ τούτου διατρανοῦντες εἶεν μνημόσυνον ἐν πᾶσι τοῖς αὐτῶν ἑξελιγμοῖς ἀεὶ καὶ περιφανέστατον αὐτοκρατορίας ἀρχέτυπον τοῦτον προβάλλοιντο τοῖς ἑξῆς. Ἐκεῖνος γὰρ ἦν ἡ τῆς βασιλείας εὐθύτης καὶ στάθμη· ἐκεῖνος ἦν ἡ τῆς ἱερωσύνης αἰδὼς καὶ σεμνότης καὶ ὁ τῆς Ἐκκλησίας φαιδρότατος λύχνος· ἀλλὰ νῦν ὑπὸ τῷ τοῦ τάφου μοδίῳ συγκρύπτεται. Ἐκεῖνος ἦν D ὁ καθάπερ ὁλκάδα μεγάλην σαλευομένην τὴν Ἐκκλησίαν στηρίξας καὶ τοὺς ταύτης εἰς γαλήνην τρέψας χειμῶνας καὶ ἀεὶ τῶν ταύτης δογμάτων ἱστάμενος πύργος ἀκλόνητος· ἀλλὰ νῦν ἐς ᾅδου πυθμένας φεῦ κατενήνεκται. Ἐκεῖνος ἦν ὁ τοῦ ἤθους κανών, ἡ τοῦ ἀνθρωπίνου εἴδους εὐκοσμία· οὗ καὶ ἡ σιωπὴ πολλῷ βελτίων ὑπῆρχε τῶν ἄλλων λαλούντων παραίνεσις. Ἡ γάρ τοι φύσις εὐθὺς βασιλικόν τε καὶ μεγαλοπρεπείας μεστὸν τὸ εἶδος ἀρχῆθεν ἐνήρμοσε, κάλλει τε καὶ ἐμβριθείᾳ τῇ προσηκούσῃ ταύτην κεράσασα καὶ οἱονεί τινα στήλην κατεσκευακυῖα αἰδοῦς καὶ σεμνότητος· οἷς ἅπασιν ἐπέπρεπέ τε καὶ ἐπεκόσμει τό τε ἱλαρὸν καὶ τὸ εὐμενές,

Variorum notæ.

(48) Sic supra lib. VIII, cap. 9, sect. 2. BOIVIN.

ὅλον χαρίτων γέμον καὶ ἵν' εἴπω, ὅλον μεστὸν ἀνθέων ἠρινῶν· ἀλλὰ νῦν κόλποι γῆς σὺν ἀκοσμίᾳ πικρῶς ἐμερίσαντο. [P. 288] Ἀλλ' ὦ τῆς ἀδίκου ταύτης τῶν συμφορῶν τυραννίδος· ὦ βαθείας νυκτὸς, ἣ τοὺς ἡμῶν ὀφθαλμοὺς συσκιάζουσα ὅπῃ πλανώμεθα βλέπειν οὐ συγχωρεῖ. Ὢ πόθεν οἱ τοσοῦτοι καταῤῥαγέντες τῶν δεινῶν ἀπαρκτίαι καὶ νότοι, καθάπερ ἐξ ὁρμητηρίου κοινοῦ, τὰς ἡμῶν δυσμενῶς συγκυκῶσι ψυχὰς καὶ ῥιζόθεν ἐπείγονται ἀνασπᾷν; Ὢ τίς τῶν τοσούτων καλῶν τὸν λειμῶνα τὸν εὐανθῆ λάθρα καὶ νυκτὸς ἐπελθὼν ἐξέτεμε; Τίς τὸν πάσης ψυχῆς ναυαγούσης λιμένα κατέχωσεν; ὢ πόσοι κλαυθμοὶ καὶ στεναγμοὶ καὶ κραυγαὶ πρὸς αἰθέρα σήμερον ἐκ τῆς γῆς ἀνατρέχουσι, καθάπερ καπνὸς ἐκ μεγάλου πυρὸς τῆς καρδίας ἑκάστων ἀναῤῥηγνύμενοι; ὢ πόσοι τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς προθυμοῦνται ζητεῖν εἰς δακρύων φορὰν, ὡς ἂν οὑτωσί πως δυνηθεῖεν ἐξισῶσαι τοὺς θρήνους τῷ κατασχόντι τὴν οἰκουμένην πάθει; ὢ τὰ πολυειδῆ τῶν ἁπάντων ὀνόματα κτησάμενος μόνος αὐτὸς, βασιλεῦ. Οἱ μὲν γάρ σε πατέρα καλοῦσι κοινόν· οἱ δὲ κηδεμόνα τε καὶ προστάτην καὶ ὀρφανίας ἐπίκουρον· οἱ δὲ λιμένα σωτήριον καὶ στεῤῥὸν προμηθέα· οἱ δὲ γυμναστήν τινα καὶ διδάσκαλον πάσης ἰδέας καλοῦ καὶ παγκόσμιον δικαστὴν τῶν ἐν κόσμῳ παντοίων πραγμάτων. Σκώληξ τὴν φύσιν τῶν ξύλων πολλάκις διέφθειρεν· ἡμῶν δὲ φθείρει νῦν τὰς καρδίας πικρότερον ὁ τοῦ βασιλέως ἔμμονος λογισμός. Τὰς ἀμπέλους καὶ τὰ λήϊα πολλάκις ἐλυμήναντο χάλαζαι καὶ ἄνθρακες οὐρανίου πυρός· ἡμᾶς δὲ πλέον ἡ τοῦ βασιλέως ἐλυμήνατο στέρησις. Κῆπος ἐκεῖνος ἦν παντοίοις βρίθων καρποῖς καὶ ὥσπερ ἔαρος ὥραν ἄγων ἀεί. Ἀλλὰ νῦν αὐτὸν ἐμάραναν, φεῦ τοῦ πάθους, αἱ τοῦ θανάτου φλόγες. Ὢ πολλῶν πόλεων οἰκιστὰ, κατά τε Ἀσίαν φημὶ καὶ Εὐρώπην, οὐκ ὀκνήσω δ' εἰπεῖν καὶ ταυτησὶ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, ἣν πάλαι μὲν Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ σοί γε ὁμότροπος ἔστησε, σὺ δ' ἐπὶ γόνυ κλιθεῖσαν ἀνώρθωσας. Πᾶσα μὲν γὰρ ἡ τῆς προτέρας ἐκείνης οἰκοδομῆς καλλονὴ καὶ τερπνότης δουλείας ἀλλαξαμένη ζυγὸν ἐτεθνήκει καὶ ἀπεῤῥύη· καὶ γενέσθαι τὸν βασιλικὸν ἐξεγένετο θρόνον Λατίνων λῃστῶν καταγώγιον καὶ βεβήλων ἑστίαν. Ἀλλὰ δεύτερος αὐτῆς καταστὰς οἰκιστὴς, βασιλεῦ, ἐκ μέσου πεποίηκας τά τε τῆς Ἐκκλησίας εὐθὺς καὶ τῶν δογμάτων ἐγκλήματα καὶ φερομένην ἐστήριξας ταύτην ἐς ἅπαν τὸ κράτιστον· τείχεσι δὲ καὶ ναοῖς καὶ οἰκίαις ἐς τὸ πρὶν ἀνήνεγκας κάλλος αὐτήν. Ὢ τοῦ μεγάλου τοῦδε καὶ ἱεροῦ χρέους, ὃ πάντες οἱ ἐφεξῆς σοι ὀφείλουσιν εὐσεβεῖς, καθάπερ εὐεργέτῃ κοινῷ καὶ ἀρχηγῷ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν πίστεως. Ὢ πῶς ὁ τοῦ παντὸς ἄξιος ὡς ἄνθος παρῆλθες ἀγροῦ; ὢ πῶς ἐπὶ σοὶ καὶ τὰ στοιχεῖα θρηνοῦσι, βασιλεῦ, καὶ δέος μὴ ἡμᾶς κατακλύσωσιν; Ὢ πῶς ἐπὶ τῷ σῷ πάθει καὶ τείχη πίπτουσι πόλεων καὶ κίονες ἐκριζοῦνται πάλαι πολὺν ἤδη τὸν χρόνον βεβαίως ἱστάμενοι; [P. 289] Ἀλλὰ δότε μοι τὴν τὸν μέγαν ἡμῶν θησαυρὸν κατέχουσαν κιβωτὸν,

A e magno cordis incendio, tendunt! O quot sunt, 469 qui ipsos Nili fontes ad fundendas lacrymas exoptant, ut fletum magnitudini casus, quo terrarum orbis oppressus est, æquare possent! O qui varios omnium titulos solus meruisti, imperator! Nam alii communem te parentem vocant; alii curatorem et patronum et orbitatis adjutorem; alii portum salutarem, et fortem providumque; alii præceptorem et magistrum omnis boni, et toti mundo communem omnis generis negotiorum arbitrum et judicem. Vermis sæpe lignorum naturam erodit; nostra vero corda nunc acerbius lædit perpetua imperatoris cogitatio. Vitibus et segetibus sæpe nocuerunt grandines et cœlestis ignis ardores; nobis imperator ademptus plus nocuit. Hortus ille B fuit omnis generis fructibus refertus et perpetuo vernans; sed nunc æstu mortis emarcuit. O multarum urbium in Europa et Asia conditor: non autem dubitabo dicere, etiam hujus imperatricis urbis, quam olim Constantinus Magnus et moribus tibi similis condidit, tu vero in genua prolapsam erexisti. Omnis enim pristinæ illius structuræ elegantia et ornatus, in servitutis jugum commutatus, obierat atque conciderat; eoque res redierat, ut regium tuum solium Latinorum prædonum esset diversorium et profanorum hominum domicilium. Sed tu alter illius conditor exstitisti. Ecclesiæ et dogmatum crimina sustulisti, eamque ruinam minitantem 470 probe constabilisti: mœnibus, C templis, ædibus pristinam ejus pulchritudinem renovasti. O magnum et sacrum debitum, quo universos fideles, quotquot deinde exstituri sunt, tibi obstrictos habes; tibi, inquam, de omnibus bene merito, et veræ fidei nostræ summo assertori! Heu! quomodo, cui par nihil dici potest, ut flos agri præteristi! En ipsa elementa te lugent, ac periculum est, ne nos obruant. En ob tuum obitum etiam urbium mœnia concidunt, et columnæ evertuntur, quæ multis sæculis firmæ steterunt. Sed date mihi meam arcam, quæ continet magnum nostrum thesaurum, ut videam, quomodo lacrymarum rivis innatare queat. Quas enim mortales omnes ubertim profundunt lacrymas, facile illam, ut arcam Noæ aquarum illa abundantia, sustine- D bunt. Enimvero illa eos quos vehebat e diluvio eripiebat; hæc contra nos in mille diluviorum tempestates conjecit. O horrendum casum, o insolitam vesperam illam, quæ contrarium mihi Davidici illius carminis ostendit: « Nam ad vesperum, inquit ille, mihi demorata est lætitia et ad matutinum fletus [1]. » Papæ, qualis hæc est et quam absurda inversio, quæ mihi quovis absinthio amariorem craterem temperavit? O noctem illam inclementem, ut in clementissimum et humanissimum 471 infesta et inhumana fuit, omni benevolentia et verecundia repudiata! O maxime bonorum thesaure imperator, cur nos te desiderantes

[1] Psal. xxix, 6.

ut aspernantes deseruisti? Omnibus enim tua bona, ut horrea publica patuerunt. Per te enim et nobiles nobiliores facti sunt, et cœtus sacerdotum venerabilior, et collegium sapientum sapientius, et urbium mœnia firmiora. Denique omnes te moderatore ipsi nos ipsos superavimus. At o immensam et inexplicabilem malorum implexionem! Interit mundi regimen, interit urbium ornatus, interit rhetorum et philosophorum gymnasium, quod omnem Academiam, omne Lyceum vincit, omnem Stoam Atticam. O quis dabit capitibus nostris aquam et fontes lacrymarum oculis nostris, ut nova mala Hierosolymitanis graviora deploremus [1]? Date mihi Orphei in tragicis lamentationibus facultatem, ut inanimes etiam naturas ad mali commiserationem moveam. Date mihi eos, qui ad flumina Babylonis olim Sionem ex animo deploraruni, ut nostros etiam dolores illi pro dignitate lugeant, quos nobis imperatoris obitus attulit. Heu, ut noster sol nos despexit, et præter omnem exspectationem decepit, et pro matutino ortu matutinum occasum subiit! O cur iis, qui in acerbitate sunt, datur lumen; et iis vita, qui doloribus conflictantur [2]? Mori optabilius est, quam continenter panem doloris edere et calicem luctus potare. Nam illum quidem divinum et immortale **472** regnum justa remuneratione excepit; nos vero pupilli relicti suspirare miserabiliter et lacrymare nunquam desinemus, dum illius adempti memoriam in animis nostris circumferemus. Necesse autem est orationis finem facere. Omnem enim orationem lamentationes de imperatoris morte excedunt. »

ἵνα θεάσωμαι, πῶς ὑπερπλέειν τὰ πολλὰ τῶν δακρύων δύναται ῥεύματα. Ἀρκέσουσι γὰρ οἶμαι ταύτην ἀνέχειν ἃ πάντες ἄνθρωποι νῦν κρουνηδὸν προχέουσι δάκρυα, καθάπερ τὴν τοῦ Νῶε κιβωτὸν τῶν ὑδάτων ἐκεῖνα τὰ πλούσια ῥεύματα. Ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐκ τῶν κατακλυσμῶν οὓς ἔφερεν, ἔσωζεν· αὕτη δὲ τοὐναντίον εἰς μυρίων κατακλυσμῶν ἡμᾶς συνήλασε κλύδωνας. Ὢ φρικτοῦ συναντήματος· ὢ ξένης ἑσπέρας ἐκείνης, ἣ τἀναντία μοι τῆς Δαβιδικῆς ἔδειξεν ᾠδῆς· « Τὸ ἑσπέρας γάρ μοι ηὐλίσατο ἀγαλλίασις καὶ εἰς τὸ πρωῒ κλαυθμός. » Βαβαὶ τῆς ἐναλλαγῆς ταυτησὶ τῆς ἀτόπου, ἥ μοι παντὸς ἀψινθίου πικρότερον ἐκέρασε τὸν κρατῆρα. Ὢ νυκτὸς ἐκείνης ἀσυμπαθοῦς, πῶς ἐς τὸν σφόδρα συμπαθῆ καὶ φιλάνθρωπον ἐκεῖνον ἄνθρωπον δυσμενὴς καὶ ἀφιλάνθρωπος ἔδοξε, πᾶσαν εὔνοιαν καὶ αἰδῶ κατόπιν ὥσπερ ἐς ἀβύσσους καὶ ῥεύματα ποταμῶν ἀποῤῥίψασα; Ὢ μέγιστε θησαυρὲ τῶν καλῶν, βασιλεῦ, ἵνα τί τοὺς ποθοῦντας ὡς μισοῦντας κατέλιπες; πάντες γὰρ ὡς ἐκ κοινοῦ πρυτανείου τῶν σῶν ἀπολελαύκασιν ἀγαθῶν. Διὰ σοῦ γὰρ καὶ οἱ εὐγενεῖς εὐγενέστεροι καθεστήκασι καὶ ὁ τῶν ἱερέων δῆμος σεμνότερος καὶ ὁ τῶν σοφῶν κατάλογος σοφώτερος καὶ τὰ τείχη τῶν πόλεων ἰσχυρότερα καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπαντες διὰ σοῦ βελτίους γεγόναμεν ἑαυτῶν. Ἀλλ' ὢ τῆς ἀμετρήτου καὶ ἀνεικάστου πλοκῆς τῶν δεινῶν. Οἴχεται ἡ τοῦ κόσμου πολιτεία· οἴχεται ὁ τῶν πόλεων κόσμος· οἴχεται τὸ τῶν ῥητόρων καὶ φιλοσόφων γυμνάσιον τὸ πᾶσαν ὑπερβαῖνον Ἀκαδημίαν καὶ Λύκειον καὶ Στοὰν Ἀττικήν. Ὢ τίς δώσει ταῖς ἡμῶν κεφαλαῖς ὕδωρ καὶ πηγὰς δακρύων τοῖς ἡμῶν ὀφθαλμοῖς, ἵνα τὰ μείζω τῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ νέα θρηνήσωμεν πάθη. Δότε μοι τὴν Ὀρφέως ἐν τραγῳδίαις δύναμιν (49), ἵνα καὶ τὰς ἀψύχους φύσεις κινήσω πρὸς οἶκτον τοῦ πάθους. Δότε μοι τοὺς ἐν ποταμοῖς Βαβυλῶνος ἐκ βάθους καρδίας πάλαι θρηνήσαντας τὴν Σιών, ἵνα καὶ τὰς ἡμετέρας ὀδύνας ἀξίως ἐκεῖνοι πενθήσωσιν, ἃς ὁ τοῦ βασιλέως ἡμῖν ἐπήνεγκε θάνατος. Ὢ πῶς παρέβλεψεν ἡμᾶς ὁ ἡμέτερος ἥλιος καὶ παρὰ πᾶν τὸ εἰκὸς ἀπεπλάνησε καὶ ἀντὶ τῆς ἑῴας ἀνατολῆς ἑῴαν τὴν δύσιν πεποίηται. Ὢ ἵνα τί δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς; θανεῖν αἱρετώτερον, ἢ διηνεκῶς ἄρτον ὀδύνης ἐσθίειν καὶ πόμα πίνειν κλαυθμοῦ. Ἀλλ' ἐκεῖνον μέν, ὦ παρόντες, ἀμειβομένη δικαίως ἡ θεία καὶ ἀκήρατος διεδέξατο βασιλεία· ἡμεῖς δ' ὀρφανοὶ καταλελειμμένοι τὸ μὲν στένειν ἐλεεινῶς καὶ δακρύειν οὐδέποτ' ἂν οἶμαι παυσαίμεθα, ἕως ἂν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὴν τῆς ἐκείνου στερήσεως περιφέρωμεν μνήμην· παύεσθαι δ' ἀνάγκη τοῦ λέγειν. Πάντα γὰρ λόγον οἱ τοῦ βασιλέως ὑπερβαίνουσι θρῆνοι (50). »

4. Hæc cum ego recitassem, fletus simul omnium et lamentatio maxima et varia est exorta, quæ pene dixerim ad cœlos penetrare potuisset. Omnes quippe eum ut patrem et requirebant et lugebant. Temporis enim diuturnitas rei præsentis fortasse fastidium parit: magnam tamen familiarium animis affectionem imprimit, qua fit, ut ipsa re sublata non evanescat simul rei memoria, sed quam diutissime maneat, ac velut quodam vere

[P. 290] Γ'. Ταῦτα διεξιόντος μου θρῆνος ὁμοῦ παρὰ πάντων καὶ ὀλοφυρμὸς ἠγείρετο μέγιστος καὶ πολυειδὴς καί, οἷον εἰπεῖν, ἄχρις αἰθερίων ἁψίδων φθάνειν δυνάμενος. Πάντες γὰρ ὡς πατέρα τοῦτον ἐπόθουν τε καὶ ἐπένθουν. Ὁ γὰρ μακρὸς χρόνος κόρον μὲν ἴσως, ὡς ἄν τις φαίη, ποιεῖ παρόντος τοῦ πράγματος· πολλὴν δ' ὅμως ἐνίησι καὶ τὴν σχέσιν ταῖς τῶν χρωμένων ψυχαῖς, ὡς καὶ ἀπιόντος τοῦ πράγματος μὴ συναπαίρειν τὴν μνήμην, ἀλλὰ παρα-

[1] Jerem. IX, 1. [2] Job III, 20.

Variorum notæ.

(49) *In tragicis lamentationibus*, non *in tragœdiis*. Nam Orpheum tragœdias scripsisse, nemo hactenus dixit, quod sciam: ac longo post Orpheum tempore floruit is qui

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis.

BOIVIN.

(50) Pro οἱ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς θρ. Sic infra cap. 2, sect. 2 τὴν τοῦ βασιλέως τελευτῆς συμφοράν, pro τὴν τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς συμφ. BOIVIN.

μένειν ἐπὶ πολὺ ταῖς τῶν λειπομένων ἀνθοῦσαν ψυχαῖς, ὥσπερ ἐν ἠρινῇ καταστάσει, τῆς τέως δυσμενοῦς κηλῖδος φύσιν ἐχούσης διαδιδράσκειν ὡς τὰ πολλά.

Δ'. Τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος (51) ἀπὸ γενέσεως αὐτῷ τελευτῶντι ἠνύετο, πεντηκοστὸν δ' ἀφ' οὗ τὰ σκῆπτρα τῆς αὐτοκρατορίας ἐδέξατο. Ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν εὐμήκης, τὸ εἶδος εὐπρεπὴς καὶ λίαν αἰδέσιμος καὶ ὥσπερ ἐκ φύσεως ἔχων τὸ ἡγεμονικόν τε καὶ φοβερόν· οὐκ ἄκρατόν γε μήν, ἀλλ' ὥσπερ τῷ ἀέρι κιρνάμενον τὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος φῶς χρῶμα γίνεται τούτῳ καὶ ὥσπερ μέλιτι γλυκύτης αὐτοφυὴς γίνεται ποιότης· οὕτω δὴ καὶ πραότης ἀποίητος μετά τινος θελγούσης χάριτος τοῖς ἤθεσιν αὐτοῦ κιρνωμένη χρῶμά τε ἅμα καὶ αὐτοχάλκευτος αὐτῷ ποιότης ἐφαίνετο. Πολλὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν εὐφροσύνην ἡ φύσις ἐκένωσε, πολλὴν δ' ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν γαλήνην, λαμπρὰν δ' ἐπὶ τῇ γλώττῃ τὴν τῆς ἠχοῦς ἁρμονίαν. Τῷ δὲ ἤθει παντὶ τὸ ἱλαρὸν καὶ σεμνὸν ἐφαπλώσασα τερπνόν τι καὶ ἔνθεον παρεσκεύαζεν ἐπιπρέπειν. Ἃ πάντα μάλα σαφεῖς τῶν σιωπώντων ἠθῶν τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἐγίγνοντο ἄγγελοι.

Ε'. Ἵνα γὰρ τοὺς τρόπους τῆς γνώμης, ὁποῖος ἐκεῖνος, παραστήσω, ἑνὸς ἢ καὶ δυοῖν τῶν ἐκείνου μνησθήσομαι. Μικρὸν πρὸ τῆς τελευτῆς ἐν πενίᾳ καὶ τῇ τῶν ἀναγκαίων ἐνδείᾳ διάγων ἐπεὶ μὴ ἐδύνατο καθάπαξ τὴν τοῦ ψύχους φέρειν ἀκμὴν (χειμῶνος γὰρ τηνικαῦτα τὸ ἀκμαιότατον ἦν), σκέπην ἐπέταξεν αὐτῷ γενέσθαι νυκτερινὴν ἐξ ἀλωπεκῆς. Πάσης οὖν τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀριθμηθείσης τριῶν νομισμάτων οὐχ εὕρηται πλέον οὐδέν. Ὅθεν τούτων μόνων ἐξ ἀνάγκης ὤνιον γενέσθαι, ὃ τῆς ψυχρότητος μεμελέτηται παραμύθιον. Μετεώρου δὴ τῆς μελέτης οὔσης, προσελθών τις τῶν πάλαι οἰκειακῶν τὸν τῆς ἐνούσης πενίας ἐξετραγῴδει κίνδυνον βιαίως ἐπιτιθέμενον καὶ πρὸς θάνατον ὁλοσχερῶς συνωθοῦντα. Τούτῳ καμφθεὶς ἐδεδώκει τὰ τρία ἐκεῖνα νομίσματα, συμφορῶν ἀλλοτρίων τὸν ἑαυτοῦ προελόμενος θάνατον, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτόν. Ἓν μὲν δὴ τοῦτο τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς γνώμης τεκμήριον (52). Δεύτερον δέ· ἐπεὶ γὰρ ἰατρῶν μὲν παῖδες αὐτῷ τὴν πολυήμερον ψυχροποσίαν ἀπηγόρευον, ὁ δ' οὐ προσίετο τὴν οἰνοποσίαν, μέσην βαδίσας νομίσματος ἑνὸς μόλις, ἐκ δανείου κἀκείνου παρευρεθέντος, ὤνιον ἔσχε μέρος τι τῶν ἐξ Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας [P. 291] κομιζομένων γλυκέων ὑγρῶν, ἵνα γε τούτῳ κουφίζῃ τὸ τῆς ψυχροποσίας ἄκρατον. Ἀλλὰ πρὶν γεύσασθαι τούτου, πρόσεισιν αὖθις ἕτερός τις τῶν πάλαι οἰκειακῶν, μακροῦ νοσήματος βραχύ τι ζητῶν παραμύθιον. Ὁ δὲ μὴ ἔχων οὐδέν,

A restituta, floreat in animis eorum, qui superstites vivunt, veterum inimicitiarum macula facile plerumque exolescente.

IV. Annum ætatis moriens implebat quartum et septuagesimum; ex quo vero imperium susceperat, quinquagesimum. Procera statura fuit, decora facie et perquam venerabili; ab ipso ortu principale aliquid et formidabile præ se ferens; non tamen hoc merum et integrum, sed ut aeri mistum solaris radii lumen fit ei color, et ut melli dulcedo qualitas nativa accedit, ita etiam clementia non ficta cum blando quodam gratiæ lepore moribus ejus contemperata color ipsius et **473** inaffectata qualitas videbatur. Multum enim hilaritatis natura vultui B ejus indiderat, multum oculis serenitatis; linguæ autem claram et canoram vocem: in omni denique ejus habitu ac gestu hilaritatem et gravitatem sic explicuerat, ut amœnum quiddam ac divinum in eo emineret. Quæ universa tacitos ejus mores et animum nuntiabant.

V. Ut autem ingenium ejus etiam declarem, unius atque alterius ejus facti mentionem faciam. Paulo ante obitum, cum paupertate et rerum necessariarum inopia urgeretur et hiemis vim ferre non posset (nam hiems tum maxime sæviebat), vulpinam sibi nocturnam vestem fieri jussit. Omni C autem ejus opulentia perquisita tribus nummis non plus est repertum. Tanti itaque necesse fuit emi vestem, quæ ei in frigoribus solamen paratum esset. Id vero consilium cum adhuc agitaretur, quidam e veteribus ejus familiaribus præsentem paupertatem deplorabat, quæ ita atrox sibi incumberet, ut jam in aperto mortis periculo versaretur. Ei adductus misericordia tres illos nummos dedit; mori præoptans, quod in se esset, quam alienarum calamitatum spectator esse. Unum igitur hoc ejus benignitatis signum esto. Alterum illud. Cum ei frigidæ aquæ potu diuturno medici interdicerent, atque ipse vini potationem repudiasset; mediam ingressus viam vix uno aureo, eoque mutuaticio, aliquid sibi dulcium liquorum emit, qui ex Ægypto D et Arabia advehuntur, ut **474** bis frigidæ potum meraciorem temperaret atque levaret. Sed priusquam eos gustasset, rursus alius veterum domesticorum eum accedit, longi morbi breve quærens solatium. At ille, cum nihil haberet quo hominem consolaretur, et [huic dari jussit remedium suæ infirmitatis causa comparatum. Tanta ejus erat hu-

Variorum notæ.

(51) *Moriens annum ætatis explebat septuagesimum quartum.* Mortuus est (ut infra dicetur, hujus cap. sect. ult.) anno mundi 6840, Christi 1332. Ergo natus erat anno mundi 6766, Christi 1258. Vide adnotata ad pag. 51 A. Cantacuzenus *Hist.* lib. II, cap. 28, Andronicum avum obiisse ait annos natum 72. Ita de annorum numero biennium detrahit. Sed mihi, ut jam dixi, Cantacuzeni chronologia suspecta est. Vide adnotata ad pag. 262 B. BOIVIN.

(52) Ob pietatem et alias animi dotes etiam laudatur a Nicephoro Xanthopulo:

Τῆς εὐσεβείας Ἀνδρόνικος ὁ στῦλος,
Ἀσύγκριτος νοῦς, ἐξῃρημένη φύσις. DUCANG.

manitas et commiseratio eorum qui male habebant.

A ὅτῳ τὸν ἄνθρωπον παραμυθήσαιτο, δοθῆναι προσέταξε καὶ τούτῳ τὸ τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας εἵνεκα παρασκευασθὲν ἐκεῖνο φάρμακον. Τοσοῦτον αὐτῷ τῆς συμπαθείας περιῆν καὶ ῥᾷστα πρὸς τοὺς κακῶς ἔχοντας κάμπτεσθαι.

III. Sed **490** cum ejus preces ad limen principis delatæ essent nihilque apud eum valuissent, Eubœa digressus ad Serviæ Cralem proficiscitur, ab eoque cupidissime susceptus summa et gratia et auctoritate floruit, assessor unanimis, amicus consentiens, consiliarius acceptus, domi fidissimus, foris occupatissimus, alter Themistocles Artaxerxi Persæ. Nam cum fama eum jam pridem cognovisset, adventum ejus in luculentulo lucro deputabat; et quia pollicebatur, si illius opibus ad Romanum imperium occupandum adjuvaretur, se Romanam ditionem, quæ in Macedonia esset, Triballis subjecturum, habebat ei fidem, et eum libentissimo animo studebat adjuvare.

CAPUT VI.

Imperatoris mater Thessalonicæ moritur. Oratio consolatoria quam Gregoras apud imperatorem habuit.

A'. Τούτων οὕτως ἐχόντων πέρας του βίου ἐδέξατο καὶ ἡ μήτηρ τοῦ βασιλέως (68) ἡ δέσποινα καὶ τέθαπται ἐν Θεσσαλονίκῃ· ὅτε δὴ καὶ παραμυθητικόν τι προσφώνημα ἔγωγε πρὸς τὸν βασιλέα διεξῆλθον οὑτωσί πως ξυγκείμενον·

C

B'. « Σὲ δὲ, ὦ μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ (69), πολλάκις ἡμεῖς θαυμάσαντες ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ πρό γε τούτων ἔν τε φιλανθρωπίᾳ καὶ ἱλαρότητι, καιρὸν ἔχομεν [P. 302] ἤδη λοιπὸν, ἵνα σε κἂν τῇ καρτερίᾳ θαυμάσωμεν τῆς μεγίστης ταυτησὶ συμφορᾶς, ἣν ὁ τὰ πάντα σαλεύων αἰὼν καθάπερ τι γυμνάσιον ἄλλο προὔβαλε νῦν καὶ θέατρον ἀγώνων τῇ γενναίᾳ καὶ ἀνδρικῇ σου ψυχῇ. Ἔνθα δὴ καὶ μάλα μᾶλλόν σε δεῖ τὸ κράτος λαμπρῶς ἀναδήσασθαι, ἢ πρότερον ἐν τοῖς ὅπλοις. Ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ ὁ τῆς τύχης κύβος τῇ χειρὶ πολλάκις μείζονα προσῆψε τὴν δόξαν ἢ τῇ ψυχῇ, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀξίωμά τε καὶ μέγεθος ἔλαθε παρὰ τὸ εἰκὸς κιβδηλεύσας καὶ δεύτερον τῆς χειρὸς ἀποφήνας. Ἐνταῦθα δὲ καθαρῶς γνώμη καὶ σύνεσις ὁπλίζεται πρὸς μεγάλους χειμῶνας καὶ κλύ- D δωνας, οὓς ἡ τοιαύτη μάλα σφοδρῶς ἀνεστόμωσε συμφορά. Ἴσασι γὰρ ἅπαντες, ὡς ὅσῳ τιμιώτερον καὶ βέλτιον ψυχὴ σώματος, τοσούτῳ καὶ μείζους οἱ ταύτης ἀγῶνες καὶ κλύδωνες, πρὸς ἅπερ ἂν ὁ συμπίπτων ἐπάγοι χρόνος ἀντίπαλα στρατόπεδα θλίψεων. Ἐπειδήπερ ἐκεῖ μὲν καὶ πολλὴ πολλαχόθεν ἡ

I. Interea imperatrix eademque imperatoris mater decessit, ac Thessalonicæ sepulta est. Atque ego tunc imperatorem oratione consolatoria in hæc ferme verba allocutus sum :

II. « Nos vero te, maxime et divinissime imperator, cum sæpe arma tractantem suspeximus, tum in primis humanum et facilem mirati sumus. Jam res ipsa postulat, ut miremur constantiam tuam in hac maxime calamitate, quam tempus omnia quatiens, tanquam gymnasium ac illustre laborum curriculum, generoso ac forti animo tuo offert. In quo quidem casu fortitudo tua eminere magis debet, quam antea in armis eluxit. Quippe in iis fortunæ levitas manum sæpe majore gloria cumulavit, quam animum, et consilii dignitatem atque excellentiam, **491** contra quam æquum erat, adulteravit, ac ut manu inferior videretur effecit. In hac autem calamitate consilium plane et prudentia sese armat contra tempestates ac procellas, quas casus iste magnas ac violentas in animo tuo excitavit. Norunt videlicet omnes, quanto animus præstat corpori, tanto etiam majores esse ejus labores et æstuationes in iis cladibus, quas temporis vicissitudo veluti hostiles turmas inducit. In bello multa undecunque auxilia præsto sunt. Clypeus,

Variorum notæ.

(67) Nusquam dixit Gregoras invidisse aulicos Syrgianni. Itaque legendum ἔφασκεν, non ἔφαμεν. BOIVIN.

(68) Cantacuzen. lib. II, cap. 28. DUCANG. — Cantacuzenus, *Hist.* lib. II, cap. 28, eam ait obiisse anno integro et dimidio post obitum senioris Andronici; quem constat mortuum anno Chr. 1332, Februar. die 13. Sic illam oportet obiisse anno Chr. 1333, mense Augusto. BOIVIN.

(69) Hæc oratio exstat in codice Regio, in quo tamen aliæ fere ejusmodi declamationes omissæ sunt. BOIVIN.

galea et hasta sic eorum, qui pugnæ arbitri sedent, judicium sæpe præoccupant et veri indicia confundunt, ut ipsius manus errata profundis quasi tenebris mersa involvant. In calamitate vero animi fortitudo sola in certamen descendit, nudosque et inermes pedes, consilio et prudentia veluti firmo fundamento nixos obfirmans, fortissime resistere atque obniti potest cuivis doloris fluctui ac violento æstui, velut inconcussum promontorium insanienti pelago objectum. Ac vehemens quidem illius tragœdiæ tempestas fuit, quam tibi patris imperatoris obitus suscitavit; vehemens item ea, quam avi imperatoris interitus. Sed tamen matre superstite solatii multum superfuit, quo luctus ille levaretur et efficaci hilaritatis remedio veluti condiretur. At hic qui te nunc dominæ matris casus oppressit longe gravissimus omnem doloris acerbitatem superat, **492** cum ob majorem sanguinis affinitatem, tum quod ea sola extrema familiæ ancora et summa oblectatio reliqua fuit. Nam ad ipsas usque medullas penetrat hic dolor, et ipsa ossa tua, fortissime imperator, tanquam aliquis vermis arrodit. Quidni vero? cum ea mater fuerit, mater, inquam, augustissima, eademque suavissima, et firmis ac indissolubilibus naturæ vinculis tibi astricta: et quod majus est, plurimis tua causa laboribus exercitata. Neque vero te solum sua morte in tantam tristitiam conjecit, sed etiam nos omnes, qui vobis paremus. Imo luctus iste noster duplex est. Nam et nos gravem jacturam fecimus, eoque majorem, quod et illa, dum viveret, salutaris portus omnium fuit et commune solatium; et nunc tuam augustissimam et publicarum rerum inspectricem et curatricem mentem a necessariis curis avocat. Quod si eam non prorsus atque omnino abstrahit, tamen in tanto curarum æstu etiam parvum impedimentum maxima affert detrimenta reipublicæ navigio, non secus ac si gubernator in medio pelago tempestate conflictans, inferne fluctibus insurgentibus, superne vero ventis vela turbantibus, interim et ipse sui muneris oblitus dormitet, ut nihil jam sit reliquum quod prohibeat, quominus navis in fundum maris suis cum vectoribus subito demergatur. Quamobrem, ut nihil aliud te moveat, saltem propter subjectas tibi urbes, mœrore aliis mandato, solitam tibi et **493** imperatoriam magnificentiam retineto. Imitare defunctæ illius generosi animi constantiam, quæ propter ardentem Dei amorem (quem longo jam tempore, ex quo perniciosam parentum opinionem evaserat, intimo corde tacite alebat) corporis oblita, oblita gloriæ et imperatorii splendoris; tui denique, quod longe majus est, tui inquam carissimi, quem vel toti terrarum orbi prætulisset, oblita, ad Deum accurrit, ad imperatorem et maritum accurrit: non quia maritus fuit, sed quia per illum ad sinceros sanioris dogmatis fontes perducta fuerat. Quod

A συμμαχία ἐπιτηδεύεται. Ἀσπὶς γὰρ καὶ δόρυ καὶ κράνος τὴν τῶν ἀγωνοθετούντων πολλάκις ἁρπάσαντα κρίσιν καὶ συγχυκήσαντα τοὺς ἐλέγχους ἐν ἀδήλοις ἔσθ' ὅτε βυθοῖς τῆς παλάμης τἀγκλήματα συνεκάλυψαν. Ἐνταῦθα δ' ἡ τῆς ψυχῆς ἀνδρία καθαρῶς ἀποδυομένη πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἔχει καθάπερ ἐπὶ στεῤῥᾶς κρηπῖδος (70), τῆς γνώμης τε καὶ συνέσεως, γυμνοὺς καὶ ἀόπλους τοὺς πόδας ἐρείσασα μάλα γενναίως ἀνθίστασθαι καὶ ἀντέχειν πρὸς ἅπαν λύπης κῦμα καὶ ῥόθιον, καθάπερ προβλὴς ἀτίνακτος ἑστῶσα πρὸς ὑβρίζουσαν θάλασσαν. Σφοδρὸς μὲν οὖν ἦν ὁ χειμὼν ἐκείνης τῆς τραγῳδίας, ἣν ὁ τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς ἐπήνεγκέ σοι θάνατος· σφοδρὸς δ' αὖ καὶ ὁ τοῦ βασιλέως καὶ πάππου, εἰ μὴ καὶ μείζονα φαίη τις ἄν, ὅτι ζῶν καὶ κινούμενον αὐτὸς ἐλέλειπτο B φάρμακον, ἡδονὴν ὁμαλῶς οὑτωσί πως ἀντιτεχνώμενον τῆς σφόδρα ζεούσης ἐκείνης καὶ φλεγμαινούσης πληγῆς. Ἀλλ' ἡ νῦν ἐπελθοῦσά σοι τῆς μητρὸς καὶ δεσποίνης συμφορὰ πολλῷ στρατηγουμένη τῷ ὑπερβάλλοντι πᾶσαν ὑπερπέπαικε λύπης ὑπερβολὴν διά τε τὸ τῆς φύσεως συγγενέστερον καὶ πολλῷ μᾶλλον διὰ τὸ μόνην ταύτην τοῦ γένους καταλελεῖφθαι τελευταίαν ἄγκυραν καὶ θυμηδίας ἀκρόπολιν. Ἅπτεται γὰρ καὶ αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, μυελῶν τῆς ψυχῆς καὶ σῆς ὀστέων καθίσταταί σοι τῷ πάντα γενναίῳ. Καὶ πῶς γὰρ οὔ; Μήτηρ τε οὖσα καὶ μήτηρ βασιλικωτάτη τε καὶ γλυκυτάτη καὶ στεῤῥοῖς καὶ ἀῤῥήκτοις τῆς φύσεώς σοι συνδεδεμένη τοῖς σπλάγχνοις· καὶ τό γε μεῖζον, πλείστους ὑπὲρ σοῦ τοὺς πόνους ἀνατλᾶσα. Οὐ σὲ δὲ μόνον ἐς τόδε λύπης ἐκείνη θανοῦσα ξυνώ- C θησεν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ὑπηκόους ἡμᾶς· καὶ διπλῇ γε μᾶλλον. Ζημία μὲν γὰρ καὶ ἡμῖν ἐγεγόνει μεγίστη, [P. 303] καὶ τοσοῦτο μεγίστη, ὅσον καὶ περιοῦσα λιμήν τις ὑπῆρχε τοῖς ὅλοις ἐκείνη σωτήριος καὶ πανήγυρις εὐθυμίας· τὸ δὲ μεῖζον, ὅτι καὶ σοῦ τὸν βασιλικώτατον καὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων ἡγεμόνα τε καὶ ἐπόπτην νοῦν τῶν δεουσῶν ἀπασχολεῖ φροντίδων· εἰ δὲ μὴ καθάπαξ καὶ ὡς ἐπίπαν ἀπηρτισμένως, ἀλλ' οὖν ἐν τοσούτῳ περιστάσεων κλύδωνι καὶ τὸ σμικρὸν ἐμπόδιον μέγιστον τῇ τῶν πραγμάτων ὁλκάδι γίγνεται βλάβος, καὶ παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις κυβερνήτης χειμῶνος ἐν μέσῳ πελάγει τυχὼν, κάτωθεν μὲν τῶν κυμάτων κατὰ τῆς νηὸς ἐπανισταμένων, ἄνωθεν δὲ τῶν πνευμάτων τῆς ὀθόνης D κατορχουμένων, μεταξὺ καὶ αὐτὸς τῆς πηδαλιουχίας ἐκλαθόμενος ἐπινυστάξειεν, ὡς μηδὲν εἶναι λοιπὸν τὸ κωλύον, αὔτανδρον τὴν ναῦν αὐτίκα μάλα βυθοδρομήσασαν ἐς πυθμένας θαλάσσης καταδῦναι. Ὅθεν εἰ μή τι ἄλλο, ἀλλ' οὖν διά γε τὰς ὑπηκόους τῶν πόλεων, ἃ τῆς λύπης ἔργα πεφύκασιν ἄλλοις παραχωρήσας σαυτῷ τὸ σύνηθες καὶ βασίλειον μεγαλοπρεπὲς διατήρησον. Μίμησαι τῆς ἀπελθούσης ἐκείνης γενναίας ψυχῆς τὴν στεῤῥότητα, ἣ διὰ τοὺς πρὸς τὸν Θεὸν ἀκμάζοντας ἔρωτας, οὓς ἀποῤῥήτως ἐβόσκεν ἐν καρδίᾳ πάλαι πολὺν ἤδη τὸν χρόνον, ἀφ' οὗ τῆς τῶν φυσάντων διέσωσε δόξης αὐτὴν, ἐπιλαθομένη

Variorum notæ.

(70) Wolfio κρηπὶς est *crepido*. Sed *crepido consilii* quid sit, non video. BOIVIN.

A μὲν σώματος, ἐπιλαθομένη δὲ δόξης καὶ κόσμου βασιλικοῦ καὶ τὸ πάντων ὑπέρτερον ἐπιλαθομένη σοῦ τοῦ φιλτάτου, ᾧ κόσμος ἐκείνη πᾶς οὐχ ὑπῆρχεν ἀντάξιος, ἔδραμε μὲν πρὸς Θεόν· ἔδραμε δὲ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ σύζυγον, οὐχ ὅτι σύζυγος, ἀλλ' ὅτι δι' ἐκεῖνον ἐς τὰ τῆς ὀρθοδοξίας ἀκίβδηλα μετακεχωρήκει νάματα· καὶ εἰ χρὴ μὴ λυμήνασθαι τὴν ἀλήθειαν, ἔδραμε πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα, τὸν τῆς ὀρθοδοξίας αὐτῇ καταστάντα διδάσκαλον· ὃς πρῶτος ἐκείνην ἐκεῖθεν ὡς ῥόδον λαμπρὸν ἐκ πικρῶν ἀκανθῶν ἐξελέξατο καὶ ὡς χρυσὸν καθαρὸν ἐκ μετάλλων κιβδήλων ἀνώρυξε, πᾶν εἴ τι λιθαργύρινόν τε καὶ χολοβάφινον (71) ἦν ἐκεῖ καταλελοιπυῖαν. Εἰ δὲ τὴν ἐκείνης οὐκ ἔχεις μιμήσασθαι καρτερίαν, ἀλλ' οὖν τῶν πάλαι βασιλέων τοὺς πλείστους μετὰ πολλοῦ τοῦ B βελτίονος νικῶν φιλανθρωπίᾳ καὶ ἱλαρότητι πρὸς τοὺς πταίοντας νίκησον καὶ τῇ πρὸς τὰς λύπας βασιλικῇ καρτερίᾳ δυοῖν ἕνεκα· ἵνα τε τῷ καλλίστῳ καὶ ποικίλῳ σου πέπλῳ τῶν μακρῶν ἀγαθῶν καὶ τοῦτο καλῶς ἐπιπρέπῃ, καθάπερ ἐν ἄνθεσιν ἄνθος ὡραῖον, κἀν λίθοις πολυτελέσι λίθος ὑπέρτιμος, καὶ ἵνα τελέως τοῖς ἅπασι βρίθων καλοῖς ἐν τῇ σειρᾷ τῶν πρὸ σοῦ βεβασιλευκότων αὐτὸς ἐπιπρέπῃς, ὡς ἐν τοῖς χρώμασι πορφύρα κἀν τοῖς ἀστράσιν ἥλιος. Φέρε τοίνυν ἀπόδος τὴν τῆς γλώττης ἡμέραν ταῖς τῶν ὑπηκόων ἀκοαῖς, τὴν τῶν ὀφθαλμῶν εὐδίαν τῇ τῶν ἡμετέρων ὄψεων ὁμίχλῃ. Διασκέδασον ἡμῶν τῆς ψυχῆς τὸν χειμῶνα ταῖς ἀκτῖσι τῆς σῆς ἱλαρότητος. Χρῆσαι [P. 304] τῇ ἑορτῇ τοῦ συνήθους καὶ γαληνοῦ μειδιάματος. Γενοῦ πᾶσιν ἀρχέτυπον, ὥσπερ ἐν τοῖς C ἄλλοις καλοῖς, οὕτω κἀν τῇ τῶν δεινῶν καρτερίᾳ. Ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἔστιν οὓς ἀκούοντες ἐν ταύτῃ μάλιστα φιλοτιμησαμένους αἰσχυνοίμεθ' ἄν, εἰ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἀριστεύμασι πλεῖστον ἐκείνων διενεγκόντα πλουτήσαντες βασιλέα ἐν τούτῳ μόνῳ τὰ δεύτερα φέροντα βλέποιμεν. Ταῦτ' ἄρα καὶ τὸ τοῦ Ἀχιλλέως ἐκείνου περὶ τὰς λύπας ἡττώμενον ἦθος ἀποτριψάμενος καὶ πρός γε δὴ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου μίμησαι τούτων τὸ σταθερόν. Μίμησαι τοὺς Περσικοὺς βασιλέας τε καὶ σατράπας, ὁπόσοι πρὸς τὰς ἀντιπάλους τύχας οὐδὲν ἀγεννὲς ἐπεπράχεσαν. Μίμησαι τοὺς πάλαι Ῥωμαίων ὑπάτους καὶ Καίσαρας, οἳ καὶ αὐτοὶ τῶν τοῦ χρόνου δεινῶν ἀπολελαυκότες ἐπὶ τοῦ συνήθους φρονήματος ἐκαρτέρησαν. Καὶ τί δεῖ παραδειγμάτων ἀλλοτρίων; Μίμησαι D σαυτὸν, ὁποῖος πολλάκις ἐφάνης ἐν τοῖς ἄλλοτε ἄλλοις ἐπεισπεσοῦσί σοι λυπηροῖς· πῶς πολλοῦ πολλαχόθεν πολλάκις ἀναζέσαντος κλύδωνος ἀκλόνητον καὶ ἀήττητον διετήρησας τὴν ψυχὴν, ὥσπερ οἱ βαθεῖαν ἄγοντες ἡσυχίαν; πῶς πολλάκις τῶν ὑπηκόων ἁμαρτημάτων, δίκην ἀπαρκτίου, τὴν τοῦ θυμοῦ ῥύμην εἰς ὄγκον κυμάτων ἐγείρειν ἐθελόντων οὐχ ἡττήθης πώποτε· ἀλλὰ γενναιότητι χρώμενος καὶ συνέσει ψυχῆς ἀντὶ τοῦ κολάζειν τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐκόλασας μὲν τὸν θυμὸν, τοῖς δ' ἁμαρτήσασι τὸ σύνηθες παρέσχες φιλανθρώπευμα; Ταῦτα ἐπὶ καιροῦ νῦν ἀναμιμνησκόμενος μίμησαι σὺ σαυτὸν, ἵνα καὶ ἡμεῖς,

A si nulla veritati fraus facienda est, ad patrem imperatorem accurrit, qui ei veræ doctor religionis fuit, qui primus illam inde ut nitentem rosam ex asperis sentibus elegit, et ut aurum purum ex adulterinis metallis effodit, ubi hæc quidquid lithargyri, quidquid cholobaphini erat reliquit. Quod si illius constantiam imitari non potes: at veterum imperatorum plerosque imitare, quos cum longo intervallo humanitate et clementia erga delinquentes vincas, etiam imperatoria constantia vincito duabus de causis, ut ex pulcherrimo et maxime vario insignium honorum tuorum peplo etiam hæc virtus emineat, velut inter eximios flores flos insignis, et inter pretiosas gemmas gemma B pretiosissima: ut perfecte bonis omnibus cumulatus in eorum qui ante te regnarunt serie tantum excellas, quantum inter colores **494** purpura et sol inter sidera. Age vero restitue tuorum auribus sermonis tui diem, oculorum serenitatem vultuum nostrorum caligini. Discute animorum nostrorum tempestatem hilaritatis tuæ radiis. Utere festivitate soliti et tranquilli risus. Omnibus exemplar esto, ut aliorum bonorum omnium, ita etiam tolerantiæ malorum. Nos vero, cum Græcos nonnullos ea valde gloriatos audiamus, erubescemus, aliis omnibus virtutibus longe præstantiorem imperatorem nacti, una hac re illum superari. Quapropter Achillis et Alexandri illius Macedonis mollitie in dolore ferendo repudiata constantiam eorum imi- C tare. Persicos reges et satrapas imitare, qui adversæ fortunæ non cesserunt, sed fortiter restiterunt. Imitare veteres Romanorum consules et Cæsares, qui et ipsi temporum iniquas vices experti veterem animi constantiam tenuerunt. Et quid alienis exemplis est opus? Te ipsum imitare, ac talem te præbeto, qualis antehac in variis casibus exstitisti. Quoties in maximis tempestatibus inconcussum et invictum animum conservasti, non aliter quam qui summa tranquillitate vivunt? Quoties subditorum tuorum peccatis, impetum animi tui in magnam fluctuum molem tanquam quibusdam ventis attollere certantibus, nequaquam affectui cessisti; sed iracundiam tuam, quam illos fortiter ac prudenter castigare maluisti, **495** et solita D clementia iis pœnam meritis ignovisti? Hæc nunc per occasionem recordatus ipse te imitare, ut et nos (ne longum faciam), omni dicendi libertate linguæ permissa, laudum tuarum pelagus facile transmittamus; et ex omnibus bonis tuis, præstantissimis quibusque delectis, coronam tibi concinnemus immortalem, qualem sapientiæ crateres in omne ævum conflant. Equidem vehementi et ardenti desiderio victus liberius verba feci. Tu vero mihi veniam dato, divinissime imperator, solita etiam hic humanitate tua usus. »

Variorum notæ.

(71) Vide Glossar. med. Græcit. in v. Χολόβαφος. BOIVIN.

ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν, ὅλην τῇ γλώττῃ παρασχόντες ἐλευθερίαν εὐπετῶς παρὰ τὰς σὰς τῶν ἐγκωμίων θαλάσσας πελαγίζειν ἀφῶμεν αὐτὴν, κἀκ πάντων ἀνθολογοῦντες τῶν σῶν ἐγκωμίων τὰ κράτιστα στέφανόν σοι δημιουργῶμεν ἀκήρατον, καὶ οἷον οἱ τῆς σοφίας κρατῆρες ἀναχωνεύοντες εἰς μακροὺς ἡλίους ἀθανατίζουσιν. Ἐγὼ δ' ὑπὸ μάλα σφοδροῦ τε καὶ φλέγοντος πόθου νικώμενος τολμηρότερον ἐχρησάμην τῷ λόγῳ. Σὺ δέ μοι σύγγνωθι, θειότατε αὐτοκράτορ, τῇ συνήθει κἀνταῦθα φιλανθρωπίᾳ σου χρώμενος. »

CAPUT VII.

Crales exercitum cogit. Syrgiannes populorum fidem promissis tentat; nec frustra. Imperatoris anxietas, metus, fiducia. Palatium munit. Patriarcham creat Joannem Aprenum. Conjugem et liberos ei commendat. In Macedoniam sine exercitu proficiscitur. Romani omnes ei suspecti, præter Cantacuzenum et paucos domesticos. Hostem dolo aggredi statuit, illustrium virorum exemplo. Sphrantzes, doli fabricator, fuga simulata ad hostem transit. In absentem sævitur. Syrgiannes ab amicis admonitus fraudem non sentit. Perjurius perjurio decipitur. Thessalonicam contendit. Urbes interjectas occupat. Sphrantzes, Syrgianne deluso, nuntios mittit ad imperatorem. Quid significaverit. Imperator, rebus pene desperatis, fugæ subsidia sibi et Sphrantzi providet. Sphrantzes fingit, se urbis Thessalonicæ mœnia exploratum ire. Cum duobus famulis exit. Syrgiannes solus sequitur. Obtruncatur. Percussores in urbem se recipiunt. Crales pace facta discedit.

I. Veris initio Crales suas copias coegit. Syrgiannes vero clandestinas litteras per omne Romanum imperium dimisit, a provincia finitima Triballis auspicatus et per omnem oram maritimam et mediterraneas urbes ac provincias Byzantium usque progressus; quibus litteris et agrorum assignationes et pecuniæ largitiones et honorum incrementa id genus alia pollicebatur. Quibus de causis fere omnes illi inhiarunt, et animis prorsus ad illum inclinarunt, impressionem ejus et litteris et pecuniis accelerantes.

II. At imperator, qui jam olim prudentiam illius et in hujusmodi rerum articulis acerrimum solertissimumque ingenium noverat, sibi et summæ rerum vehementer timuit, efficaciorem fore ejus impressionem quam Scytharum et omnium fere gentium ratus. Nam externis hostibus suas urbes opponere **496** potuisset, naturali odio ab illis ob religionis controversiam abhorrentes. Sed hominis popularis et noti bellum illam etiam spem funditus evertebat et omnes ejus cogitationes perturbabat, adeo ut hostiles flammas tantum non terra marique in ipsius palatii portas grassari cerneret. Quare animum despondebat, et tamen ea curabat, quæ poterat, omni sua spe in Deo collocata : quod ei semper in more positum ac familiare et veluti domesticum fuit, in majoribus præsertim calamitatibus.

III. Ac primum turribus maximis palatinas aulas et portas muniit, et magnam frumenti copiam invexit, quæ et ipsi et præsidiis longo tempore, si esset opus, sustentandis sufficeret. Hostilem enim fumum ad ipsum usque palatium penetraturum putabat. Deinde in Macedoniam abiturus, ut eos qui in urbibus aliquid contra ipsum clam moliebantur, præsentia sua perterreret, patriarchici solii post Isaiæ obitum Joannem Apris oriundum, qui tum cleri imperatorii sacerdos erat, successorem deli-

A [P. 305] Α'. Ἦρος δ' ἐπιστάντος (72) ὁ μὲν Κράλης συνήθροιζε τὰς δυνάμεις, ὁ δὲ Συργιάννης λαθραῖα διεπέμπετο γράμματα πανταχῇ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ἀρξάμενος ἐκ τῆς ὁμόρου χώρας τῶν Τριβαλλῶν καὶ διαλαβὼν πᾶσαν παράλιον καὶ μεσόγειον πόλιν καὶ χώραν ἄχρι Βυζαντίου· ἐν οἷς γῆς τε ὑπισχνεῖτο κληροδοσίας καὶ χρημάτων χάριτας καὶ ἀξιωμάτων ἐπιδόσεις καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις ὅμοια. Ταῦτ' ἄρα καὶ μικροῦ πάντες ἐκεχήνεσαν πρὸς αὐτὸν καὶ ταῖς γνώμαις ὁλοσχερῶς αὐτῷ προσετίθεντο καὶ χρήμασι καὶ γράμμασι τὴν ἐκείνου κατήπειγον ἔφοδον.

Β'. Ὅ γε μὴν βασιλεὺς πάλαι εἰδὼς τὴν τοῦ ἀνδρὸς περίνοιαν καὶ τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα ὀξυτάτην ἀγχίνοιαν, σφόδρα ἐδεδίει περί τε ἑαυτῷ καὶ τοῖς ὅλοις B καὶ δραστικωτέραν τὴν αὐτοῦ ἐνόμιζεν ἔφοδον, ἢ Σκυθῶν καὶ πάντων φάναι ἐθνῶν. Πρὸς μὲν γὰρ τὰς τῶν ἀλλοφύλων ἐχθρῶν φάλαγγας ἀντιτάττειν εἶχεν ἂν τὰς ὁμοφύλους πόλεις, φυσικὴν ἐχούσας καθάπαξ πρὸς ἐκείνους ἀπέχθειαν ἐκ τῆς διαφορᾶς τοῦ σεβάσματος· ἡ δὲ τοῦ ὁμοφύλου καὶ συνήθους μάχη καὶ ταύτην ἐκ βάθρων ἀνέτρεπε τὴν ἐλπίδα καὶ συνέτριβε μάλα σφοδρῶς πᾶσαν τούτου διάνοιαν καὶ μόνον οὐκ ἐπὶ τῶν βασιλείων πυλῶν τὸ πολέμιον ἔβλεπε πῦρ σφοδρῶς ἐπιὸν πανταχόθεν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης. Ὅθεν καὶ ἀπεγίνωσκε μὲν, ἐπεμέλετο δ' οὖν ὅμως, ὅσον ἦν ἐφικτὸν, ὅλας ἀναρτήσας ἐς Θεὸν τὰς ἐλπίδας. Ὃ δὴ σύνηθες ἦν αὐτῷ ποιεῖν ἀεὶ καὶ, ὡς εἰπεῖν, σύνοικον καὶ συνέστιον καὶ μά-
D λιστα ἐν ταῖς μείζοσι συμφοραῖς.

Γ'. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα πύργοις μεγίστοις ὠχύρωσε τὰς βασιλείους αὐλὰς καὶ πύλας, καὶ σίτου πλῆθος ἐντέθεικε διαρκέσον [P. 306] ἐς πλεῖστον τοῖς τε φρουροῖς καὶ αὐτῷ, εἰ δεήσειεν. Ἀφίξεσθαι γὰρ ἄχρι καὶ ἐς τὰ βασίλεια προσεδόκα τὸν πολέμιον καπνόν. Ἔπειτα μέλλων ἀπαίρειν ἐς Μακεδονίαν, ἵνα τῇ παρουσίᾳ φοβήσῃ τοὺς λάθρα τἀναντία βουλευομένους ἐν ταῖς πόλεσι, διάδοχον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου μετὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου τελευτὴν Ἰωάννην τὸν ἐκ τῆς πόλεως Ἄπρω κατέστησεν (73), ἐς ἱερέα τῷ

Variorum notæ

(72) Cantacuzenus eod. lib. cap. 24. DUCANG. — *Ἦρος δ' ἐπιστάντος*. Eodem anno, quo Joannes Caleeas patriarcha creatus est. Proinde anno Christi 1333. BOIVIN.

(73) Cantacuzenus, *Hist.* lib. II, cap. 20, eam rem videtur conferre in annum Chr. 1331. Gregoras,

τηνικαῦτα τοῦ βασιλικοῦ κλήρου τυγχάνοντα. Ὧ δὴ καὶ ὑπὸ Θεῷ μάρτυρα παραδίδωσι φέρων ἐπὶ μέσου τοῦ μεγίστου νεὼ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας τήν τε σύζυγον δέσποιναν καὶ τὰ τέκνα, ἐπίτροπον ἅμα καὶ φύλακα τοῦτον εἶναι μετά γε Θεὸν παρακελευσάμενος ἐπ' αὐτοῖς, εἴ τί που τῶν ἀδοκήτων τοῖς κοινοῖς ἐπισυμβαίη πράγμασι.

Δʹ. Ταῦτα διαπραξάμενος ὅλῃ σπουδῇ τὴν ἐς Μακεδονίαν ἤλαυνε, μηδένα στρατὸν ἐπαγόμενος. Ὕποπτοι γὰρ αὐτῷ πάντες ἤδη καθίσταντο, πλὴν μόνων τῶν πιστοτάτων οἰκειακῶν καὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου τοῦ Καντακουζηνοῦ, ὃν ἐν τοῖς μάλιστα σύμπνουν τε καὶ ὁμόφρονα αὐτῷ τε ἔφηνεν ὁ χρόνος καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἱλαρὸν καὶ χαρίεντα. Ἐπεί γε μὴν ἐφευρετικὸν ἡ ἀνάγκη δοκεῖ πολλαχῇ, εἰσῄει (B) ἐς γνώμην ὀψὲ καὶ τῷ βασιλεῖ διὰ πολλῶν δραμόντι τῶν λογισμῶν ὡς οἰκονομίας τρόποι καὶ δόλον ἐγκυμονοῦσαι μέθοδοι πολλῷ γε τῆς τῶν ὅπλων βίας ἀνυσιμώτεροι καθεστήκασιν ἐς τὰ πλεῖστα τῶν ἔργων, καὶ μάλιστα ἐς ὁπόσα θορύβους πλουτοῦσι πολέμων. Καὶ ἅμα ἐς τὰς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πράξεις ἀνῆγε τὸν λογισμὸν, ὅπως τε Δαρεῖος ὁ Μῆδος διὰ Ζωπύρου ῥᾷστα τὴν ἄμαχον εἷλε Βαβυλῶνα· καὶ Ἀντίγονος, τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων ὁ κράτιστος, πολλάκις καταστρατηγηθεὶς ὑπ' Εὐμένους, ὃς τῆς Ἀλεξάνδρου παλαίστρας ἦν καὶ αὐτὸς, γέμων ὁρμῆς ἀπὸ γυμνασίου περιφανοῦς, τάχ' ἂν αὐταῖς δυνάμεσι καὶ τὸ ζῆν ἀπελίμπανεν, εἰ μὴ δόλοις πόρρωθεν καὶ λαθραίαις ἐπιβουλαῖς τὸν ἄνδρα διεχειρίζετο. Καὶ πρό γε τούτων ὁ Ἀθηναῖος Θεμιστοκλῆς (C) τὸν πολὺν ἐκεῖνον στόλον τῶν Μήδων λόγοις οἰκονομικοῖς καὶ δόλοις κατετροπώσατο, μὴ δυνάμενος ἄλλως.

Εʹ. Τῷ μὲν δὴ βασιλεῖ σκεπτομένῳ τοιαῦτα πρόσεισί τις τῶν τῆς συγκλήτου Σφραντζῆς ὁ Παλαιολόγος (74) καὶ ἀπολαβὼν λάθρα κοινολογεῖται περὶ τῶν προκειμένων φροντίδων· καὶ ὑπισχνουμένῳ τῷ βασιλεῖ πλοῦτον καὶ δόξαν ἀνθυπισχνεῖται, φυγὴν ὑποκριθεὶς, φονεύσειν τὸν Συργιάννην. Οὐ πολλαὶ παρῆλθον ἐκεῖθεν ἡμέραι, καὶ φήμη διασκίδναται περὶ Θεσσαλονίκην, ἔνθα διατρίβων ἦν τηνικαῦτα ὁ βασιλεὺς, ὡς Σφραντζῆς ὁ Παλαιολόγος, ἐξαργυρισάμενος πάνθ' ὅσα ὑπῆρχεν αὐτῷ βοσκήματα, βριθούσαις χερσὶν αὐτόμολος οἴχεται ἀποδρὰς ἐς τὸν Συργιάννην. Ὅπερ ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς, [P. 307] καὶ (D) τὸν ἀγνοοῦντα ὑποκριθεὶς, πέμψας τόν τε οἶκον ἐδημοσίευε καὶ τὴν σύζυγον περιαγαγεῖν ἀτίμως διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκέλευσεν. Ὃ δὴ τὰ μάλιστα ἔπεισε Συργιάννην ἀνυπόπτως διατεθῆναι πρὸς τὸν Σφραντζῆν καὶ σύμβουλον ἄριστον εἶναι νομίζειν αὐτόν. Ὥστ' ἔγραφον καὶ τῶν συνήθων λάθρα πολλάκις

(A) git. Cujus fidei, Deum testatus, in maximo Sanctæ Sophiæ templo conjugem imperatricem et liberos suos commendavit, ut eorum curator et custos post Deum esset, si quid forte respublica detrimenti cepisset.

IV. His actis propere in Macedoniam contendit, nullo secum adducto exercitu. Jam enim omnes suspectos habebat, præter fidelissimos 497 domesticos suos et magnum domesticum Cantacuzenum: quem unum omnium maxime idem cum eo velle, idem spirare et erga cæteros omnes comem et hilarem esse tempus declaraverat. Sed cum ne- (B) cessitas ingenium acuere plerumque videatur, post multas cogitationum ambages tandem etiam imperatori in mentem venit, prudentiæ consilia et fœtam dolis solertiam multo plus posse quam armorum vim, cum ad alia plurima expedienda, tum maxime ad ea quæ bellicis tumultibus variis implicantur. Simulque ad veterum res gestas animum retulit, quemadmodum Darius per Zopyrum invictam Babylonem facile cepisset, et Antigonus, Alexandri successorum potentissimus, sæpe artibus Eumenis victus, qui et ipse ex Alexandri disciplina prodierat et præclara exercitatione acerrimus bellator evaserat, ab eodem forsitan non modo viribus, sed vita etiam spoliatus esset, nisi eminus dolis et clandestinis machinationibus virum sustulisset: (C) tum ut ante hos Atheniensis Themistocles magnam illam Medorum classem, alioqui insuperabilem, callidis verbis et dolis profligasset.

V. Imperatorem autem in hanc curam intentum senator quidam Sphrantzes Palæologus adit et sine arbitris alloquitur; de præsentibus negotiis cum eo clam deliberat; opes et honores pollicenti vicissim cædem Syrgiannis pollicetur, quam fuga simulata perpetraturus sit. Non multis diebus ex eo elapsis fama circa Thessalonicam 498 spargitur, ubi tum agebat imperator, Sphrantzem Palæologum rem omnem suam pecuariam vendidisse, redactaque inde pecunia ad Syrgiannem plenis manibus transfugere. Quo imperator audito, igno- (D) ratione simulata, et ædes ejus publicavit, et uxorem ignominiose per forum traduci jussit. Quæ res potissimum effecit, ut Sphrantzi Syrgiannes crederet et fidelissimum consiliarium judicaret; adeo ut cum familiares sæpe Thessalonica et Berrhœa ad eum scriberent, caveret Sphrantzem, qui malo animo et ejus occidendi causa adesset, nihil

Variorum notæ.

Hist. lib. XVI, cap. 4, Joannem ait circiter annos 14 patriarcham fuisse. Cum Gregora consentit cod. Reg. 3058⁴, fol. 98, ubi legitur, Ἰωάννης ἔνδοξος κ. λ. σοφὸς λίαν ὁ Καλέκας ἔτη ιδʹ. At constat ex testimonio non solum Gregoræ, sed ipsius quoque Cantacuzeni, abrogatum esse Joanni Calecæ patriarchatum anno Chr. 1347 ineunte. Oportet itaque Joannem creatum esse patriarcham an. Chr. 1333, cum ab an. 1333, ad annum 1347, anni numerentur quatuordecim. BOIVIN.

(74) Cantacuzen cap. 25. Non desunt qui hoc Σφραντζῆς vocabulo Gallicum *François* exprimi putant, quod Georgio Sphranzæ Historiæ scriptori pro cognomento est. DUCANG.

eorum litteris moveretur; sed sanctissimo jurejurando, eoque scripto, ab illo ante sacrosanctam mensam accepto, cum sacerdotes divinam mystagogiam celebrarent, deinceps ejus consuetudine et convictu sine ulla suspicione et metu uteretur. Oportebat enim eum tandem aliquando, qualia perpetrasset, talia vicissim pati, et jurejurando deceptum ipsum quoque pœnas dare injuriæ, quam avo imperatoris Andronico imperatori fecisset, aut potius ipsi Deo; siquidem perjurium ad Dei contemptum refertur. Supra enim diximus, eum dissidii et pugnæ duorum imperatorum auctorem vel in primis exstitisse, caputque et causam fuisse eorum tumultuum omnium, qui post secuti sunt.

A αὐτῷ ἔκ τε Θεσσαλονίκης ἔκ τε Βεῤῥοίας, ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ σοι ἔσται ἡ τοῦ Σφραντζῆ ἐπιδημία· φονεύσων γὰρ ἥκει σε. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλ' ὅρκους ἐγγράφους ὑπ' αὐτοῦ καὶ πάνυ φρικώδεις δεξάμενος ἐνώπιον τῆς θείας καὶ ἱερᾶς τραπέζης, ἱερέων τὴν θείαν τελούντων μυσταγωγίαν, συμπορευόμενος ἦν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ καὶ συνδιαιτώμενος ἀνυπόπτως καὶ ἀδεῶς. Ἐχρῆν γὰρ ὧν πάλαι ἐδεδράκει τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸν ὀψὲ πεπονθέναι καὶ δι' ὅρκων ἀπατηθέντα καὶ αὐτὸν δίκας δοῦναι ὧν ἠδικήκει τὸν τοῦ βασιλέως πάππον Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα καὶ, εἰ χρὴ φάναι, καὶ Θεὸν αὐτόν· εἴπερ εἰς Θεὸν ἡ ἐπιορκία τὸ τῆς περιφρονήσεως ἀνατίθησιν ἔγκλημα. Ἔφθημεν γὰρ ἄνω που εἰρηκότες, ὡς αὐτὸς ὁ τῆς τοῖν δυοῖν βασιλέοιν διαστάσεώς τε καὶ μάχης αἰτιώτατος ἦν καὶ ἡ ἀρχέγονος ῥίζα πάντων τῶν ἐφεξῆς θορύβων.

VI. Æstate jam media Crales cum suis copiis Syrgiannem sequitur. Hic autem recta Thessalonicam contendebat. Quo dum proficiscuntur, urbes ac provincias **499** interjectas in deditionem facile accipiunt, cum alii Syrgiannis administrationem pridem desiderarent, alii frugibus maturis metuerent. Tempus enim illud messis colligendæ erat. Cæterum Sphrantzes imperatori quid ageretur indicare cupiens simulque Syrgianni suspectus esse nolens miram quandam et abstrusam rationem excogitat, qua id assequatur. Ad Syrgiannem accedit, et se cum duobus viris, qui in imperatoris cubiculo assidue versarentur, pepigisse ait; et affirmasse eos, se data opportunitate imperatorem occisuros. Eos igitur per nuntium commonefaciendos esse conventorum. Sic potestate data imperatori, quid ageretur, significat; quæ erant hujusmodi: deesse sibi facultatem, simul et meditata exsequendi, et saluti suæ sic consulendi, ut extra periculum esse posset. Magnam enim Syrgianni turbam noctu atque interdiu circumfusam esse, neque unquam relinqui solum. Esse igitur milites aliquot speculatores in suburbiis Thessalonicæ collocandos, qui se, ubi hostiles copias cum Syrgianne accedere sensissent, e castris urbem versus fugiturum exciperent, priusquam cognitus re infecta periret. Cum enim turpe sit, mansisse diu vacuumque reverti; multo esse turpius, mansisse diu ac non modo nihil gessisse, sed etiam ad inimicorum portas interfici.

B Ϛ'. Θέρους δὲ ἤδη μεσοῦντος ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις ὁ Κράλης εἵπετο τῷ Συργιάννῃ εὐθὺ Θεσσαλονίκης ἐλαύνοντι· καί σφισιν προσεχώρουν αἱ μεταξὺ πόλεις καὶ χῶραι ῥᾳδίως, τοῦτο μὲν καὶ τὴν τοῦ Συργιάννου ποθοῦσαι πάλαι ἐπιστασίαν, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀσταχύων δεδοικυῖαι. Ὥρα γὰρ ἦν τηνικάδε ἄλωνος. Ὁ μέντοι Σφραντζῆς μηνύειν τε ἐθέλων τῷ βασιλεῖ τὰ δρώμενα καὶ ἅμα ἀνύποπτος τῷ Συργιάννῃ δοκεῖν πρόφασίν τινα δαιμονίαν ἐπλάσατο καὶ πάνυ βαθεῖαν. Προσιὼν γὰρ ἔφασκεν αὐτῷ συνθήκας ἔχειν δύο τινῶν οἳ περὶ τὸν τοῦ βασιλέως κοιτῶνα μάλιστα τὴν προσεδρείαν ποιοῦνται, βεβαιωσάντων, εἰ προσηκούσης ἀδείας τύχοιεν, διαχειρίσασθαι τὸν βασιλέα. Δέον οὖν εἶναι πέμπειν πρὸς αὐτοὺς καὶ ἀναμιμνήσκειν τῶν συνθηκῶν. Καὶ οὕτω C λαβὼν τὸ ἐνδόσιμον ἔπεμπε καὶ ἐμήνυε τῷ βασιλεῖ τὰ δρώμενα. Ἦσαν δὲ ταῦτα, ὡς ἀπορείη διαπράξεσθαί τε τὴν μελέτην καὶ ἅμα ἑαυτῷ διατηρήσειν τὸ πόῤῥω γενέσθαι κινδύνων. Πολὺν γὰρ αὐτῷ περικεχύσθαι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν ὄχλον καὶ μόνον οὐδέπω ἀπολελεῖφθαι. Δεῖν οὖν ἡμεροσκόπους τετάχθαι στρατιώτας τινὰς ἐν τοῖς προαστείοις τῆς Θεσσαλονίκης, ἵν' ὅταν αἴσθωνται προσιούσας τὰς δυνάμεις μετὰ τοῦ Συργιάννου, ἐκδέξωνταί με φεύγοντα πρὸς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, πρὶν γνωσθεὶς ἀπόλωμαι μηδὲν πεπραχώς. [P. 308] Αἰσχρὸν γὰρ ἴσως (75), δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι· αἰσχρότερον δ' ἔτι, δηρὸν μένοντα πρὸς τῷ μηδὲν πεπραχέναι καὶ τὸ ζῆν αὐτοῦ που πρὸς ταῖς τῶν ἐχθρῶν πύλας ἀπολιπεῖν.

VII. Cæterum cum Syrgiannes, una cum Crale et militaribus copiis progressus, solo nomine suo facile **500** omnia subigeret et jam Thessalonicam ipsam aggressurus putaretur; populus Thessalonicensis totus in ejus adventum intentus et arrectus pendebat, et cum apertis portis nullo labore venientem accipere cogitabat. At imperator, animo gravibus curis distracto æger, cogitationibus desperationi proximis subinde recurrentibus, ex intimo pectore et ferventi corde divinam opem im-

D Z'. Ἐπεί γε μὴν ἐπιὼν ὁ Συργιάννης μετά γε τοῦ Κράλη καὶ τῶν στρατιωτικῶν δυνάμεων ῥᾷστα καὶ ἀπὸ μόνης τῆς φήμης κατεδουλοῦτο πάντα καὶ προσδόκιμος ἦν καὶ αὐτῇ ἤδη προσβαλεῖν τῇ Θεσσαλονίκῃ· ὁ μὲν τῶν Θεσσαλονικέων δῆμος μετέωρος ἦν ὅλος ταῖς γνώμαις πρὸς τὴν ἐκείνου ἔφοδον· καὶ μελέτην πεποίηνται τὰς πύλας ἀναπετάσαντες ἀπονητὶ τοῦτον εἰσδέξασθαι προσιόντα. Ὁ δὲ βασιλεὺς βαρείαις ἀλγηδόσιν ἐμερίζετο τὴν ψυχὴν καὶ τοὺς ἐς ἀπόγνωσιν συνωθοῦντας λογισμοὺς ἀνεμέτρει

Variorum notæ.

(75) Homer. *Iliad.*, β', v. 298.

συχνὰ καὶ ἀπὸ μέσης ψυχῆς καὶ ζεούσης καρδίας τὴν θείαν ἐπεβοᾶτο βοήθειαν· καὶ νῦν μὲν ἐλπίδας εἶχε χρηστάς, τὴν συνήθη πρὸς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν μεμνημένος· νῦν δ' ἀπογνώσεως λογισμοὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν πικρῶς ἐπεβόσκοντο. Ὅθεν ἔξω μὲν πρὸ τῶν τειχῶν ἡμεροσκόπους ἔπεμψε στρατιώτας τριάκοντα, κατὰ τὴν τοῦ Σφραντζῆ προαναφώνησιν· πρὸ δὲ τοῦ λιμένος εἶχε τριήρη μίαν ταχυναυτοῦσαν, εἰς ἣν ἔμελλεν ἐλθόντος ἀπράκτου τοῦ Σφραντζῆ εἰσπηδήσειν τε εὐθὺς ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν καὶ ἀποπλεῦσαι τὴν ταχίστην ἐς τὰ τῶν Βυζαντίων βασίλεια.

A plorabat; ac modo spem bonam, divinæ erga se benignitatis memor, concipiebat, modo desperatione vehementer angebatur. Misit tamen triginta speculatores extra mœnia, ut a Sphrantze denuntiatum illi fuerat. In ipsius autem portus ingressu triremem celerem habebat, in quam, si Sphrantzes re infecta redisset, se conjecturus statim cum suis erat et Byzantium quam celerrime rediturus.

Η'. Ὡς δὲ ἐγγύς τε αἱ δυνάμεις ἐγένοντο καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο σταδίων οὐ πόῤῥω τοῦ ἄστεος ἑξήκοντα, ἐπίδοξοι ὄντες καὶ ἐς τειχομαχίαν τῇ ὑστεραίᾳ καταστῆναι ἀπογνοὺς ὁ Σφραντζῆς τὴν ὁρμὴν ἤδη τελέως ἐς τὴν τοῦ ἀποδρᾶναι μελέτην B ἠκόνησε· καὶ τοιαύτην τινὰ πλασάμενος πρόφασιν πρόσεισιν, ὡς εἰώθει, τῷ Συργιάννῃ· καὶ βούλεσθαί φησι παρεξιὼν τοῦ στρατοπέδου μικρὸν κατασκοπεῦσαί τινα τὰ τείχη τοῦ ἄστεος, εἰ ὡπλισμένοις ἀνδράσιν εἴη πεπυργωμένα. Ὁ δὲ μηδέν τι τὸν λόγον ἔχειν ὑποπτεύσας πανοῦργον, « Ἄπιθι, ἔφη, ἕψομαι δὲ καὶ αὐτός. » Καὶ προῄει μὲν ὁ Σφραντζῆς ἅμα τοῖς δυσὶ θεράπουσιν, οἳ τὸ φονικὸν καὶ αὐτοὶ συνῄδεσαν σκέμμα αὐτῷ. Εἵπετο δὲ μόνος ὁ Συργιάννης, τοῦ Θεοῦ σφήλαντος οἶμαι τὴν τούτου σύνεσιν, ὅτε μάλιστα τὸ πᾶν ἤλπισεν ἔχειν. Καὶ ὡς δώδεκά που σταδίους τοῦ στρατοπέδου ἀπέστησαν, στραφέντες ἐκεῖνοι καὶ ἰδόντες παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα ῥᾴδιον ὑπὸ τῆς τύχης τὸ σφόδρα ζητούμενον καταστὰν κατέκοψαν περιστάντες τοῖς ξίφεσι· καὶ εὐθύς, C πρὶν αἰσθέσθαι τινὰ τῶν τοῦ στρατοπέδου, ᾤχοντο σπουδῇ προσελάσαντες ἐς τὸ ἄστυ. Ὁ δὲ Κράλης ἀπογνοὺς τῇ ὑστεραίᾳ σπονδὰς πρὸς τὸν βασιλέα αἰτήσαντα πεποίηκε καὶ ὡμίλησεν ἐξιόντι καὶ δῶρά τινα παρ' αὐτοῦ λαβὼν οἴκαδε ἀνεχώρησε· καὶ τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἔτος ἐν τούτοις ἐτελεύτα.

VIII. Sed cum hostiles copiæ propius accessissent, et ad sexaginta fere stadia castris ab urbe positis postridie oppugnaturæ mœnia viderentur; Sphrantzes conatu suo desperato cogitationem omnem ex eo ad agitandæ fugæ consilia prorsus convertit, et ad Syrgiannem de more ingressus ejusmodi causam exeundi comminiscitur. Velle se, ait, paululum extra castra prodire ad spectandos quosdam urbis muros, numquid armatis sint completi. At ille nihil suspicatus mali, « Abi, inquit, sequar et ipse. » Præcedit igitur Sphrantzes cum duobus famulis **501** funesti consilii consciis; Syrgiannes vero solus sequitur, Deo nimirum sanam illi mentem tum adimente, cum se maxime rerum potiturum somniaret. Ut autem circiter duodecim stadia a castris discesserant, illi conversi, cum id quod vehementer exoptarant a fortuna ultro suppeditatum sibi cernerent, illum circumventum gladiis conciderunt: et statim, priusquam quisquam in castris rescivisset, contento cursu in urbem se receperunt. Postridie vero Crales re desperata imperatori petenti pacem dedit; et cum eo egresso collocutus, muneribus quibusdam acceptis, domum retro abiit. Et hic quidem annus in his desiit.

CAPUT VIII.

Latini duo episcopi de Ecclesiarum concordia disputatum veniunt. Patriarcha suæ et suorum facundiæ diffisus Gregoram, quanquam laicum, advocandum censet. Hic primo silentium suadet. Deinde patriarcham et selectos episcopos privatim convenit. Orationem coram iis habet, qua sententiam suam fusius exponit. Assentiuntur cum alii, tum Dyrrhachii episcopus. Quis vir et qualis. Constantinus Despota moritur.

[P. 309] Α'. Τῷ δ' ἐφεξῆς (76) ἔτι ἧκον ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἐπίσκοποι δύο (77), ἀπεσταλμένοι παρὰ τοῦ πάππα, διαλεξόμενοι περί τε εἰρήνης καὶ ὁμονοίας τῶν Ἐκκλησιῶν. Καὶ ἦν εὐθὺς ἰδεῖν πολλοὺς D

I. Insecuto anno duo episcopi vetere Roma a Papa delegati venerunt, ut de pace et concordia Ecclesiarum disputarent. Ac statim videre erat multos e populo zelum præ se ferre, sed non secun-

Variorum notæ.

(76) Hic tempora confundere Gregoram observat Pontanus ex Cantacuzeno, lib. IV, cap. 8. Missi enim hi duo episcopi anno 1349, Joanne Palæologo et eodem Cantacuzeno imperantibus, quorum alter Minorita fuit Guilelmus Chissimensis, alter ex ordine Prædicatorum Gaspertus Cenetensis episcopi. De hac legatione copiose egit Waddingus hoc anno. DUCANG. — Pontanus ad Cantacuzeni lib. IV, cap. 9, Gregoram temere et injuria reprehendit, ut *tempora confundentem*, atque eos legatos, qui Cantacuzeno imperante Byzantium venissent, *sub Andronico* pluribus ante annis *missos* affirmantem: dignus ipse gravi reprehensione, qui ignoret an. Chr. 1333, Andronico imperante, antistites duos Latinos a papa Joanne XXII legatos Byzantium venisse, de ecclesiarum concordia acturos. Qua de re exstat epistola Joannis XXII, data Avenione anno Chr. 1333, Non. Jul. Quod si Cantacuzenus de missis ad Andronicum legatis tacet, de missis ad se multa narrat, non ea est Gregoræ sed ipsius Cantacuzeni negligentia. Ducangius in notis Pontanum secutus est. BOIVIN.

(77) *Franciscus de Camerino*, Vosprensis, seu Bospori *) archiepiscopus, et *Ricardus* episcopus Chersonensis. Vide *Annales ecclesiast.* Oderici Raynaldi, ad an. 1333, num. 17, 18, 19, item ad an. 1334, num. 4, 5. BOIVIN.

* Exstat in cod. Reg. 2950. pag. 147, inter opuscula Barlaami Ἀπάντησις πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου. BOIVIN.

dum scientiam, ac temerariis et immodestis vocibus emissis ipsum etiam patriarcham ad disputandum urgere. Is vero cum nec linguam dicendi usu exercitatam haberet et suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cerneret, tergiversabatur quidem, sed quomodo populi tumultum sedaret nesciebat. Quare et nos ad id certamen suscipiendum cohortandos putabat, qui linguam aliquo orationis apparatu instructam haberemus, quamvis in sacrum catalogum non inscripti essemus. Ego vero primum vehementer urgebam ac monebam, 502 ut taceret et eum habitum præ se ferret, in quo inesset majestas quædam et prudentis animi species appareret, Latinorum videlicet postulationem contemnentis; neque enim disputatione esse opus in præsenti. At cum rursus cogitarem silentium fere suspicione non carere, sed in eorum qui foris versarentur, animis varias et multiplices cogitationes excitare ac spargere, eorum præsertim, qui nec linguæ nec animo imperare didicissent, patriarcham et episcopos quosdam selectos privatim conveni et meam sententiam ad hunc fere modum apud eos exposui :

II. « Equidem ita sum animatus, ita ad hoc certamen nihil mihi alacritatis deesse sentio, ut non modo linguam, sed animum etiam, radicem et fontem eloquii, simulque largitorem et dispensatorem rerum dicendarum, paratus sim exacuere. Cum autem plerosque, priusquam res postulet, audacter et magnifice loqui et in ea esse opinione videam, ut et tempora et res ipsas voluntati suæ statim socias concurrere, imo obviam occurrere arbitrentur, vereri mihi subit, ne ubi res et tempus postularit, arma ultro adversariis tradant, atque eadem pœna multandi sint, qua desertores. Nam ubi ambitio imperitiæ alumna, omni opportunitatis ratione neglecta, modestiæ limites insolenter transsilit, ibi etiam eum sequi exitum, qui primis inceptis repugnet, non est mirandum. Enimvero illi haud cogitant, non linguam temporibus, sed tempora 503 ipsa linguæ moderari et efficaciam largiri ; ac neminem quidem tuba Tyrrhena vocaliorem esse : tamen illam quoque una cum aeris ictu consumere et amittere vim omnem oblectandi, nec ullum sui fructum relinquere sono ipsi superstitem. Non autem committendum esse prudentibus, ut subito motu ac temerario incitati ultro sibi periculum arcessant, inter omnes constare abitror, et nos orationis progressu declarabimus. Sicut enim duobus exercitibus ad pugnam instructis alterius consilium alterius viribus sic præstat, ut eas sibi ipsis funestas efficiat, et vice versa ; ita etiam hic fit. Si prius quam probe ac diligenter disputationes meditati fuerimus, adversariis occurramus, cum ignominia tandem discedemus. Neque vero mihi quisquam dicat, multos sæpe repentino impetu elatos et quæ in mentem venissent effatos victoriam ob-

τῶν τοῦ δήμου ζῆλον μὲν λαμβάνοντας, οὐ κατ' ἐπίγνωσιν δὲ, καὶ πρόχειρόν τινα καὶ ἀταμίευτον προτείνοντας γλῶσσαν καὶ πρός γε ἔτι συνωθοῦντας καὶ αὐτόν γε τὸν πατριάρχην ἐς διαλέξεις. Ὁ δ' οὔτε τὴν γλῶσσαν ἔχων ἠκονημένην ἐκ τῆς τῶν λόγων ἀσκήσεως, καὶ ἅμα τοὺς πλείστους τῶν περὶ αὐτὸν ἐπισκόπων ἀμαθίᾳ συζῶντας πλείστῃ κατανοῶν ὑπεστέλλετο μὲν, οὐκ εἶχε δ' ὅπως ἀναχαιτίσῃ τοῦ δήμου τὸν θόρυβον. Διὸ παρακαλεῖν ἔγνωκε δεῖν ἐς τὴν τοιαύτην παράταξιν καὶ ἡμᾶς, τοὺς ὡπλισμένην μὲν ἔχοντας γλῶτταν ἐκ τῆς τοῦ λόγου παρασκευῆς, ἔξω δὲ τοῦ ἱεροῦ καταλόγου τυγχάνοντας. Ἐγὼ δὲ τὰ μὲν πρῶτα πολὺς ἦν ἐγκείμενος καὶ παραινῶν σιωπᾷν καὶ σχήματι χρῆσθαι μεγαλοπρεπεῖ τινι καὶ νοῦν ἐπαγγελλομένῳ, μηδενὸς ἀξίαν λόγου τὴν τῶν Λατίνων νομίζοντα πρόκλησιν, λόγους τῆς χρείας οὐκ ἀναγκαίως ἀπαιτούσης ἐνταῦθα. Ἀλλ' ἐπειδήπερ οὐκ ἀνύποπτον αὖθις ἑώρων ὡς τὰ πολλὰ διατελοῦν τὸ τῆς σιωπῆς, ἀλλὰ πολλαπλοῦς καὶ πολυσχιδεῖς βλαστάνον καὶ διανέμον τοῖς ἔξω τοὺς λογισμοὺς, καὶ μάλιστα τοῖς τοιούτοις, [P. 310] οἳ γνώμην καὶ γλῶσσαν ἤσκησαν ἀταμίευτον, ἀπολαβὼν ἰδίᾳ τόν τε πατριάρχην καί τινας τῶν ἐλλογίμων ἐπισκόπων τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην ἐπεδειξάμην, τοιαῦτά τινα διεξελθὼν ἐπ' αὐτων

Β'. « Ἐμοὶ μὲν οὕτως ἔχειν πρὸς τὴν παροῦσαν ἅμιλλαν καὶ οὕτω προθυμίας οὐδὲν οὐδαμῇ γε ἐλλείπειν ἔπεισιν, ὥστ' οὐ γλῶτταν μόνον ὁπλίζειν περίεστιν, ἀλλὰ πρό γε ταύτης καὶ γνώμην αὐτὴν, ῥίζαν ταύτην οὖσαν καὶ πηγὴν τῆς γλώττης καὶ ἅμα χορηγὸν καὶ πρύτανιν τῶν λεγομένων. Ὁρῶντι δὲ τοὺς πολλοὺς πρὸ τοῦ καιροῦ καὶ τῆς χρείας μεγάλην τινὰ καὶ θρασεῖα προϊεμένους τὴν γλῶτταν, καὶ τῷ σφῶν αὐτῶν βουλομένῳ ἅμα καὶ τοὺς καιροὺς εὐθὺς καὶ τὰ πράγματα σύνδρομά τε καὶ πρόδρομα γίνεσθαι οἰομένους, δεδιέναι μοι ἔπεισι, μὴ τῆς χρείας καὶ τοῦ καιροῦ παραστάντος λειποταξίου δίκην ὀφλήσωσι, τῶν ὅπλων ἑκόντες τοῖς ἐναντίοις παραχωρήσαντες. Ἔνθα γὰρ φιλοτιμία τρόφιμος ἀπειρίας ὅλην ἐνδυσαμένη τὴν ἀωρίαν τῶν ὅρων καταχορεύει τῆς εὐταξίας, ἐκεῖ καὶ πέρας ἀκολουθεῖν τοῖς προοιμίοις ἐπιεικῶς ἀντιστρατευόμενον, οὐδὲν ἀπεικός. Οὐδὲ γὰρ, ὡς ἔοικεν, εἰδέναι ἔπεισι τοῖς τοιούτοις, μὴ τὴν γλῶτταν δύνασθαι καθιστᾷν τοὺς καιροὺς ἀνυσίμους, τοὺς δὲ καιροὺς τὴν γλῶτταν· οὐδ' ὅτι Τυρσηνικῆς σάλπιγγος οὐδεὶς ἀνδρῶν μεγαλοφωνότερος ὁμοῦ δ' ὅμως τῷ πληγέντι ἀέρι καὶ αὕτη δαπανᾷ καὶ λύει τὸ κράτος τῆς τέρψεως, οὐδένα καρπὸν τοῖς ἔπειτα καταλείπουσα τῆς ἠχοῦς μονιμώτερον. Ὅτι δ' οὐ χρεὼν ὁμοῦ καὶ τοὺς ὅσοι γε βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρποῦνται, παραλόγοις ἑπομένους ὁρμαῖς ἐς αὐθαιρέτους ἰέναι κινδύνους, δῆλον οἶμαι τοῖς ἅπασιν εἶναι· δηλώσομεν δὲ καὶ αὐτοὶ προϊόντες. Ὥσπερ γὰρ δυοῖν στρατοπέδοιν ἐς μάχην ἀποκριθέντων ἡ τοῦ ἑνὸς εὐβουλία φθοροποιόν τινα θατέρῳ χορηγεῖ τὴν δύναμιν βουλευομένῳ καλῶς καὶ τοὐναντίον αὖθις, οὕτω κἀνταῦθα· εἰ πρὶν καλῶς ὁμοῦ καὶ συνετῶς ἐσκέφθαι

A πρὸς διαλέξεις καὶ ἡμεῖς ἀπαντῴημεν τῶν ἐναντίων, ἔψεται πρὸς αἰσχύνην ὁρῶσι χρῆσθαι τοῖς τῶν κακῶς δεδογμένων πέρασι. Καὶ μή μοι λεγέτω τις, ὡς πολλοὶ πολλάκις ὁρμαῖς ὀξυτέραις τοῦ δέοντος τὴν ἡγεμονίαν τῆς γλώττης ἐγκεχειρικότες νίκης καὶ τροπαίων κληρονόμοι γεγένηνται. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ κανόνα καὶ στάθμην εὐνομίας ἡγεῖσθαι χρεὼν ἀστάθμητον πρᾶγμα· ἔπειτα οὐδὲ τὴν ἀπερίσκεπτον ἴσμεν ὁρμὴν οἴκοθεν φέρουσάν ποτε τὰ τῆς νίκης ἐφόδια· ἀλλὰ τῆς τῶν ἀντιπαραταξαμένων μείζονος κακοβουλίας ὕλην παράδοξον χορηγησάσης πολλάκις ἐς τὸ κατορθοῦν τῇ ἀντιστρατήγῳ θρασύτητι, ἐς τὴν τοῦ βελτίονος μοῖραν ἀπενηνέχθαι ἔδοξε καὶ τὰ φαῦλα· ὥσπερ αὖ πολλάκις τὸ τῶν ἀντιπάλων συνετώτερον [P. 311] βούλευμα παρήλασε καὶ τοὺς ὀρθῶς βεβουλεῦσθαι δόξαντας. B Ἀδήλου γὰρ ὄντος τοῦ μέλλοντος ἐγχωρεῖ καὶ τοιαῦτα συμβαίνειν ἐνίοτε. Ἀλλ' ἡμῖν γε οὐ νόμον ποιεῖσθαι δήπου χρεὼν παραλόγων κατορθωμάτων κατάλογον· καὶ μάλιστα νῦν, ὁπότε περὶ τοῦ τῆς εὐσεβείας κράτους τὰ παλαίσματα διακινδυνεύεται. Τούτων γὰρ εἵνεκα παρελήλυθα· συμβουλεύσων ἃ συμφέρει ἐνόμισα καὶ τῇ παρούσῃ χρείᾳ ὅσον ἔξεστι καὶ αὐτὸς συνεισενεγκεῖν. Εἰ δ' ὀρθῶς ἢ μή, σκοπεῖν λείπεται. Οὐδὲ γὰρ νομοθετήσοντες ἥκομεν, οὐδ' ἀποφαντικῶς τὰ ἡμέτερα λέξειν δόγματα. Ἀλλ' ὥσπερ πάλαι ταῖς ἀριστοκρατουμέναις ἐγίγνετο πόλεσιν, οὕτω καὶ ἡμῖν ἐράνου δίκην τὰ τῇ διανοίᾳ πρὸς τὸ παρὸν ἐπιτρέχοντα συνεισφέρειν ἔδοξε δίκαιον. Ἃ τοίνυν λέγειν προήγμεθα τήμερον, ἀπαγόρευσίς ἐστι μὴ πάντας αὐτονομίᾳ βουλήσεως ῥέοντας C ὁμόσε χωρεῖν ἐς διαλέξεις καὶ ἀπαντήσεις τῶν ἐξ Ἰταλίας ἰόντων· ὅπου γε μηδὲ τοῖς προεδρεύουσι καὶ τιμῆς τοιαύτης ἠξιωμένοις, πρὶν μετ' ἀλλήλων τὸν τῆς διαλέξεως ἐσκέφθαι σκοπὸν, χρεὼν ἀπαντᾷν· εἰδότας, ὅτι πρᾶξις πᾶσα καὶ λόγος ἅπας ἔχει σκοπὸν καὶ τέλος, πρὸς ὃ βλέποντας τόν τε πράττοντα καὶ λέγοντα τήν τε πρᾶξιν ὁμοῦ καὶ τὸν λόγον εὐθύνειν προσήκει. Τούτου δ' ἀπόντος κίνδυνον εἶναι, μάταιον σπουδήν τε πᾶσαν καὶ πόνον ἅπαντα νομίζεσθαι. Οἷον ὁ πλέων οὐ τοῦτο βούλεται καὶ τοῦτ' ἔχει σκοπὸν, ὅπερ ἐργάζεται, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον, οὗ ἕνεκεν ἐργάζεται ὅπερ ἐργάζεται. Κέρδους γὰρ ἕνεκα, καὶ οὐ τοῦ κύμασι καὶ πνευμάτων βίαις διακυβεύειν τὸ ζῆν, ἀνάγει τὴν ναῦν. Καὶ ὁ τοξότης δ' ὁμοίως οὐχ αὐτὸ καθ' αὐτὸ τὸ τοξεύειν, ἀλλὰ τοῦ D βαλεῖν τὸν πολέμιον εἵνεκα τοῦτο προῄρηται. Ἐνταυθοῖ δ' οὐχ ὁρῶ, τίνος εἵνεκα κέρδους καὶ πρὸς τίνα βλέπων σκοπὸν διαλέγεσθαι ἄν τις ἕλοιτο, εἰ μήτ' αὐτοὶ τοῖς ἡμῶν, μήθ' ἡμεῖς τοῖς αὐτῶν συνθέσθαι βουλήμασιν ἔγνωμεν πώποτε, κἂν πάντες φῶσι λίθοι, κἂν πάντα φυτά. Ἔτι μὴν καὶ τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη καὶ πόῤῥω που τοῦ προσήκοντος πορευόμενον λόγου, τοὺς μὲν Ὀλυμπιάσιν ἀγωνιστὰς, καὶ ὅσοι γῆς ἕνεκα σταδιαίας ἀμφισβητοῦσι, καὶ εἴ τις λωποδυσίαις ἁλίσκοιτο, τούτοις ἐξεῖναι πᾶσιν Ἑλλανοδίκας τινὰς καὶ κριτὰς ἀῤῥεπεῖς προκαθίζειν, ὡς μὴ λάθῃ παραῤῥυεὶς ὁ τοῦ δικαίου κανὼν, μᾶλλον δ' ἵνα μὴ ἀνήνυτον ἔχῃ τὸν δρόμον ἡ τῆς ἀμφισβητήσεως ἔρις, μηδενὸς προκειμένου κανόνος καὶ στά-

A tiamisse. Primum enim ea res, quæ neque modum neque rationem in se ullam habet, modus et ratio æquitatis ducenda non est. Deinde satis scitur, inconsideratum impetum non suapte natura parere victoriam : sed, si adversariorum major stultitia occasionem rei bene gerendæ præter opinonem præbeat contrariæ audaciæ, eo casu malas quoque res bonarum rerum locum occupare ; sicut vicissim major sæpe adversariorum prudentia eos etiam, qui bene suis rebus consuluisse **504** videntur, superat. Nam cum res futuræ incertæ sint, nihil obstat, quo minus interdum etiam tale aliquid usu veniat. Sed fortuitorum successuum enumeratio non debet apud nos legis loco esse, nunc præsertim, cum de religionis victoria sit certandum. B Enimvero hac de causa prodii, quod et me ipsum putaverim, si utile consilium darem, quidquid in me opis foret in rem præsentem esse contributurum. Id autem rectene an secus facturus sim, consideretur. Neque enim legum ferendarum gratia adsumus, aut ut nostra decreta firma et inconcussa haberi velimus ; sed ut olim in liberis civitatibus fiebat, ita et nobis quæ in mentem pro tempore venissent velut stipem conferre visum est. Is vero hujus nostræ orationis scopus est, ut dehortemur, ne quivis pro suo libito cum iis qui ex Italia venerunt temere congrediatur et disputet ; cum id ne præsulibus quidem et viris ea auctoritate præditis concedendum esse videatur, priusquam inter sese C disputationis scopum et finem considerarint ; quippe qui sciant, omni sive actioni sive orationi scopum ac finem aliquem esse propositum, ad quem is qui vel agit vel disserit collimare et suam tum actionem tum orationem dirigere debeat. Quod nisi fiat, periculum est, ne omne studium, omnis labor inanis et irritus habeatur. Veluti is qui navigat non id vult, nec scopum sibi proponit id quod agit ; sed illud potius, cujus causa id ipsum agit. Lucri nimirum causa, non autem ut ventorum et fluctuum arbitrio de vita **505** dimicet, e portu solvit. Eodem modo sagittarius non ideo sagittas emittit, ut ventum verberet ; sed ut hostem sternat, id facit. Hic vero cujus emolumenti spe, quo fine proposito, quisquam disputare cum Latinis velit, equidem non video, si D nec ipsi nostris, nec nos illorum decretis assentiri unquam decrevimus, vel si omnes hoc lapides, omnes stipites dicent. Deinde absurdissimum et ab omni ratione alienissimum fuerit, iis qui in Olympiis certant et in stadio decurrunt, aut qui furti arguuntur, ad Hellanodicas et incorruptos judices esse provocationem, ne justitiæ regula furtim declinet ac fallat, aut litis disceptatio frustra procedat, nulla regula aut norma adhibita, ad quam disceptantium rationes exactæ litem finiant : eos vero, qui de rebus divinis disputaturi et in longissimo illo stadio maximam cladem animis et corporibus minitante decursuri sunt, nullum habere judicem, qui utriusque partis verba expendat, ac illa quidem victricia pronuntiet, illa vero ut inania

Γ'. Ταῦτα τὸν βασιλέα ἠνάγκασεν εἰς τὴν κοινὴν καὶ αὐτὸν ταύτην χρείαν διαναστῆναι. Καὶ ἐπεὶ χρημάτων ἐσπάνιζε τὰ βασιλικὰ ταμιεῖα, πέμπει τὴν ταχίστην τοὺς τὰς ἐπὶ Θρᾴκῃ καὶ Μακεδονίᾳ χώρας καὶ πόλεις ἀργυρολογήσοντας, καὶ ταῦτα πολλὰ πεπονηκυίας ὑπό τε τῶν ἄλλοτε ἄλλως ἐπιόντων φόρων καὶ ὑπὸ τῶν συχνῶν ἐφόδων ἔνθεν μὲν τῶν Τούρκων, ἐκεῖθεν δὲ τῶν Βουλγάρων. Τούτων οὕτως ἐχόντων τάς τε παλαιὰς ἐπεσκεύαζον ναῦς καὶ ἑτέρας ἐξ αὐτῶν ἤδη κρηπίδων ἐναυπηγοῦντο παρ' ὅλον τουτονὶ τὸν χειμῶνα. Ἔαρος δὲ ἤδη λήγοντος ὁ μὲν βασιλεὺς εἴκοσι ναῦς πεπληρωκὼς πρὸς ἔκπλουν παρεσκευάζετο, ναύαρχος ἐθελοντὴς αὐτὸς τοῦ στόλου γιγνόμενος, καὶ ταῦτα πρὸς τῆς συζύγου δεσποίνης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κωλυόμενος, διὰ τὸ μὴ ἐς ἀξίαν βασιλικῆς περιωπῆς τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἀνήκειν. Ὁ δ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτουργὸς αὐτὸς τῶν γιγνομένων ἐφιλοτιμεῖτο γίγνεσθαι, οὕτω κἀνταῦθα πολὺ τὸ φιλότιμον ἔσχε καὶ πλήρης ἦν πολεμικῆς ὁρμῆς. Ἐκάθητο δὲ ὅμως καὶ τὴν τῶν Λατινικῶν δυνάμεων ἄφιξιν περιμένων. Ἀλλὰ περὶ τοὺς νεωστὶ φυέντας ἐν σφίσιν αὐτοῖς θορύβους καὶ ταραχὰς οἱ Λατῖνοι ἀσχοληθέντες ἄπρακτοι καὶ ψευδεῖς περὶ τὰς ἐπαγγελίας ἐφάνησαν.

III. Ita imperator, communis illius belli socius esse coactus, cum fiscus imperatorius pecuniæ inopia laboraret, tributorum exactores in Thraciam et Macedoniam statim misit ; quamvis illius tractus urbes ac provinciæ multum jam vexatæ erant, tum exactionibus alias aliis, tum incursionibus crebris hinc Turcorum, illinc Bulgarorum. Interea et veteres naves reficiuntur, et aliæ novæ per totam hanc hiemem a fundamentis exstruuntur. B Sub veris exitum imperator **525** viginti navibus completis parat se ad profectionem, et ipse ultro classis præfectum agit ; idque imperatrice uxore et cæteris omnibus prohibentibus, quod istiusmodi res ab imperatoria majestate alienæ essent. At ille, ut cætera, ita hanc quoque rem sua præsentia et opera confici volebat, alacritate et bellico impetu plenus. Latinarum tamen copiarum adventum exspectabat. Verum illi nuper inter ipsos ortis tumultibus occupati, spem ejus fefellerunt, ac nihil eorum quæ promiserant exsecuti sunt.

Δ'. Οἱ δὲ Ῥόδιοι (96) καὶ οἱ τὴν παράλιον Φώκαιαν οἰκοῦντες, ἣ πλησίον κεῖται τῆς Σμύρνης, καὶ πρὸς τούτοις ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγεμονεύων (97), δόλῳ μεταθέμενοι τὸν σκοπὸν, σύνθημα ἔσχον λάθρα ἐπιθέσθαι ταῖς τε Ῥωμαϊκαῖς νήσοις καὶ αὐταῖς ταῖς τοῦ βασιλέως ναυτικαῖς δυνάμεσι· δείσαντες ἴσως, μὴ ὁ βασιλεὺς τῶν ἄλλων ἀφέμενος ἐπ' αὐτοὺς τρέψηται. Ὅθεν ἐπὶ Λέσβον ὁρμήσαντες ἅμα ναυσὶ πεντεκαίδεκα τῆς μὲν ἄλλης νήσου κύριοι γενέσθαι τέως οὐκ ἠδυνήθησαν· αὐτοὶ δὲ τῷ λιμένι τῆς Μιτυλήνης (98) ἐξαίφνης προσσχόντες προδοσίᾳ τὴν πόλιν εἷλον εὐθύς.

IV. Rhodii vero et maritimæ Phocææ habitatores, quæ urbs prope Smyrnam sita est, ac præterea C Cycladum insularum princeps, consilio fraude mutato pepigerant, se Romanas insulas et ipsas imperatoris copias clam adorturos : veriti fortasse, ne hic aliis omissis arma in ipsos converteret. Itaque cum navibus quindecim Lesbum profecti reliqua quidem insula potiri illico non potuerunt ; sed Mitylenes portum derepente ingressi urbem proditione statim ceperunt.

Ε'. Βουλομένων δὲ τῶν τε Ῥοδίων καὶ τοῦ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγεμόνος τά τε χρήματα διαρπάσαι καὶ τὴν ἄλλην ἐπίσης ἐπικράτειαν διανείμασθαι τῶν Λεσβίων, δόλῳ τινὶ καὶ ἀπάτῃ χρησάμενος ὁ τῶν Φωκαέων ἀρχηγὸς Κατάνης (99) οἰκείαν τε φρουρὰν εἰσήγαγεν εἰς τὴν Μιτυλήνην καὶ ταύτην ἐσφετερίσατο, τούτους παρακρουσάμενος. Ἐνόμισε γὰρ ῥᾳδίως ἐκεῖθεν καὶ ὅλης ἄνευ συμμάχων τῆς νήσου κρατήσειν, ἅτε πλείονα συναμφοτέρων ἐκείνων μόνος αὐτὸς κεκτημένος δύναμιν. Ὀκτὼ μὲν

V. Cum autem Rhodii et Cycladum insularum princeps opes diripere et reliquam pariter Lesbiorum ditionem partiri vellent : Phocæorum ductor Catanes dolo ac fraude usus suum præsidium in D urbem introduxit, illisque deceptis eam sibi vindicavit. Inde enim totius insulæ vel **526** sine sociis se facile potiturum esse putabat ; quippe qui solus utrisque illis simul junctis superior viribus foret. Is enim solus octo triremes adduxerat, quas Genuæ compleverat : Rhodii vero quatuor : reli-

Variorum notæ.

(96) Milites ordinis Hospitalis Hierosolymitani, qui Rhodum anno 1310 Turcis abstulerant. DUCANG.

(97) Nicolaus Sanutus, qui Naxi, interdum Ægæopelagi ducem sese inscribebat. Vide *Hist. Franco-Byzant.* lib. VII, n. 20. Infra Κυκλάδων νήσων ἀρχηγός. DUCANG.

(98) Cantacuzen. lib. II, cap. 29, ubi de capta a Catania Mitylene agit. DUCANG.

(99) Dominicus Catanias, Andreæ qui Phocæam novam subjugaverat filius, ut est apud Cantacuz. lib. II, cap. 13. Duplex enim fuit Phocæa : altera quam antiquam, altera quam novam vocant. Gregoras παραλίαν. Hanc postremam jure clientelæ deinceps ex pacto cum Andronico seniore inito tenuere Cataniæ. DUCANG.

quas tres Cycladum insularum princeps. Ac Mitylenæos quidem cives statim urbe exegit; et uxore ac liberis Phocæa arcessitis, ibi considere decrevit, justo præsidio Phocææ relicto. Erat autem Phocæa patrimonium ejus, transmissum videlicet a majoribus, qui eam urbem ab imperatore eodemque avo imperatoris acceperant, procurationis et alicujus pecuniarii reditus gratia. Quamobrem certis temporibus qui in ejus loci præfecturam aliis succedebant, factam olim donationem novis imperatoris litteris perpetuo renovabant, ne longo temporis spatio exclusus imperator dominio imprudens excideret. Catanes autem iste, cum jam Romanam rem afflictam cerneret, insolentius erga imperatorem se gessit, officiumque neglexit. Unde imperatoris subitam impressionem veritus saluti suæ qua potuit omni modo consuluit, et Mitylenen per insidias occupare instituit: idque data occasione perfecit. Cæterum Rhodii, et alii qui ad invadendam Mitylenen concurrerant, improbitatem Phocæensis Catanis exosi domum recesserunt.

A γὰρ ἦλθεν ἔχων τριήρεις μόνας αὐτὸς, ἃς ἐκ Γεννούας ἔφθη πεπληρωκώς· οἱ δὲ Ῥόδιοι τέτταρας· τὰς δ' ἑτέρας τρεῖς ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἀρχηγός. [P. 323] Αὐτὸς μὲν οὖν τοὺς μὲν τῆς Μιτυλήνης οἰκήτορας εὐθὺς ἐξῴκισε τῆς πατρίδος· ὁ δὲ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα μεταπεμψάμενος ἐκ Φωκαίας ἐκεῖ τὴν οἴκησιν ἔχειν εἵλετο, φρουρὰν ἱκανὴν ἐγκαταλιπὼν τῇ Φωκαίᾳ. Κλῆρος δ' αὐτῷ περιελθὼν ἦν ἀπὸ προγόνων ἡ Φώκαια, πρὸς τοῦ βασιλέως καὶ πάππου τοῦ βασιλέως σφίσι δοθεῖσα ἐπιτροπῆς τε εἵνεκα καὶ χρημάτων τινὸς πορισμοῦ. Διὸ καὶ κατὰ χρόνους τακτοὺς οἱ τὴν ταύτης ἐφορείαν διαδεχόμενοι γράμμασι βασιλικοῖς ἀνανεοῦντες ἀεὶ διετέλουν τὴν δόσιν τοῦ κλήρου, μὴ λάθῃ παρακρουσαμένη τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν ἡ μεταξὺ τοῦ χρό- B νου μακρὰ περίοδος. Ὁ δὲ Κατάνης οὗτος, νοσοῦντα ἑωρακὼς ἤδη τὰ Ῥωμαίων πράγματα, θρασύτερον διετέθη πρὸς βασιλέα καὶ ἠμέλει τῶν καθηκόντων δικαίων. Ὅθεν καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ὑφορώμενος αἰφνίδιον ἔφοδον ἑαυτόν τε κατὰ πᾶν τὸ δυνατὸν ἠσφαλίζετο καὶ τὴν τῆς Μιτυλήνης ἐμελέτα ἐπιβουλήν. Καιροῦ δὲ ἤδη λαβόμενος εἰς πέρας καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξέῤῥηξεν. Οἱ μέντοι συνδεδραμηκότες ἐπὶ τὴν τῆς Μιτυλήνης ἅλωσιν Ῥόδιοι μετὰ τῶν ἑτέρων τὴν τοῦ Φωκαέως Κατάνη μοχθηρίαν τῆς γνώμης κατεγνωκότες ἐς τὰ οἴκοι ἀνεχώρησαν.

VI. Hoc rerum statu Genuenses, qui Galatam tenebant, cum antea audaces, tum illo Catanis **527** successu audaciores facti (nam et is Genuensis erat), pluribus majoribusque injuriis et contumeliis Romanos onerabant. Nam propter immunitatem, quam primum a Michaele Palæologo impetraverant, ut supra diximus, maxima pars Romanæ classis ad illos se contulerat, eorumque habitum assumpserat. Unde Latinorum opes auctæ, Romanorum vero imminutæ sunt. Quæ sane res eos asperiores contra Romanos atque etiam superbos et contumaces effecit. Proinde et fossam circumductam profundiorem fecerunt, et firmas turres clanculum per speciem ædium exstruxerunt. Tum iidem largitione corruptis iis, qui imperii administrationi præerant, omnem licentiam nacti sunt et vineas emendi, et ædes in vicino colle splendidis muris ac velut propugnaculis munitas ædificandi; adeo ut si bellum cum Byzantiis gerendum esset, nihil esset, quod eos aut terreret, aut impediret.

ς'. Τούτων οὕτως ἐχόντων τοῦ προτέρου πλεῖον ἀναλαβόντες θράσος οἱ ἐν τοῖς Γαλάτου οἰκοῦντες Γεννουῖται διὰ τὸ τοῦ Κατάνη προτέρημα (Γεννουΐτης γὰρ κἀκεῖνος ἐτύγχανε), πλείονα τῶν προτέρων ἐπῆγον καὶ προσετίθεσαν τοῖς Ῥωμαίοις τὰ ἀδικήματα καὶ τὰς ὕβρεις. Διὰ γὰρ τὴν ἀτέλειαν, C ἣν παρὰ πρώτου Παλαιολόγου Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως εἰλήφεσαν, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, τὸ πλεῖον τοῦ τῶν Ῥωμαίων ναυτικοῦ προστιθέμενον ἐκείνοις καὶ μετασχηματιζόμενον ἐς μέγα μὲν τὸν Λατινικὸν ηὔξησε πλοῦτον, μέγα δ' ἠλάττωσε τὸν Ῥωμαϊκόν. Ὃ δὴ καὶ σκληροτέρους κατὰ Ῥωμαίων αὐτοὺς ὑπέρφρονάς τε καὶ αὐθάδεις ἐπεποιήκει. Ὅθεν τήν τε περὶ αὐτοὺς τάφρον βαθυτέραν ἐποίουν καὶ πύργους ὀχυροὺς κατὰ τὸ λεληθὸς ἐν σχήμασιν οἰκιῶν ἀνίστων· καὶ ἐπὶ τούτοις, χρήμασιν ὑποφθείροντες τοὺς τῶν βασιλικῶν προεστηκότας πραγμάτων, ἄδειαν πᾶσαν εἰλήφεσαν, ἀμπελῶνάς τε ὠνεῖσθαι καὶ οἰκίας ἀνιστᾷν ἐπὶ τοῦ πλησιάζοντος λόφου λαμπρῶς πεπυργωμένας τοῖς τείχεσιν· ὡς D καὶ δέῃ αὖ πολεμεῖν Βυζαντίοις, μηδὲν εἶναι τὸ φόβον ἐπάγον καὶ κώλυμα τούτοις.

VII. Imperator autem, cum primum Mitylenen esse captam audisset, et hos in vicinia plus satis insolescere cerneret et pacta conventa pleraque violare; iis subito circumventis magnas illas et munitas ædes in colle exstructas incendit: in quibus multi arcus, multa tela et arma, eaque diversi generis, reperta sunt. Quæ cum Latini præter exspectationem viderent, pavere ac trepidare et extrema timere cœperunt. Putabant enim, imperatorem eodem die cum navalibus copiis solito majoribus in se ipsos **528** quoque impetum esse facturum. Quare clam armis sese muniebant. Sed *cum ne postridie quidem* imperatorem quidquam

Ζ'. Ἐπεὶ δ' ἀρτίως ὁ βασιλεὺς τήν τε τῆς Μιτυλήνης ἐπύθετο ἅλωσιν, καὶ τούτους αὖ ἐγγύθεν πέρα τοῦ δέοντος ἑώρα θρασυνομένους καὶ ἐς τὰ πλεῖστα παρασπονδοῦντας, περιελθὼν αἰφνιδίως ἐνέπρησε τὰς περὶ τὸν λόφον μεγάλας καὶ ὀχυρὰς ἐκείνας οἰκίας αὐτῶν· [P. 324] ἐν αἷς πολλά τε εὕρηται ὅπλα καὶ τόξα καὶ βέλη καὶ διάφορα. Ταῦτα παρὰ προσδοκίαν ἰδοῦσι τοῖς Λατίνοις κατεπτηχέναι καὶ ἐκπεπλῆχθαι ἐπῄει καὶ δεδιέναι τὰ ἔσχατα. Ἤλπισαν γὰρ αὐθημερὸν ἐπεισπεσεῖσθαι καί σφισιν τὸν βασιλέα ὁλοσχερῶς, πολλῆς περιεστηκυίας, εἴπερ ποτὲ ναυτικῆς δυνάμεως. Διὸ καὶ λάθρα ὡπλίζοντο καθ' αὑτούς. Ἐπεὶ δ' ἄχρι τῆς ὑστεραίας, περιμείναντες,

οὐδὲν πλέον διαπραττόμενον τὸν βασιλέα ἑώρων ἐπ' A αὐτούς, ἀλλ' ὅλον ἠσχολημένον περὶ τὸν ἐς Μιτυλήνην ἀπόπλουν, ἀναθαρρήσαντες μάχην ἐκήρυξαν φανερὰν καὶ ἀδεῶς ἔς τε Βυζαντίους καὶ ἐς αὐτὸν βασιλέα ἐνύβριζον· ξυλίνους τε περιήλασαν πύργους τοῖς ἑαυτῶν τείχεσι· καὶ τῶν μεγάλων ὁλκάδων τὰς μὲν εἰς πυθμένας θαλάσσης κατέδυσαν, τὰς δ' ὁπλίσαντες πρὸ τοῦ λιμένος ἀντ' ἄλλων προβόλων καὶ χαρακωμάτων ἔστησαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ βουλόμενος τὴν τοσαύτην παρασκευὴν ἐνταυθοῖ περισπᾷν μεγαλοψύχως τε ἐχρήσατο τοῖς παροῦσιν, ἠμεληκὼς τὸ παράπαν αὐτῶν, καὶ πρὸς ἔκπλουν παρεσκευάζετο πάσῃ σπουδῇ, πλείονας ἔτι δυνάμεις ἀθροίζων.

Η'. Ἐπεὶ δὲ μέχρις ὅλων ἑπτὰ ἡμερῶν ἐντὸς τείχους οἱ ἐν τοῖς Γαλάτου Λατῖνοι συγκλεισθέντες B ἔμελλον ὑπὸ τοῦ οἰκείου δήμου διασπαραχθήσεσθαι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν πλέον τὰ συμπεσόντα σφίσι δεινά· ὕδατός τε γὰρ ἐσπάνιζον καὶ ὅση ἐκ τῶν λαχάνων καὶ ὀπωρῶν ἦν ψυχαγωγία· οἵ τ' αὖ ἀγοραῖοι καὶ πένητες ἄνθρωποι, καὶ ὅσοι ἐκ τῶν ὠνίων τὸ ἐφήμερον ταλαντεύουσι κέρδος, οὗτοι δὲ πλείστην ὑπομένοντες ζημίαν πολλῷ πλέον κατὰ τῶν προεστώτων Λατίνων ἐμαίνοντο· διὰ δὴ ταῦτα πρὸς τὸ ταπεινότερον ἀπαλλάξαντες ὑπέκυψάν τε τῷ βασιλεῖ καὶ συγγνώμην ἔσχον τῆς ἀκαίρου ὀφρύος.

Θ'. Τοῦ γε μὴν ἔτους ἤδη μετὰ τὰς τοῦ Κυνὸς ὄντος ἐπιτολάς, ὅτε δὴ καὶ ἀφθονώτερα τὰ ἀρκτικὰ πνεύματα ἐς τὴν κάτω χέονται θάλατταν, ὥρας C ὁ βασιλεὺς μετὰ πάσης τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ἔπλει ἐς Μιτυλήνην. Αἱ δ' ἑπτὰ τοῦ Κατάνη τριήρεις τὴν Μιτυλήνην παραπλέουσαι, πλείους ἢ κατὰ προσδοκίαν ἐπιούσας τὰς τοῦ βασιλέως ἑωρακυῖαι, αἱ μὲν δύο φθάσασαι προσωρμίσθησαν τῷ τῆς Μιτυλήνης λιμένι, αἱ δὲ πέντε ἀπεγνωκυῖαι ἐς τὴν χέρσον ἐξώκειλαν, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐταῖς ἀποθέμενοι τὰ ὅπλα ἔφευγον· ὧν οἱ μὲν ἔδραμον εἰς τὴν Μιτυλήνην, οἱ δ' ἀνοδίᾳ χρησάμενοι διεφθάρησαν ὑπὸ τῶν Λεσβίων. Τὰς δὲ πέντε ναῦς πλήρεις ὅπλων καὶ ὀψωνίων ναυτικῶν οἱ τοῦ βασιλέως λαβόντες ἀπέπλευσαν ἐς Χίον τὴν νῆσον ἅμα τῷ βασιλεῖ, πληρώσοντες τὰς ἤδη ληφθείσας πέντε τριήρεις ἐκείνας ἐρετῶν τε καὶ ὁπόσοι ἐκ τῶν καταστρωμάτων μάχεσθαι ἔμελλον. Μέγα δ' ἐγένετο ἐναντίωμα τῇ τοῦ D βασιλέως σπουδῇ καὶ θελήσει ἡ πρὸς τὴν Χίον αὕτη διατριβή. [P. 325] Ἄδειας γὰρ ὁ Κατάνης λαβόμενος τήν τε Μιτυλήνην ὠχυρώσατο καὶ πολλὴν εἰσήνεγκε δύναμιν στρατιωτικὴν καὶ χορηγίαν ἀφθονωτέραν τῶν χρειωδῶν· καὶ ἔτι ἐς Φώκαιαν πέμψας ἃς εἶχε δύο ταχυπλοούσας τριήρεις τὰ ὅμοια ἐπεπράχει πολλῇ χρησάμενος τῇ σπουδῇ. Μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν δυνάμεων ἐς Φώκαιαν, προσκαλεσάμενος δὲ καὶ τὸν τὴν πέριξ ἐπαρχίαν ἔχοντα Τοῦρκον, ἅτε εἰδὼς κἀκεῖνον ἀχθόμενον ἐκ πολλοῦ τοῖς Φωκαεῦσι Λατίνοις διὰ τὰς ὑπὸ σφῶν ἐπαγομένας αὐτῷ συχνοτέρας ζημίας, περιεστρατοπέδευσεν οὕτω τὸ φρούριον ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης πολιορκῶν, πολλῆς τῆς χορηγίας τῶν χρειωδῶν παραγινομένης ἐς τὰς τριήρεις παρὰ τῶν Τούρκων.

A contra se moliri cernerent, sed totum Mitylenæa navigatione occupari: elati animis apertum bellum denuntiant; nec solum Byzantiis, sed et ipsi imperatori audacter illudunt, ligneis turribus sua mœnia circumplectuntur, magnas denique onerarias partim in fundum maris demergunt, partim ante portum armatas munitionum et aggerum vice opponunt. Imperator vero, cum copias tanto apparatu a se instructas nollet eo bello distrahi, magnum inter hæc animum præ se tulit, illis prorsus neglectis, et omni studio ad navigationem se paravit ac novas sibi vires quæsivit.

VIII. Sed cum Latini Galatæi ad septem integros B dies mœnibus suis inclusi mansissent, ac jam iis tumultus ab civibus suis immineret, qui mala urgentia diutius tolerare non poterant (nam et aqua et omni herbarum pomorumque solatio carebant), et circumforanei ac pauperes homines, et qui e quotidiano venditionis lucello sustentabantur, ii demum maxima jactura facta magis etiam contra magistratus Latinos insanirent: ob hæc igitur facti modestiores imperatori sese submiserunt, et intempestivæ superbiæ veniam impetrarunt.

IX. Post Caniculæ exortum, anno jam vergente,
529 cum septentriones in mari inferiori vehementius spirant, imperator cum omnibus navali- C bus copiis Mitylenen tendit. At Catanis triremes, quæ tum septem numero Mitylenes oram legebant, cum plures exspectatione sua naves conspexissent, duæ quidem in portum statim evaserunt; quinque vero per desperationem in terram appulerunt. Qui autem in eis fuerunt, omnes abjectis armis fugerunt: quorum alii cursu Mitylenen pervenerunt, alii viæ ignari a Lesbiis interfecti sunt. Imperatorii vero naves quinque armis et commeatu plenas ceperunt, et iis secum abductis Chium versus cum imperatore navigarunt, illas ipsas quas ceperant quinque triremes remigibus completuri; item militibus, qui e tabulatis pugnarent. Atque hæc apud Chium mora festinationi et studio imperatoris D valde adversa accidit. Catanes enim jam securus Mitylenen munivit, magnam militum manum et uberem commeatum introduxit; et duabus illis expeditis triremibus, quas habebat, Phocæam missis, tanta diligentia usus est, ut et illi urbi eodem modo providerit. Post hæc imperator cum copiis Phocæam advectus, ipsomet Turco circumjacentium locorum domino arcessito (quippe sciebat illum quoque jam diu Phocæensibus Latinis infensum ob illata sibi ab eis crebra detrimenta), castellum terra marique obsidet, Turcis commeatum affatim in triremes importantibus.

CAPUT II.

Absente imperatore factiosi quidam res novas in Urbe moliuntur. Eorum conatus compressi Cantacuzenæ et imperatoris prudentia. Latini Phocæenses, longa obsidione fracti, Rhodiorum interventu pacem impetrant. Pacis conditiones. Imperator Byzantium redit cum omni classe. Quæstionem habet de conjuratis. Eos pro concione convincit. Ejus clementia. Orationis exordio lacrymas elicit. In Demetrium despotam inquiri vetat, Cralænæ amitæ reverentia adductus, item Gregoræ acclamationibus et applausu delinitus. Solos Asanis filios in custodiam includit, eamque minime duram. Alexius Philanthropenus Lesbum missus Mitylenen astu recuperat. Ejus viri elogium.

530 I. Cæterum imperatore cum navalibus copiis A absente, cum in palatio magna impunitas et licentia vigeret, quidam ex junioribus seditionem meditati sunt, sperantes, se ab ipsis Latinis, qui Galatæ habitabant, adjutum iri ob illas videlicet novissimas offensiones. Scopus autem seditionis fuit, imperatoriam potestatem usurpare, si primum imperatricem et ejus filium Joannem, deinde et eos omnes, qui adversari possent, occidissent. Sed dum id facinus adhuc parturiunt et seditiosi rem clanculum vehementer urgent: Cantacuzenam, magni domestici matrem, quid ageretur haud latuit: quam imperator assestricem conjugi suæ discessurus reliquerat, quippe prudentem matronam, gravitate morum conspicuam, acerrimo judicio præditam, et B quæ ita solers erat, ut rebus difficillimis facile posset se expedire. Ea ergo una cum præstantissima imperatrice, priusquam magnum inde malum erumperet, motum illum prudentissime compescuit; non illa quidem sine aliqua difficultate, quæ conatibus obstaret: attamen compescuit.

II. Sub hiberni solstitii tempus Latini, qui Phocæam tenebant, cum imperatorem ita perseverantem viderent, ut eum neque hiemis rigor frangeret (quanquam omnes navales copiæ oppugnationem noctu atque interdiu sub dio continenter urgebant), nec longa absentia a suis, nec ullius rei ad lautius vivendum necessariæ penuria, cœperunt desperare; præsertim **531** cum rei frumentariæ C inopia laborare se intelligerent. Itaque legatis ad Rhodios missis rogant, ne sibi periclitantibus desint. Ac Rhodii apud imperatorem pro eis intercedentes obsidionem solvunt. Phocæenses enim Turco Romanos adjuvanti filios statim restituerunt, quos multo ante furati in vinculis habebant. Fidem præterea imperatori certis cautionibus firmarunt, Rhodiis testibus adhibitis, se et Mitylenen quam primum restituturos et imperatori dicto audientes fore, ut prius moris fuisset et cum eorum patribus convenisset.

III. Sic imperator, navalibus copiis illinc secum abductis, ire quidem Mitylenen voluit; sed propter tumultus Byzantii a seditiosis excitatos et defatiga- D tionem exercitus ex frigore male affecti Byzantium cum tota classe rediit. Paulo post comprehensis iis qui summam potestatem clam sibi arrogaverant, conjurationis socios separat, et singulis

A'. Τοῦ μέντοι βασιλέως μετὰ τῶν ναυτικῶν δυνάμεων ἀποδημοῦντος καὶ ἀδείας μακρᾶς ἐπιχωριαζούσης ἐς τὰ βασίλεια, στάσιν τῶν νεωτέρων τινὲς μεμελετήκεσαν, συνεργοὺς ἕξειν ἠλπικότες καὶ τοὺς ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνους διὰ τὰ φθάσαντα σκάνδαλα. Ἦν δὲ τῆς στάσεως ὁ σκοπὸς, ὡς ἐλέγετο, τὸ βασίλειον κράτος, εἰ δυνηθεῖεν ἀποκτεῖναι πρῶτον τήν τε δέσποιναν καὶ τὸν ταύτης υἱὸν Ἰωάννην τὸν βασιλέα καὶ ἐφεξῆς ὁπόσοι ἐναντιώσεσθαι μέλλοιεν. Ἀλλ' ἐν ὠδῖσιν ἔτι μενούσης τῆς μελέτης καὶ τῶν στασιαστῶν λάθρα τὸ πρᾶγμα διὰ μεγάλης ποιουμένων σπουδῆς, οὐκ ἔλαθε τὰ δρώμενα Κανταχουζηνὴν (1), τὴν τοῦ μεγάλου δομεστίκου μητέρα· ἣν πάρεδρον τῇ δεσποίνῃ μέλλων ὁ βασιλεὺς ἀποπλεῖν καταλέλοιπεν, ἅτε βουλευτικὴν γυναῖκα καὶ σεμνότητος ἤθεσι κοσμουμένην καὶ βαθεῖαν πλουτοῦσαν τὴν σύνεσιν καὶ πάνυ τοι σφόδρα ἐν τοῖς ἀπόροις εὐμήχανον. Ἣ δὴ καὶ ὁμοῦ τῇ πάντα ἀρίστῃ δεσποίνῃ, πρὶν ἐπὶ μέγα ῥαγῆναι τὸ πρᾶγμα κακίας, συνέστειλε συνετώτατα· οὐκ ἄνευ μέντοι δυσχερείας ἀποκρουομένης τὸ ῥᾷστον, συνέστειλε δ' οὖν.

B'. Τοῦ δὲ χρόνου περὶ τροπὰς ὄντος ἤδη χειμερινὰς ὁρῶντες οἱ τὸ τῆς Φωκαίας ἔχοντες φρούριον Λατῖνοι, [P. 326] ὅτι μήτε χειμῶνος ἀκμὴ θραῦσαι δύναται τὸ τοῦ βασιλέως ἐπίμονον, καὶ ταῦτα τῆς ναυτικῆς ὅλης δυνάμεως ἐν ὑπαίθρῳ τὴν πολιορκίαν ἀνυτούσης νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν κατὰ τὸ συνεχὲς, μήθ' ἡ μακρὰ τῶν οἰκείων ἀποδημία, μήτ' ἄλλο τι τῶν ὅσα ῥᾳστώνην ἄφθονον παρέχει τῶν χρειωδῶν, ἐς ἀπογνώσεις ἐχώρουν, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ τὰ σιτία σπανίζοντα ἐν σφίσιν ἑώρων αὐτοῖς. Ὅθεν καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς Ῥοδίους καὶ δέονται μὴ περιιδεῖν κινδυνεύοντας. Οἳ καὶ διαλλακταὶ πρὸς βασιλέα ἐλθόντες λύουσι τὴν πολιορκίαν. Δεδώκασι γὰρ εὐθὺς οἱ Φωκαεῖς τοὺς υἱέας τοῦ συμμαχοῦντος Ῥωμαίοις Τούρκου τῷ πατρὶ αὐτῶν, οὓς ἐκ πολλοῦ κλέψαντες εἶχον δεσμίους. Δεδώκασι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ πίστεις ἀσφαλεῖς ὑπὸ μάρτυσι τοῖς Ῥοδίοις, τήν τε Μιτυλήνην ὅσον αὐτίκα ἀποδώσειν καὶ ὑπηκόους αὐτοὺς εἶναι τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸ πρότερον αὖθις ἔθος καὶ τὴν πατρῴαν συμφωνίαν.

Γ'. Καὶ οὕτως ἐκεῖθεν τὴν ναυτικὴν ὁ βασιλεὺς ἀναλαβὼν δύναμιν ἐβουλήθη μὲν ποιήσασθαι τὸν κατάπλουν ἐς Μιτυλήνην· διὰ δὲ τοὺς ἐν Βυζαντίῳ θορύβους τῶν στασιαστῶν καὶ διὰ τὸ καταπεπονῆσθαι τὸν στρατὸν ὑπὸ τοῦ ψύχους ἐπανῆκεν ἐς τὸ Βυζάντιον μετὰ πάσης τῆς ναυτικῆς δυνάμεως. Καὶ μετὰ βραχὺ συλλαβὼν τοὺς τὴν βασιλείαν λά-

Variorum notæ.

(1) *Theodoram Palæologinam.* Vide stemma Cantacuzenorum. DUCANG.

θρα σφετεριζομένους (2) καὶ διαστήσας ἰδίᾳ τοὺς A στασιώτας αὐτῶν ἐξήταζε καὶ συνῆγε τἀληθὲς ἀφ' ἑκάστων. Μετὰ δὲ ταῦτα συνηθροικὼς πᾶσάν τε τὴν σύγκλητον καὶ τοὺς ἐν Βυζαντίῳ τηνικαῦτα ἐπιδημοῦντας ἐπισκόπους σύν γε τῷ πατριάρχῃ, καὶ ὅσοι τοῦ δήμου τῶν Βυζαντίων ἐτύγχανον ἔκκριτοι, εἰς μέσον ἤνεγκε τούς τε στασιαστὰς τούς τε στασιώτας, καὶ ὅσοι ἐτύγχανον μάρτυρες. Οἳ καὶ ἀλλήλους ἤλεγχον διαπληκτιζόμενοι καὶ παριστῶντες δι' ἀποδείξεων ἀναμφιβόλων κατ' ἀλλήλων τὰς ἀλλήλων συνωμοσίας καὶ τὰ ἔκτοπα καὶ κάκιστ' ἀπολούμενα ἐκεῖνα βουλεύματα· ὡς κἀκείνους ἀφύκτῳ τῶν ἀποδείξεων ἀναγκασθέντας ὁμολογεῖν τὴν ἀπόνοιαν. Καὶ τάχ' ἂν διεσπάσθησαν αὐτοῦ πρὸς τοῦ δήμου παντὸς, εἰ μὴ τὸ πολὺ τῆς τοῦ βασιλέως μακροθυμίας καὶ φιλανθρωπίας ἀνέστειλε τὴν ζέ- B ουσαν ἐκείνην ὁρμήν. Ἔδειξε γὰρ τὴν συνήθη καὶ νῦν ἡμερότητα καὶ τὴν σύμφυτον καὶ ἡλικιῶτιν αὐτοῦ ἱλαρότητα ὁμοίως ἔν τε τῷ προοιμίῳ τῆς δημηγορίας ἔν τε τοῖς ἐπιλόγοις. Ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ φάναι, τὰ τῆς δημηγορίας τοιάδε τινὰ ἦσαν·

A scorsim accitis verum explorat ac percipit. Mox toto senatu convocato et episcopis, qui tum in Urbe agebant, una cum patriarcha et insignioribus Byzantii civibus arcessitis, seditionis auctores et eorum socios et testes omnes in medium produxit. Hi vero inter sese jurgantes, et alii alios arguentes, certissimis indiciis conjurationem et immania ac perniciosa consilia revincebant, ut et seditionis auctores ineluctabili argumentorum vi subacti **532** dementiam suam faterentur. Ac statim fortasse discerpti fuissent a populo, nisi excellens imperatoris clementia et humanitas impetum illum vehementem repressisset. Solitam enim tum quoque clementiam ostendit, et eam comitatem, quæ ei innata erat, et cum ipso adoleverat; eam in- B quam tum in proœmio concionis tum in peroratione exhibuit. Porro ipsiusmet orationis summa hæc fuit:

Δ'. « Εἶτα ποιμένα τις ἔχων καὶ κύνα περὶ τὸ ποίμνιον, ὦ παρόντες, ὅσῳ προθυμότερον διανυκτερεύοντας βλέπει κατὰ τῶν λύκων, τοσούτῳ καὶ αὐτὸς τόν τε πόθον περὶ αὐτοὺς καὶ τὸν ἡμερήσιον αὔξει δασμὸν τῆς τροφῆς. Ἐμὲ δ' οἱ τὰ μάλιστά μοι καθ' αἷμα προσήκοντες, ὁρῶντες ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ γένους τῶν Ῥωμαίων [P. 327] καὶ ὑπὲρ αὐτῶν οἴκοι τρυφώντων πόῤῥω που τῆς πατρίδος πλανώμενον καὶ κινδύνοις ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης παραβαλλόμενον, καὶ ταῦτ' ἐν μέσῳ τε χειμῶνι καὶ τοσούτῳ C παγετῷ, οὔτ' ἠλέησαν, οὔτε τι τῶν ὅσα παραμυθεῖται ψυχὴν οὕτω σφοδρότατα πάσχουσαν προὐνόησαν. Ἀλλ' ἐῤῥύη δίκαιος ἅπας λόγος κατὰ κρημνῶν καὶ φαράγγων· καὶ ὥπλισαν μὲν γνώμην, ὥπλισαν δὲ δεξιὰν κατὰ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς. Καὶ νῦν τὸ καθ' αὐτοὺς ἐν κόνει μὲν τοὐμὸν αἷμα, ἐν κόνει δὲ τὸ τῶν ἐμῶν τέκνων ὁμοῦ τῇ συζύγῳ· καὶ ἀνατέτραπται μὲν τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας νόμιμα, ἀνατέτραπται δὲ τὰ Ῥωμαίων πράγματα. Πρὸς οὖν ταῦτα ποῖος σίδηρος, ποῖος δ' ἀδάμας οὐ παραλύσει τὴν φύσιν; »

IV. « Qui opilionem habet et canem juxta gregem, quo eos alacrius noctu contra lupos excubare videt, eo magis eos diligit, et quotidianum iis victum liberalius impertitur. At me ii qui sanguine maxime attingunt cum viderent pro Romana republica, pro ipsis, domi delicate viventibus, procul a patria errantem, ac terra et mari pericula sustinentem, idque media hieme et in tanto frigore, haud commiserati sunt, nec mihi ullam copiam C providerunt earum rerum, quæ animum ita afflictum consolantur: sed omni æquitate funditus perdita et profligata animos et dexteras in caput meum armarunt. Et nunc sane, quantum in ipsis est, humi effusus manat sanguis meus, manat liberorum et conjugis meæ sanguis: eversa sunt sancta Ecclesiæ instituta, eversa est Romana respublica. Inter hæc quod ferrum, qui adamas nativum rigorem non molliat? »

Ε'. Ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς τοῦ βασιλέως δημηγορίας προοίμιον οὕτως ἱκανῶς εἶχεν ἐκκαλέσασθαι δάκρυα. Τὰ δὲ μεταξὺ, μακροθυμίας ἱλαρότητι συγκεκραμένης ἤδη, τίς οὐκ ἂν ἰδὼν ἐτεθαυμάκει μακρόν; καὶ μάλισθ' ὅτε καὶ Δημήτριον τὸν δεσπότην D ἐλέγχειν βουληθέντας τοὺς κατηγόρους ἀνέκοψε διὰ τὴν τῆς θείας αὐτοῦ Κραλαίνης αἰδῶ, ἅτε καὶ αὐτῆς ἐκεῖ τηνικαῦτα παρακαθημένης σὺν τῇ δεσποίνῃ, καὶ ὅσαι τῶν εὐγενῶν παρῆσαν ἀκροώμεναι καὶ τὸ θεῖον καὶ ἀγγελικὸν σχῆμα περικειμένης. Τότε δὴ καὶ ἡμεῖς ἐγγύς που παρακαθήμενοι λόγοις εὐφήμοις τὴν τοῦ βασιλέως ἡμερότητα μάλιστα πάντων ἐτεθαυμάκειμέν τε καὶ ἐπεκροτήσαμεν καὶ στήριγμα τῇ αὐτοῦ ταύτῃ χρηστότητι ἐδεδώκειμεν. Γνώμην γὰρ ἀεὶ καθαρὰν, ὡς εἰκὸς, διεσώζομεν

533 V. Hoc quidem orationis exordio, ad eliciendas lacrymas accommodato, imperator usus est. Sed in reliquis patientiam ejus, hilari quadam humanitate temperatam, quis non, qui quidem viderit, D vehementer est admiratus? præsertim cum is delatores, Demetrium ipsum despotam arguere volentes, repressit, amitæ suæ Cralænæ reverentia adductus: quæ et ipsa tunc illic cum imperatrice, et cæteris nobilibus feminis præsentibus atque audientibus, habitum sanctum et angelicum induta assidebat. Ac nos quoque tunc prope et ipsi sedentes imperatoris clementiam laude et admiratione in primis prosequebamur, ac plausu excipiebamus, atque hanc ejus bonitatem velut fulciebamus. Sinceram quippe benevolentiam erga Cralænam et

Variorum notæ.

(2) Anno, ut opinor, Chr. 1337, quanquam ex Cantacuzeni chronologia argui possit factum id esse anno 1336, ut ad paginam sequentem infra statim adnotabimus. BOIVIN.

ejus fratrem, ut par erat, conservabamus, cum A propter divum illum et laudatissimum imperatorem, eorum patrem, tum maxime, ut ne istis tanta calamitate oppressis deessemus. Itaque imperator magis ac magis ex eo mollitus crimina Demetrio despotæ objecta silentio præteriit. Accusationis autem summa hæc erat, palam eum cum seditiosis conspirasse. At idem aliud consilii secum tacite meditatus fuerat, idque admodum prudenter. Nam ipsius Cralænæ gratia imperator operam dedit, ut quæ illius fratri dêspotæ crimina objiciebantur, ea omnino silerentur. Neque hæc solum imperatoris bonitatem ostendunt, sed et alia plurima. Quippe **534** totam deinceps cognitionem eodem modo peregit, neque in seditiosos convictos acerbe consuluit. Sed alios quidem B penitus absolvit : solos autem Asanis filios custodia, eaque vinculis libera nec inhumana, inclusos tenuit, ne si improbitas omnino impunita mansisset, omnes simili audacia in scelus deinde ruerent. Et ita quidem concio ab imperatore habita, ac tota illa cognitio commode et comiter tunc peracta est.

VI. Cum autem re ipsa intellexisset imperator, Alexium Philanthropenum avunculum suum, cujus frequens supra et multiplex a nobis facta est mentio, prudentia vulgus multum anteire; pœnituit eum, quod illi Lesbi et insularum Ægæi maris, quotquot Romanis parerent, administrationem non diutius reliquisset. Eo enim præsente nec C Mitylenen quemquam hostium occupaturum, nec ea Romanorum rei marinæ naufragia futura fuisse. Itaque illum quamprimum iis præficit atque eo proficisci jubet. Qui cum trajecisset, sedatis tempestatibus, quæ tempore intermedio acciderant, pristinæ tranquillitati omnia restituit : vix ille quidem, nec sine magna solertia, propter factam interim Lesbi et Mitylenæ novam rerum mutationem ; sed tamen restituit. Nam **535** mercenarios, qui in urbe Mitylene erant, milites et præsidiarios Latinorum quingentos, binos et ternos clam arcessitos et plenis manibus domum redire jussos, prosecutus callide atque occulte, urbem præsidio destitutam sic Romanis recuperavit. Etenim vir D ille non modo erat propter longinquitatem ætatis multo rerum usu ornatus ; sed multus iste rerum usus magno etiam et illustri ingenio apud ipsum nitebatur. Unde duplicem virtutis fructum tulit, partim a natura insitum et sponte enatum, partim longi temporis casibus et exercitationibus excultum.

A πρός τε τὴν Κράλαιναν καὶ τὸν αὐτῆς ἀδελφὸν διὰ τὸν μακαρίτην καὶ ἀοίδιμον βασιλέα, τὸν πατέρα αὐτῶν· πάντως δὲ καὶ δι' αὐτούς, ἐν τοιαύταις τύχαις κατενεχθέντας. Ὡς πλέον ἐντεῦθεν μαλαχθέντα τὸν βασιλέα σιωπῇ παρελθεῖν καὶ τὰ Δημητρίου τοῦ δεσπότου ἐγκλήματα. Ἦσαν δ' αὐτὰ τοιάδε τινά. Ἐς μὲν τοὐμφανὲς ὡμολόγει τοῖς στασιάζουσι· καθ' ἑαυτὸν δ' ἕτερον ἔτρεφε λογισμὸν καὶ πάνυ τοι συνετόν (2'). Διὰ γὰρ αὐτὴν Κράλαιναν τὰς τοῦ δεσπότου τοῦ αὐτῆς ἀδελφοῦ κατηγορίας τέλεον παρεσκεύασε σιωπᾶσθαι. Οὐ μόνα δὲ ταῦτα τὴν τότε τοῦ βασιλέως ἐνδείξασθαι ἔχει χρηστότητα, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πλεῖστα. Καὶ γὰρ καὶ τὰ μέχρι τέλους τῆς ἐξετάσεως ὁμοίως διήνυσε καὶ οὐδὲν ἀπηνὲς ἐνεδείξατο πρὸς τοὺς ἐλεγχθέντας στασιαστάς. B Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους ἀφῆκε τέλεον· μόνους δὲ τοὺς τοῦ Ἀσὰν υἱοὺς (3) ἐν ἀδέσμῳ καὶ φιλανθρώπῳ κατεῖχεν εἱρκτῇ, ἵνα μὴ ἀτιμωρήτου καθάπαξ τῆς κακίας μενούσης πάντες εἰς τὴν ὁμοίαν κακίαν ὁρμήσωσιν. [P. 328] Τὰ μὲν τῆς δημηγορίας ἐκείνης καὶ ἐξετάσεως οὕτως εὐφυῶς πως καὶ ἱλαρῶς διήνυσε τέως.

ϛ'. Ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν πραγμάτων συνῆκεν ὁ βασιλεύς, πολὺ τῶν πολλῶν διαφέρειν τὴν τοῦ θείου αὐτοῦ σύνεσιν Ἀλεξίου Φιλανθρωπηνοῦ, οὗ δὴ πολλαχῇ καὶ πολλάκις ἐμνήσθημεν ἔμπροσθεν, μεταμελον ἔσχεν ἤδη καθ' ἑαυτὸν οὐ μάλα μικρόν, ὅτι μὴ κἀπὶ μάλα τοι πλείονα συγκεχώρηκε χρόνον αὐτῷ τὴν τῶν Λεσβίων διοίκησιν, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν C Αἰγαῖον νῆσοι Ῥωμαίων ὑπήκοοι. Οὔτε γὰρ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἂν Μιτυλήνην ἠνδραποδίζετο, οὔτ' ἐς τοσοῦτο ναυαγίων τὰ θαλάττης ἤλαυνε Ῥωμαίοις πράγματα. Ὅθεν αὐτὸν τὴν ταχίστην ἐς τὴν ἐκείνων αὖθις ἐπιτροπὴν ἀφικέσθαι προσετετάχει. Καὶ ἀπελθὼν ἐς τὴν προτέραν εὐθὺς τὰ πράγματα ἤγαγεν οὗτος κατάστασιν καὶ τοὺς μεταξὺ γενομένους διέλυσε κλύδωνας, μόλις μέν, καὶ ξὺν πολλῇ περινοίᾳ, διὰ τὴν μεταξὺ γενομένην καινοτομίαν Μιτυλήνης καὶ τῶν ἐν Λέσβῳ πραγμάτων· ἐπανήγαγε δ' οὖν. Τοὺς γὰρ ἐν Μιτυλήνῃ τῇ πόλει μισθοφόρους πεντακοσίους καὶ φύλακας τῶν Λατίνων λάθρα σύνδυο καὶ σύντρεις μεταπεμπόμενος καὶ βριθούσαις δεξιαῖς ἐς τὰς πατρίδας προπέμπων D ἔλαθεν οὕτω φρονίμως κενώσας τὴν πόλιν καὶ Ῥωμαίοις πεποιηκὼς ὑποχείριον. Οὐ μόνον γὰρ ἐκ τοῦ γήρως ἔσχε λαμπρὰν ὁ ἀνὴρ τὴν πολυπειρίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ τῆς πολυπειρίας ἐπ' αὐτῷ μέγαν εὗρε τὴν φύσιν συνεργὸν καὶ θεμέλιον. Καὶ γέγονεν αὐτῷ διπλοῦς ὁ τῆς ἀρετῆς καρπός, πῶς μὲν αὐτοφυής τις καὶ ἀγεώργητος, πῶς δὲ γεωργηθεὶς χρόνων πλειόνων τύχαις καὶ γυμνασίαις.

Variorum notæ.

(2') Hæc non cohærent. Boiv.

(3) Cantacuzenus, lib. III, cap. 17, testatur eos in carcere fuisse ἐπ' ἔτεσιν ἕξ. Id si verum est, oportet eos in carcerem conjectos fuisse ante annum 1337, siquidem ultimus ejus sexennii annus incidit in annum Chr. 1341 exeuntem, ut ex eodem Cantacuzeno constat. At fortasse Cantacuzenus ad annos mundi respexit, eosque inchoatos pro completis haberi voluit. Scilicet Asanis liberi in carcere manserunt ab anno mundi 6845 inchoato ad annum mundi 6850 ineuntem, hoc est per sex annos, quorum primus et ultimus non integri, imo nec dimidii quidem fuerunt. Boivin.

CAPUT III.

Scythæ prædabundi Thraciam pervadunt. Turcos prædones opprimunt. Diebus quinquaginta continuis Romanos fines vastant. Captivorum ingens numerus. Causa incursionis. Eam cladem eclipses duæ præcesserunt. Basilio Trapezuntis principi uxor datur Eudocia, filia imperatoris notha. Joannes Ætoliæ et Acarnaniæ princeps, cæso fratre, rerum potitus, veneno tollitur ab uxore. Crimina juratis judicibus objecta. Unus ab olvitur. Pœnæ cæteris irrogatæ.

[P. 329] Α'. Ἀρχομένου γε μὴν ἦρος ἤδη πλῆθος Σκυθῶν διαβάντες τὸν Ἴστρον κατέδραμον τὴν Ῥωμαϊκὴν Θρᾴκην ἄχρι θαλάττης Ἑλλησποντίας. Ἔνθα δὴ καὶ, συμβὰν οὑτωσί πως, Τούρκων τισὶν ἐντυχόντες, ὁπόσοι ληστρικόν τινα τρόπον κατὰ τὸ συνεχὲς περαιούμενοι τὸν Ἑλλήσποντον τὴν παράλιον πᾶσαν ληΐζονται Θρᾴκην, τοὺς μὲν δήσαντες ἀπήνεγκαν, τοὺς δ' ἀντιστάντας κατέκοψαν, πολέμιοι πολεμίους, ὥσπερ κύνες τεθνηκότι σώματι πολλάκις ἄρδην ἐπεισπίπτοντες. Ὅ γε μὴν ἀσύνηθες ἔδοξεν ἔχειν ἤδη πρὸς τὰς ἄλλας ἐπιδρομὰς τῶν Σκυθῶν, τοῦτ' ἦν. Πρότερον γὰρ ἐπιόντες, καθάπερ ἐξ ὄρους χειμάῤῥους ἐξαίφνης καταῤῥαγεὶς, τὰ προστυχόντα τε ἐλάμβανον καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν αὖθις ἀπήλλαττον. Νῦν δ' ἐς τοσοῦτον παρέμειναν, ὥστ' οὐ διέλιπον ἐς ἡμέρας ὅλας πεντήκοντα φέροντές τε B καὶ ἄγοντες καὶ ἐς κακῶν ἐσχατιὰς συνωθοῦντες τὴν χώραν. Εἶτα ἀπῄεσαν, πλῆθος ἄγοντες αἰχμαλώτων ὑπὲρ τὰς τριακοσίας, ὡς ἔφασαν οἱ πολλοὶ, χιλιάδας. Καὶ τὸ αἴτιον τῆς τοιαύτης ἔφασκον εἶναι καταδρομῆς, ὅτι Ῥωμαῖοι πέμπειν ἠμέλησαν τὰ εἰθισμένα δῶρα τῷ τε τῶν Σκυθῶν ἡγεμόνι καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν εὐγενέσιν. Ἐδήλωσε δὲ τὴν βαρεῖαν ταύτην αὐτῶν ἔφοδον ἔκλειψις σελήνης ὁμοῦ καὶ ἡλίου, δεκαὲξ ἡμερῶν μεταξὺ γενόμεναι ἄμφω· ἡ μὲν σεληνιακὴ περὶ τὴν πρώτην τῶν Ἰχθύων (4) μοῖραν ὄντος τοῦ ἡλίου, ἡ δὲ περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην τῶν αὐτῶν.

A I. Cæterum vere jam ineunte multitudo Scytharum Istro trajecto Romanam Thraciam usque ad Hellespontium mare incursarunt. Ubi quosdam Turcos, ex iis videlicet, qui per latrocinium trajecto Hellesponto continenter maritimam oram populantur, casu fortuito nacti partim vinctos abducunt, partim resistentes occidunt, hostes hostibus infesti, veluti canes in cadaver subinde violento impetu irruentes. Verum in ea incursione novum illud habebant Scythæ, quod prius veluti torrens e monte subito decurrens, obviis quibusque raptis, postridie recedebant. Tum vero tandiu manserunt, donec quinquaginta diebus perpetuis omnia rapiendo et vastando consumptis provinciam in extrema mala conjecerunt demumque abeuntes captivorum **536** ultra trecenta millia, ut vulgatior fama est, secum abduxerunt. Ejus incursionis causam afferebant, quod Romani Scytharum duci et ejus nobilitati solita munera non misissent. Eam cladem solis et lunæ defectus, intra dies sedecim sese consecuti, portenderunt. Ac lunaris quidem contigit, cum sol in prima Piscium parte esset: solaris, cum in decima quinta versaretur.

Β'. Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἦρχε μὲν Τραπεζοῦντος Βασίλειος (5) ὁ υἱὸς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, διάδοχος αὐτῆς ἤδη βέβαιος μετὰ πολλοὺς τοὺς ἄθλους τῆς πατρικῆς ἀρχῆς καταστάς. Ἐπέμφθη δ' αὐτῷ καὶ σύζυγος Εὐδοκία (6), ἡ νόθη τοῦ βασιλέως θυγάτηρ. C

II. His temporibus Trapezunte regnabat Basilius Alexii Comneni filius, paterna successione multis certaminibus confirmata, uxoreque ducta Eudocia, notha imperatoris filia.

Γ'. Ὁ δὲ τῶν Αἰτωλῶν τε καὶ τῶν Ἀκαρνάνων ἀρχηγὸς Ἰωάννης ὁ κόντος (7) θανάτῳ βιαίῳ τοῦ ζῆν ἀπήλλαξε, τῆς δίκης, ὡς τὸ εἰκὸς, περιελθούσης καὶ αὐτὸν τελευταῖον, καθάπερ δὴ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ. Οὗτος γὰρ τὸν ἑαυτοῦ διαχειρισάμενος ἀδελφὸν, ὥσπερ κἀκεῖνος τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφὸν, οὕτω τὴν διαδοχὴν ἐκομίσατο τῆς ἀρχῆς. Τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπᾷν εἰθισμένης ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιούτοις, βιαίως (8) καὶ οὗτος τοῦ ζῆν ἀπεῤῥάγη, φάρμακον παρασχούσης λαθραῖον αὐτῷ τῆς συζύγου. [P. 330] Νοσημάτων γὰρ οὐκ ὀλίγων ὑποφυομένων ἐν τῇ οἰκίᾳ, δείσασα ἡ γυνὴ τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ συζύγου πρὶν φονευθῆναι πεφόνευκε. Καὶ οὕτω διάδοχος ἐκείνη σὺν δυσὶ παιδαρίοις τῆς τῶν Αἰτωλῶν τε καὶ Ἀκαρνάνων κατέστη ἀρχῆς.

III. Ætolorum vero et Acarnanum princeps Joannes comes violenta morte interiit, vindicta tandem, uti par erat, ipsum quoque assecuta, sicut et ejus decessores. Is enim fratre suo perempto, sicut et ille avunculo, principatum occuparat. Cum autem vindicta ad extremum in his rebus tacere non soleat, et ipse violenta morte sublatus est, veneno clanculum ab uxore dato. Nam cum domesticæ res ægræ admodum essent, mulier insidias viri metuens hunc, priusquam ab eo occideretur, e medio sustulit; atque ita cum puerulis duobus Ætolorum et Acarnanum principatum obtinuit.

Variorum notæ.

(4) Solaris ponitur a Calvisio Martii die 2, anno Chr. 1337. Boivin.

(5) Vide stemma imperatorum Trapezuntinorum. Ducang.

(6) Ea *Irene* vocatur infra pag. 424. Boivin.

(7) *Hist. Franco-Byzant.* lib. VI, n. 27; lib. VII, n. 20, et pag. 320. Ducang.

(8) *Τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπᾷν εἰθισμένης, ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιούτοις βιαίως.* Male hæc interpuncta sunt. Sic autem (ut nunc) debent interpungi, τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπᾷν εἰθισμένης ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιούτοις, βιαίως καὶ οὗτος τοῦ ζῆν ἀπεῤῥάγη, id est. *Cum autem vindicta ad extremum in his rebus tacere non soleat, violenta morte ipse quoque sublatus est*, etc. Aliter Petavius, codicis male interpuncti lectione deceptus. Boivin.

IV. Cæterum imperator, **537** cum jamdudum et sæpe id a pluribus accepisset, judices, qui se integre judicaturos nullaque re jus violaturos esse jurati promiserant, de quibus antea mentionem fecimus, terribilium jurejurandorum oblitos, quæ ex scripto conceperant, nec non ecclesiasticarum atque imperatoriarum legum securos, minime incorrupta judicia exercere, neque solum munera sine ullo metu capere judiciaque corrumpere; verum, quod gravius est, ab utroque litigantium accipere, neque tamen sententiam proferre, aut controversias dirimere, sed utrisque separatim datis tabulis, quibus scilicet sententia continebatur, cum priori altercatione ac contentione dimittere: cum hæc, inquam, aliaque id genus a plerisque imperator audisset, dubitare primo, num vera hæc essent, cum de jurejurandorum firmitate veniret in mentem; deinde sero tandem conventu habito, et episcopis ac presbyteris in augustissimo sanctæ Sophiæ templo collectis, præsidens ipse cum patriarcha omnibus quem vellent convincendi potestatem facere. Ergo plerique nec dubiis criminibus arrepti: eaque longe plura quam auditione didicerat reperta. Atque, ut cætera prætermittam, uno e quatuor innocente dimisso, quem nemo sordium accusarat, reliqui, ne a populo discerperentur, veriti, suopte sese judicio damnant. Alii quæ acceperant redditis omnibus judicandi **538** se munere abdicant. Episcopus ipse præterea sacerdotio cedit. Omnes ab urbe imperatoris decreto exsulare jussi.

A Δ'. Επεὶ δ' ἐκ πολλοῦ καὶ πολλάκις καὶ παρὰ πλείστων ἤκουεν ὁ βασιλεὺς, ὡς οἱ κρίνειν ὁμωμοκότες ὀρθῶς καὶ μὴ παραφθείρειν ἐν μηδενὶ τὸ δίκαιον, περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ἀνωτέρω φθάσαντες (9) δεδηλώκαμεν, ἐκλαθόμενοι μὲν ἐκείνων ἐγγράφων καὶ φρικωδῶν ὅρκων, ἐκλαθόμενοι δ' ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ βασιλικῶν ἐνταλμάτων οὐκ ἀδεκάστους ποιοῦνται τὰς κρίσεις· ἀλλὰ δῶρα λαμβάνουσιν ἀδεῶς καὶ κιβδηλεύουσι τὰς δίκας, καὶ τό γε μεῖζον, ὅτι ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κρινομένων μερῶν δωροδοκοῦνται μὲν, οὐ κατάστασιν δὲ καὶ πέρας ταῖς δίκαις παρέχονται, ἀλλ' ἑκατέροις ἀνὰ μέρος ἐγχειρίζοντες γραμματεῖα, ἀπόφανσιν δῆθεν τῆς κρίσεως ἔχοντα, εἶτα ἐκπέμπουσι τοῖς προτέροις ἐνεχομένους ἐγκλήμασι καὶ διαπληκτισμοῖς· ἐπεὶ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ πολ- B λῶν ὁ βασιλεὺς ἤκουε, τὰ μὲν πρῶτα πείθεσθαι οὐκ ἐδύνατο, τὴν γενομένην ἐκ τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν ἐνθυμούμενος· ὀψὲ δὲ βήματος γενομένου καὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων συναθροισθέντων ἐν τῷ μεγίστῳ καὶ θείῳ νεῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, προκαθίσας ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ πατριάρχῃ πᾶσαν τοῖς βουλομένοις παρέσχετο χώραν ἐλέγχους κατὰ τῶν τοιούτων προφέρειν. Καὶ ἦγοντο πλεῖστα καὶ ἀναμφισβήτητα καὶ πλείω τῶν ἀκουσθέντων τἀγκλήματα. Καὶ ἵνα τἀν μέσῳ παρέλθωμεν, τῶν μὲν τεττάρων ὁ εἷς ἀθῷος ἀπήλλαξεν, οὐ προστριβέντος αὐτῷ τοῦ τῆς δωροδοκίας ἐγκλήματος· οἱ δ' ἕτεροι, δείσαντες μὴ διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τοῦ δήμου, φθάσαντες ἑαυτῶν κατεψηφίσαντο, οἱ μὲν τῶν τε ληφθέντων χρημάτων C ἀπόδοσιν καὶ τοῦ δικάζειν στέρησιν παντελῆ· ὁ δ' ἐπίσκοπος ἐπὶ τούτοις καὶ τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀπαλλαγήν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν. Ἐξώσθησαν δὲ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων κελεύσει τοῦ αὐτοκράτορος.

CAPUT IV.

Turci Chersonesum et Thraciam incursant. Cæsi lectissimi. Reliqui pace impetrata domum redeunt. Imperator Byzantium reversus ire in Ætoliam parat, oblatum principatum accepturus. Nuntius affertur de futura postridie in Thraciam gravi Turcorum impressione. Orchanis Turci spes et consilia. Romani sexaginta, Cantacuzeno duce, prædatoribus occurrunt. Ipse imperator cum tribus navibus hostilem classem invadit. Ingens Barbarorum strages. Ex Romanis ne unus quidem desideratus. Captæ hostium naves quatuordecim. Deus tantæ victoriæ auctor. Imperator postridie ad fretum Hieri progressus hostes avectos comperit. Stadiorum quadraginta quinque iter noctu pedibus emensus Deiparæ Hodegetriæ templum ingreditur ad agendas gratias.

I. Ineunte æstate Thraces eodem modo rursus Asiaticorum Turcorum infestatione laborare cœperunt. Illi enim, quod Romanos vincere soliti essent, quoties libitum erat prohibente nemine transfretabant pessimeque Thraciam vexabant. Quibus igitur Ionia et ulteriora loca obtigerant, ii ob fœdus, quod paulo ante cum imperatore apud Phocæam, ut diximus, sanxerant, in præsentia quieverunt. Qui vero Trojanam regionem et Hellesponti oram incolebant, cum plurimis navibus et equis freto trajecto, et per Chersonesum hostiliter grassati inde etiam in Thraciæ mediterranea irruunt, imperatore Didymotichi tum agente. Qui justis copiis destitutus, nec aperto Marte cum illis congredi ausus, insidias non segniter collocat, noctu sub dio agens et famem ac sitim tolerans.

D [P. 331] Α'. Θέρους δ' ἀρχομένου πάλιν ὁμοίως ἐταλαιπώρουν οἱ Θρᾷκες ἐκ τῶν Ἀσιατικῶν Τούρκων. Διὰ γὰρ τὴν ἀεὶ τοῦ τοὺς Ῥωμαίους καταστρέφεσθαι συνήθειαν ἀδεῶς ὁπότε βούλοιντο διεπεραιοῦντο καὶ κάκιστα διετίθεσαν Θρᾴκην. Οἱ μὲν οὖν τὴν Ἰωνίαν καὶ τὰ ἐπέκεινα κληρωσάμενοι διὰ τὰς πρὸ βραχέος κατὰ Φώκαιαν γενομένας πρὸς βασιλέα σπονδὰς, ὡς εἰρήκειμεν, ἡσυχίαν ἦγον ἔν γε τῷ παρόντι. Οἱ δὲ τὰ περὶ Τροίαν καὶ ὅσα τοῦ Ἑλλησπόντου παράλια κατοικοῦντες πλείσταις ναυσὶν αὐτοί τε καὶ ἵπποι αὐτῶν τὸν Ἑλλησπόντιον διαπεραιοῦνται πορθμὸν, καὶ κακῶς εὐθὺς διαθέντες Χερσόνησον ἐκεῖθεν εἰσβάλλουσι καὶ ἐς τὴν τῆς Θρᾴκης μεσόγειον, ὅτε δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς περὶ Διδυμότειχον ἔτυχε διατρίβων. Ὡς ἐπεὶ μὴ ἀξιόμαχον εἶχε στρατὸν, κατὰ πρόσωπον τοῖς ἐχθροῖς ἀπαντᾷν οὐκ ἐθάῤῥει. Ἐνέδρας δὲ

Variorum notæ

(9) *Lib. IX, cap. 9, sect. 5.* Boivin.

ποιῶν οὐκ ἠμέλει, αἴθριος διανυκτερεύων καὶ πείνῃ καὶ δίψῃ κατατήκων ἑαυτόν. Ὀψὲ δὲ μοίρᾳ τινὶ τῶν ἐπὶ λείαν ἐξιόντων ἐντυχὼν τήν τε λείαν ἀφείλετο καὶ αὐτοὺς ἀπονητὶ διαφθείρει, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπιλέκτους ἅπαντας ὄντας. Ὃ δὴ μαθόντες οἱ λοιποὶ διαπρεσβεύονται πρὸς βασιλέα. Καὶ οὕτως οἱ μὲν ἔνσπονδοι εὐθὺς ἀνεχώρησαν οἴκαδε· ὁ δὲ βασιλεὺς τριταῖος ἐς Βυζάντιον ἀφικνεῖται. Ἔσπευδε γὰρ διαβῆναι πρὸς Αἰτωλίαν, πονήρως ἐκεῖ τῶν πραγμάτων ἐχόντων μετὰ θάνατον τοῦ τὴν αὐθεντίαν ἔχοντος κόντου καὶ τῆς γυναικὸς ἐκείνου καλούσης ἐκεῖθεν ἐπὶ καταλήψει τῆς ἀρχῆς.

Β'. Ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ θέρους ἱσταμένου (10), καὶ τοῦ βασιλέως παρασκευαζομένου πρὸς ἔξοδον, ἀγγέλλεται δεινὸν ἐξ Ἀσίας ἕτερον. Τὸ δὲ ἦν, ὡς ὁ τῶν Βιθυνῶν ἀρχηγὸς Ὄρχανος ὁ Ἀτουμὰν (11) λάθρα στρατολογῶν ἐκ πολλοῦ παρεσκεύασεν ἤδη δύναμιν ἱκανὴν καὶ μάλα τῷ σφετέρῳ βουλήματι ἀποχρῶσαν· ἣν δὴ καὶ ἑτοίμην οὖσαν μέλλειν ες τὴν ὑστεραίαν διαβαίνειν ἐξ Ἀσίας διχόθεν, τὴν μὲν ἐξ Ἱεροῦ (12), τὴν δ' ἐκ Προποντίδος, ἐς τὰ τῆς Βυζαντίδος προάστεια· [P. 332] τοῦτο γὰρ ἕως νῦν διετηρήθη τὸ μέρος πολεμίας χειρὸς μάλα ἀνώτερον. Καὶ ἦν σκοπὸς, μετὰ τὸ διαρπάσαι πᾶν ὅσον ἦν ἐκ τῆς πόλεως πλῆθος ἐς ἅλωνας καὶ σίτου κομιδὴν περισπώμενον καὶ ὅσον ἦν τοῖς ἔξω χωρίοις τὴν οἴκησιν ἔχον, εἶτα καὶ δύο τινὰ τῶν τῆς πόλεως ἔγγιστα φρούρια εἰληφότας ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ὁρμητηρίου ἐς μάχην παρατάττεσθαι τῶν Βυζαντίων. Μηδὲ γὰρ ἔχειν ἔτι Ῥωμαίους ἀντίπαλόν σφισι δύναμιν, διὰ τὸ καταπεπονῆσθαι καὶ ἐφθάρθαι τῇ τε τῶν χρημάτων ἐνδείᾳ καὶ ταῖς πυκναῖς τῶν πολεμίων ἐφόδοις. Ἔχοντας δὲ μεθ' ἑαυτῶν καὶ τὴν γνώμην τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνων, κουφοτέρας σφίσιν εἶναι τὰς ἐλπίδας καὶ ἐς ἅλωσιν τῆς βασιλευούσης.

Γ'. Ὁ μέντοι βασιλεὺς πυθόμενος τὸν ἔκπλουν ἐκείνων ἐξαίφνης, ἐπεὶ μὴ ἐδίδου καιρὸν ἡ περίστασις ἐς ἀνάλογον παρασκευὴν ἑτοιμάζεσθαι, δεῖν ἔκρινεν οὕτως ἀπαρασκεύως ἐξιέναι πρὸς μάχην, ἔχων ἀντὶ πάσης ὅπλων παρασκευῆς καὶ στρατεύματος τὴν εἰς Θεὸν ἀρραγῆ καὶ βεβαίαν ἐλπίδα καὶ πίστιν. Εἴκοσι μὲν οὖν τῶν ἐν ἡλικίᾳ εὐγενῶν ἀπολέξας καὶ τετταράκοντα τῶν παρατυχόντων στρατιωτῶν ἐκπέμπει διὰ τῆς ἠπείρου, δοὺς ἡγεμόνα σφίσι Καντακουζηνὸν, τὸν μέγαν δομέστικον· αὐτὸς δ' ἅμα τριήρεσιν ἀόπλοις τρισὶν ἐπὶ τὰς τῶν βαρβάρων ναῦς ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν. Οἱ μὲν οὖν βάρβαροι τέτταρας καὶ εἴκοσιν ἔχοντες ναῦς ἐκ τῶν Ἀσιατικῶν τῆς Προποντίδος κόλπων κατέπλευσαν καὶ ὡρμίσαντο Ῥηγίου ἐγγὺς, περὶ χωρίον ἀπέχον τῆς βασιλευούσης οὐ μεῖον σταδίων ἑκατὸν πρὸς τοῖς δέκα, περὶ ὥραν ἤδη τρίτην τῆς νυκτός. Καὶ εὐθὺς

A Tandem cohortem prædatricem adortus, erepta præda, centum quinquaginta delectos viros sine labore cædit. Quo cæteri cognito legatos ad imperatorem mittunt: atque ita compositione facta statim quidem ipsi domum redeunt; imperator vero tertio post die Constantinopolin pervenit. Nam in Ætoliam ire properabat, cum et res illic post obitum comitis, penes quem summa potestas fuerat, 539 afflictæ essent; et ab hujus vidua ad occupandum principatum arcesseretur.

II. Enimvero æstatis ejusdem initio, imperatore abitum parante, aliud ex Asia malum nuntiatur: Bithyniæ principem Orchanum, Atumanis filium, B qui longo jam tempore clam militem collegisset, justas instruxisse copias et ejus instituto prorsus sufficientes: quæ jam paratæ postridie ex Asia trajecturæ essent bifariam: alteræ ab Hiero, alteræ a Propontide ad suburbia Constantinopolis, quæ pars ad id usque tempus ab omni hostili incursu maxime tuta fuerat. Propositum autem illis erat, omnem urbanam multitudinem, percipiendis condendisque frugibus occupatam, cæterosque ruri habitantes abripere, ac postea duo castella ex iis, quæ urbi proxima essent, occupare, et inde ut ex opportuna statione Byzantios bello petere. Neque enim ipsis sustinendis pares adhuc Romanos esse, quorum res attritæ essent et omnino afflictæ inopia C pecuniæ et hostium incursionibus crebris. Deinde cum et Latini Galatæi ipsis faverent, majorem spem urbis imperatricis occupandæ conceperant.

III. Cæterum imperator, subita illorum irruptione audita, cum angustiis temporis justo apparatu excluderetur, sibi quanquam imparato ad prælium exeundum esse judicavit, pro omni armorum apparatu atque exercitu inconcussam ac fixam 540 in Deo spem fiduciamque collocans. Delectis igitur viginti nobilibus adultæ ætatis, et quadraginta militibus, qui primi obvii fuerant, datoque iis duce Cantacuzeno magno domestico, hos terra D mittit. Ipse cum tribus inermibus triremibus contra Barbarorum classem abit, qui viginti quatuor navibus ex Asiatico Propontidis sinu advecti prope Rhegium appulerunt, ad locum non minus stadiis centum et decem ab urbe dissitum, sub horam noctis tertiam: ac statim exscensu facto prædatum alii alio excurrerunt, priusquam id agrestes rescirent. Tum vero et horrea ardere cerneres, et

Variorum notæ.

(10) *Ineunte eadem æstate.* Cantacuzenus, *Hist.* lib. II, cap. 34, victoriam de Turcis æstate exeunte reportatam affirmat, idque post Ætolicam expeditionem, de qua Gregoras capite 6, infra. BOIVIN.

(11) Leg. ὁ Ἀτμὰν, vel ὁ Ὀτμὰν, filius Othmanis, orientalis Bithyniæ satrapa, Cantacuzeno lib. III, cap. 9. Hanc Orchanis expeditionem contra Byzantium ad annum 1330 refert Joannes Villaneus, lib. X, cap. 152. DUCANG.

(12) *Ab Hiero*, non, ut vertebat Wolfius, *a templo*. Vide adnotata supra ad pag. 255 C. BOIVIN.

mulierum atque infantium, qui vi abstrahebantur, ejulatum audires. Sub horam vero noctis nonam, diluculo jam fere, magnus domesticus cum equitibus septuaginta advenit et Barbaris occurrens dissipatos cædit, non secus ac segetem messores. Simul etiam imperator in altum provectus quatuordecim naves hostiles capit, custodibus earum cæsis. Nam reliquæ decem, cum Barbari nonnulli ejus adventum præsensissent et in eas insiliissent, statim aufugerant. Sub auroram vero, cum et imperator in terram egressus esset, maximum opus, quod unquam fando auditum sit, effectum est; patuitque manifesto, non esse volentis, neque currentis, sed a propitia Dei voluntate pendere omnia. Priusquam enim sol meridianum circulum præteriisset, mille propemodum Barbari sunt interfecti, trecenti vero capti. Romanorum **541** autem nemo cecidit; equi vero eorum complures occubuerunt. Nam cum pedites essent Barbari, nullum egregium facinus contra armatos equites edere potuerunt; sed ex desperatione audacius equos invaserunt.

A ἀποβάντες ὥρμησαν ἐπὶ λεία ἄλλοι ἄλλοθί που διαμερισθέντες, πρὶν αἰσθέσθαι τοὺς ἐν ταῖς χώραις οἰκοῦντας. Καὶ ἦν ὁρᾷν μὲν ἅλωνας καομένας, ἀκούειν δὲ κλαυθμοὺς γυναικῶν καὶ νηπίων ἀπηνῶς ἑλκομένων. Περὶ δὲ ὥραν ἐννάτην τῆς νυκτὸς, ἤδη τοῦ λυκαυγοῦς ὑποφαίνοντος, ἧκεν ὁ μέγας δομέστικος ἱππέας ἄγων ἑβδομήκοντα· καὶ διεσκεδασμένοις ἐντυγχάνων τοῖς βαρβάροις ἔκοπτεν αὐτοὺς, καθάπερ οἱ θερισταὶ τὸ λήϊον. Ἅμα δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς καταπλεύσας εἷλε τέτταρας καὶ δέκα ναῦς βαρβαρικὰς, ἀνελὼν τοὺς ἔνδον φρουρούς. Αἱ γὰρ δέκα ἔφυγον εὐθὺς, προαισθομένων ἐνίων βαρβάρων καὶ εἰσδραμόντων εἰς αὐτάς. Ἅμα δ' ἕῳ καὶ τοῦ βασιλέως ἀποβάντος ἐς ἤπειρον μέγιστον καὶ τῶν πώποτε μνημονευομένων ἔργον τετέλεσται. Ἐφάνη γὰρ, ὡς B οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ εὐδοκοῦντός ἐστι τὰ πάντα Θεοῦ. Μήπω γὰρ τοῦ ἡλίου τὸν μεσημβρινὸν παραλλάξαντος χίλιοι μὲν ἔγγιστα κατεκόπησαν τῶν βαρβάρων· τριακόσιοι δὲ ἑάλωσαν ζῶντες. Τῶν δὲ Ῥωμαίων πέπτωκε μὲν οὐδεὶς· ἵπποι δ' οὐκ ὀλίγοι τούτων κατεκόπησαν. Πεζοὶ γὰρ ὄντες οἱ βάρβαροι πράττειν οὐκ εἶχον γενναῖον οὐδὲν πρὸς ὡπλισμένους ἱππέας· ἀπογνόντες δὲ τολμηρότερον κατὰ τῶν ἵππων ἐχώρησαν.

IV. Proinde Romani ab extrema desperatione et diuturno metu recreati ea victoria animos receperunt, et in posterum etiam firmiorem in Deo spem collocarunt. Omnes enim evidenter compererunt, non humanitus id accidisse, (qui enim potuisset, in illa temporum conversione, cum res Romana undecunque deplorata esset, Barbarorum vero audacia ex longa vincendi consuetudine in immensum crevisset?) sed dexteram Domini id fecisse, et brachium illius invictas hostium vires nullo labore contrivisse. Quas enim pugnas in historiis miramur propter innumerum pene utrinque militum numerum, in earum perpaucis invenias tot cæsos, tot captos, quot nunc a viris tantum septuaginta.

[P. 333] Δ'. Οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι, πρὸς ἀπογνώσεως καὶ δειλίας βυθοὺς ἐκ πολλοῦ καταδύντες, τῷ ἤδη περιχαρεῖ σφᾶς τε αὐτοὺς ἀνεκτήσαντο καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον βεβαιοτέρας πρὸς Κύριον ἐκτήσαντο τὰς ἐλπίδας. Ἔγνωσαν γὰρ ἅπαντες ἐναργῶς, ὡς οὐκ ἀνθρώπινον τὸ πραχθέν· πῶς γὰρ ἐν τοιαύτῃ χρόνων C περιφορᾷ, ὅτε τὰ μὲν Ῥωμαίων ἀπέγνωσται πανταχόθεν, τὰ δὲ βαρβάρων ηὔξηται πολλῷ πρὸς θαρβαλεώτερον διὰ τὴν μακρὰν τοῦ νικᾷν συνήθειαν; Ἀλλὰ δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε ταῦτα καὶ ὁ βραχίων ἐκείνου τὴν τῶν ὑπεναντίων ἄμαχον ἀπονητὶ συνέτριψε δύναμιν. Πολέμων γὰρ, οὓς ἐν ταῖς ἱστορίαις ἀκούοντες θαυμάζομεν διὰ τὸ ἑκατέρωθεν οὐκ εὐαρίθμητον πλῆθος τῶν στρατευμάτων, ἐν ὀλίγοις εὕροι τις ἂν τοσοῦτον μὲν πλῆθος κατακοπὲν, τοσοῦτον δὲ ζωγρηθὲν, ὅσον νῦν ὑπ' ἀνδρῶν ἑβδομήκοντα μόνων.

V. Postridie vero rursus imperator, copiis terra marique splendide armatis, ad fretum Hieri pervenit, sperans se illac quoque, ut rumor nuntiarat, appellentes Barbaros inventurum. Sed spe sua frustratus est. Barbari enim popularium suorum audita clade recesserant. Inde domum reversus noctu e palatio exiit et, quadraginta quinque stadiorum via pedibus confecta, in castissimæ Dei **542** Genitricis Hodegetriæ templum pervenit, toto pectore gratias acturus.

Ε'. Ἐς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν αὖθις ὁ βασιλεὺς ἔκ τε ἠπείρου καὶ θαλάττης λαμπρῶς ὁπλισάμενος ἀφίκετο ἐς τὸν τοῦ Ἱεροῦ πορθμὸν, ἐλπίσας εὑρήσειν καταπλέοντας ἤδη τοὺς βαρβάρους κἀκεῖθεν κατὰ D τὴν φήμην. Ἀλλ' ἔμεινε τὰ τῶν ἐλπίδων ἀτέλεστα. Πυθόμενοι γὰρ οἱ βάρβαροι τὴν τῶν ὁμοφύλων συμφορὰν ἀνεχώρησαν. Ὁ μέντοι βασιλεὺς ἀναζεύξας ἐκεῖθεν ἀφίκετο νύκτωρ ἐκ τῶν βασιλείων πεζῇ τεσσαράκοντα καὶ πέντε σταδίων ὁδὸν ἐς τὸν θεῖον νεὼν τῆς ὑπεράγνου Θεομήτορος τῆς Ὁδηγητρίας τοὺς εὐχαριστηρίους ἐκ μέσης ἀποδώσων ψυχῆς.

CAPUT V.

Cometa apparet; qua forma; ejus ortus; progressus; interitus. Scythissæ erga Thracem et Threissam, quos captivos redemerat, summa æquitas. Justum Dei judicium.

1 Verum illud me pene præterierat, quod nunc repetendum et explicandum est. Hac æstate, cum sol æstivum jam solstitium attigisset, cœpit cometa apparere a septentrionalibus horizontis partibus

Α'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν, ὅπερ ἐπανελθὼν ἀναλήψομαι. Ἐν τούτῳ τῷ θέρει, τοῦ ἡλίου τῶν θερινῶν ἤδη τροπῶν ἁψαμένου, ἤρξατο φαίνεσθαι κομήτης ἐκ τῶν ἀρκτῴων μερῶν τοῦ

ὁρίζοντος ἀφ' ἑσπέρας ἑκάστης εὐθὺς μετὰ δύσιν ἡλίου. Μᾶλλον δ' οὐ κομήτης ἦν, εἴ τις ἀκριβολογεῖν ἐθέλοι, ἀλλὰ πωγωνίας, ῥομφαίᾳ τινὶ ἐοικώς. Ἐδόκει μὲν οὖν ἐσχηκέναι τὴν ἀρχὴν ἐκ τῶν τοῦ Περσέως μάλιστα ποδῶν, οἳ τῇ ῥάχει τοῦ ταύρου πλησίον εἶναι δοκοῦσιν· ἐπὶ δὲ τὰ πρὸς ἕω μέρη τοῦ κόσμου πέμπειν τὴν κόμην ἐπὶ πολὺ παρατείνουσαν. Εἶτα [P. 334] ἐκεῖθεν ἀρξάμενος ἀνέβαινεν εὐθὺ τοῦ ἀρκτικοῦ πόλου, κινούμενος ἑκάστης ἡμέρας τρεῖς ἔγγιστα μοίρας. Ἐπεὶ δὲ παρήλλαξε τὸν ἀρκτικὸν πόλον καὶ μετ' ἐκεῖνον τήν τε μικρὰν ἄρκτον καὶ τὰς καμπὰς τοῦ δράκοντος, ἔψαυσε καὶ τοῦ δεξιοῦ ποδὸς τοῦ Ἡρακλέους καὶ μετ' αὐτὸν τοῦ τῆς Ἀριάδνης στεφάνου. Ἐκεῖθεν διέδραμε τὴν ἀριστερὰν χεῖρα τοῦ Ὀφιούχου. Καὶ ἐπειδὴ πλάτος ἐνταῦθα ζωδιακοῦ καὶ ἰσημερινὸς καὶ τόπος θερμότητα ἔχων, ἀντέχειν ὁ κομήτης οὐκ ἠδυνήθη, διὰ τὸ ἐξ ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως τὴν ἀρχὴν τῆς συμπήξεως εἰληφέναι. Διὸ τήν τε κόμην διέλυσε καὶ αὐτὸς ἠφανίσθη τελέως. Φαντασία γὰρ ἦν ἀστέρος, καὶ οὐκ ἀστήρ. Προσθήσω τοῖς εἰρημένοις καὶ ἀκοῆς ἄξιον ἄλλο διήγημα.

Β'. Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις μία τῶν Σκυθῶν γυναικῶν, ἐκ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ἴστρου τὴν οἴκησιν ποιουμένων, μήτε σύζυγον μήτε παῖδας ἔχουσα, ἐπειδὴ τοὺς ἐκ Θρᾴκης ἀπαγομένους αἰχμαλώτους πρὸ τῶν ταύτης ἑώρα θυρῶν (ἐπόθει δ' ἐκ πολλοῦ προσχωρῆσαι Ῥωμαίοις καὶ τὸ θεῖον δέξασθαι βάπτισμα), ὤνιον διαναστᾶσα σύζυγον ἔλαβεν ἕνα τῶν αἰχμαλώτων Χριστιανῶν, ὅρκοις αὐτὸν ἐμπεδώσασα πρότερον, μὴ λιπεῖν τὴν ταύτης συνοίκησιν, μηδ' εἰ ἄλλοθί που τὴν ἀποικίαν ποιήσαιντο. Ἐπεὶ δ' εὐκαιρίας πρὸς μετοικίαν ζητουμένης ἐνιαυτὸς ὅλος ἐτρίβη, ἐν ᾧ δὴ καὶ τέκνα δύο τὸ μὲν γεγέννηκεν, τὸ δ' ἐν γαστρὶ φέρουσα ἦν, ἔτι πλείονα τὴν στοργὴν καὶ στεῤῥοτέραν πρὸς τὸν σύζυγον ἔσχε (13). Τούτου δ' οὕτως ἔχοντος ἔτυχεν ἐς τοὐπιὸν ἔτος αἰχμάλωτος ἀπαγομένη καὶ ἡ προτέρα τοῦ ῥηθέντος ἀνδρὸς σύζυγος. Ἣν ἐκεῖνος ἐδάκρυσε θεασάμενος. Ἡ μέντοι Σκυθὶς ἐκείνη γυνὴ τὴν αἰτίαν τῆς λύπης καὶ τῶν δακρύων μαθοῦσα οὔτ' ἠχθέσθη τἀνδρὶ, οὔτε ζηλοτύπως ἔσχε πρὸς τὴν γυναῖκα· ἀλλ' ὤνιον εἰλήφει καὶ ταύτην, ἵνα καὶ ταῖς χρείαις ὑπηρετῇ τῆς οἰκίας καὶ ἅμα παραμύθιον εἴη τῇ θεωρίᾳ τἀνδρὸς ἐκ τῶν ἔγγιστα. Ἐπεὶ δ' εὐκαιρίας γενομένης τῷ θείῳ τε ἐτελέσθη βαπτίσματι καὶ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἐπεδήμησε, δραμοῦσα πρὸς τὸν πατριάρχην ἡ προτέρα σύζυγος ἐβόα καὶ ἐστερνοτυπεῖτο καὶ ἀδικεῖσθαι ἔφασκε παρὰ τῆς Σκυθίδος, ἀφελομένης τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Παρελθούσης μέντοι κἀκείνης καὶ τὰ τοῦ πράγματος, ὡς εἶχεν, ἀκριβῶς διεξελθούσης, οὐκ εἶχεν οὐδεὶς οὐδὲν ἀπὸ δικαίου προφέρειν ἔγκλημα κατ' αὐτῆς. Κυρία γὰρ ἦν ἀμφοτέρων, ἅτε χρημάτων οἰκείων ὠνίους ἐξ ἀγρίων φάναι θηρῶν εἰληφυῖα. Ὅμως σιωπώντων ἁπάντων καὶ μηδὲν ἐχόντων προφέρειν ἔγκλημα κατ' αὐτῆς, κρίσιν ἐπέθηκεν

A cujusque diei vespere statim post solis occasum. Imo, ut accuratius loquamur, non is cometa erat, sed Pogonias, seu barbatum sidus, cuidam veluti gladio simile. Ortum autem a Persei pedibus maxime ducere videbatur, qui a spina Tauri parum absunt. Coma vero ejus versus Orientem late extendebatur. Atque inde sumpto initio recta quotidie versus septentrionem ascendebat tribus ferme gradibus. Cum autem polum arcticum præteriisset ac post eum Ursam minorem et spiras Draconis, dextrum etiam Herculis pedem attigit, indeque coronam Ariadnes, postea sinistram Ophiuchi manum percurrit : et quia ibi latus est Zodiacus et æqui- B noctialis et locus calidus, durare cometa non potuit, propterea quod humida exhalatione primum concrevisset. Quare coma dissipata et ipse penitus evanuit : quippe qui stellæ speciem quidem haberet, stella vero non esset. His aliam narrationem auditu dignam attexam.

II. His temporibus mulier quædam apud Scythas, eos nempe qui trans Istrum habitant, cum neque virum neque liberos **543** haberet et advectos e Thracia captivos ante suas fores traduci videret (longo autem jam tempore ad Romanos se conferre et sacrum baptisma suscipere cupiebat), C unum e Christianorum captivorum turba eductum redemit et conjugem sibi ascivit, adactum prius jurejurando, ne contubernium suum desereret, etiamsi alio commigrassent. Cum vero migrationis opportunitatem quærunt, annus integer teritur : quo tempore binos liberos, alterum peperit, alterum in utero gestavit. Unde magis etiam maritum diligebat. Quæ cum ita se haberent, altero anno accidit, ut et prior ejus, quem diximus, viri uxor captiva abduceretur : qua is conspecta illacrymavit. Verum Scythissa, mœroris et lacrymarum causa intellecta, neque succensuit marito, nec præ zelotypia odio persecuta est mulierem : sed et ipsam emit, ut et domestica ministeria obiret, simulque marito dolorem conspectu sui levaret in D proximo futura. Sed cum opportunitatem nacta et sacro baptismate initiata et in urbem imperatricem profecta esset, prior uxor ad patriarcham accurrit, vociferans et pectus plangens sibique injuriam a Scythissa fieri quiritans, quæ sibi maritum rapuisset. Cæterum cum et illa prodiisset, ac rem omnem, ita ut gesta erat, ordine explicasset, nemo jure illam reprehendere potuit, ut quæ amborum domina esset suaque pecunia ex immanibus (ut ita dicam) bestiis ambos redemisset. Tamen tacentibus **544** universis, nec de ulla re eam accusantibus, tandem hanc ipsa sententiam tulit. Marito propter consuetudinem et susceptos ex eo liberos

Variorum notæ.

(13) *Majore et firmiore affectu maritum diligebat*, non, a marito diligebatur, ut interpretabatur Wolfius, qui legebat πρὸς τὴν σύζ. Boivin.

redemptionis pretium condonavit. Erga mulierem A vero cupere se quidem eadem uti liberalitate; sed posse negavit propter inopiam, quod cum duobus infantibus in terra peregrina viveret. « Quamobrem ipsa, inquit, sui pretio allato, cum marito abeat: ego vero posthac cum infantibus manebo et benignas clementis Dei manus intuebor. » Hoc judicium omnes cum patriarcha summis laudibus extulerunt, et hanc animi magnitudinem in muliebri ingenio admirati sunt. Cæterum haud multo post is judicii fuit exitus, qui debuit, clementi Deo æquissime judicante. Nam cum mulier redimendi sui causa ad colligendam pecuniam exiisset ac per Thraciam, ubi domicilium habuerat, vicinas circumiret, subita incursione Scytharum denuo captiva B est abducta: vir autem ejus posthac bonæ illius Scythicæ matronæ conjugio acquievit.

αὕτη τοιαύτην τῷ πράγματι. Τῷ μὲν ἀνδρὶ προῖκα τὴν λύσιν παρέσχε διὰ τὴν συνουσίαν καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς τῶν παίδων γέννησιν· τῇ δὲ γυναικὶ βούλεσθαι μὲν, μὴ δύνασθαι δὲ διά τε τὴν τῶν χρειωδῶν ἔνδειαν καὶ τὸ ἐπ' ἀλλοδαπῆς εἶναι [P. 335] σὺν δυσὶ βρέφεσι. « Διὸ τὸ δοθὲν ὑπὲρ αὐτῆς κομίσασα (ἔφησε) τίμημα αὐτὴ μὲν ἀπερχέσθω μετὰ τοῦ ἀνδρός· ἐγὼ δ' ἔσομαι τοῦ λοιποῦ μετὰ τῶν βρεφῶν, ἐς τὰς χεῖρας ἀποβλέπουσα τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. » Ταύτην τὴν κρίσιν πάντες ὕμνησαν ἅμα τῷ πατριάρχῃ καὶ τὸ μεγαλοφυὲς τῆς γυναικείας ἐκείνης γνώμης ἐθαύμασαν. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν ἡ δίκη τὸ προσῆκον εἴληφε πέρας πρὸς τοῦ δικάζοντος ἄνωθεν ἀρρεπῶς φιλανθρώπου Θεοῦ. Ἐξελθοῦσα γὰρ ἡ γυνὴ περὶ τὴν τῶν λύτρων συναγωγὴν καὶ περιϊοῦσα τὰς γείτονας παρὰ τὴν Θρᾴκην, ὅποι τὴν οἴκησιν ἐπεποίητο πρότερον, εἰς τὰς χεῖρας αὖθις ἐμπέπτωκε τῶν Σκυθῶν, ἐξαίφνης ἐπιδραμόντων κατὰ τῆς Θρᾴκης. Κἀκείνη μὲν αἰχμάλωτος ᾤχετο ἀπιοῦσα· ὁ δ' ἀνὴρ ἔμεινε τοῦ λοιποῦ συνοικῶν τῇ ἐκ Σκυθῶν ἐκείνῃ χρηστῇ γυναικί.

CAPUT VI.

Imperator, Epirum invasurus, Illyriam vastat. Turcos auxiliares præda onustos dimittit. Epiri principatu potitur. Nicomedia amissa. Thracia incursionibus Turcicis vexata. Princeps Epiri fuga elabitur. Ejus mater Thessalonicæ subsistit. Theodorus Synadenus, Epiro præfectus, principi reverso vinctus traditur.

I. Jam vero Ætolorum et Acarnanum res male affectæ et propter eorum domini obitum laborantes imperatorem advocabant. Principatus enim, qui a vidua muliere et immaturæ ætatis pueris gubernari non posset, temere ferebatur, veluti navigium ancoris destitutum, quod fluctibus et tempestate agitatur. Sed cum veterem Illyriorum morem sciret, qui violato **545** jurejurando et ruptis C fœderibus Romanas provincias incursare et viatores spoliare solerent, homines fallacissimi atque improbissimi, atque etiam intelligeret, eosdem tum quoque suæ contra Ætolos et Acarnanas expeditioni clanculum impedimento fore: Turcos bis mille ex iis, qui Smyrnam et Ioniam accolunt, mercede conductos arcessit, cum quibus initio veris impressione facta Illyriorum agros vastat et copiosam inde prædam agit. Quo factum, ut Turci e pauperibus brevi tempore divites evaserint, et plenis manibus domum cito redierint. Itaque opibus Illyriorum imminutis securus ad Acarnanas et Ætolos transit cum suo exercitu, et omni illa regione una cum urbibus citra laborem potitur, proceribus ultro sese ad illum conferentibus una cum domina sua D Anna, protovestiarii filia.

Α'. Ἐκάλει δὲ ἤδη τὸν βασιλέα τὰ Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων πράγματα, πλημμελῶς διακείμενα καὶ νοσοῦντα διὰ τὴν τοῦ δεσπότου αὐτῶν τελευτήν (14). Ἡ γὰρ ἀρχὴ διοικεῖσθαι μὴ δυναμένη παρὰ γυναικὸς χηρευούσης καὶ τέκνων ἀτελῶν ἔτι πλημμελῶς ἐφέρετο, καθάπερ ναῦς ἀγκυρῶν ὀρφανὴ κύμασι καὶ χειμῶνι συνειλημμένη. Ἐπεὶ δὲ ᾔδει τοῖς Ἰλλυριοῖς ὁ βασιλεὺς πάλαι εἰθισμένον τό γε ἐπιορκοῦντας καὶ παρασπονδοῦντας ληΐζεσθαι τὴν Ῥωμαίων χώραν καὶ λωποδυτεῖν τοὺς παριόντας καὶ πονηρίᾳ καὶ δόλοις συζῶντας, καὶ συνῆκεν, ὡς καὶ νῦν ἐμπόδιον ἔσονται λάθρα τῇ πρὸς Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλοὺς ἐκστρατείᾳ αὐτοῦ, μεταπέμπεται μισθοφόρους δισχιλίους τῶν περὶ Σμύρναν καὶ Ἰωνίαν κατοικούντων Τούρκων, μεθ' ὧν δὴ καὶ ἀρχομένου ἔαρος ἐσβαλὼν ἐς τὴν Ἰλλυριῶν χώραν ἐδῄωσε ταύτην καὶ λείαν ἐκεῖθεν ἤλασε παμπληθῆ, ὡς πλουσίους ἐκ πενήτων ἐν βραχεῖ γενομένους τοὺς Τούρκους βριθούσαις δεξιαῖς ταχέως ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Ὁ δὲ βασιλεὺς τούτῳ τῷ τρόπῳ τοὺς Ἰλλυριοὺς πεποιηκὼς ἀσθενεῖς ἀδεῶς διαβαίνει πρὸς Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλοὺς μετὰ τοῦ οἰκείου στρατεύματος καὶ πᾶσαν ἐκείνην τὴν χώραν μετὰ τῶν πόλεων ἀπονητὶ [P. 336] παρεστήσατο, προσεῤῥυηκότων ἑκόντων αὐτῷ τῶν ἐκεῖ δυνατῶν μετὰ τῆς δεσποίνης αὐτῶν Ἄννης, τῆς τοῦ πρωτοβεστιαρίου θυγατρός.

II. His rebus imperatore occupato etiam Bithyniæ metropolis Nicomedia capta est, multa fame domita propter pertinacem hostium obsidionem. Sequenti anno nihil memorabile gestum est, nisi

Β'. Ἐν δὲ τούτοις ἀσχολουμένου τοῦ βασιλέως, ἑάλω καὶ ἡ τῶν Βιθυνῶν μητρόπολις Νικομήδεια (15), τῷ πολλῷ καταπονηθεῖσα λιμῷ, διὰ τὴν ἐπίμονον τῶν ἐχθρῶν πολιορκίαν. Τῷ μέντοι μετὰ ταῦτα

Variorum notæ.

(14) Cantacuzen. lib. II, cap. 32, 33. DUCANG.

(15) Quam paulo ante manu et armis inexpugnabilem fame expugnare adortus fuerat Orchanes, uti scribit Cantacuzen. lib. II, cap. 26. Ut porro tandem illa capta fuerit, narrat Leunclavius lib. VI Hist. Musulm., pag. 186. DUCANG.

ἐνιαυτῷ οὐδὲν ἱστορίας ἄξιον πέπρακται (16) πλὴν ὅτι συνεχῶς τε καὶ ἀδεῶς καὶ κατὰ πλήθη κατέδραμόν τε καὶ κατατρέχουσι Θρᾴκην οἱ Τοῦρκοι. Τοῦτο γάρ, ὡς ἐγνωσμένον ἤδη καὶ σύνηθες, ὀκνῶ διηνεκῶς διηγεῖσθαι.

Γ'. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει (17) ὁ μὲν παῖς τοῦ τῆς Ἠπείρου κρατοῦντος πρότερον κόντου Κεφαλληνίας, τεσσαρεσκαιδέκατον τῆς ἡλικίας ἄγων ἔτος τηνικαῦτα καὶ σύνεσιν τῆς ἡλικίας ἔχων μείζονα, ἐπειδὴ τὸν μὲν πατρῷον κλῆρον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ γενόμενον εἶδε, τὴν δὲ μητέρα συνθεμένην ἀκολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ μέχρι Θεσσαλονίκης, κελεύουσαν δ' ἕπεσθαι καὶ αὐτὸν δίχα τῶν πατρικῶν ἐπισήμων συμβόλων, ἀποστασίαν ἐπινοεῖ· καὶ συμβούλῳ χρησάμενος ἑνὶ τῶν εὐγενῶν τῆς Ἠπείρου ἅμα αὐτῷ φεύγων ᾤχετο ἐς Πάτρας τὰς παλαιὰς παρὰ τὴν σύζυγον τοῦ τελευτήσαντος πρίγκιπος Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας. Ἡ δὲ μήτηρ εὐθὺς ἅμα τῷ βασιλεῖ διασώζεται μέχρι Θεσσαλονίκης, κἀκεῖ πρὸς τοῦ βασιλέως ἱκανὰ χωρία λαβοῦσα προσόδων ἐτησίων ἕνεκα αὐτόθι κατοικεῖν ἔγνωκε τοῦ λοιποῦ (18). Ἐπίτροπός γε μὴν τῆς Ἠπείρου ἐγκαταλέλειπται πρὸς τοῦ βασιλέως ὁ πρωτοστράτωρ (19) Θεόδωρος ὁ Συναδηνός· ὃς καὶ πρὶν ὅλον ἐξήκειν ἐνιαυτὸν αἰφνιδίως ἁλίσκεται πρὸς τῶν τῆς χώρας οἰκητόρων καὶ δέσμιος τῷ τοῦ κόντου δίδοται παιδί, πρὸς τὴν Ἤπειρον αὖθις ἐπανελθόντι καὶ ἀναδεξαμένῳ τὴν πατρικὴν ἀρχὴν παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων.

quod Turcorum numerosa agmina continenter et absque metu Thraciam incursarunt, ac nunc quoque incursant. Hoc enim, ut jam cognitum et usitatum, piget me toties referre.

III. Anno autem proxime subsecuto filius Epiri principis, comitis Cephalleniæ, annum ætatis decimum quartum agens, sed prudentia majore quam pro ætate **546** præditus, cum paternam ditionem imperatori parere, matrem vero eumdem ex pacto Thessalonicam usque comitari cerneret, a qua jussus esset et ipse sine patriæ nobilitatis insignibus sequi, defectionem cogitat, reque cum nobili quodam Epirota communicata, una cum illo veteres Patras ad defuncti Achaiæ et Peloponnesi principis conjugem perfugit. Mater vero statim cum imperatore Thessalonicam usque pervenit; atque ibi satis multis prædiis acceptis, unde reditus annui suppetebant, deinceps ibidem ætatem exigere decrevit. Præfectus tamen Epiri ab imperatore relictus est protostrator Theodorus Synadenus, qui priusquam annus integer exiret, subito a provincialibus captus comitis filio in patriam reverso, et hæreditarium principatum volentibus subditis adepto, vinctus traditur.

CAPUT VII.

Imperatoris filia impubes Alexandri Mysi filio nuptum datur. Pax eo pignore firmata. Partus monstrosus. Triennis puer robore virili; anno ætatis quinto moritur. Mortis causa physice explicata. Genuenses, optimatibus Urbe exactis, unum sibi ducem more Venetorum præficiunt. Cometa ei qui triennio ante apparuerat similis vultu, at motu diversus. Turci Thraciam vastant. Diu immorantur nemine obsistente.

Α'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐνδημήσας ἐς Ἀδριανούπολιν ἅμα [P. 337] τῇ συζύγῳ δεσποίνῃ τὰς ἐκ πολλοῦ συμφωνίας ἤδη πρὸς πέρας ἤγαγε, δοὺς εἰς γυναῖκα τὴν θυγατέρα αὐτοῦ (20) τῷ Ἀλεξάνδρου παιδὶ τοῦ τῶν Μυσῶν ἀρχηγοῦ, πεντεκαιδέκατον ἄγοντι τῆς ἡλικίας ἔτος ἐτῶν οὖσαν αὐτὴν ἐννέα. Καὶ ἦν τὸ λοιπὸν εἰρήνη βαθεῖα μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Μυσῶν.

I. Imperator vero, cum domina uxore Adrianopolin profectus, matrimonium jampridem promissum perficit, filia sua, quæ annos novem expleverat, Alexandri Mysorum principis filio data, annum ætatis decimum quintum agenti. Unde firma pax inter Mysos et Romanos constituta est.

Β'. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ γεννᾶται παιδίον ἐν Βυζαντίῳ, συμφυὲς μὲν ἀπὸ ποδῶν ἄχρις ὀμφαλοῦ, τὰ δ' ἑξῆς διαιρούμενον ὤμους καὶ στέρνα καὶ ῥάχιν, καὶ δύο μὲν ἔχον κεφαλάς, χεῖρας δὲ τέτταρας· ὃ καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐξεπεπνεύκει.

II. Hoc tempore puer Byzantii nascitur, a pedibus usque ad umbilicum continuus: inde vero divisus humeris, pectore, spina dorsi; duo capita habens et quatuor manus: qui post unum diem exspiravit.

Γ'. Ἐφάνη δὲ καὶ πολλῷ τούτου πρότερον παιδίον ἕτερον περὶ Τραϊανούπολιν, ὃ δὴ τρίτου γενόμενον ἔτους ἐψέλλιζε μὲν κατὰ νήπιον· ῥώμην δ' εἶχεν, ὅσην ἂν καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἀνήρ, καὶ ἤσθιεν ὁμοίως κατ' ἄνδρα κἀν τῇ ἥβῃ τρίχας εἶχεν ἀνδρὸς τελείου. Ἀλλὰ πρὶν ἐς πέμπτον ἔτος ἐληλυθέναι, πυρετῷ συσχεθὲν ἐτελεύτησεν. Ἡ γὰρ ἔνδεια τῆς τῇ βρεφικῇ ἡλικίᾳ προσηκούσης ὑγρό-

III. Multo **547** autem ante illum alius puer circa Trajanopolin visus est, qui anno tertio balbutiebat quidem, ut infans; sed iis erat præditus viribus, quibus vir viginti annorum, et viro non minus comedebat, et circa pubem pilos habebat adultæ ætatis viri. Sed priusquam annum quintum expleret, febri correptus exspiravit. Nam penuria humoris infanti ætati debiti tantam ariditatem

Variorum notæ.

(16) Anno, ut mihi videtur, mundi 6847, cujus anni quatuor primi menses pertinent ad an. Chr. 1338, octo reliqui ad an. 1339. BOIVIN.

(17) Anno scil. *mundi 6848*, cujus pars prima pertinet ad an. Chr. 1339, altera ad an. 1340. BOIVIN.

(18) Vide lib. XIII, infra, cap. 6, sect. 3. BOIVIN.

(19) Cantacuzen. lib. II, cap. 34. DUCANGE.

(20) Cantacuzen. ibid. DUCANGE.

in ejus corpore excitavit, quanta esse possit in eo, qui viginti annos natus sit. Unde etiam par robur partibus et membris ejus accessit, ut inde cuique ætati conveniens incrementum et nutrimentum cohiberetur : natura vero ipsa, ut ab eo, qui finxit et colligavit, constitutum est, seipsam regere non posset. Sic enim animantis formam artifex Deus contemperavit, ut nulla illi amplius accessione vel decessione sit opus. Sed ut in concentu musico alia chorda laxata, alia intenta ultra quam par est, modulationis vitium deprehenditur : ita hic etiam, cum animantis compages ab aliqua materiæ vel penuria destituitur, vel redundantia opprimitur, et tempus legitimum præterierit, generationis et incrementi progressio interrumpitur : idemque fere evenit quod in novellis floribus videmus, qui ante tempus exorti, atque adeo novarum quasi rerum et temeritatis rei, fulminis et grandinis impetu marcescunt, et vigorem immodicum frigore amittunt, et pruina intempestiva læduntur, quæ plantæ luxuriem evidenter coarguit.

τητος ξηρότητα ἐνεποίησε τῷ σώματι τοιαύτην, οἵαν καὶ εἰκοσαέτης ἔχοι ἄν· κἀντεῦθεν καὶ τὴν ὁμοίαν ἰσχὺν τοῖς μέλεσι καὶ μορίοις αὐτοῦ γε ἐντέθεικεν, ὡς συσχεθῆναι μὲν διὰ ταῦτα τὴν ἁρμόττουσαν ἑκάστῃ τῶν ἡλικιῶν αὔξησιν καὶ τροφήν· μὴ ἔχειν δ' αὐτὴν ἑαυτὴν διοικεῖν τὴν φύσιν, ὡς ἐτάχθη πρὸς τοῦ ποιήσαντος καὶ συνδήσαντος. Οὕτω γὰρ τὴν τοῦ ζώου πλάσιν ὁ τεχνίτης Θεὸς συνεκέρασεν, ὡς μὴ δεῖσθαι μηδεμιᾶς ἔτι προσθήκης ἢ ἐλλείψεως· ἀλλὰ καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ μουσικῇ, τῆς μὲν λυθείσης τῶν χορδῶν, τῆς δὲ ταθείσης ὑπὲρ τὸ εἰκὸς, ἡ τοῦ μέλους φαυλότης ἐλέγχεται, οὕτω κἀνταῦθα τῆς τοῦ ζώου συμπήξεως παρασυρείσης ὑπό τινος ὑλικῆς ἐνδείας ἢ πλεονασμοῦ, καὶ τὸν προσήκοντα παραμειψάσης χρόνον, ἡ εἰς τὰ πρόσω πορεία τῆς γενέσεως καὶ αὐξήσεως διακόπτεται· καὶ γίνεται παραπλήσιον τὸ πάθος, ὁποῖον κἂν τοῖς νεοβλάστοις ὁρῶμεν γινόμενον ἄνθεσιν, ἃ τὴν ὥραν προαρπάσαντα κἀντεῦθεν νεωτερισμοῦ τινος καὶ προπετείας ὀφλόντα δίκην σκηπτοῦ καὶ χαλάζης μαραίνουσιν ἐμβολαὶ καὶ ψύχος ἀταμίευτον ἀφαιρεῖ τὴν ἀκμὴν καὶ πάχνη τις ἔξωρος ἔλεγχος σαφὴς τῆς λιχνείας καθίσταται τοῦ φυτοῦ.

548 IV. Autumno autem jam ineunte Genuensis respublica perturbata est. Nam qui genere et opibus in ea urbe præstabant, ad fastum et superbiam deflexerunt, sic ut democratiæ æquabilitas in tyrannidem mutaretur. Plebs itaque, cum ea re valde angeretur, in eos insurgit, ac iisdem urbe exactis unum e populo ducem sibi constituit, ad imitationem ejus, quæ apud Romanos olim fuit, consularis dignitatis, aut potius exemplo a Venetis petito.

[P. 338] Δ'. Φθινοπώρου δ' ἀρχομένου ἤδη σύγχυσις γίνεται πολιτείας ἐν τῇ Γεννούᾳ. Τῶν γὰρ γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων τῆς πόλεως ἐκείνης πρὸς τὸ γαῦρον καὶ ὑπεροπτικώτερον ἀποκλινάντων, ἐς τυραννίδα τὴν τῆς δημοκρατίας ὁμοφροσύνην μεταβάλλεσθαι ξυνέβαινε. Καὶ διὰ τοῦτο ταλαιπωρούμενοι δεινῶς οἱ δημόται κατεξανίστανται τούτων καὶ ἐξωθοῦσι τῆς πόλεως καὶ καθιστῶσιν ἡγεμόνα τῆς πολιτείας ἕνα τοῦ δήμου (21), κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς ὑπατείας τῶν Ῥωμαίων ἀξίωμα, ἢ μᾶλλον κατὰ τὴν τῶν Βενετικῶν πολιτείαν.

V. Hieme vero elapsa, cum sol jam Arietem pertransiret, cometa ensis specie in cœlo apparuit, similis quidem ei, qui ante triennium apparuerat, sed non eodem in loco, nec motu eodem. Nam inde auspicatus, ubi Chelæ desinebant et Virginis spica tum occurrebat, singulis vicenis quaternis horis, quinis gradibus progrediebatur, donec ad Leonem pervenisset, ubi prorsus evanuit.

Ε'. Τοῦ δὲ χειμῶνος τούτου παρεῤῥυηκότος, καὶ τοῦ ἡλίου τὸν κριὸν παραλλάττοντος, ἐφάνη Ξιφίας ἐν οὐρανῷ, ὅμοιος μὲν τῷ πρὸ τριῶν ἤδη φανέντι τῶν ἐνιαυτῶν, οὐ περὶ τὸν αὐτὸν δὲ τόπον, οὐδὲ τὴν ὁμοίαν ποιούμενος κίνησιν· ἀλλὰ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν χηλῶν τελευτῆς, ἔνθα τὸν στάχυν τῆς παρθένου τηνικαῦτα παρεῖναι συνέβαινεν, ἐκινεῖτο κατὰ νυχθήμερον ἕκαστον περί που τὰς πέντε μοίρας, ἕως κατήντησεν εἰς τὸν λέοντα, κἀκεῖ διελύθη τελέως.

VI. Cæterum Turcorum octo millia, Hellesponto cum jumentis plerique trajecto, omnem Thraciam ad Mysiam usque diripuerunt. Quam Romanis vastam et ab omni parte inaccessam cum fecerint, ipsi noctu et interdiu populari non desinunt : prædam quidem omnem in Asiam transportantes, ipsi vero ne longo quidem post tempore volentes domum redire, quippe cum nemo sit, qui eis obsistat.

Ϛ'. Τῶν δὲ Τούρκων ὀκτὼ χιλιάδες διαπεραιωσάμενοι τὸν Ἑλλησπόντιον πορθμὸν, μετὰ τῶν ὑποζυγίων οἱ πλείους, ἐληΐσαντο πᾶσαν τὴν ἄχρι Μυσῶν Θρᾴκην, ἣν δὴ καὶ Ῥωμαίοις μὲν ἔρημόν τε καὶ ἀτριβῆ πεποιήκεσαν πᾶσαν· αὐτοὶ δ' ἄγοντές τε καὶ φέροντες οὐκ ὀκνοῦσι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ τὴν μὲν λείαν πᾶσαν διαβιβάζοντες ἐς Ἀσίαν, αὐτοὶ δ' ἀπαλλάττεσθαι τῆς Θρᾴκης οὐδ' ὀψὲ τοῦ χρόνου βουλόμενοι, ἅτε μηδένα τὸν ἐναντιωσόμενον ἔχοντες.

Variorum notæ.

(21) *Simonem* Boccanegram. Vide Joannem Villaneum *lib.* XI, *cap.* 101; *lib.* XII, cap. 26. Petrum Bizarrum, lib. VI *Historiæ Genuensis*, sub anno 1339. DUCANG.

CAPUT VIII.

Basilius princeps Trapezuntiorum obit. Uxor Irene prælatam sibi cognominem meretricem indignata, adeoque clandestini facinoris suspecta, viro mortuo pellicem foras ejicit. Legatis ad patrem Andronicum semel et iterum missis alium sibi maritum petit. Imperatoris absentia; morbus; in Epirum profectio, atque utriusque legationis moræ. Rumor de Irenes cum magno Trapezuntis domestico consuetudine bellum civile excitat apud Trapezuntios. zanychites et alii multi interempti.

A'. Ἐν τούτῳ τῷ ἔαρι καὶ Βασίλειος (22), ὁ τῆς Τραπεζοῦντος τὴν ἐξουσίαν διεζωσμένος, νόσῳ βραχείᾳ τὸν βίον ἀπέλιπεν. Οἶμαι δέ τις θεομηνία τοῦ βίου τοῦτον ἐξαίφνης ἐξήγαγεν. Εἰρήνῃ γὰρ τῇ τοῦ βασιλέως θυγατρὶ συνοικήσας ἐπὶ σμικρὸν νομίμως ὁμοῦ καὶ δικαίως, μετά γε τῆς ἀνηκούσης ὁμοφροσύνης καὶ σωφροσύνης, εἶτα τοὺς γαμικοὺς μετενήνοχεν ἔρωτας εἰς ἑταιρίδα τινὰ, καλουμένην καὶ ταύτην Εἰρήνην. [P. 339] Καὶ ταύτῃ λοιπὸν ἀθέσμως μιγνύμενος εἰς μῖσος ἐτράπετο τῆς νομίμου. Τοῦ δὲ χρόνου προβαίνοντος ὁρῶν οὐκ ἀνεχομένην τὴν βασιλίδα τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον, ἀλλ' ἐπιβοωμένην οὐρανόν τε καὶ γῆν καὶ πᾶσιν ἐξαγγέλλουσαν τὸ τῆς καρδίας πῦρ, ἐξήλασε καὶ τῆς αὐθεντικῆς οἰκίας αὐτήν. Τάχα δ' ἂν καὶ θάνατον ἐπήνεγκεν αὐτῇ βίαιον, εἰ μὴ ἐδεδίει τὸν δῆμον, σφοδρῶς κατ' αὐτοῦ δι' αὐτό B γε τουτὶ θορυβούμενόν τε καὶ στασιάζοντα. Ἐν μέντοι ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις καὶ τοῖς πομπικοῖς θεάτροις τῶν πανηγυρικῶν ἑορτῶν Βασιλείου καὶ Εἰρήνης ἡ μνήμη τὴν εὐφημίαν ἐκρότει· κἀντεῦθεν ἐπλήρου τήν τε ἐρωτικὴν ἔφεσιν ὁ Βασίλειος ἑαυτοῦ, καὶ ἅμα τὴν τοῦ δήμου ζήτησιν, προσποιούμενος τὸ λανθάνειν διὰ τῆς ὁμωνυμίας· ὡς καὶ ὑποψίαν διὰ ταῦτα γενέσθαι, λαθραίαις ἐπιβουλαῖς τῆς βασιλίδος Εἰρήνης συμβῆναι τῷ Βασιλείῳ τὸν θάνατον. Τελευτήσαντος δ' ὅμως εἴθ' οὕτως εἴτ' ἐκείνως αὐτοῦ, εἰσῆλθε μὲν ἡ νόμιμος ἐκείνη σύζυγος Εἰρήνη μετὰ πάσης τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς τὰ βασίλεια· ἐξήλασε δ' ἐκεῖθεν εὐθὺς τὴν ὁμώνυμον μὲν, ἀλλοτριότροπον δὲ καὶ παράνομον Βασιλείου σύζυγον· καὶ μέντοι καὶ κοινῇ ψήφῳ τῶν Τραπεζουντίων ἐξόριστον πέμπει πρὸς τὸ Βυζάντιον ἅμα τοῖς τέκνοις.

A I. Hoc vere Basilius etiam Trapezuntis princeps moritur, brevi morbo 549 exstinctus; aut, ut opinor, ira Numinis repente ex hac vita sublatus. Nam cum Irenen imperatoris filiam duxisset et exiguo tempore legitime et juste et ea, qua decet, concordia et modestia cum ea vixisset, legitimos amores in meretriculam quamdam, quæ et ipsa Irene dicebatur, transtulit, cujus nefaria consuetudine in uxoris odium est impulsus. Temporis autem progressu, cum imperatricem rei indignitatem non ferre, sed cœlum et terram inclamare et apud omnes ingentem animi dolorem vulgare cerneret, etiam palatio illam exegit: fortasse et violentam illi mortem illaturus, nisi populum timuisset, qui ob isthuc ipsum graviter commotus in eum fremeB bat et tumultuabatur. Verumtamen in sacris canticis et solemnium festorum ac pomparum publicis spectaculis Basilii et Irenes memoria celebrabatur: eaque ratione Basilius et sui amoris cupiditati et populi votis satisfaciebat, quem similitudo ipsa nominis deceptura esset. Unde orta est suspicio, clandestinis imperatricis Irenes insidiis Basilium esse sublatum. Cæterum illo sive sic sive aliter defuncto, legitima ejus conjux Irene cum omni auctoritate imperatoria palatium ingressa cognominem sibi, sed aliis moribus præditam et illegitimam Basilii conjugem palatio exigit, et communi Trapezuntiorum 550 suffragio Byzantium una cum liberis relegat.

B'. Συνεκπέμπει δὲ καὶ πρέσβεις ἐς βασιλέα τὸν πατέρα αὐτῆς, κομίσοντας τὸν αὐτῇ μὲν νομίμως συζευχθησόμενον, διαδεξόμενον δὲ καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἐκείνης ἀρχήν. Οἳ δὴ καὶ ἐς Βυζάντιον ἐνδημήσαντες ἐπεὶ τὸν βασιλέα περὶ Θεσσαλονίκην ἤκουον διατρίβειν, ἐκεῖσε καὶ αὐτοὶ ποιεῖσθαι ἐγνώκεισαν τὴν πορείαν. Ἐνιαυτῷ γὰρ ἤδη πρότερον ἀπὸ Θρᾴκης ἐς Μακεδονίαν ὁ βασιλεὺς μεταβὰς ἔμελλεν εὐθὺς καὶ εἰς Ἤπειρον διαβαίνειν ἐπὶ τοὺς παρασπονδήσαντας Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλούς. Ἀλλ' ἐπέσχεν ἐν πόλει Θεσσαλονίκῃ μικρὸν ἡ συνήθης ἐπήρεια τοῦ σπληνός· ὃς ἐκ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων τροπήν τινα πεπονθὼς καὶ παραφορὰν τοῦ καθήκοντος σφόδρα ἐξῴδηκε νῦν καὶ τὴν ἔνδον γειτονοῦσαν τῶν σπλάγχνων οἰκονομίαν διέδραμεν, ὡς κακοσιτίαν ἐντεῦθεν συμβαίνειν λοιπὸν καὶ μελῶν D ἀτονίαν καὶ θάνατον ἀπειλούσας λειποψυχίας.

C II. Item et legatos ad patrem imperatorem mittit, accituros aliquem, cui ipsa et legitime nubat, et imperii regimen tradat. Ii cum Byzantium advenissent, et imperatorem agere Thessalonicæ audivissent, illuc etiam conferre se decreverunt. Etenim imperator anno superiore e Thracia in Macedoniam transierat, statim inde in Epirum adversus fœdifragos Acarnanas et Ætolos profecturus. Sed aliquantisper eum Thessalonicæ detinuerat solita lienis molestia; qui jam inde ab annis pluribus quamdam mutationem passus et ultra quam par erat velut evagatus, tum autem valde tumefactus in ipsam quoque interiorem et contiguam viscerum compagem irruperat, ut et cibus minus recte concoqueretur, et membra viribus destituerentur, et D animi deliquia mortem minitarentur. Verumtamen ille cum aliquantulum convaluisset, in Acarnaniam

Variorum notæ.

(22) Vide stemma Trapezuntinorum imperatorum. DUCANG.

abierat. Ubi eum nacti Trapezuntiorum legati ea A quæ in mandatis habebant exposuerunt.

III. Sed cum res extraheretur, et Trapezuntiorum principatus a muliere recte et fortiter administrari haud posset, tumultuari quidam et concitare populum cœperunt. Quæ res Irenen Trapezuntis imperatricem coegit expedita triremi alios legatos mittere, et una cum iis Trapezuntis archiepiscopum, qui priorem petitionem ipsius apud Romanorum imperatorem urgerent. Qui cum **551** Byzantium appulissent, nec imperatorem ibi reperissent, paucos equites genere et dignitate præstantes ad illum mittunt. Hi vero Thessalonicam usque progressi nec ipse efficere potuerunt, ut præ- B sentem imperatorem convenirent. Nam paulo ante ex morbo (ut jam dixi) recreatus ad oppugnandam Acarnanum metropolin abierat. Quare visum eis est ibi consistere et adventus sui causam per litteras imperatori aperire.

IV. Sed cum potestatem cupiditati blandientem nactus muliebris appetitus omnia vincula abrumpat, clandestina consuetudine magni Trapezuntiorum domestici Irenen imperatricem uti susurrabatur. Quod cum ad vulgi aures pervenisset, populum ad seditionem impulit: ac præsertim nobilissimos. Et alii quidem Tzanychitæ favebant, qui tum opibus ac dignitate plurimum poterat; alii vero se ad magnum domesticum adjungebant. Hunc in modum agitata et in factiones divisa Trapezuntina civitate, C res ad civile bellum deducitur. Quo tempore cum alios complures utrinque concisos ferunt, tum ipsummet Tzanychiten.

Ῥαΐσας μέντοι μικρὸν ἐς Ἀκαρνανίαν ἀπῄει (23). Ἔνθα δὴ τηνικαῦτα καὶ οἱ τῶν Τραπεζουντίων πρέσβεις ἐντετυχηκότες αὐτῷ τὰ τῆς πρεσβείας ἐξήγγειλαν.

Γ'. Διατριβῆς δὲ μεταξὺ γινομένης καὶ τῆς τῶν Τραπεζουντίων ἡγεμονίας ὑπὸ γυναικὶ διοικεῖσθαι καλῶς καὶ βεβαίως οὐ δυναμένης, στασιάζειν τινὲς ἐπεχείρουν καὶ ἀνασείειν τὸν δῆμον. Ὅθεν ἀναγκασθεῖσα Εἰρήνη ἡ βασιλὶς τῶν Τραπεζουντίων ἐξέπεμψε ταχυναυτοῦσαν τριήρη μετὰ πρέσβεων ἄλλων, καὶ σύν γε αὐτοῖς τὸν τῆς Τραπεζοῦντος ἀρχιθύτην, [P. 340] κατεπείξοντας τὴν προτέραν ζήτησιν αὐτῆς πρὸς τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων. Οἳ δὴ καταπλεύσαντες ἐς Βυζάντιον καὶ τὸν βασιλέα οὐχ εὑρηκότες ἀποστέλλουσιν ἐς βασιλέα ἱππέας ὀλίγους, οἳ B καὶ γένει καὶ ἀξιώματι προέχειν τῶν ἄλλων ἐδόκουν. Οἷς ἐνδημήσασι τῇ τῶν Θεσσαλονικέων μητροπόλει οὐκ ἐγένετο ἐντυχεῖν παρόντι τῷ βασιλεῖ. Ῥαΐσας γὰρ πρὸ βραχέος ἐκεῖνος, ὡς εἴρηται, ἀπῄει πολιορκήσων τὴν τῶν Ἀκαρνάνων μητρόπολιν. Ὅθεν ἔδοξε κατὰ χώραν μεῖναι, γράμμασι μηνύειν τῷ βασιλεῖ τὴν τῆς ἀφίξεως αἰτίαν αὐτῶν.

Δ'. Ἐπεὶ δ' ἐξουσίας κολακευούσης τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς γυναικείας ὀρέξεως πάντα χαλινὰ διαρρήγνυται, λανθανούσαις μίξεσι χρῆσθαι τὴν βασιλίδα Εἰρήνην ἐψιθυρίζετο πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον τῶν Τραπεζουντίων. Τοῦτο δὲ διατρέχον τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς κατεστασίαζε τόν τε δῆμον καὶ μάλιστα τοὺς εὐγενείᾳ προὔχοντας· καὶ οἱ μὲν προσεχώρουν τῷ Τζανυχίτῃ (24), πλούτῳ καὶ δόξῃ τηνικαῦτα δυναμένῳ τὰ μέγιστα· οἱ δὲ τῷ μεγάλῳ C δομεστίκῳ. Οὕτω δὲ στασιασθείσης καὶ εἰς δύο σχισθείσης τῆς τῶν Τραπεζουντίων πόλεως, εἰς μάχην ἐμφύλιον ἐτελεύτα τὸ πρᾶγμα· ὅτε δὴ καὶ κατακοπῆναί φασι πλείστους τε ἄλλους ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν καὶ ἐπὶ τούτοις Τζανυχίτην.

CAPUT IX.

Acarnaniæ urbs primaria obsidetur ab imperatore, cui Cantacuzenus egregiam operam navat, vir magnæ indolis, apud milites gratiosissimus. Res eo tempore diversis locis ejus prudentia administratæ. Conjurati oppressi. Deprehensa Sphrantzis Palæologi perfidia. Mors istius. Phocæani Romani recuperant. Epirus imperio adjecta. Epiri princeps Thessalonicam abductus. Cantacuzenus ipso silentio magnas res gerit. Imperator Byzantium venit, infirma admodum valetudine. Medicis undecunque accitis, suo arbitratu vivit. Morbo ingravescente Deiparæ Hodegetriæ templum petit.

I. At Andronicus imperator, dum Acarnanum caput obsidet, omnia sibi ex animi sententia, quoad fieri poterat, succedere sentiebat. Etenim adjuvante magno domestico Cantacuzeno, optimeque imperium cum eo moderante, **552** nullum ex iis quibus premebatur, incommodis incommodum D esse videbatur. Nam et diuturnam illam peregrina in expeditione moram atque equitum peditumque cladem prudenter admodum relevabat, et illum ex liene morbum eadem solertia lenibat, omnemque inde metum abstergebat, ac si quid externa negotia sollicitudinis aspergerent, eam ille administratione sua facile componebat. Ad hæc cognatorum insidias, quæ tum contra imperatoris caput

Α'. Ὁ μέντοι βασιλεὺς Ἀνδρόνικος, περὶ τὴν πολιορκίαν ἀσχολούμενος τῆς τῶν Ἀκαρνάνων μητροπόλεως, πάντα ἐξ οὐρίας εἶχε τὰ ἐς βούλησιν αὐτῷ γε ἰόντα κατὰ τὸ ἐφικτόν. Τοῦ γὰρ μεγάλου δομεστίκου τοῦ Καντακουζηνοῦ παρασπίζοντος καὶ D συνδιιθύνοντος ἄριστα τὴν ἀρχήν, οὐδὲν δεινὸν αὐτῷ τῶν παρεστώτων ἐδόκει δεινῶν. Τήν τε γὰρ χρονίαν ἐν ὑπερορίῳ ἐκστρατείᾳ διατριβὴν καὶ φθορὰν τῆς ἵππου καὶ τοῦ στρατοῦ δεξιῶς διετίθει, καὶ αὖ τὴν ἀπὸ τοῦ σπληνὸς πιέζουσαν νόσον συνετῶς αὐτῷ ἐπεκούφιζε καὶ ἅπαντος τοῦ ἐντεῦθεν ἀπήλλαττε δέους· καὶ εἴ τις πλήττουσα [P. 341] τὴν καρδίαν ὑπῆρχε φροντὶς κοσμική, πάσας ἐξομαλίζων ἐτέλει ῥᾳδίως. Καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς ἐκ τῶν συγ-

Variorum notæ.

(23) Verba ῥαΐσας .... ἀπῄει ab interprete per incogitantiam omissa fuerant. Boivin.

(24) Cum his conjungenda ea quæ leguntur infra lib. XIII, cap. 11. Boivin.

γενῶν τηνικαῦτα παραφυείσας ἐπιβουλὰς μάλα σοφῶς αὐτὸς ἀνεῖργε, συστέλλων καὶ ἀπαλλάττων ἐς τἀσφαλὲς, πρὶν εἰς ἀκοὰς ἰέναι τῷ βασιλεῖ. Πολλοῖς γὰρ κοσμούμενος ὁ ἀνὴρ τοῖς πλεονεκτήμασιν, ὅσα τε φύσις χαρίζεται καὶ ὅσα βαθεῖα σύνεσις εὐφυῶς πηδαλιουχοῦσα κοσμεῖ, πρὸς παντὸς ἠγαπᾶτο τοῦ στρατοπέδου· καὶ ἦν οὐδεὶς, ὃς οὐ προὐτίθει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τὴν ἐκείνου. Τό τε γὰρ φιλότιμον τῆς δεξιᾶς καὶ τὸ τοῦ ἤθους καρτερικὸν οὐδ' ἐν ταῖς ὑπερορίοις διατριβαῖς τε καὶ ἀσχολίαις ἀμείβων ἤμειβεν ὅμως τὰς τύχας τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις τότε λιμῷ καὶ λοιμῷ ὑποταλαιπωρούντων ἔς γε τὸ βέλτιον· καὶ ἦσαν ὥσπερ ἐκ μιᾶς οἱ περιλειπόμενοι βοῶντες ἅπαντες γλώττης, στρατιῶται καὶ στρατηγοὶ, λόχοι καὶ λοχαγοὶ, σωτῆρα τοῦτον καὶ τροφέα καὶ πλουτοδότην, καὶ ὅσα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐνδοξοτέραν καθίστησι (25).

Β'. Καὶ (ἵν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ διεξέλθωμεν ὅσα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐφυῶς κατέπραξε σύνεσις, ἐγγύθεν τε καὶ πόῤῥωθεν ὁμοίως διενεργοῦσα) αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ βασιλεῖ (26) τὴν τῶν Ἀκαρνάνων πολιορκοῦντος μητρόπολιν, ἑάλωσαν οἱ τυραννίδα μελετήσαντές τε καὶ ἐπιθέμενοι ἐς Βυζάντιον, πολλοί τε ὄντες καὶ οὐ τῶν ἀφανῶν· περὶ ὧν ὕστερον πλατύτερον λέξομεν (27). Ἑάλω δὲ καὶ Σφαντζῆς ὁ Παλαιολόγος, ὁ τοῦ Συργιάννου φονεὺς, τὰς ὁμοίας ἐξαρτύων κατὰ τοῦ βασιλέως ἐπιβουλάς· συμπαρὼν μὲν αὐτῷ καὶ συστρατοπεδεύων αὐτὸς, ἔχων δ' οὖν καὶ τοὺς ἐκ Θηβῶν Κατελάνους λάθρα οἱ συμπαρασκευαζομένους καὶ ἅμα τοὺς ἀστυγείτονας τῶν Ἰλλυριῶν. Ἀλλ' οὗτος μὲν ἔφθη τοῦ βίου προαπελθὼν, πρὶν τὰς ἀξίας ἐνταῦθα δίκας ἐκτῖσαι· οἶμαι τοῦ Θεοῦ βαρυτέραν ταμιευσαμένου τῷ δυσμενεῖ τὴν αἰώνιον κόλασιν.

Γ'. Ἐγεγόνει δ' ὑπὸ Ῥωμαίοις τηνικαῦτα ἀπονητὶ καὶ ἡ Φωκαέων πόλις (28), ἣν μετὰ πολλῆς τῆς ναυτικῆς δυνάμεως πρὸ τεττάρων ἤδη τῶν χρόνων ὁ βασιλεὺς καταπλεύσας τότε μὲν οὐχ εἷλε, νῦν δὲ καιρὸν ἐπιτηρήσαντες οἱ ταύτης ἔνοικοι Ῥωμαῖοι, καθ' ὃν ἐς τὰ εἰθισμένα ἐξῄει κυνηγέσια ὁ τῆς πόλεως ἀρχηγὸς, κατέσχον τε αὐτὴν, βιασάμενοι τοὺς ἔνδον Λατίνους, ὀλίγους ὄντας, καὶ ἅμα τὸ τοῦ βασιλέως ἐπευφήμησαν ὄνομα, ἐπὶ τῶν τοῦ τείχους ἐπάλξεων ἀναβάντες.

Δ'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων ἀπογνόντες πρὸς τὸ τῆς πολιορκίας ἐκτεταμένον ἐνέδοσαν καὶ οἱ Ἀκαρνᾶνες (29)· καὶ οὕτως ὑποχείριος ἐγεγόνει τῇ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ πᾶσα ἡ τῆς παλαιᾶς ὀνομαζο-

grassatæ sunt, sapienter repressit, omnibus in tuto collocatis, antequam ad aures imperatoris accederent. Siquidem multis animi ornamentis vir ille præditus, quæ aut a natura insita sunt, aut exaggeratæ mentis, quæ vitæ nostræ moderatrix optima est, prudentia quæsita, apud militem in primis gratiosus erat, ut nemo esset, qui non ejus vitam ac salutem anteponeret suæ. Nam cum ne in expeditione quidem tantisque negotiis quidquam de pristina liberalitate animique constantia mutaret, mutabat ille tamen in melius eorum fortunam, qui tum fame ac peste laborabant. Quare omnes una voce qui supererant milites ac duces, ordines æque atque ordinum præfecti, servatorem illum et altorem ac largitorem appellare, et quæcunque nomina illustriorem faciunt Romani imperii gloriam.

II. Enimvero (ut summatim percenseamus quidquid ejus viri prudentia rebus tam e longinquo quam e proximo gerendis per illud tempus confecit) dum is una cum imperatore Acarnanum urbem obsidet, comprehensi sunt **553** qui tyrannidem cogitabant ac Byzantio imminebant, nec pauci nec obscuri; de quibus plura postea dicemus. Captus una cum iis et Sphrantzes Palæologus, qui Syrgiannem occiderat, eadem contra imperatoris caput molitus. Aderat enim iisdem in castris, et Catalanos ex urbe Thebana cum finitimis Illyrici populis, quos secum habebat, ad ea consilia clanculum pellexerat. Verum is, antequam meritas hic pœnas daret, e vita subtrahitur, gravioribus, ut opinari licet, suppliciis et æternis a Deo, cujus hostis erat, reservatus.

III. Per idem quoque tempus a Romanis sine ullo labore capta Phocæorum civitas, quam magnis navalibus copiis ante annos jam quatuor imperator adortus, tum quidem haud cepit; sed nunc demum Romani illic habitantes, capto tempore, quo urbis princeps de more venatum exierat, occuparunt, Latinis, qui pauci in ea erant, vi subactis; simulque imperatoris nomen promulgarunt, mœnium propugnaculis conscensis.

IV. Quæ cum ita se haberent, desperata propter obsidionis diuturnitatem salute, etiam Acarnanes deditionem fecerunt: eoque factum, ut tota ea provincia, quæ vetus Epirus appellatur, Romanæ

Variorum notæ.

(25) *Et quæcunque nomina illustriorem faciunt Romani imperii* (id est, *Romanorum imperatorum*) *gloriam*: non, ut vertebat Petavius, *tum ea prædicare, quibus Romanum imperium illustrius fecerat.* Sic infra, Εὐχίτας τε ὀνομάζων αὐτοὺς καὶ Ὀμφαλοψύχους, καὶ ὅσα τούτοις ἑπόμενα, *Euchitas eos et Omphalopsychos, et aliis ejusmodi nominibus appellans.* Boivin.

(26) Vide adnotata ad lib. I, pag. 3. Petavius hoc loco non assecutus est mentem auctoris, latentem scilicet sub insolenti verborum constructione. Similis occurrit lib. IX, cap. 10, sect. 8. Boivin.

(27) De iis Gregoras nihil amplius dicturus est. Boivin.

(28) *Phocæorum civitas*, non *Phocensium*, ut vertebat Petavius. *Phocenses* sunt populi *Phocidis*, quæ est Achaiæ pars: *Phocæi*, cives urbis *Phocææ*, de quibus Horatius,

Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum
Velut profugit exsecrata civitas
Agros atque lares proprios, etc. Boivin.

(29) Cantacuzen. lib. II, cap. 34. Ducang.

ditionis fieret, neque inde quidquam obstaret. Imperatore autem Thessalonicam redeunte, una etiam Cephalleniæ comitis defuncti filius eodem **554** venit, non sane volens, quod nullam spem relictam sibi videret recuperandæ paterni imperii successionis. Adeo habilis maximorum operum artifex magni domestici taciturnitas exstitit; nam aliorum quidem verba umbræ tantum sunt operum, simulatque lingua prodierint, emorientia. Viri autem hujus etiam silentium magnas res gerit. Nimirum ingenii magnitudine et solertia vir ille excellit, revera profundo mentis sulco fruens.

A μένης Ἠπείρου ἐπαρχία, καὶ οὐδὲν ἦν ἔτι τὸ ἀντιπράττον ἐκεῖθεν. [P. 342] Ἀλλ' ἐπανιόντι τῷ βασιλεῖ πρὸς Θεσσαλονίκην συνεπανῄει καὶ ὁ τοῦ τελευτήσαντος κόντου Κεφαλληνίας υἱὸς, οὐ μάλα ἑκὼν, μηδεμίαν ἔχων ἔτι προσδοκίαν ἐπανελθεῖν ἐς τὴν πατρῴαν τοῦ ἡγεμονικοῦ κλήρου διαδοχήν. Οὕτω μεγίστων ἔργων δημιουργὸς εὐφυὴς ἡ τοῦ μεγάλου δομεστίκου καθέστηκε σιωπή (30). Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ λόγοι σκιαὶ μόνον ὑπάρχουσιν ἔργων, τῇ βλάστῃ εὐθὺς καὶ τῇ γλώττῃ συναποθνήσκοντες· τοῦ δ' ἀνδρὸς τουτουῒ καὶ ἡ σιωπὴ ἔργων μεγάλων ἐστὶν αὐτουργός. Πολλὴν γὰρ ὁ ἀνὴρ πλουτεῖ τὴν μεγαλοφυΐαν καὶ τὴν περίνοιαν, βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς ὡς ἀληθῶς καρπούμενος.

V. Vere autem ineunte imperator Thessalonica cum uxore et liberis digressus duodecimo die ad urbem, cui Didymotichum nomen est, pervenit: ibique dies complures commoratus Byzantium vere jam desinente ingreditur, gravi lienis morbo pressus, cujus vehementiore impetu ad mortem urgebatur. Nam et ab omnibus medicis Romanis, et ab iis, qui e Persia ob eam ipsam rem acciti fuerant, qui quidem tres erant, curatio ejus desperabatur. Cum autem ii omnes tenuiore uti victu et summo studio rebus noxiis eum abstinere juberent, ille prorsus eos contemnebat, et mensam sic instruebat, ut voluntatem suam solam ducem sequeretur, quæ cum medicorum præceptis maxime pugnabat. Unde splen celeriter auctus usque ad jecur excurrit, neque eum deinceps secure vivere passus est. Cum igitur dies viginti in palatio commoratus omnes a suo congressu exclusisset, sacrum Dei Genitricis **555** templum, ejus monasterii quod Hodegôn dicitur, invisere decrevit. Magnam enim spem et firmam et lætiora spondentem, quidquid rerum ageret, in illa collocabat. Eamdem igitur etiam nunc accessit, alterutrum petiturus: vel morbi, vel vitæ finem.

Ε'. Ἔαρος δ' ἐπιόντος (31) ἀπάρας ὁ βασιλεὺς ἐκ Θεσσαλονίκης ἅμα γυναικὶ καὶ παισὶ δωδεκαταῖος κατέλυσε παρὰ πόλει τῇ ἐπικεκλημένῃ Διδυμοτείχῳ. Κἀκεῖ διατρίψας ἡμέρας συχνὰς ἧκεν εἰς τὸ Βυζάντιον, λήγοντος ἤδη τοῦ ἔαρος, βαρείᾳ B τῇ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς πιεζόμενος νόσῳ καὶ ὀξυτέρᾳ τῇ ῥύμῃ πρὸς θάνατον ἤδη συνελαυνόμενος. Ἀπέγνωστο γὰρ καὶ πρὸς τῶν ἰατρῶν, ὅσοι τε τῶν Ῥωμαίων καὶ οἱ τῶν Περσῶν προσεκλήθησαν τούτου γε εἵνεκα, τρεῖς ὄντες αὐτοί (32). Ὧν ἁπάντων λεπτοτέρᾳ ἐπιταττόντων χρῆσθαι διαίτῃ καὶ ὅλῃ προθέσει ψυχῆς τῶν βλαπτόντων ἀπέχεσθαι, ὁ δὲ ὠλιγώρει τελέως αὐτῶν, μόνῃ τῇ ἰδίᾳ βουλήσει χρώμενος ἡγεμόνι τῆς ἑαυτοῦ τραπέζης, ἐναντιωτάτῃ τὸ παράπαν ταῖς τῶν ἰατρῶν οὔσῃ παραγγελίαις. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ αὔξην ταχεῖαν ὁ σπλὴν εἰληφὼς ἔδραμεν ἄχρι καὶ ἐς τὸ ἧπαρ, καὶ ἥκιστα ζῆν αὐτὸν ἀδεῶς τοῦ λοιποῦ ξυνεχώρει. Ἡμέρας οὖν εἴκοσιν ἐν τοῖς βασιλείοις διατετελεκότι καὶ C πᾶσαν ἀνθρώπων ὁμιλίαν ἀποσεισαμένῳ ἔδοξε πρὸς τὸ θεῖον ἰέναι τῆς Θεομήτορος τέμενος, τῆς τῶν Ὁδηγῶν καλουμένης μονῆς. Μεγάλας γὰρ εἶχε καὶ ἀῤῥαγεῖς πρὸς αὐτὴν ἀεὶ τὰς εὐφραινούσας ἐλπίδας ἐν πάσαις ταῖς πράξεσιν. Ἧκεν οὖν συνήθως καὶ νῦν, αἰτήσων δυοῖν θάτερον, ἢ τοῦ νοσήματος ἢ τοῦ βίου ἀπαλλαγήν.

CAPUT X.

Barlaamus advena Italus, non tam Græce quam Latine eruditus; Byzantinos contemnit. Aliis obtrectando gloriam sibi quærit. Traducitur et exsibilatur. Gregoras ea de re dialogum scripsit. Dialogi titulus et initium. Fictorum nominum explicatio. Idem Barlaamus monachos Græcos oppugnat. Palamam, pro iis propugnantem, hæreseos et blasphemiæ accusat. Convocata synodo disputatur de sola precatione. Aliarum quæstionum tractatio vel consulto omissa, vel dilata. Imperator egregiam orationem habet. Gregoram absentem desiderat. Causæ absentiæ. Barlaamus victus ad suos et ad patria instituta revertitur.

I. Sed illud pene me præteriit, quod est dictu maxime necessarium, sine quo longius progredi haud possim. Id ergo paucis repetendum est. Romano principatu ab Andronico avo ad juniorem Andronicum translato ex Italia Byzantium venit vir Romanum habitum indutus idemque Barlaamum sese nominans. Is cum Latinorum dogmatica

D [P. 343] Α'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε, τῶν ἀναγκαιοτάτων ὑπάρχον λεχθῆναι. Περαιτέρω γὰρ ἰέναι τούτου χωρὶς οὐκ ἂν δυναίμην. Διὰ βραχέων τοίνυν ἐπαναλήψομαι. Τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐξ Ἀνδρονίκου τοῦ πάππου πρὸς τὸν νέον μετατεθείσης Ἀνδρόνικον, ἧκεν ἐξ Ἰταλίας ἀνὴρ ἐς Βυζάντιον, ῥάκος Ῥωμαϊκὸν ὑποδὺς (33) καὶ Βαρ-

Variorum notæ.

(30) Vel natura taciturnum fuisse significat Cantacuzenum cui ut successori aut raptori imperii passim adulari videtur: aut, si hoc non vult, ex iis quæ desunt in codice, rectius intelligeretur hic locus. WOLFIUS.

(31) *Idem Cantacuzen.* lib. II, cap. 40. DUCANG.

(32) Vertendum ita ut edidimus, non quemadmodum Wolfius. BOIVIN.

(33) *Habitum indutus Romanum*, id est, *Byzantinum* seu *Græcum*. Ῥάκος proprie est *habitus monasticus*. BOIVIN.

λαὰμ (34) ἑαυτὸν ὀνομάσας. Οὗτος ἤσκητο μὲν καὶ A τὴν Λατίνων δογματικὴν σοφίαν· ἐγεύσατο δ' οὖν καὶ τῆς θύραθεν τῶν Ἑλλήνων, εἰ καὶ μὴ ὡς ἐκεῖνος ᾤετο, ἀλλ' οὖν μετρίως καὶ ἄκρῳ (τὸ τοῦ λόγου) δακτύλῳ. Τυχών γε μὴν εὐμενείας βασιλικῆς καὶ πλουσίᾳ τῇ γλώττῃ σεμνύνων τὰ ἑαυτοῦ ἐλοιδόρει καὶ κατεμέμφετο τὴν τῶν Βυζαντίων πολιτείαν, ἄμοιρον εἶναι σοφίας αὐτὸς καταψηφιζόμενος, ἐπιβούλως οὑτωσὶ καὶ κακοήθως διὰ τῆς τῶν ἄλλων λοιδορίας ἑαυτῷ πραγματευόμενος εὔκλειαν δημοτικήν· ὡς καὶ πολὺν ἐντεῦθεν τὸν ἔπαινον πρὸς τῶν φαυλοτέρων καὶ ἀμαθῶν ἐπισπάσασθαι.

B'. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν ἠλέγχθη πίθηκος ὢν καὶ πρὸς τῶν Βυζαντίων ὀλίγου δέω λέγειν ἁπάντων κατέγνωσται καὶ διακεκωμῴδηται πάνυ τοι σφόδρα περιφανῶς. Τὸ δ' ὅπως, ἔξεστιν ἀκούειν τοῖς βου- B λομένοις ἐντυγχάνειν τῷ διαλόγῳ (35), ὃν ἐγὼ ταῖς τῶν πλείστων καὶ σοφωτέρων δεήσεσιν εἴξας ξυγγέγραφα, πλατύτερον πάντα διεξελθὼν ἐν αὐτῷ. Τούτου δ' ἡ μὲν ἐπιγραφή, *Φλωρέντιος*, ἢ *περὶ Σοφίας*· ἡ δ' ἀρχή· « Πόθεν ἡμῖν ὁ καλὸς Φλωρέντιος διὰ χρόνου καταίρει ἐς τὸ τῶν Κερκυραίων ἐπίνειον; Τύχῃ ἀγαθῇ, ὦ φίλε Κριτόβουλε, Σαλαμινία καὶ Πάραλος, αἱ μάλιστα Ἀθηναίων ταχυναυτοῦσαι τριήρεις, δεκαταίους ἡμᾶς Ἀθήνηθεν ἥκουσιν ἄγουσαι πρέσβεις ἐς τὴν τῶν Κερκυραίων βουλήν, ἀγγελοῦντας ἅττα ἀκηκοὼς καὶ αὐτὸς οὐκ ἂν οἶμαι ἔχοις, ὅπως οὐχὶ θαυμάσαις. » Πέπλασται γὰρ ἐν τῷ διαλόγῳ καὶ ἠλλοίωται ἡμῖν τά τε τῶν προσώπων καὶ τῶν πραγμάτων ὀνόματα· καὶ ἀντὶ C μὲν Βυζαντίων ἡ τῶν Ἀθηναίων εἰσάγεται πόλις· ἀντὶ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγεμόνων Ἡρακλεῖδαι καὶ Κεκροπίδαι (36)· [P. 344] ἀντὶ δὲ Νικηφόρου Νικαγόρας (37)· καὶ τὰ ἑξῆς δῆλα τοῖς συνετῶς ὁρῶσιν.

Γ'. Ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ Βαρλαὰμ τὴν πρώτην ἠτυχηκὼς καὶ τῶν μεγίστων ἐλπίδων ἐκπεπτωκὼς ἑτέραν ἑξῆς ἐβάδισε, βουλόμενος ἐντεῦθεν γοῦν, ἣν ἐκεῖθεν οὐ δεδύνηται, δόξαν θηράσασθαι. Καὶ εὐθὺς ὥρμησεν, εἴ τι σαθρὸν ἐστιν εἰρημένον ἐνίοις, ἐς προὖπτον ἐλέγχειν, ἵν' ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ἀσφαλοῦς δῆθεν ὁρμητηρίου φερόμενος ὕβριν τινὰ καὶ ζάλην τῇ ἐκκλησίᾳ προστρίψηται, κἀντεῦθεν ὑγιέστερα τὰ Λατίνων ἐπιψηφίσηται δόγματα (38). Ἐγρηγόρει τοίνυν καὶ τὴν τῶν ἀσκητῶν ἀναιδῆν διέβαλλε πολιτείαν, Εὐχίτας τε ὀνομάζων αὐτοὺς καὶ Ὀμ- D φαλοψύχους, καὶ ὅσα τούτοις ἑπόμενα, καὶ ἐπὶ τούτοις τῇ τῶν Μασσαλιανῶν αἱρέσει καθυποβάλλων· ἅτε ἐγκαυχωμένων ἀκούων αὐτῶν καὶ γλώττῃ καὶ γραφαῖς, ὡς ἔλεγε, σωματικοῖς ὁρᾷν ὀφθαλμοῖς

A eruditione instructus erat, tum Græcorum etiam litteras profanas degustarat; non eas quidem quatenus ipse putabat, attamen mediocriter et extremo (quod aiunt) digito. Cæterum iste propitium imperatorem nactus, suas res copiosis verbis ornans, reprehendebat et exagitabat Byzantinam rempublicam, omnis eruditionis expertem eam esse suopte judicio statuens : sicque insidiose et malitiose aliis deprimendis auram popularem captabat ; ut a vilibus atque indoctis hominibus magnam ex eo laudem sibi colligeret.

II. Sed non multo post eum esse simiam patuit, ut a Byzantiis prope dixerim omnibus condemnaretur et luculentissime exploderetur. Quo pacto B autem id acciderit, **556** cuivis ex eo dialogo cognoscere licet, quem ego plurimorum doctorum rogatu conscripsi, tota re copiosius in eo exposita. Inscribitur autem : *Florentius*, sive *de Sapientia*; et hoc habet initium : « Unde nobis bellus Florentius post longum tempus ad Corcyræorum navale reversus appellit? Deo juvante, mi Critobule, Salaminia et Paralus, celerrimæ Atheniensium triremes, decimo post die quam e portu solvimus, nos huc legatos advexerunt Athenis, ea Corcyræorum senatui nuntiaturos, quæ et ipse, ubi audieris, non admirari non poteris. » Conficta sunt enim a nobis in dialogo et immutata tam rerum quam personarum nomina ; ac loco Byzantiorum posita est Atheniensium urbs ; C pro Romanis principibus Heraclidæ et Cecropidæ ; pro Nicephoro Nicagoras. Reliqua perspicua erunt acute intuentibus.

III. Cæterum hic Barlaamus primo conatu frustratus et maxima spe delapsus alia via rem est aggressus, ut quam inde non potuerat, eam hinc saltem gloriam venaretur : statimque cœpit, si quid minus commode ab aliquibus dictum esset, publice id exagitare : ut inde velut e tuto castello erumpens labem aliquam ac procellam Ecclesiæ inferret, et Latinorum dogmata saniora esse hinc demum confirmaret. Quamobrem experrectus vigilabat et monachorum disciplinam impudenter calumniaba- D tur, **557** Euchitas eos et Omphalopsychos et aliis id genus nominibus appellans; ac præterea Massalianismi accusans; quod, ut aiebat, eos audiret et lingua et scriptis gloriantes se corporeis oculis Dei naturam videre. Hæc illi audientes æquo animo

Variorum notæ.

(34) Totam Barlaami historiam describit pariter Cantacuzen. lib. II, cap. 39, 40; Gretserus ad eumdem Cantacuzen., pag. 925. DUCANG.

(35) Exstat in codice Regio 3284, fol. 242. BOIVIN.

(36) *Heraclidæ*, junioris Andronici factio; *Cecropidæ*, senioris. BOIVIN.

(37) Item Μητρόδωρος, pro Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης.— Ξενοφάνης, pro Βαρλαάμ. Vide Gregoræ Vitam huic volumini præfixam. BOIVIN.

(38) Tamen Barlaamus per illud tempus scripsit pro Græcis contra Latinos. Exstant in cod. Reg. 2950, Βαρλαὰμ μοναχοῦ καὶ φιλοσόφου λόγοι κατὰ τῶν ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς εἷλκε τὸ γένος Ἰταλῶν, etc. *Barlaami monachi et philosophi orationes adversus Italos, a quibus et ipse genus ducebat.* Eæ sunt orationes viginti: quibus præfixum epigramma minime elegans, in quo lector jubetur gratias D o nime elegans, in quo lector jubetur gratias maximas agere, quod Latinus contra Latinos præclaras illas orationes scripserit. BOIVIN.

ferre haud poterant. Itaque Palamam quemdam, qui inter ipsos dicendi facultate cæteris præstabat, propugnatorem sibi ad illud certamen deligunt, et per eum lingua, calamo et quovis modo illius theses evertere conantur. Quæ res cum alterum et tertium jam annum utrinque agitarentur, malum subinde crescebat. Quare veritus Barlaamus, ne monachorum manibus discerperetur, qui plurimi jam et e monte Atho et ex monasteriis apud Thessalonicam et Byzantium sitis confluxerant (putabant enim ignominiam illam æque ad omnes pertinere); Constantinopolitanum patriarcham et congregatos illic episcopos adit, nec Omphalopsychiæ modo et vitiosæ precationis, sed etiam blasphemæ theologiæ Palamam accusat. « Etenim (inquiebat) et novas iste voces in mysticam Ecclesiæ theologiam invehit, et nescio quæ visionum monstra cernere se comminiscitur, jactantiæ et arrogantiæ plena. »

IV. Quare decretus est judicum conventus in maximo sanctæ Sophiæ templo celebrandus, cui imperator ipse cum primoribus senatus et doctissimis quibusque viris interesset. Adest statutus dies : præsto sunt omnes, non ii modo, quorum ministerium in præsenti **558** negotio necessarium erat, sed etiam popularis turba non facile numerabilis. Ipse imperator, cum meliusculus esset, ac firmior solito præ amore ac studio religionis evasisset, ad suggestum venit et ad sacerdotes. Ac ea, quæ ad theologiæ reprehensionem pertinerent, silentio tegi oportere visum est; tum quod sacra theologiæ mysteria profanis vulgi auribus non ingerenda essent, tum ne Barlaamo inepti oris et animi rationes reddente, Palamas etiam blasphemæ et importunæ theologiæ reus esse videretur : atque inde non pax et bonus ordo, qualem res flagitarent, sed tumultus et indiscreta confusio oriretur. Itaque proposita est quæstio de precatione. Quæ autem ad Massalianam hæresin spectabant, et alia crimina Palamæ objecta, in paucos dies dilata sunt : et nisi mox imperatoris mors consecuta esset, mature id perfectum fuisset, quod ille Palamicæ hæresi minatus fuerat. Eam nempe adhuc succrescentem ac nondum adultam penitus excidisset.

V. Et, ut ea quæ intercesserunt omittam, Barlaamus, cui ob eas causas, quas diximus, theologica crimina objecta confirmare haud permittebatur,

A τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν. Ταῦτ' ἐκείνοις ἀκούουσι φέρειν οὐκ ἦν. Ἀλλὰ Παλαμᾶν τινα, τῶν αὐτῶν προφερέστερον ἐν τοῖς λόγοις, χειροτονήσαντες πρόβολον ἐς τὴν ἐκείνου μάχην γλώττῃ καὶ γράμμασιν, ὡς ἐνῆν, δι' αὐτοῦ τὰς ἐκείνου θέσεις ἀνατρέπειν ἠπείγοντο. Τοῦτο πρὸς δύο που καὶ τρεῖς τοὺς ἐνιαυτοὺς ἑκατέρωθεν ἀναπυρσευόμενον πλείω τὴν αὔξην ἀεὶ τῆς κακίας ἐλάμβανεν. Ὅθεν καὶ δείσας ὁ Βαρλαὰμ, μὴ χερσὶν ἀσκητῶν διασπαραχθῇ, πλειόνων ἤδη συνηθροισμένων ἔκ τε τοῦ Ἄθωνος, καὶ ὅσοι περὶ Θεσσαλονίκην καὶ Βυζάντιον ἦσαν ἐνδιαιτώμενοι (ᾤοντο γὰρ κατὰ πάντων διαβαίνειν ἐπίσης τὴν ὄνειδον), ἥκει πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιθύτην καὶ τὴν ἐκεῖσε τῶν ἐπισκόπων ὁμήγυριν, οὐ μόνον Ὀμφαλοψυχίας καὶ σφαλλομένης εὐχῆς (39) B τῷ Παλαμᾷ ἐγκαλῶν, ἀλλ' ἤδη καὶ βλασφήμου θεολογίας, « Ὅτι καινοτέρας (φησὶν) εἰσάγει φωνὰς ἐν τῇ μυστικῇ τῆς Ἐκκλησίας θεολογίᾳ καὶ θεωρίας τερατεύεται βλέπειν κόμπου καὶ οἰήσεως μάλα μεστάς. »

Δ'. Ὅθεν ἐκυροῦτο συγκροτηθῆναι δικαστήριον ἐν τῷ μεγίστῳ νεῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, παρόντος καὶ βασιλέως αὐτοῦ μετὰ τῶν τῆς συγκλήτου λογάδων, καὶ ὅσοι τῶν σοφωτέρων ἀνδρῶν. Ἧκεν ἡ προθεσμία (40) καὶ παρῆσαν ἅπαντες, οὐ μόνον ὅσοι τῇ τῆς χρείας ἀνάγκῃ δουλεύοντες ἦσαν, ἀλλ' ἤδη καὶ δημώδης ὄχλος οὐ ῥᾷστα ἀριθμητός. Ῥαΐσας δὲ τηνικαῦτα βραχὺ καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ἰσχυρότερος δι' εὐσεβείας φιλοτιμίαν γενόμενος ἑαυτοῦ ἧκει καὶ C αὐτὸς ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τοὺς ἱεροφάντορας. Τὰ μὲν οὖν τῆς ἐγκαλουμένης θεολογίας σιωπῇ κρύπτεσθαι δεῖν ἐνομίσθη· τοῦτο μὲν, καὶ διὰ τὸ μὴ δεῖν [P.345] τὰ ἱερὰ τῆς θεολογίας μυστήρια βεβήλοις τοῦ δήμου προτίθεσθαι ἀκοαῖς· τοῦτο δὲ, καὶ ἵνα μὴ δίκας ἀτόπου γλώττης καὶ γνώμης διδόντος τοῦ Βαρλαὰμ δίκας βλασφήμου τε καὶ ἀκαίρου θεολογίας ὄφλων φανῇ καὶ ὁ Παλαμᾶς, κἀντεῦθεν ἀντὶ τῆς ἁρμοττούσης τοῖς πράγμασιν εἰρήνης καὶ εὐταξίας θόρυβος γένηται καὶ ἀτέκμαρτος σύγχυσις. Ὅθεν τὰ τῆς εὐχῆς εἰς μέσον ἐτίθετο. Τὰ δὲ τῆς τῶν Μασσαλιανῶν αἱρέσεως ἐπὶ τούτοις ἐγκλήματα, ὅσα κατὰ τοῦ Παλαμᾶ προὐτείνετο, ὑπέρθεσιν εἰς βραχείας ἔσχον ἡμέρας· καὶ εἰ μὴ ὁ τοῦ βασιλέως εἵπετο κατόπιν αἰφνίδιος θάνατος, ταχὺ τὸ πέρας ἐλάμβανον ἂν αἱ D αὐτοῦ σφοδραὶ κατὰ τῆς αἱρέσεως τῆς Παλαμικῆς ἐπαγγελίαι· λέγω δὴ τὴν ἐκτομὴν αὐτῆς, μελλούσης ἔτι φύεσθαι.

Ε'. Καὶ ἵνα τἀν μέσῳ συντέμω, μὴ συγχωρηθεὶς ὁ Βαρλαὰμ ἀποδεῖξαι τὰ προτεινόμενά οἱ τῶν θεολογικῶν ἐγκλημάτων, δι' ἅσπερ ἔφθημεν εἰρηκότες

Variorum notæ.

(39) Exstant in cod. Reg. 2404, fol. 305, v. capita aliquot περὶ Προσευχῆς (a), variis Palamæ opusculis subjuncta, addito hoc titulo, Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια περὶ Προσευχῆς καὶ Καρδίας καθαρότητος. Eorum unum, quod et primum in eo codice occurrit, ita incipit : Ἐπειδὴ τὸ Θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστὶ, etc. BOIVIN.

(40) Junii die 11, ut mox ostendemus. BOIVIN.

(a) Hæc capitula cum multis aliis Gregorii Palamæ opusculis asceticis edita sunt in libro rarissimo Venetiis edito forma maxima anno 1782. Inscribitur : ΦΙΛΟΚΑΛΙΑ ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΝΗΠΤΙΚΩΝ. Cum hujus libri exemplaria omnia in Orientem fuerint translata, jam in partibus nostris non invenitur; exemplari usi sumus Athenis nobis transmisso. Vide tom. CXLIX. EDIT. PATR.

αἰτίας, ἐξ ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων ἡττήθη καὶ ἀπηλέγχθη κακογνωμοσύνῃ καὶ αὐθαδείᾳ σύνοικος ὢν καὶ δόξης δημώδους ἐς τὰ μάλιστα ἐραστής. Τότε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, ὥσπερ βακχείᾳ τινὶ φιλοτιμίας γενόμενος κάτοχος, πάνυ τοι συνετὴν καὶ πρὸς πάντων θαυμαστωθεῖσαν διῄει δημηγορίαν, λίαν τῷ καιρῷ καὶ τῇ χρείᾳ κατάλληλον. Ὅθεν καὶ τἄλλα θέλων εὐφραίνεσθαι καὶ λύπην ἐκτᾶτο διὰ φιλοτιμίαν, ὅτι μὴ κἀμὲ σὺν τοῖς ἄλλοις εἶχεν ἀκροατήν. Αἱ γὰρ συνήθεις ἡμῖν ἀλγηδόνες, τῆς ἐμῆς τηνικαῦτα δεινῶς κατορχούμεναι κεφαλῆς, οὐκ εἴασαν ἐκείνῃ κἀμὲ τῇ συνόδῳ παρεῖναι, καὶ ταῦτα διὰ πολλῶν προκληθέντα τῇ προτεραίᾳ πρός τε τοῦ βασιλέως πρός τε τοῦ πατριάρχου καὶ τῆς ὅλης συνόδου τῶν τε κρινόντων καὶ κρινομένων. Ἑσπέρας γε μὴν ἰούσης τὸ θέατρον διελύετο. Καὶ ὁ μὲν Βαρλαὰμ (41) βαρείᾳ τῇ ἐκ τῆς αἰσχύνης λύπῃ κάτοχος γεγονὼς πλήρεσιν ἱστίοις ᾤχετο ἀπιὼν ἐς Ἰταλίαν καὶ τὰ Λατίνων ἤθη καὶ δόγματα, οἷς καὶ συντέθραπται.

A ex aliis suis scriptis convictus succubuit; compertumque est, eum malevolentia et arrogantia et in primis popularis gloriæ cupiditate æstuare. Tum etiam imperator, pulchra æmulatione **559** quasi quodam divino furore percitus, prudentem admodum et omnibus visam admirabilem habuit concionem, eamque tempori et rei valde accommodatam. Unde cum et alioqui lætari vellet, molestia quapiam est affectus, quod non me quoque cum cæteris auditorem habuisset. Nam familiares dolores, qui tum in caput meum crudeliter grassati sunt, illi concilio me interesse non patiebantur: quamvis pridie multis essem invitatus et ab imperatore et a patriarcha et toto concilio cum judicum tum reorum. Cæterum sub vesperam spectaculum B illud absolutum est. Ac Barlaamus quidem ignominiam illam gravissime ferens plenis velis in Italiam abiit et ad Latinorum instituta et dogmata, in quibus erat educatus, rediit.

CAPUT XI.

Imperator, morbo ingravescente, monasterium Hodegetriæ denno ingreditur. In lethargum incidit. Ægre expergefactus medicos arcessit. Ad Gregoram mittit qui interrogent, an castra amica sint. Moritur. Quo anno mundi; quo die. Vitæ et imperii tempus. Lamentandi munus Gregoræ impositum. Monodia ab eo recitata. Mores et ingenium principis defuncti. Romanorum imperatorum instituta neglexit. Aves et canes aluit maximis sumptibus: quem morem Cantacuzenus eo mortuo abolevit. Deo fretus pericula contempsit. Dignitati suæ non satis consuluit. Triclinii imperatorii suggestus eo imperante omnibus patuit. Pileorum et vestium discrimina sustulit. Hæc et alia imminentem imperii ruinam portendere credita.

[P. 346] Α'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν τῇ τῶν Ὁδηγῶν αὖθις ἀπῄει μονῇ, πάνυ τοι σφόδρα κατάκοπον ἔχων τὸ σῶμα ἔκ τε τῆς διαλέξεως ἐκείνης ἔκ τε τοῦ σπληνικοῦ νοσήματος. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ μέσας που νύκτας καθίσας πλέον ἢ ἐχρῆν ἐδεδειπνήκει, ἔλαθε τῇ ὑστεραίᾳ (42) κατενεχθεὶς εἰς ὕπνον καὶ κάρον ἀναισθησίας ὁμότροπον. Τῇ δὲ τρίτῃ βραχὺ διάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς, τήν τε βασιλίδα παρῄνει μὴ κλαίειν, καὶ ἅμα βοήθειάν τινα πρὸς τῶν ἰατρῶν ἐζήτει. Καὶ πέμψας πρὸς ἐμὲ τὴν ταχίστην ἠρώτα, εἰ συνεργεῖ τηνικαῦτα καὶ οὐκ ἀντιπράττει τὰ τῶν οὐρανίων φωστήρων ταῖς ἰατρικαῖς πείραις καὶ τέχναις. Ἀλλὰ πρὶν τοὺς πεμφθέντας ἐπανιέναι τὰς ἡμετέρας κομίζοντας ἀποκρίσεις, πρὸς μείζω πάλιν ἀναισθησίαν ἐτράπη καὶ ἔκειτο πνέων τὰ λοίσθια ἐπὶ τρίτην ἐγγύς που ἡμέραν (43)· καὶ πρὶν τὸν τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἐκείνου πεντεκαιδέκατον ἥλιον ἀνα-

I. At imperator in Hodegorum monasterium reversus, corpore admodum male affecto tum e concione illa, tum e morbo splenis, cum sub noctem fere mediam accubuisset, et largius quam decebat cœnatus esset, postridie in somnum et gravem C atque exanimationi pene similem soporem incidit. Tertio demum die paulum apertis oculis imperatricem hortatur, ne ploret; simulque opem medicorum requirit. Et ad me statim mittit, quærens, numquid cœlestia lumina juvarent, et non impedirent medicæ artis conatus et experimenta. Sed priusquam ii qui missi erant meum responsum referrent, in majorem stuporem est relapsus: et extremum spiritum **560** agens in tertium fere diem jacuit: ac Junii die decimo quinto ante solis ortum defunctus est, anno sexies millesimo octingentesimo quadragesimo nono. Omne vero tempus

Variorum notæ.

(41) *Cæterum sub vesperam spectaculum illud absolutum est. Ac Barlaamus quidem* etc. Ita vertendum; non, ut vertebat Wolfius: *Cæterum sub vesperam spectaculo illo absoluto, Barlaamus ignominiam illam gravissime ferens, plenis velis in Italiam abiit*; quorum verborum hic videtur esse sensus, *Barlaamum ea ipsa die, qua concilium habitum sit, plenis velis in Italiam abiisse*, id quod, ut absurdum, ita etiam falsum est. Constat quippe Barlaamum ex eo aliquandiu Byzantii substitisse, nec in patriam reversum esse, nisi post obitum Andronici junioris. Vide Cantacuzen. lib. II, cap. 40, pag. 336. BOIVIN.

(42) Postridie scilicet ejus diei, quo concilium habitum fuerat. Itaque concilium habitum est die Junii 11. Nam obiit imperator die Junii 15, cum dies quatuor continuos æger decubuisset, ut statim ostendetur. BOIVIN.

D (43) Imperator duobus diebus gravi sopore oppressus, tertio excitatus est: tum idem paulo post in soporem relapsus, ad tertium fere diem jacuit. Itaque dies saltem quatuor continuos decubuit. Cantacuzenus quatriduo jacuisse eum in lecto significat. At Pontanus, Cantacuzeni interpres, ex quatuor diebus septem effecit. Nam cum a Cantacuzeno ὑστεραία, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη positæ forent, atque eæ quidem suis quæque symptomatis distinctæ; ipse eam quæ Græce δευτέρα esset, *tertiam* vocavit; quæ τρίτη, *tertiam a tertia*, id est *sextam* posuit: denique (in fine capitis) eam diem, quæ a Cantacuzeno τετάρτη diceretur, non *quartam* interpretatus est, sed *Mercurii diem*; nec advertit, diem Junii 15, anno mundi 6849, Christi 1341, non incidisse in feriam quartam, quæ est *Mercurii dies*, sed in feriam sextam, quæ est *Veneris*. BOIVIN.

ætatis ejus ad annos circiter quadraginta quinque fuit, atque ex iis annis integros duodecim in summa potestate exegit, ac præterea dies viginti duos, ex quo scilicet urbem imperatricem belli jure occupaverat.

II. Tertio autem luctus die, imperatrice Anna inde in palatium redeunte, pars et ego frequentis illius comitatus fui, vix a morbo, quo urgebar, nonnihil recreatus. Cumque me et patriarcha, et quotquot imperatorem sanguine attingebant, hortarentur, ut accommodatas tempori lamentationes recitarem, in medium prodii atque ejusmodi orationem habui :

III. « Nos vero victorias cantaturos et laudum spectacula sacratissimi imperatoris indicturos sperabamus, et orationis corollas illius vertici imposituros, parva quædam præmia magnorum et diuturnorum sudorum, et quos perægre toleravit laborum et ærumnarum exiguam nostræ benevolentiæ remunerationem. Sed aliam, proh dolor! tempus nobis hodie subito calamitatem objecit, ut nænias laudationum vice canere cogamur et pro spe bona difficillima quæque cogitare. Hei misero mihi! quis Orpheus, quis **561** Homerus dignum dolorem et luctum magnæ huic et ingenti calamitati accommodabit? Fluminum fontes, lacus omnes, et tota maria convertimini in lacrymas, ut solem et lunam et astra lacrymis alatis. Heu quis e medio terrarum orbe heroicum illum militem eripuit? quod sepulcrum, quæ terra, quæ rupes nostrum obruit thesaurum? O magna aeris amplitudo, nunc tuas ulnas aperito, et hæc suspiria suscipe, et justos lacrymarum imbres desuper infunde. Ille fuit, qui nec autumnum nec æstatem ad usum armorum exspectaret, sed naturas temporum et elementorum innovaret; qui brumæ gelu æstatem, inediam delicias, et vigilias somnum duceret; imperatorias vero oblectationes, labores laboribus, certaminibus alia certamina per vices cumulata judicaret, ut prælia marina terrestribus, terrestria marinis succederent. Nunc vero illum, proh dolor! exiguus pulvis tegit. O quæ justa vox telluri et cœlo et stellis luctum hunc annuntiabit, et ea omnia mœrore implens ad lamentationum societatem convocabit? Ille fuit, qui præter cætera magnum illum triumphum, in terram et mare distributum, quique utrumque elementum miraculo implevit, pepererit : Persicas illas dico et invictas copias, quæ ex Asia trajecerunt, quas eodem die potentissime

A τεῖλαι, ἐτεθνήκει κατὰ τὸ ,ςωμθʹ ἔτος (44). Ὁ γε μὴν ἅπας τῆς αὐτοῦ ζωῆς χρόνος περί που τὰ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ἐτύγχανεν ὤν· ἐξ ὧν τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἔτη (45) δυοκαίδεκα ἦν (46), καὶ ἡμέραι δύο καὶ εἴκοσιν, ἐξ ὅτουπερ εἷλε δηλαδὴ πολέμου νόμῳ τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν.

Βʹ. Τῇ δὲ τρίτῃ τοῦ πένθους (47) ἡμέρᾳ, τῆς βασιλίδος Ἄννης ἐκεῖθεν ἐπανιούσης ἐς τὰ βασίλεια, μέρος ἤδη τῶν ἐκεῖ συνειλεγμένων ἐγιγνόμην κἀγὼ, μόλις τῆς κατεχούσης με νόσου ῥαΐσας. Καὶ εὐθὺς προτραπεὶς ὑπό τε τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν καθ' αἷμα τῷ βασιλεῖ προσηκόντων ἁπάντων τοὺς τῷ καιρῷ προσήκοντας θρήνους τῇ γλώττῃ διεξελθεῖν, παρελθὼν ἔλεξα τοιάδε·

B Γʹ. « Ἡμεῖς δὲ, ὦ παρόντες, ἐπινικίους ᾄδειν καὶ θέατρα συγκροτεῖν ἐγκωμίων τοῦ θειοτάτου βασιλέως ἠλπίζομεν καὶ λογικοὺς στεφάνους ἀνατιθέναι τῇ ἐκείνου βασιλικῇ κορυφῇ, μικράς τινας ἀμοιβὰς [P. 347] μεγάλων ἱδρώτων καὶ μακρῶν καὶ ὑπερορίων καμάτων καὶ μόχθων βραχεῖαν τῆς ἡμετέρας εὐνοίας ἀντίδοσιν. Ἀλλά· φεῦ τοῦ πάθους· ἑτέραν ὁ χρόνος ἡμῖν ἐσχεδίασε σήμερον συμφορὰν καὶ θρήνους λοιπὸν ἀντ' ἐγκωμίων ἀναγκαζόμεθα πλέκειν καὶ ἀντὶ τῶν ἐκείνου τροπαίων τοὺς ἡμῶν ἀριθμεῖν ὀδυρμοὺς καὶ ἀντὶ τῶν χρηστῶν ἐλπίδων ὅλα τὰ χείρω μαντεύεσθαι. Ἀλλ' οἴμοι τῆς συμφορᾶς· τίς Ὀρφεὺς, τίς Ὅμηρος ἀξίας ᾠδὰς καὶ θρήνους τῷ μεγάλῳ τούτῳ καὶ, οἷον εἰπεῖν, παγκοσμίῳ πάθει συμπλέξει; Πηγαὶ ποταμῶν λίμνας πάσας καὶ θαC λάσσας ὅλας, ἵνα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἀστράσι τροφὴ γένηται δάκρυα. Ὦ τίς ἐκ μέσης τῆς οἰκουμένης τὸν ἡρωϊκὸν ἐκεῖνον ὁπλίτην ἐξήρπασε; Τίς τάφος, τίς γῆ, τίς πέτρα τὸν ἡμῶν κατέχωσε θησαυρόν; Ὦ μέγα πλάτος ἀέρος, νῦν τὰς σὰς ἀγκάλας ἄνοιξον, καὶ τοὺς παρόντας δέξαι στεναγμοὺς, καὶ ῥῆξον ἄνωθεν ἀξίους ὑετοὺς δακρύων. Ἐκεῖνος ἦν ὁ μήτε φθινόπωρον μήτε θέρος εἰς ὅπλων περιμένων χρείαν· ἀλλὰ φύσεις ὡρῶν καὶ στοιχείων καινοτομῶν καὶ θέρος μὲν ἡγούμενος τὴν τῶν χειμώνων δριμύτητα, τρυφὴν δὲ τὴν ἀσιτίαν, καὶ ὕπνον μὲν τὴν ἀγρυπνίαν, ἀναπαύσεις δὲ βασιλικὰς τὸ πόνοις πόνους ἐπιφέρειν καὶ διαδόχους ἄλλους ἄλλων ἀγῶνας ἀγώνων ποιεῖσθαι, θαλασσίων μὲν ἠπειρωτικοὺς, θαλασσίους δ' αὖ ἠπειρωτικῶν. Ἀλλὰ νῦν αὐτόν· βαβαὶ D τοῦ πάθους· βραχεῖα συνέκρυψε κόνις. Ὦ τίς ἀξία φωνὴ γῇ τε καὶ οὐρανῷ καὶ ἀστράσι τὸ πάθος ἀπαγγείλασα, καὶ οἴκτου ταῦτα δείξασα μεστὰ, συγκαλέσει πάντα πρὸς συμμαχίαν ἐνταῦθα τῶν θρήνων; Ἐκεῖνος ἦν ὁ πρός γε τοῖς ἄλλοις κἀκεῖνο τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἐργασάμενος τρόπαιον, τὸ γῇ τε καὶ

Variorum notæ.

(44) Christi 1341. DUCANG.

(45) Hæc, quæ cancellis inclusa sunt, cum Wolfius non invenisset in suo codice, annos imperii viginti assignavit Andronico juniori. Atque hinc factum puto, ut in ipsa hujusce Historiæ inscriptione idem Wolfius summam annorum ampliaverit, numeraveritque annos 145 pro 137, ut supra adnotavimus ad titul. libri primi. BOIVIN.

(46) Imo *anni tredecim, et dies viginti duo*. Nam Andronicus junior urbis potitus est anno mundi 6836, Christi 1328, ea nocte quæ intercessit inter Maii diem 23 et 24, ut dictum supra lib. IX, cap. 6 et 7. Obiit autem anno mundi 6849, Christi 1341, Junii die 15. BOIVIN.

(47) Tertio post novendialia die. Vide supra notata ad lib. X cap. 1. DUCANG.

θαλάσσῃ μερισθὲν καὶ ἄμφω τὰ στοιχεῖα ἐμπλῆσαν τοῦ θαύματος· λέγω δὲ τὴν διαβᾶσαν ἐξ Ἀσίας Περσικὴν ἐκείνην καὶ δύσμαχον δύναμιν, ἣν αὐθημερὸν κατηγωνίσατο κράτιστα. Ἀλλὰ νῦν αὐτὸν, φεῦ, ὀξύτερον ἐπεισπεσὼν ὁ θάνατος κατηγωνίσατο. Σείσθητι γῆ πρὸς τὸ νῦν πάθος, ἵνα γένος ἅπαν καὶ ἡλικία πᾶσα τῶν ἀνθρώπων αἴσθησιν τοῦ τοσούτου λαβόντες πάθους πλείους κοινωνοὶ καὶ συλλήπτορες τῶν θερμῶν ἡμῖν γένοιντο στεναγμῶν. Οὗτος ἦν ὁ πρὶν ἀκουσθῆναι φαινόμενος τῷ τοῦ δρόμου τάχει, καὶ πρὶν φανῆναι διώκων τοὺς πολεμίους τῷ δέει τῆς φήμης· ἀλλ' οἴμοι, νῦν αὐτοῦ πολλῷ φανεὶς ὠκύτερος ὁ θάνατος τοὺς τοιούτους φθάσας διέκοψε δρόμους. Πηγὴ πυρὸς αἰθερίου, δυοῖν θάτερον καινοτόμησον· ἢ παῦσαι τὰς ζωογόνους σπείρων ἐπὶ γῆς ἀκτῖνας· ἢ τοὺς κρατῆρας ὅλου τοῦ σοῦ πυρὸς ἀθροίσας, ῥῖψον κατ' αὐτῆς, ἵνα δὴ τὰς κόμας ῥίψῃ δένδρον ἅπαν καὶ μαρανθῇ τὰ κρῖνα τοῦ ἀγροῦ καὶ λάβῃ γένος χλόης ἅπαν αἴσθησιν καὶ γνῶσιν τοῦ τοσούτου πάθους. Ἐκεῖνος ἦν ὁ τοὺς Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν ἡγεμόνας [P. 348] ἐκπλήξας, οἷα καθεύδοντας ἐπιστὰς πολλάκις αἰφνίδιον, καθάπερ τις αἰθέριος κεραυνός. Ἀλλ', οἴμοι, νῦν αὐτὸν ἀργὸν καὶ κείμενον καθάπαξ ἔδειξεν ὁ τάφος. Οὐρανὲ, τὰς σὰς πύλας ἀναπετάσας πρόπεμψον βροντὴν ἀξίαν τοῦ μεγάλου τούτου πάθους καὶ θορύβησον τὴν κτίσιν πᾶσαν, ἵνα καὶ τῶν ἀψύχων ἡ φύσις αἴσθησιν λάβῃ καὶ συλλάβοιτο τῶν θρήνων ἅπασα φύσις κτισμάτων ἡμῖν. Ὦ πῶς ἡ ταχυτάτη καὶ ὠκύπτερος φύσις νῦν ἠρεμεῖ μὴ κινούμενος; Ὦ πῶς πολλάκις ἡμῖν κομίσας χαρὰν ἐκ τῶν πολεμικῶν τροπαίων ἐς τοὐναντίον ἀνέτρεψεν ἅπαντα σήμερον, καὶ χειμῶνα μὲν τὸ ἔαρ πεποίηκε, σκότος δὲ βαθὺ τὸ τοῦ ἡλίου κάλλος, μελανειμονούσης ἡλικίας ἁπάσης καὶ οἷον ἀποκρυπτούσης τὴν αὐγὴν τῆς αἰθερίας τοῦ ἡλίου λαμπάδος; Ὦ πῶς ὁ πολλοὺς ἐκ τῶν βλεφάρων ἀποκρουσάμενος ὕπνους ὑπὲρ τῶν ὑπηκόων νῦν ἐν τάφῳ τὸν μακρὸν ὕπνον καθεύδει; Ὦ πῶς τὸν λίθινον αὐτὸς ὑποδὺς χιτῶνα ἐν βραχεῖ δυστυχῶν ἡμᾶς ἀποδύσασθαι (48) πέπραχεν; Ὦ πῶς πρότερον μὲν τὰ τῶν πολεμίων κόπτων καὶ καταβάλλων σώματα νῦν ἐκ τάφου τὰς τῶν ὑπηκόων τοξεύει ψυχὰς ἀφειδῶς; Σὺ δ' ὦ θεία βασιλὶς, ποῦ τὸ σὸν καταλέλοιπας κλέος; Πῶς καθάπερ εὔκυκλος σελήνη τῶν βασιλείων χθὲς ἐξελθοῦσα σήμερον ἐπανῆλθες ἡμίκυκλος; Πῶς καθάπερ δένδρον εὐσκιόφυλλον ἀνθοῦσα σήμερον ἐξαίφνης ἀπήνθησας ὡς χόρτος ἐν ἀγρῷ καὶ ῥόδον ἐν λειμῶνι; Πῶς ἐκ τῶν βασιλικῶν θαλάμων χθὲς οἷα λαμπρὰ καὶ πλησιφαὴς πανσέληνος ἀνατείλασα νῦν ἐν πολλοῖς καὶ βαθέσιν ἐκρύβης τοῖς νέφεσι; Τίς ἐν βραχεῖ τὸ σὸν ἀπημαύρωσε κάλλος; Ποῦ τὴν συγκαταρεύσασαν ἀφῆκας χλόην; Τίς τὸν σὸν εὐανθέστατον κῆπον ἐξώρυξε; τίς κλέπτης, τίς λῃστὴς, τίς πρηστὴρ καὶ κεραυνὸς ἐξ οὐρανοῦ; Πῶς χθὲς ὡς ἐκ λιμένος τὸν ἔκπλουν ποιησαμένη λαμπρὸν σήμερον ἐπανή-

A profligavit. Nunc vero ipsum, heu ! mors repentina oppressum prostravit. Commovere terra **562** propter hunc casum, ut omne genus, omnis ætas hominum tantam cladem sentiat, et plures nobis socii et adjutores vehementium sint suspiriorum. Hic fuit, qui celeritate cursus adventus sui famam anteverteret, et priusquam conspiceretur, terrore sui nominis fugaret hostes. Sed, hei mihi ! nunc mors longe illo celerior exstitit, et istiusmodi cursus antevertit et abrupit. Adesto fons ignis ætherei, atque alterutrum perficito : aut vitales in terra spargere desinito radios, aut totius ignis tui crateras in eam omnes effundito, ut comas omnis arbor amittat, et lilia agri marcescant, et herbarum omne genus tantam cladem sentiat atque intelligat. Ille
B fuit, qui Triballorum et Mysorum duces perterrefaceret, quos sæpe velut dormientes subito instar ætherei fulminis oppressit. At, hei mihi ! nunc illum ignavum et jacentem prorsus ostendit tumulus. O cœlum, portis tuis apertis tonitru tanta calamitate dignum erumpe et totam rerum naturam perterrefac, ut et inanimatorum natura sentiat, et res omnis generis a Deo conditæ luctum nostrum adjuvent. Heu ! cur tua celerrima et veluti volucris natura nunc immota quiescit? Heu ! cur tu, qui toties nobis ex bellicis triumphis lætitiam attulisti, hodie in contrarium vertisti omnia, vere in hiemem commutato, pulchritudine solis in obscuras tenebras, pullata omni ætate, et splendorem **563** æthe-
C riæ facis solis velut occultante? Heu, quomodo is, qui propter subditos suos somnum oculis sæpe negavit, nunc in sepulcro longum illum somnum dormit? Heu, quomodo ille, saxea tunica indutus, brevi effecit, ut nos misere exueremur? Heu, quomodo qui antea hostium corpora cædebat et sternebat, nunc e sepulcro subditorum animos sagittis pertinaciter impetit? Tu vero, o divina imperatrix, ubinam decus tuum reliquisti? Heri plenæ lunæ instar egressa palatio, hodie quo pacto dimidiata reverteris? Quomodo, cum instar frondibus obsitæ arboris floreres, hodie ut fœnum agri defloruisti et rosa in prato? Quo pacto heri ex imperatoris thalamis splendentis et illustris plenilunii instar exorta nunc multis et densis nubibus occul-
D taris? quis tam brevi momento tuam pulchritudinem obscuravit? Ubi florem tuum deciduum reliquisti? quis vernantem tuum hortum perfodit? qui fur? qui latro? quæ fulgetra? quod cœleste fulmen? Quo pacto quæ heri velut e portu splendide solvisti, hodie tanquam e naufragio et fluctu es reversa, omnibus iis quas vehebas, pretiosissimis mercibus spoliata? Quis tuam auream comam detondit? Quis tibi purpuræ splendorem ademit? quis tuam lucernam abripuit? quis tuum solem exstinxit? quis tibi novam istam eclipsin invexit?

Variorum notæ.

(48) Haud scio an desit aliquid, de splendore vestium. *Sed si nihil deest*, mutationem certe vestitus significat τὸ ἀποδύσασθαι, quasi esset παρενδύσασθαι. WOLFIUS.

quis illustre tuum conjugium diremit? Quæ fera tempestas vernam tuam temperiem corrupit? Agite vero, omnis Romane **564** popule, adjuvate luctum meum, communiter ejulemus, non illum deploratori, sed nosmet ipsos, qui ab illo destituti sumus. Qui stemmate imperatorio estis orti, deplorate imperatorem, ut et cognatum et familiæ vestræ ornamentum. Qui palatii limina frequentatis, quærite palatii splendorem. Vos, milites, lugete solertem ducem: vos famuli, humanum dominum deplorate: qui dormire et quiescere solebatis, pervigilem excubitorem. Vos judices, lamentamini eum, a quo legum vis pendebat. Vos Ecclesiæ sacri proceres, desiderate acerrimum amatorem et adjutorem dogmatum; qui in montibus et speluncis degitis, præsidium et propugnaculum existimationis et gloriæ vestræ; vos, sacrorum monasteriorum rectores, vestræ potentiæ arcem. Reputate extrema illius certamina pro vobis suscepta. Cogitate ut corpore tum hostilibus vulneribus, tum medicis ustionibus prorsus exhausto, et ad mortem properante, et corpus suum contempserit, et vitæ suæ non pepercerit, sed alacriter ad suggestum et sacrorum antistites venerit: nec prius inde discesserit, quam spem fecisset, insectatores vestros corruptaque illorum dogmata, quod in se quidem esset, conterendi, ac prorsus abolendi. Recordamini, quæ et quanto cum zelo sacris illis labiis verba protulerit pro **565** defensione sacrarum sanctionum et ipsius veritatis. Recordamini quæ dixerit, priusquam ad suggestum pervenisset et ad sacrum concilium: quæ item cum venisset recitarit, maximo cum ingenio et veterum theologorum imitatione, cum divino afflatu pleni linguas resonanti in ipsis et impellenti spiritui accommodabant: et quamvis mors capiti immineret, tamen non cesserit, sed alacriter admodum ea quæ requirebantur peregerit: Deo, uti consentaneum est, magnum hunc fervorem animo ejus largito, ut coronidem quamdam cæteris ejus præclaris certaminibus et veluti sigillum præstantissimum imprimeret, linguam ejus hujusmodi sermonibus perpurgando; ut talibus legibus et decretis promulgatis e vita discederet. »

A κει, ὡς ἐκ ναυαγίου καὶ κλύδωνος ὅλον ζημιωθεῖσα τὸν πολυτίμητον φόρτον; Τίς ἀφεῖλέ σου τὸ τῆς πορφύρας κράτιστον; Τίς σου τὸν χρυσοῦν ἀπέκειρε βόστρυχον; Τίς τὸν σὸν ἥρπασε λύχνον; τίς τὸν σὸν ἔσβεσεν ἥλιον; τίς σοι τὴν καινοτέραν ταύτην ἡλιακὴν ἔκλειψιν εἴργασται; τίς σου τὴν λαμπρὰν συζυγίαν διέλυσε; Τίς ἄγριος χειμὼν τὴν σὴν ἐαρινὴν ἁρμονίαν διέῤῥηξεν; Ἀλλὰ συνάρασθέ μοι τοῦ πένθους ἅπας ὁ τῶν Ῥωμαίων δῆμος, καὶ δεῦρο κοινῇ τὸν θρῆνον ἐγείρωμεν, κλαίοντες οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ἐρημίᾳ καταστάντας ἐκείνου. Οἱ τὰς τοῦ γένους φλέβας ἕλκοντες ἐκ τῶν βασιλικῶν πηγῶν, δακρύσατε καὶ ὡς συγγενῆ τὸν βασιλέα καὶ ὡς τοῦ γένους καύχημα. Οἱ τὰς βασιλείους πατοῦντες αὐλὰς, ζητήσατε τὴν τῶν βασιλείων λαμ-
B πρότητα. Οἱ στρατιῶται, πενθήσατε τὸν δεξιὸν στρατηγόν· [P. 349] οἱ δοῦλοι, κλαύσατε τὸν φιλάνθρωπον δεσπότην· οἱ καθεύδειν καὶ ἠρεμεῖν εἰωθότες, τὸν ἄγρυπνον φύλακα· οἱ δικασταὶ, θρηνήσατε τὸν χορηγὸν τῆς τῶν νόμων ἰσχύος· οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἱεροὶ προστάται (49), ζητήσατε τὸν διάπυρον σπουδαστὴν καὶ συλλήπτορα τῶν δογμάτων· οἱ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, τὸν πρόβολον καὶ προασπιστὴν τῆς ὑμετέρας εὐκλείας καὶ δόξης· οἱ τῶν θείων ἀσκητηρίων κοσμήτορες, τὴν τῆς ὑμετέρας ἰσχύος ἀκρόπολιν. Λογίσασθε τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν τελευταίους ἀγῶνας αὐτοῦ, πῶς πεπονηκότος ἤδη καθάπαξ τοῦ σώματος ἔκ τε τῶν πολεμικῶν τραυμάτων ἔκ τε τῶν ἰατρικῶν καυτήρων καὶ πρὸς θάνατον ἐντεῦθεν ἐλαυ-
C νόμενος κατεφρόνησέ τε τοῦ σώματος, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἀφειδήσας προθύμως ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τοὺς ἱεροφάντορας ἧκε καὶ οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἀπήλλαξε, πρὶν ἐλπίδας δοῦναι, ὡς τοὺς ὑμῶν ὑβριστὰς καὶ τὰ ἐκείνων διεφθορότα δόγματα, τό γε εἰς ἐκεῖνον ἧκον, συντρίψει τε καὶ ὅλοις δώσει φθορᾶς καὶ ἀπωλείας βυθοῖς τε καὶ κύμασιν. Ἀναμνήσθητε, οἵους καὶ ὅσου τοῦ ζήλου μεστοὺς τῶν ἱερῶν ἐκείνων χειλέων τοὺς λόγους προήνεγκεν ὑπέρ τε τῶν θείων θεσμῶν καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς. Ἀναμνήσθητε ὧν ἐφθέγξατο πρὶν ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τὸν ἱερὸν σύλλογον· ὧν τε αὖθις ἐλθὼν διεξῄει πάνυ τοι μεγαλοφυῶς, καὶ ὥσπερ οἱ πάλαι τῶν θεολόγων, ὁπότε θείας ἐπιπνοίας ἐμφορηθέντες τὴν γλῶτταν ἐδίδουν τῷ ἐνηχοῦντι καὶ φέροντι πνεύματι· καὶ ὅπως τοῦ νοσήματος ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωροῦντος τοῦ βίου τὸ πέρας, ὁ δὲ οὐκ ἐνέδωκεν, ἀλλ' ἐπέραινε τὰ βελτίω μάλα προθύμως· οἶμαι τοῦ Θεοῦ μεγάλην ταύτην τὴν ζέσιν τῇ τούτου χαρισαμένου ψυχῇ, ἵνα κορωνίδα τινὰ τοῖς ἄλλοις ἐκείνου χρηστοῖς ἀγῶσι καὶ οἷον ἐκσφράγισμα κράτιστον ἐπιθείη, τὸ τοιούτοις λόγοις ἁγνισθῆναι τὴν γλῶσσαν καὶ τοιούτοις νόμοις καὶ δόγμασι συναπελθεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ βίου. »

IV. Fuit hic imperator jucunda et amabili specie, hilaris et accessu facilis, humanus et clementissimus. Cæterum neminis ullum consilium admittebat, sui unius sententiæ et scientiæ insistens. Itaque pleraque dissimulabat, consilio plenus

D Δʹ. Ἦν γε μὴν ὁ βασιλεὺς ἡδὺς καὶ χαρίεις τὸ εἶδος (50), τὸ ἦθος ἱλαρὸς καὶ εὐπρόσιτο, τὴν γνώμην φιλάνθρωπος καὶ πάνυ τοι συμπαθής. Συμβουλὴν γε μὴν τῶν πάντων οὐδενὸς προσδεχόμενος οὐδεμίαν, μόνῃ τῇ ἑαυτοῦ διετέλει πειθόμενος γνώμῃ

Variorum notæ.

(49) Hæc verba ex Gregoræ nænia affert Cantacuzen. lib. IV, cap. 24, atque ex iis malam fidem *Gregoræ carpit.* DUCANG.

(50) Cantacuzen. lib. II, cap. 21 extr. de Andronico jun., πᾶσι γὰρ οὐκ ἐπέραστος μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἀξία ὄψις ἦν. DUCANG.

καὶ γνώσει. Διὸ καὶ κρυψίνους ἦν ὡς τὰ πολλὰ καὶ A βαθεῖαν μὲν διὰ φρενὸς καρπούμενος αὔλακα· ἀνομίλητος δ' οὖν καὶ μισῶν περὶ ἑαυτὸν πλῆθος ἀνθρώπων ὁρᾷν.

Ε'. Ὅθεν καὶ οὔτε βασιλικαῖς ἐνέχεσθαι φροντίσι καὶ ἀσχολίαις ἠνείχετο, οὔτε μὴν ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἑορτῶν τὰ τῆς βασιλείας ἐτέλει νόμιμα, τὰς θεατρικάς φημι καὶ δημοτελεῖς πομπὰς, καὶ φιλοφροσύνας καὶ τὰς μεγαλοψύχους εὐεργεσίας τε καὶ διανομὰς τῶν τε χρημάτων ὁμοῦ καὶ ἀξιωμάτων. Ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν λήθης καταδῦναι βυθοῖς τὰ τῆς βασιλικῆς εὐταξίας ἔθιμα, [P. 350] ὧν τὴν μνήμην κατὰ διαδοχὴν οἱ βασιλεῖς τοῖς ὀψιγόνοις παρέπεμπον. Πολλοῦ γὰρ παραῤῥυέντος χρόνου, καὶ τῶν εἰδότων θανόντων, δυσχερὲς ἂν γένοιτο γνῶναι τοὺς ἐπιόντας τὰ δέοντα· ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ἡ πρὸς τὰ B φαῦλα σπουδὴ ῥᾳθυμοτέραν ποιεῖ τὴν ἐς τὰ δέοντα φιλοτιμίαν. Ἔτρεφε γὰρ κύνας (51) καὶ ὄρνεα κυνηγετικὰ παμπληθῆ καὶ τοσοῦτον ἐς ταῦτα ἥττητο, ὥστε καὶ εἴ τις αὐτῷ ἐντυχεῖν ἐβούλετο, ὄρνεον ἢ κύνα κομίζων ἐτύγχανε ῥᾷστα τοῦ ποθουμένου. Ἃ πάντα μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὁ Καντακουζηνὸς τοῖς χρῄζουσι διεμέρισεν, ἀναλογισάμενος τό τε παμπληθὲς τῆς δαπάνης καὶ τὸ τούτων ἐς τὰ τῆς βασιλείας πράγματα πάντῃ μὲν ἀνόνητον, πάντῃ δ' ἐπισφαλές. Πέντε γὰρ καὶ δέκα χιλιάδας φασὶν οἱ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου διοικηταὶ περὶ τὴν σφῶν δαπάνην καινοτομεῖσθαι.

ϛ'. Οὕτω γε μὴν πολλὴν καὶ βεβαίαν πρὸς Θεὸν ἐκέκτητο πίστιν, ὥστε καὶ ἀφύλακτος διῆγε τὸ πλεῖ- C στον καὶ αὐτῶν ἄνευ τῶν βασιλικῶν πελεκυφόρων. Πολλάκις δὲ καὶ οὓς ᾔδει κατ' αὐτοῦ δίκτυα καὶ ἀγχόνας ἀρτύοντας ὁμοστέγους τε ἐποιεῖτο καὶ τούτοις συνδιαιτώμενος ἦν. Ἔλεγε γὰρ, ὡς ἀνθρώπου ζωὴ τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ συνοικεῖ, καὶ ὅταν ἐκεῖθεν συγχωρηθῇ τὰ τῆς λύσεως, τότε καὶ πᾶσι κινδύνοις ἀνέῳγε θύρα.

Ζ'. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ φύσεώς τις ἰδιοτροπία συνῆν γε αὐτῷ, μὴ φιλοτιμεῖσθαι μηδαμῇ περὶ τὸν τοῦ βασιλικοῦ μεγέθους ὄγκον· ἀλλὰ ταπεινότερον καὶ αὐτῶν γε τῶν ὑπηκόων ὁρᾶσθαι πολλάκις. Τουτὶ δ' ἐξ ἑνὸς τῶν πολλῶν παραστήσαι τις ἂν ἐν βραχεῖ. Δῆλον γάρ ἐστι τοῖς ἅπασιν, ὡς αἱ τοῦ ἐπιπέδου (52) ἐκ διαμέτρου ἀκρότητες τῶν βασιλικῶν τρικλίνων ἀμφότεραι ὑπέρκεινταί που τοῦ μεταξὺ D ἐπιπέδου ἄχρι καὶ ἐς τρίτον σπιθαμῆς, καὶ μάλιστα ὅπῃ καὶ ὁ βασιλικὸς ἕστηκε θρόνος· ἵν' ἴσως ἔχῃ τι κἀν τούτῳ πλέον τῶν ἄλλων ὁ βασιλεὺς ἱστάμενος ἔν τε ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις, καὶ ὅτε διαλέγοιτο, νῦν μὲν τοῖς ὑπηκόοις, νῦν δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πρέσβεσιν. Ἐξεῖναί γε μὴν ἐπ' ἐκείνης τῆς στάσεως οὐδενὶ τῶν ἁπάντων τῷ βασιλεῖ συνίστασθαι, πλὴν τῆς συζύγου καὶ τῶν υἱέων καὶ ἀδελφῶν· προσθείην δ' ἂν καὶ τῶν πατραδέλφων. Ἀλλὰ τούτου γε ἱσταμένου καὶ ὁμιλοῦντος ἐκεῖθεν οἷς ἐχρῆν ἀνῄεσαν καὶ συν-

ille quidem; sed a colloquiis et cœtu hominum alienior.

V. Eo fiebat, ut imperatorias curas et occupationes aversaretur, ac ne in maximis quidem festivitatibus solemnia imperii obiret, illa nimirum, quæ ad spectacula et publicas pompas et salutationes et munificentiam imperatoriam et distributionem pecuniarum et honorum pertinerent. Ut jam periculum sit, ne imperatoriæ disciplinæ instituta, quorum memoriam singuli vicissim 566 imperatores ad posteros propagabant, oblivione prorsus obruantur. Nam cum multum temporis interfluxerit, et qui illa tenebant decesserint, posteris quid officii sit scire difficile erit. Nimirum ea quæ in rebus frivolis opera sedulo insumitur, ad ea quæ officii sunt, exsequenda segniores facit. Canes enim et aves venaticas magno alebat numero: quibus ita erat deditus, ut si quis eum adire cupiens canem aut avem offerret, facillime compos voti redderetur. Quæ omnia Cantacuzenus post ejus obitum iis qui petebant distribuit, cum magnitudinem sumptuum reputaret et rem ipsam imperio non modo inutilem, sed etiam perniciosam judicaret. Nam quindecim nummorum millia imperatorii fisci procuratores ultra veterem morem in eas res expensa retulerunt.

VI. Usque adeo autem Deo fretus erat et fiducia plenus, ut plerumque sine custodia ageret et sine imperatoriis satellitibus: quin et sæpe eos quos retia et laqueos contra se instruere sciret, contubernales sibi faceret atque etiam convictores. Dicebat enim, vitam hominis in manu Dei esse positam, a quo ubi ejus destructio permittatur, tunc omnibus periculis patere fores.

VII. Erat præterea singularis quædam in eo natura, ne usquam imperatoriæ majestatis magnificentiæ et amplitudini studeret: sed sæpe subditis humilius se gereret. Idque uno de multis exemplo breviter declarari potest. Notum est omnibus, 567 imperatoriorum tricliniorum pavimenti summitates ambas inter sese oppositas eminere supra interjectum solum usque ad palmi trientem, illac maxime ubi imperatorium solium est constitutum; nimirum ut et in eo imperator aliquid præ cæteris eximium habeat, sive in sacris hymnodiis stans, sive nunc subditis, nunc exterarum nationum legatis respondens: nec in illo loco cuiquam mortalium licere illi astare, præterquam uxori, liberis et fratribus; quibus et patrui, ut opinor, addi possunt. Verum illo ibi stante et cum quibus opus erat colloquente, non modo omnis nobilitatis adolescentia eodem ascendebat et illi astabat, sed

Variorum notæ.

(51) *Cantacuzen. lib.* I, *cap.* 5. DUCANG.

(52) *Vide Gloss. med. Græcit.* in v. Πρόκυψις. DUCANG.

et plebeiorum et famulorum quilibet. Unde sæpe turba hominum ita premebatur et urgebatur, ut ipse deflecteret ac loco cederet, aliisque superiore statione concessa, paulatim ad inferius pavimentum descenderet, nemini omnium succensens.

ἵσταντό οἱ οὐχ ὅπως ἅπασα τῶν εὐγενῶν ἡ νεότης, ἀλλὰ καὶ τῶν χυδαίων καὶ ὑπηρέτου τάξιν ἐχόντων, οἷς πρὸς βουλήσεως ἦν. Ὡς καὶ τοσούτους ἐντεῦθεν γίνεσθαι τοὺς συνωθισμοὺς περὶ αὐτὸν πολλάκις, ὡς ὑπείκειν αὐτὸν καὶ ἐνδιδόναι καὶ ἄλλοις μὲν τῆς ὑπερτέρας παραχωρεῖν στάσεως, αὐτὸν δ' ἠρέμα κατιέναι πρὸς τὸ τοῦ ἐδάφους χαμαιζηλότερον, [P. 351] μηδενὶ τῶν ἁπάντων ἀχθόμενον.

VIII. Quod ad capitis tegumentum attinet, apud superiores imperatores moris erat, ut ætate provectiores aulici proceres pileis pyramidatis uterentur, serico tectis, pro dignitate cujusque: juniores vero omnes prorsus nudis essent capitibus. Illo vero imperatore is mos usque adeo obsolevit, ut omnes simul et adolescentes et senes pileis uterentur, non minus in palatio, quam in agris: iisque multiformibus et peregrinis, et quales cuique **568** probabantur; alii Latinis, alii Mysiis et Triballicis, alii Syriis et Phœniciis, suo quique arbitratu. Eodem more in vestibus etiam usi sunt, ut prudentiores novitatem aliquam et destructionem imperii et finem institutorum ac morum illius divinarent. Idem certius etiam ex eo colligebatur, quod imperatoriæ et illustrissimæ quæque ædes fere omnes destructæ et in cloacas et fimeta prætereunti cuique exposita redactæ erant: item ex moribus et rebus patriarcharum, eorumque maximis et illustrissimis ædibus, quæ firmissimum ornamentum simul et munimentum maximi sanctæ Sophiæ templi fuerant, tum a primis architectis confectæ, tum ab iis, qui secuti sunt, pulcherrime adjectæ, et primis operibus admodum convenientes: quæ æque omnes exitii et eversionis ludibrium fuerunt.

Η'. Περί γε μὴν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ μὲν τῶν πρότερον βασιλέων ἔθος, τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις, πυραμίδος (53) μὲν ἐχούσαις σχῆμα, Σηρικοῖς δ' ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκάστῳ ἀξίωμα καλυπτομέναις· ὅσοι δ' ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλήν. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐς τοσοῦτον ἔῤῥει τὸ ἔθος τουτὶ, ὡς καλύπτραις μὲν κεχρῆσθαι πάντας ὁμοῦ καὶ νέους καὶ ἀφήλικας, ὁμοίως ὥσπερ ἐν ἀγροῖς, οὕτω καὶ βασιλείων ἐντὸς, πολυειδέσι δ' οὖν καὶ ταύταις καὶ ἀλλοκότοις καὶ οἵαις ἑκάστῳ πρὸς βουλήσεως ἦν. Οἱ μὲν γὰρ Λατινικαῖς ἐκέχρηντο ταύταις, οἱ δὲ ταῖς ἐκ Μυσῶν καὶ Τριβαλλῶν ὁμοίαις, οἱ δὲ ταῖς ἐκ Συρίας καὶ Φοινίκης ἰούσαις, καὶ ἄλλοι ἄλλαις, ὡς ἑκάστῳ δεδογμένον ἦν. Τῷ δ' αὐτῷ κἀπὶ τῶν ἐνδυμάτων κατεχρήσαντο ἤθει· ὡς ἐντεῦθεν τοὺς συνετωτέρους καινοτομίαν τινὰ καὶ κατάλυσιν ὑποπτεύειν τῆς βασιλείας καὶ πέρας τῶν ταύτης ἐθῶν καὶ πραγμάτων. Ἤδη δ' ἐπῄει τοῦτο συνάγειν τελειοτέρᾳ τῇ γνώσει κἀκ τῶν βασιλείων καὶ περιλάμπρων οἴκων ἐκείνων, καθῃρημένων μικροῦ τῶν ὅλων καὶ ἐς ἀπόπατον καὶ κοπρῶνα καθισταμένων, οἷς παριέναι ξυμβαίνει. Παραπλησίως δ' αὖ κἀκ τῶν πατριαρχικῶν ἐθῶν καὶ πραγμάτων, καὶ αὐτῶν γε τῶν μεγίστων καὶ περιφανῶν οἰκιῶν (54), αἳ δὴ κράτιστος κόσμος ὁμοῦ καὶ ὀχύρωμα τοῦ μεγίστου νεὼ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ὑπῆρχον, τοῖς τε πρώτοις συστᾶσαι δημιουργοῖς καὶ τοῖς ἔπειτα προσθῆκαι γινόμεναι κάλλιστα, καὶ μάλα τοῖς πρώτοις ἔργοις προσήκουσαι. Πάντων γὰρ ἐπ' ἴσης φθορὰ καὶ κατάλυσις κατωρχήσατο (55).

Variorum notæ.

(53) Vide idem Gloss. in hac voce. DUCANG.

(54) Ædium quæ ædi Sophianæ adjunctæ erant, sacerdotibus et clericis addictæ. DUCANG.

(55) Post hæc verba, quibus clauditur liber undecimus, eadem manu in codice Regio 2558 scriptum legitur: Ἐν ἔτει ,ςϡη' μηνὶ Δεκεμβρίῳ δ', ἦλθεν ὁ βασιλεὺς κῦρος Ἰωάννης ὁ υἱὸς κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰρηνικῶς, προγεγονότων ὅρκων μετὰ συμφωνιῶν. Τῇ δεκάτῃ δὲ τοῦ αὐτοῦ Δεκεμβρίου, ἐξῆλθεν ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεὺς κύριος Μανουὴλ ἀναβὰς εἰς τὰ κάτεργα τῶν Βενετικῶν, καὶ ἀπεδήμησεν εἰς τὴν Φραγγίαν, ἕνεκεν βοηθείας τῆς εἰρημένης Κωνσταντινουπόλεως. Quæ sequuntur, alia manu scripta sunt. Ἐν ἔτει ,ςϡκ,' ἰνδικτ. η' Μαρτίου κϐ' ἡμέρᾳ παρασκευῇ μεγάλῃ, ἦλθεν ὁ μακαρίτης βασιλεὺς κύριος Μανουὴλ ἐν τῷ λιμένι τῶν Κεχρεῶν (Κεγχρεῶν), καὶ τῇ η' Ἀπριλλίου ἤρξατο ἀνακαθαίρειν καὶ ἀνοικοδομεῖν τὸ ἑξαμίλιον, ὅπερ ἔνι τὸ μῆκος οὐργυιές (pro οὐργυιαῖς) ,γω'· ἀνέστησε δὲ πύργους ἐπ' αὐτῷ ,ρυγ'· εὑρέθησαν καὶ γράμματα ἐν μαρμάρῳ λαξευτὰ, κατὰ τὸ μέρος τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι, λέγοντα οὕτως· ΦΩΣ ΕΚ ΦΩΤΟΣ, ΘΕΟΣ ΑΛΗΘΙΝΟΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΑΛΗΘΙΝΟΥ, ΦΥΛΑΞΗ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΙΣΤΟΝ ΑΥΤΟΥ ΔΟΥΛΟΝ ΒΙΚΤΟΡΙΝΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΑΣ, ΤΟΥΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΖΩΝΤΑΣ. Ἐν ἔτει ,ςϡνβ' ἰνδικτ. ζ' Δεκεμβ. κ' ἦλθεν ὁ μακαρίτης δεσπότης κύριος Κωνσταντῖνος εἰς τοῦ Μιζηθρὰν, καὶ ἐδιέβη εἰς τὴν πόλιν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ μακαρίτης δεσπότης κύριος Θεόδωρος· καὶ μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ αὐτὸς δεσπότης κύριος Κωνσταντῖνος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει γεγονὼς βασιλεὺς ἐν τῷ ,ςϡνη' ἔτει. BOIVIN.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
ΡΩΜΑΪΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

—

NICEPHORI GREGORÆ
BYZANTINÆ HISTORIÆ
LIBER DUODECIMUS.

—

CAPUT PRIMUM.

Rerum gestarum narratio fusior promittitur. Earum cognitio quem lectoribus fructum allatura sit. Divinæ justitiæ ratio et summa æquitas. Historia, sæpius jam celebrata, rursum laudatur. Cum speculo confertur. Principibus maxime utilis. Naturæ ipsi præcellens. Scriptoris mores informat. Animum varietate delectat. Hujus partis initium unde repetendum.

[P. 353] Α'. Τὰ μὲν δὴ μέχρι τούτου πεπραγμένα A πρὸ ἐτῶν ἐγγύς που ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα (56) ἐν λόγοις ἕνδεκα τῇ προτέρᾳ καθόσον ἐφικτὸν ἐπιτεμόντες ἡμεῖς ἀποδεδώκαμεν βίβλῳ. Τὰ δ' ἑξῆς πλατύτερον ἤδη διέξιμεν, ἅτε ἐπιστατικώτερον τούτοις μάλιστα παρηκολουθηκότες. Τῶν μὲν γὰρ πλείστων αὐτοὶ παρόντες αὐτήκοοί τε καὶ αὐτόπται γεγόναμεν· ἃ δὲ μὴ αὐτοὶ παρόντες τεθεάμεθα, καὶ ταῦτα δ' ἐξ αὐτῶν ἀκριβῶς ἡμῖν παρειληφέναι συμπέπτωκε τῶν πεπραχότων· ὡς μικρὸν ἢ μηδὲν ἧττω τῆς προτέρας εἶναι τὴν δευτέραν ἀντίληψιν. [P. 354] Καὶ οἶμαί γε μάλιστα πάντων, ὁπόσα τοῖς ἐφεξῆς πέπρακται χρόνοις, ἐξεῖναι μανθάνειν τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν εἰρησομένων, μακρῷ τινι βέλτιον ἢ κατὰ πᾶσαν Στοὰν καὶ Ἀκαδημίαν Πλατωνικὴν, ὁπόσον ἀρετῆς πρὸς κακίαν ἐστὶ τὸ διάφορον, καὶ ὅσον αὕτη μὲν B τοῖς μετιοῦσι παρέχει τὸ χρήσιμον· ὅσον δ' ἐξ ἀντιπάλου τὸ σφαλερὸν ἐκείνη. Κατὰ γὰρ ἀνάλυσιν ἐκ τοῦ τέλους εἰς ἀρχὴν ἀνιόντας, ἐκεῖθεν ἐξεῖναι, καθάπερ ἐν ἀσφαλεῖ τινι πίνακι τῷ χρόνῳ, τὸν ἑκατέρας σκοπουμένους καὶ ἀνιχνεύοντας δρόμον, ὡς διὰ στοιχείων οἱονεί τινων, τῶν ἄλλοτ' ἄλλως Εὐρίπου δίκην ἀχθέντων, τῆς Προνοίας ἐντεῦθεν εὐφυῶς ἀναγνῶναι τοὺς λόγους.

Β'. Ὡς γὰρ ἐν ἀπείρῳ τῷ ζόφῳ, ὁποῖον ἄν ποτε καὶ νὺξ ἀφεγγὴς τῷ οἰκείῳ βάψασα μέλανι τὸν ἀέρα δρῴη ἄν, ἀτέχνως τῶν ἀνθρωπίνων φέρεσθαι δοκούντων πραγμάτων, οὐδεὶς οὐδὲν τῶν ἁπάντων, οὐδ' εἰ καὶ κορυφῆς εἴη τριχὸς ἀμυδρότερον, τοὺς ὀφθαλ-

571 I. Quæ hucusque annis retro centum fere et quinquaginta gesta sunt, ea undecim libris quam potuimus compendiosissime primo volumine tradidimus. Quæ vero hinc sequuntur, illa ut longe diligentiori studio investigata fusius jam exponemus. Etenim pleraque ipsi per nos audivimus ac vidimus. Quorum autem ipsi spectatores non fuimus, ea ab iis qui gesserunt ita accurate accepimus, ut hæc paulo aut nihilo minus quam illa explorata habeamus. Ego certe sic statuo; ejusmodi esse ea quæ deinceps dicturus sum, ut ex iis magis quam ex aliis omnibus rebus, quæ subsecutis temporibus gestæ fuerunt, possit quilibet intelligere, atque id quidem multo melius quam ex totius Porticus Platonicæque Academiæ præceptis, quantum intersit virtutem inter et vitium, quantumque iis, qui alterutri dediti 572 sunt, salutaris illa, hoc vero perniciosum sit. Nam si ab extremo fine orsi ad prima usque initia redeamus, licebit inde (utriusque cursu in annalibus, tanquam in tabella minime fallaci, inspecto et per quædam quasi vestigia Euripi more alternantia explorato) divinæ providentiæ consilia pulchre intelligere.

II. In tantis enim rerum humanarum tenebris, quibus nec obscurissima nox pares habet, nihil queas deprehendere, ne minimo quidem capillo levius, quod divinæ justitiæ oculos fugiat. Nimirum hæc infinitam quamdam libertatem et licen-

Variorum notæ.

(56) Libri undecim priores historiam continent annorum 137. Vide quæ adnotavimus ad titulum libri primi. Boivin.

tiam alias aliis hominum animis ac voluntatibus, quidquid ii moliantur, indulget. Eadem per immanis ignorantiæ profundum res eorum gubernat: trutinæ deinde ac lancibus severis rerum gestarum exitus tradit, ut eorum qui olim vixerint præmia, posteris proposita, legis cujusdam nativæ vim obtineant. Nec enim, quorum animus ac mores mali per omnem vitam fuerunt, iis sincero gaudio ad extremum frui permittere videtur divina justitia: nec, quibus adversa contigerunt, eorum sinit luctum gaudii expertem permanere. Sed, ubi messis ac trituræ tempus advenit, tales rependit utrisque fructus, qualem utrique sementem fecerint. Ego vero in unoquoque eventu veritatem cum mendacio, justitiam cum injustitia, humanitatem cum superbia ac fastu, paupertatem **573** cum divitiis, linguam magnificam et futilibus verbis redundantem cum verecundo silentio velim conferre, itemque facta comparatione ostendere, quale adhibeat examen pervigil divinæ justitiæ oculus. Facillime enim in eo quasi virtutis gymnasio et natura veritatis declarata stabilietur, et palam notata improbitas elevabitur: idque eo magis, quod nulla virtus a vitio aliquo æmulo longe posita sit.

A μοὺς διαφεύγοντες οἱ τῆς δίκης· Μακρὰν γάρ τινα τὴν αὐτονομίαν καὶ τὸ ἀφετὸν ἐκ προοιμίων αὕτη χορηγοῦσα ταῖς τῶν δρᾷν ἐθελόντων ἄλλοτ' ἄλλαις αἱρέσεσί τε καὶ γνώμαις, καὶ ἅμα κατὰ τὸν τῆς ὑπερφυοῦς ἀγνοίας βυθὸν τὰ ἡμέτερα διακυβερνῶσα, σταθμοῖς ἔπειτα καὶ πλάστιγξιν ἀκριβέσι τὰ τῶν δρωμένων δίδωσι τέλη· ἵνα τοῖς ὀψιγόνοις οἷον αὐτοφυεῖς νομοθέται τὰ τῶν παρεληλυθότων ἔπαθλα γίγνοιτο. Οὔτε γὰρ οἷς μοχθηρίᾳ γνώμης καὶ τρόπων ἡλικιώταις διαγέγονεν (57) εἶναι, τὸ χαίρειν ἄκλαυστον ἀπολαύειν εἰς τέλος ἀφιέναι δοκεῖ· οὔτε οἷς κακοπραγεῖν ἐξεγένετο, ἀγέλαστον ἐᾶ παραμένειν καθάπαξ τὸ δάκνον. Ἀλλὰ τοιούτους δίδωσι γεωργῆσαι καρποὺς ἐν ἀμήτου καὶ ἅλωνος ὥρᾳ, οἵας ἑκατέρῳ συνέβη σπεῖραι τὰς αὔλακας. Βουλοίμην B δ' ἂν ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα θεωρεῖν ἀλήθειαν πρὸς ψεῦδος, καὶ δικαιοσύνην πρὸς ἀδικίαν, καὶ πραότητα πρὸς ὑπερηφανίαν καὶ τῦφον, καὶ πενίαν πρὸς πλοῦτον, καὶ σιωπὴν εὐσχήμονα πρὸς χείλη δόλια, καὶ γλῶτταν μεγαλοῤῥήμονά τε καὶ μακράν τινα ῥέουσαν τὴν ἀσχήμονα φλυαρίαν· καὶ δεῖξαι παρεξετάσας, οἵαν ἐπιφέρει τὴν στάθμην τῆς δίκης ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός. Ῥᾷστα γὰρ ἂν ἐν τοιούτῳ τῆς ἀρετῆς γυμνασίῳ ἅμα τε τῆς ἀληθείας ἡ φύσις ἐναργεστέραν λαμβάνοι τὴν πῆξιν, καὶ ἅμα περιφανῶς ἡ κακία φαυλίζοιτο, διὰ τὸ μηδ' ἡντιναοῦν ἀρετὴν ὡς πορρωτάτω κακίας ἀνανταγώνιστον τὸ παράπαν εἶναι διαβιῶναι.

III. Nempe et terræ ipsi cum ætheriis rebus certare promptum est, et ostendere, non eam esse cœlorum sortem propriam ac præcipuam, ut mutis vocibus Dei gloriam enarrent, sed et vicissim sibi datum esse, ut prædicet soli et astris novam semper Dei gloriam. Ac tantæ quidem rei ministra Historia et largitrix hominibus constituta est. Cujus quanta esset in hac vita utilitas, cum ab antiquis plerisque declaratum est, tum a nobis ipsis sæpenumero; quos nunquam id ipsum piguit sive ex tempore prædicare, sive scriptis nostris sparsim testatum relinquere. Historia enim est, quæ veluti librum pervolutandas præbet vicissitudines et conversiones rerum omni ævo gestarum. Hæc efficit, ut homines pridem mortui et vivis et novis quotidie hominibus intersint, quasi semper præsentes. Hujus divina quadam virtute unusquisque redivivus et sua narrat facinora, et quidquid sibi dum viveret boni vel mali accidit. Hæc est, quæ deprimit semper et æternum arguit improbitatem. **574** Hæc est, quæ immortalitati virtutem mandat, nec ut corpora ita illam a vermibus sinit absumi. Hæc denique est, quæ nacta homines quosdam fortuna fastuque inani elatos et furentibus proximos efficit moderatiores. Eorum enim, qui ante fuerunt, calamitates velut securim quamdam intentans, sensim in animos obrepit, quasi magistra quædam latens, eaque docendi ratione naturas paulatim mutat, mores informat,

Γ'. Ἔχειν γὰρ ἀεὶ καὶ γῆν ἀντιφιλοτιμεῖσθαι πρὸς τὰ αἰθέρια, καὶ δεικνύειν, μὴ μόνοις κλῆρον ἐξαίρετον εἶναι τοῖς οὐρανοῖς φωναῖς ἀφθόγγοις Θεοῦ διηγεῖσθαι δόξαν ἀεί, ἀλλ' ἐξ ἀντιῤῥόπου καὶ C γῆν ἡλίῳ καὶ ἄστρασιν ἀεὶ νέαν ἐξεῖναι διηγεῖσθαι δόξαν Θεοῦ, καὶ τοῦ τοσούτου χρήματος ὑπηρέτις ἡ ἱστορία καθίσταται χορηγὸς τοῖς ἀνθρώποις. Ἧς ὁπόσον ἐστὶν ἐν βίῳ τὸ χρήσιμον, [P. 355] ἀνδρῶν τε τῶν πάλαι τοῖς πλείστοις ἐστὶν εἰρημένον, καὶ ἡμῖν γε πολλάκις αὐτοῖς ἐξ αὐτοσχεδίου τῆς γλώττης ὑμνῆσαι καθόσον ἐξῆν, καὶ γράμμασι πολλαχῆ τοῖς ἡμετέροις ἐγκατασπεῖραι, κώλυμα ἥκιστα πάντων ὄκνος οὐδεὶς ἐγεγόνει. Αὕτη γὰρ ἀναγινώσκειν διδάσκει καθάπερ βιβλίον τῶν αἰωνίων ἔργων τοὺς κύκλους· καὶ διὰ ταύτης οἱ πάλαι θανόντες ὁμιλοῦσι τοῖς ζῶσί τε καὶ ἀεὶ γιγνομένοις, ὡς ἀεὶ παρόντες, καὶ τὰς οἰκείας ἕκαστοι διηγοῦνται πράξεις, καὶ εἴτι παρὰ τὸν βίον τῶν χρηστῶν καὶ μὴ πεπονθέναι γέγονέ σφισιν, ἀναβίωσιν καινοτέραν δαιμονίως πως D τῆς ἱστορίας δημιουργούσης. Αὕτη κακίαν ἀεὶ φαυλίζει δι' αἰῶνος ἐλέγχουσα, καὶ ἀρετὴν ἀθανατίζουσα σκωλήκων οὐ δίδωσι στόμασι διαφθείρειν ὁμοίως τοῖς σώμασιν. Αὕτη μαινομένων δίκην ὑπὸ τύχης καὶ τύφου ματαίου γαυρουμένους παρειληφυῖα τῶν ἀνθρώπων ἐνίους μετριωτέρους ἐργάζεται. Τῶν γὰρ φθασάντων τὰ πάθη οἷόν τινα πέλεκυν ἐπισείουσα λανθάνει καθάπερ διδάσκαλος παραδυομένη πρὸς τὴν ψυχήν, καὶ ἠρέμα τάς τε φύσεις ἀμείβουσα διὰ τῆς τοιαύτης παιδείας καὶ τὰ ἤθη ῥυθμίζουσα, καὶ

Variorum notæ.

(57) διαγέγονεν em. Boiv. pro ἰδίᾳ γέγονεν. Sic lib. XII, cap. 12, sect. 8, διαγέγονε κατηχῆσθαι.

A ἐξ ἀσυνέτων μὲν συνετούς, ἐξ ἀφρόνων δ' ἐργαζομένη φρονίμους· καὶ οὑτωσί πως ἐκ τοῦ θηριώδους πρὸς τὸ ἡμερώτερον ὅλας μεθαρμόζουσα πολιτείας. Τοὺς μὲν γὰρ ἀγαθοὺς ἐξαίρουσα τοῖς ἐπαίνοις, τοὺς δὲ φαύλους ἐν κακότητος μοίρᾳ τιθεῖσα, ἐναργέστατον τοῖς ὀψιγόνοις γίνεται κάτοπτρον. Ὡς γὰρ δι' ἐκείνου σαφεστέρας λαμβάνοντες τὰς ἐμφάσεις τῶν τοῦ προσώπου χρωμάτων τε καὶ σχημάτων οἱ πρὸς αὐτὸ βλέποντες ἐπανορθοῦσιν ὅσον ἐφικτόν, οὕτω δήπου καὶ διὰ τῆς ἱστορίας τοῖς μετιοῦσιν ἐντίθεται σύνεσις, καὶ ἦθος ῥυθμίζεται ψυχῆς, καὶ ἀκόλαστον σχῆμα θυμοῦ καὶ φωνῆς καὶ διαίτης ἀμείβεταί τε καὶ ἀναπλάττεται πρὸς τὸ βέλτιον, καὶ λανθάνοντα φύσεως ἐλαττώματα καὶ συμπτώματα θεραπεύεται πάμπολλα. Μᾶλλον δὲ καὶ κατόπτρου πολλῷ κραταιότερον τὸ τῆς ἱστορίας δείκνυται χρήσιμον. B Ἡ μὲν γὰρ μυρίας τε καὶ παντοδαπὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλως γινομένων καὶ ἀπογινομένων ἀνδρῶν ὑποδεικνῦσα πράξεις καὶ λόγους σαφεστέραν τὴν τοῦ βελτίονος ἐκ παραθέσεως ἔχει δεικνύειν ἐκλογήν τε καὶ μάθησιν. Τὸ δὲ κάτοπτρον, μονομερῆ μὲν τὴν ἔμφασιν, συμφυᾶ δὲ τὴν τοῦ ἐνορῶντος φίλαυτον ἔχον ἕξιν, ῥᾳδίως τε ἐξαπατᾷ καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐξίστησι διδασκαλίας. Βασιλεῦσιν οὖν καὶ ἄρχουσι πολλοῦ τινος ἄξιον ἂν ἡ ἱστορία γίγνοιτο χρῆμα, παραινοῦσα μὴ μέγα φρονεῖν, μηδ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ τύχῃ θαῤῥοῦντας πρὸς τὸ βιαιότερόν τε καὶ τυραννικώτερον [P. 356] ἐξάγειν τὸν τρόπον, ἀλλ' ἀεὶ τὸν βασιλεῖ φυλάττειν μόνον προσήκοντα. C Ὁ μὲν γὰρ γνώμης αὐθαδείαις δημαγωγούμενος καὶ ὀχλοκρατούμενος ἄγεται μᾶλλον ἢ ἄγει, καὶ δοκῶν ἄρχειν ἔλαθε πρῶτος αὐτὸς ὑπὸ τῶν τῆς κακίας εἰδῶν τυραννούμενος. Ὁ δὲ τὰς τῆς ἡγεμονίας ἡνίας δικαίως τοῖς ἄρχουσι νόμοις ἑκουσίῳ γνώμῃ διδούς, καὶ ὥσπερ μεθόριον ὑπηκόων καὶ νόμων ἑστώς, ἐπίσης ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι κατὰ τὸν ἥμερον καὶ ἀνθρώπῳ πρέποντα βούλεται τρόπον, πρὸς ἀκριβῆ τινα ζῆλον καὶ μίμησιν ἑαυτὸν προβαλλόμενος τοῖς ὁρῶσιν, ἔμψυχον τῷ ὄντι νόμον καὶ ἄγαλμα ζῶν ἀρετῆς καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς σύμβολον ἐκ τοῦ μᾶλλον ἑαυτοῦ πρῶτον, ἢ τοῦ τῶν ἄλλων ἄρχειν, σαφῶς παρεχόμενος. Μηδὲν γὰρ τῶν ἐν βίῳ μόνιμον εἶναι καὶ βέβαιον, μηδὲ τὰς κρηπῖδας ἐπ' ἀσφαλοῦς ἑστάναι τῆς τύχης παιδευόμενος ἐκ τῆς ἱστορίας, δέδιε καὶ βραχεῖαν καιροῦ ῥοπήν, ῥᾷστα δυναμένην ἀνατρέπειν ἅπαντα, D καθάπερ οἱ τοὺς κύβους ἐν τῷ παίζειν ἀναῤῥίπτοντες. Οὕτω καὶ φύσεως αὐτῆς ὑπέρτερον ἡ ἱστορία περιφανῶς ἐπεφύκει. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ εἶναι μόνον κυρία γίνεται· ἡ δὲ καὶ τὸ εὖ εἶναι προστίθησιν· ὃ τοσοῦτον ἐκείνου βέλτιον, ὅσον τό γε βλέπειν τοῦ μὴ βλέπειν.

Δ'. Τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν τῆς ἱστορίας χρησίμων κἀμὲ πρὸς τὸ γράφειν ὅσα ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γέγονε χρόνων παρέπεισε, καὶ διηγήματα προστιθέναι τοῖς φιλοκάλοις ἀνδράσι μεγάλα τε καὶ σπουδαίας ἀκοῆς ἄξια, καὶ μεγάλην δυνάμενα σύνεσιν ἐντιθέναι τοῖς ὅσοι πραγμάτων ἀεὶ καινοτέρων ἐμπειρίαν

A homines ex imprudentibus prudentes facit, cordatos ex vecordibus; et sic ferme a fera agrestique vita ad humanum civilemque cultum totas deducit respublicas. Quippe dum et bonos laudibus tollit, et improbis eum locum assignat, qui improbitati convenit, splendidissimum posteris speculum exsistit. Quemadmodum enim qui in speculum intuentur, ipsius ope certiorem assecuti cognitionem oris colorum ac lineamentorum, vultum quantum in se est fingunt et emendant, sic prorsus iis qui ad historiam accedunt intelligentia infunditur, eorum mores componuntur, animi, vocis, vitæ prava mutatur conformatio restituiturque in melius; occulta denique naturæ vitia et affectiones quamplurimæ sanantur. Imo historia B efficacioris longe utilitatis est, quam sit speculum. Illa enim infinitas et plane diversas actiones sermonesque hominum, qui alii alias nati sunt ac decesserunt, ob oculos sic ponit, ut certiorem melioris consilii delectum et cognitionem ipsa collatione facile **575** exhibeat. Speculum vero, unam simplicemque imaginem capiens et illum, qui se ipsos contemplantibus a natura insitus est, amorem sui participans, haud difficulter fallit, et recedit sæpe a veri declaratione. Regibus itaque et principibus magno æstimanda est historia: quæ ne elatioris animi sint admonet, neve prosperis in præsentia rebus freti mores suos ad vim tyrannicumque ingenium deflectant, sed eum vitæ C servent tenorem, qui solus principes decet. Qui enim animi impotentia quoquoversum abripitur, cupiditatibus quasi turbulentæ multitudini mancipatus, non tam regit quam regitur; et quanquam imperantis speciem gerit, tamen ipse magis quam cæteri tyrannico vitiorum imperio tacite opprimitur. Qui vero rerum habenas justæ legum potestati moderandas tradit sua sponte, ac veluti confinium quoddam leges inter et subditos stat medius, is æque et imperare studet et parere, quatenus civile est et hominem decet: is intuentibus se ipsum diligenter æmulandum atque imitandum proponit, vivam revera legem et spirantem imaginem virtutis: is denique dignitatis insigne eo vere sibi vindicat, quod et magis et prius sibi D imperet quam cæteris. Nihil quippe in vita stabile ac firmum esse, nec solido fundamento niti fortunam, ab historia edoctus vel minimam temporis inclinationem extimescit, quæ omnia tam facile potest subvertere, quam talos ii qui ludendo jaciunt. Atque adeo naturæ ipsi præstat evidenter historia. Nam penes illam est **576** efficere ut simus; hæc bene ut simus præterea tribuit. Quæ res tanto illi alteri præstat, quanto videre melius est quam haud videre.

IV. Hæc et talia, in quibus historiæ utilitas posita est, impulere me, ut et ipse litteris mandarem ea omnia, quæ temporibus nostris acciderunt, et ad ea quæ jam narrata sunt alia adderem in gratiam hominum curiosorum, magna scilicet et auditu dignissima, aptaque admodum erudien-

dis iis, qui novorum exemplorum cognitionem comparare usque sibi cupiunt. Affert autem et mihi nihilo minus ea res fructum aliquem peculiarem, quatenus ad mores componendos prodest: item voluptatem haud parvam, dum crebro me ab aliis ad alia rerum genera multa et diversa commemoranda transfero. Quod et navigantibus usu venit, quibus modo occurrit pelagus, modo ex pelago insulæ adeuntur et portus, et immorari variis locis placet multiplicis mercaturæ gratia; ita ut regio nulla sit, ex qua illi magna emolumenta non colligant.

A συνάγειν ποθοῦσι. Φέρει γάρ πως οὐχ ἧττον κἀμοὶ τὸ πρᾶγμα χάριν τινὰ πρὸς ἤθους ῥυθμὸν καὶ ἡδονὴν οὐ μικράν, μετιόντι συχνότερον ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα τῶν διηγημάτων πολυειδῆ καὶ ποικίλα· καθάπερ τοῖς πλέουσι νῦν μὲν πελάγεσιν ἔστιν ἐντυγχάνειν, νῦν δ' ἐκ πελαγῶν ἐς νήσους καὶ ἐπίνεια μετιέναι, καὶ πολυειδέσιν ἐμφιλοχωρεῖν ἐμπορίαις, καὶ πανταχόθεν καρποῦσθαι μακρὰν τὴν ὠφέλειαν.

V. At quoniam de iis rebus, quæ ad junioris usque Andronici mortem gestæ essent, satis a nobis dictum est, nunc ab re haud fuerit ea quæ deinceps acciderunt narrare fusius, ac superioribus conjungere. Revocanda itaque oratio nostra ad continuam et aptam rerum seriem, qua nihil integro historiæ corpori convenientius est.

Ε'. Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς ἡμῖν τὰ μέχρι καὶ ἐς τὴν τελευτὴν Ἀνδρονίκου τοῦ νέου λέλεκται βασιλέως, καίριον ἂν εἴη, τούτοις συνάψαντας διεξοδικώτερον ἀφηγεῖσθαι τὰ ἐφεξῆς. Ἐπανακτέον τοίνυν τὸν λόγον εἰς ἁρμονίαν, μάλα γέ τοι τῷ τῆς ἱστορίας ὅλῳ
B προσήκουσαν σώματι.

CAPUT II.

Cantacuzenus juniorum principum saluti consulit. Alexii Apocauci perniciosa consilia, dotes eximiæ, genus, fortuna, malæ artes. Cantacuzenum hortatur ad capessenda imperii insignia. Eumdem calumniatur. Imperatrix Anna tertio luctus die in palatium se recipit. Apocauco suadente Joannes patriarcha codicillos profert a defuncto imperatore scriptos. Tutelam et imperii administrationem variis rationibus conatur sibi arrogare.

I. Nondum imperator ultimum spiritum emiserat apud monasterium Hodegorum, castissimæ Dei genitrici sacrum, cum Joannem, ejus filium, qui tum nonum ætatis annum excedebat, nec non minorem hujus fratrem Michaelem despotam, annos natum quatuor, Cantacuzenus secum assumptos **577** quamprimum in palatium transtulit, idoneo satellitum præsidio munivit; omni denique ex parte imperatoriæ domus securitati consuluit, veritus, ne quid inopinati subito accideret, ut illis temporibus fere fit.

[P. 357] Α'. Τοῦ γάρ τοι βασιλέως τὰ λοίσθια πνέοντος ἔτι παρὰ τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονὴν (57*) τῆς πανάγνου Θεομήτορος, τὸν ἐκείνου παρειληφὼς υἱὸν Ἰωάννην ὁ μέγας δομέστικος ὁ Καντακουζηνός, ἔνατον τῆς ἡλικίας (58) ἔτος ἀμείβοντα, καὶ σύν γε αὐτῷ τὸν μετ' αὐτὸν ἀδελφὸν Μιχαὴλ (59) τὸν δεσπότην, ἔτους ὄντα τετάρτου, πρὸς τὰ βασίλεια τὴν ταχίστην
C εἰσήνεγκέ τε καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν (60) συνέστησε, πᾶσαν τοῖς βασιλείοις ἀσφάλειαν πορισάμενος πανταχόθεν, δείσας μή τι πάθη τῶν ἀδοκήτων ἐξ ἀφανοῦς, οἷα πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις συμβαίνει.

II. At Alexius Apocaucus non poterat id negli-

Β'. Ἀλεξίῳ δὲ τῷ Ἀποκαύκῳ (61), ὁ πολλάκις

Variorum notæ.

(57*) Ubi Augusta triduo mansit post conjugis obitum, in palatium regressa. Cantacuz. lib. III, cap. 1. Istius ædis mentio in priore historia non semel occurrit, de qua pluribus egimus in *Constantinop. Christ.* lib. IV, sect. 2, n. 24. DUCANG.

(58) Natus quippe Joannes Didymotichi XVIII Junii, anno Chr. 1332, uti notat Gregoras lib. X, cap. 3. Vide Cantacuzen. lib. III, cap. 2. DUCANG. — *Ἔνατον τῆς ἡλικίας ἔτος ἀμείβοντα*. Verti, qui *tum nonum ætatis annum explebat*. Malim nunc *excedebat*. Nam et ea est vis verbi ἀμείβειν, et huic interpretationi favet id quod de Joanne legitur infra lib. XV, cap. 11, sect. 8, ubi dicitur uxorem duxisse Helenam sexdecim annos natus. BOIVIN.

(59) Vide *Famil. Byzant.* DUCANG.

(60) Id ipsum tradit Cantac. lib. I, cap. 1. DUCANG.

(61) Exstat in Bibliotheca Regia codex ingens chartaceus Græcus, quo continentur Opera Hippocratis fere universa. Ejus libri initio imagines duæ in membranis pictæ occurrunt. 1. Hippocrates in hemicyclo sedens, dextra calamum, læva librum tenet resignatum. 2. Magnus dux Apocaucus *in cathedra sedet; quem pone stat* puer, librum in pluteo apertum manu sinistra apprehensum tenens, et legenti similis. Ad utramque imaginem accessere Hippocratis et Apocauci laudes mutuæ, senariis iambicis comprehensæ, æreque in marginibus tabellarum exaratæ. Ex iis porro iambis apparet Apocaucum, quantumvis publicis negotiis districtum, studuisse medicinæ, imo et ejusce
D artis peritissimum fuisse. Ita quippe Hippocrates pictum in adversa pagina Apocaucum alloquitur:

Ἰατρικῆς μὲν τῆς κρατίστης ἐν τέχναις
Δεινός τις εἷλε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἔρως.
Ἐκ παιδὸς εὐθὺς ἐντακεὶς εὐμηχάνως,
Καὶ προσπαθῶς ἔχουσαν ἕλκων τὴν φύσιν
Πρὸς συμπαθῆ παίδευσιν ὁλκαῖς ἐμφύτοις.
Καὶ δὴ συνάψας καὶ πυκνοὺς ταύτῃ πόνους,
Ὑπερφυοῦς ἔδοξα τυγχάνειν κλέους,
Καινόν τι θαῦμα χρηματίζων τῷ βίῳ.
Σοφῶς δὲ πᾶσιν ἐκκαλύψας τὴν τέχνην,
Ἱπποκράτεις ἔδειξα συχνοὺς τῷ χρόνῳ,
Δεινὰς ὅτι μάλιστα πρὸς ταύτην φύσεις·
Νόει Γαληνόν, Ἀέτιον, τοὺς πάνυ,
Τὴν Ἀρεταίου καὶ σοφοῦ Παύλου χάριν·
Μεθ' ὧν Ὀριβάσιος ἡ κλεινὴ φύσις·
Ἄλλοι τε συχνοὶ σύνδρομοι τὴν ἀξίαν,
Ὧν λαμπρὸν ἐμπέφηνε τῷ βίῳ κλέος.
Ἀλλὰ παραιρεῖταί τι τῆς εὐδοξίας

ἐπιχειρήσαντι πέρας οὐκ ἦν τῆς μελέτης λαβεῖν, καὶ νῦν ἀμελεῖν οὐκ ἐνῆν αὐτοῦ. Πολλάκις γὰρ εἰς ἔννοιαν ἐληλύθει, φονεύσας τὸν βασιλέα (62) καὶ ἅμα αὐτῷ Καντακουζηνὸν, ἑτέρῳ παρασχεῖν τὸ βασίλειον περιζώσασθαι κράτος, ἢ τῷ θείῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνῳ (63) τῷ δεσπότῃ, ἢ Συργιάννῃ (64) τῷ πολυτροπωτάτῳ καὶ παραπλησίῳ τὴν σύνεσιν καὶ τὴν τῆς γνώμης ἐμβρίθειάν τε καὶ ὀξύτητα. Δεινὸς γὰρ ὁμοίως ἐκείνῳ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς κατεπείγουσιν ἦν ἐπινοῆσαι τὰ τῇ χρείᾳ κατάλληλα καὶ πόρον ὀξὺς τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν, ὀλίγα μὲν καθεύδων, τὰ πλεῖστα δ' ἐγρηγορὼς, καὶ σκεπτομένῳ τὰ μέγιστα ἐοικὼς καὶ περὶ μεγίστων, καὶ πλείονα καιρὸν ταῖς πράξεσιν ἢ τοῖς λόγοις ἀεὶ παρεχόμενος. Εἰ δὲ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ὁμοῦ καὶ B δικαιοσύνην ἐχρῆτο τοῖς προτερήμασι, μέγα ἂν κλέος αὐτὸς τοῖς Ῥωμαίων ἐτύγχανε πράγμασιν ὤν. Νῦν δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν Ἐπιδαύριον Στρατοκλέα αὐλητὴς μὲν ἦν ἀγαθὸς, ἄνθρωπος δ' οὐκ ἀγαθός. Γένους γὰρ τῶν ἀδόξων ὑπάρχων ἐκ νέου καὶ πενίᾳ συντεθραμμένος νῦν μὲν τούτῳ, νῦν δ' ἐκείνῳ μισθοῦ διακονούμενος διετέλει τὸν χρόνον· κἀκ τῶν ἐλαχίστων μείζοσιν ἠρέμα τοῖς δεσπόταις ἀμοιβαδὸν χρώμενος, καὶ πᾶσιν ἀντιδοὺς τὰ χείριστα, προδότης σαφὴς καθιστάμενος, ἔλαθεν οὐκ οἶδα πῶς καὶ ἐς τὴν αὐτοκρατορικὴν οἰκίαν παρεισφθαρεὶς, ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἔοικε, τύχης καὶ εὐδοξίας.

[P. 358] Γ'. Τούτῳ τοίνυν ἤδη καιρὸν ἔχειν ἑαυτῷ

A gere, quod aggressus quidem sæpe erat, ad exitum autem perducere nunquam potuerat. Is enim consilium ceperat haud semel de potestate imperatoria, ubi imperatorem cum Cantacuzeno occidisset, alteri deferenda, sive despotæ Constantino, imperatoris patruo, sive Syrgianni, viro versutissimo, qui et ipse Apocauco intelligentia, gravi judicio, acerrimoque ingenio proximus fuit. Erat enim Apocaucus, quemadmodum ille, rebus angustissimis solers id quod usui esset excogitare, et inde expedire se unde difficillimum esset. Somno utebatur parce, homo scilicet vigilantissimus, præclara meditanti ac de maximis rebus deliberanti similis. Plus denique temporis agendo dabat quam dicendo. Quibus si eximiis sane dotibus ad veritatem justitiamque usus foret, magnum ipse Romanorum rebus exstitisset ornamentum. Enimvero, ut Epidaurius ille Stratocles, tibicen quidem erat bonus, vir autem bonus minime erat. Nam a pueritia, cum ignobilis foret genere et in paupertate educatus, locatis modo huic modo illi operis victitaverat; cumque ab minimis ad majores sensim gradatimque dominos pervenisset, quos omnes pessime remuneravit, manifestus nempe eorum proditor, in ipsum quoque furtim 578 palatium nescio qua arte irrepserat, in perniciem Romanæ, ut videtur, et fortunæ et gloriæ.

III. Ille itaque ratus asserendæ sibi imperatoriæ

Variorum notæ.

Τὸ τῶν πόνων ἄπληστον, οἷς ὁ πᾶς βίος
Ἄληκτον ἦν σπούδασμα πρὸς τοῦτο βλέπον.
Σὺ δὲ, στρατηγὲ τῶν ἀρίστων Αὐσόνων,
Κοινὲ στρατάρχα τῶν διπλῶν στρατευμάτων,
Ὁ γῆν τε καὶ θάλατταν ἀσχέτως τρέχων,
Διεξαγωγεῦ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων,
Ἐπήβολος φρὴν τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
Ὁ τῆς δίκης πρύτανις εὐστάθμοις μέτροις,
Ἡ πρὸς λόγους ἄπληστος ἐξόχως φύσις,
Ὁ τεχνικὸς νοῦς πρὸς κτίσεις εὐμηχάνους,
Πῶς εἰς τοσαῦτα νευματίζων τὰς φρένας,
Ὧν εἰς ἕκαστον ἀρκέσαι τις ἂν μόλις,
Καὶ λαμπρὸς οὕτω τοῖς πᾶσιν δεδειγμένος,
Ἔπειτα βλέψας πρὸς μακρὰν οὕτω τέχνην,
Πρὸς ἣν βραχὺς πᾶς ἐστιν ἀνθρώπου βίος,
Οὕτως ἀνείλου θᾶττον αὐτὴν ἢ λόγος;
Καὶ πᾶσαν ἐξέπληξας ἐν τούτῳ φύσιν,
Ὥστε χρόνον τε καὶ λόγους καὶ τὴν φύσιν,
Σπουδήν τε πᾶσαν τὴν ἐμὴν οὐ μετρίαν,
Ὁδοῦ πάρεργον, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου.
Καὶ παιδιὰν ἤλεγξας ὄντα σου σθένους.
Ὄντως ξένην, ἄριστε, πλουτήσας φύσιν,
Ξένως ἐχρήσω πᾶσι τοῖς κοινοῖς τρόποις·
Καὶ σφόδρα θαυμάζειν με φιλῶν τοῖς λόγοις,
Ἔδειξας ἔργοις ὡς βραχύς τίς μου λόγος.
Τὰς ψυχικὰς γὰρ οὐ νοσήσας δυνάμεις
Ἐκ τῆς ἐνύλου συμφυοῦς διαρτίας,
Εὔρρωστος οὕτω ταῖς ἐνεργείαις ἔφυς,
Τοὺς γνωστικοὺς εἰς ἄκρον εὐεκτῶν τόνους.
Ἀλλ' εὐχαρίστως οἷς φιλεῖς ἡμᾶς ἔχων,
Ὁ πάντα χρηστὸς, ἡ τρισολβία φύσις,
Χάριν Θεῷ σὺ τῶν καλῶν εἰδὼς ἔχε.
Παρ' οὗ καλὸν πέφυκεν ἀνθρώποις ἅπαν.

C Ita quidem Hippocrates; quem sic contra Apocaucus:
Ἐγὼ σοφῶν κράτιστε τῶν ὑμνουμένων,
Ἀεὶ διαρθρῶν τοῖς λογισμοῖς τὴν *....
Καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐξερευ **....
Ἐξ ἧς μαθεῖν πάρεστιν ἐνθέους λόγους.
Πολλοῖς μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν σοφῶν λόγοις,
Σαφῶς ἀναπτύσσουσι τὴν ***....
Παρ' ὧν ἀφορμὰς δαψιλεῖς ἦν λαμβάνειν,
Πρὸς θαῦμα τοῦ κτίσαντος ἀῤῥήτοις τρόποις.
Ἐπεὶ δὲ τῶν σῶν εὐκλεῶν σπουδασμάτων
Πολύς τις ἔῤῥει θαύματος γέμων λόγος,
Ὡς τῆς ἐν ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τεχνουργίας
Τοὺς μυστικοὺς τρανοῦντος ἐμφύτους λόγους,
Πολὺν μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν τούτοις πόθον,
Λαμπραῖς ἐπ' αὐτοῖς ἐντρυφῶν ταῖς ἐλπίσι.
Tum idem interjectis aliquot versibus,
D Ἐπεὶ δὲ καὶ νένευκα λοιπὸν πρὸς πόνους,
Ὡρμημένος τάχιστα πληροῦν τὸν πόθον,
Καὶ δὴ προσέσχον ἐμμελῶς τοῖς βιβλίοις,
Καὶ τὴν ὅλην δέδωκα τῇ τέχνῃ σχέσιν·
Ἀλλὰ τὸ λοιπὸν τίς παραστήσει λόγος;

Reliqua omitto, quæ et nimis multa sunt, et ad institutum minus pertinent. Porro Apocaucum diligendis medicorum scriptis deditum fuisse, discimus etiam ex Actuario, qui suos de Methodo medendi libros ei, ad Hyperboreos Scythas legato eunti, nuncupavit. Vide Lambecium, *De Bibliotheca Cæsar.* lib. VI, pag. 113. BOIVIN.

(62) Cantacuz. lib. III, cap. 13. DUCANG.

(63) Filio secundo genito Andronici senioris imp. de quo in *Famil. Byzant.* DUCANG.

(64) Cujus ille studiosissimus erat. DUCANG.

* Κτίσιν, opinor. BOIVIN.
** Fort. ἐξερευνῶν σύνθεσιν. BOIVIN.
*** Fort. ἡμῶν φύσιν. BOIVIN.

potestatis tempus jam adesse, omnes ire in formas machinationibus variis, sicut Pharius ille Proteus, constituit. Modo igitur Cantacuzenum sedulo circumibat et adulabatur, compellebatque ad induendum rubros calceos. Quippe rem haud novam fore, postquam imperator toties necessitatem imposuisset palam induendi purpuram, et una imperandi, secum quidem dum viveret; statim autem ubi e vivis excessisset, cum Joanne filio suo eodemque juniori imperatore: expediisse nimirum illud dupliciter, ac veteri imperatoris proposito pernecessarium fuisse; quo simul, o Cantacuzene, et illi te collegam in rerum administratione haberent, et vitæ suæ potentissimum defensorem. Nec enim exstiturum deinceps quemquam, qui imperio clanculum insidiaturus esset, si is statim ac palam socius asscisceretur, qui successor esset futurus.

IV. Et modo quidem hæc, modo illa dictitabat; et eodem rursus revolvebatur, et ex alio alius exsistebat. Tum ipse simul cum imperatrice in illum eos incitabat, qui genere et fortunæ splendore eminebant, illud asserens: in eam curam Cantacuzenum enixe incumbere, ut, nobis omnibus crastina die contrucidatis, imperatorem se et rerum dominum constitueret. Hæc cum diceret affirmaretque, eos etiam in illum commovit, quibuscum erat illi cognatio. Adeoque id imperatrici
579 Annæ persuaserat, ut ad mariti tumulum plorans novendialem luctum non absolverit, sed post triduum statim in palatium se receperit.

V. Ibi Joannes patriarcha, suadente Apocauco eductos sinu codicillos recitavit, quibus id continebatur, quod et patriarchæ ipsi et consortibus episcopis imperator, conjugis et liberorum causa, jampridem mandaverat; tum scilicet cum in Thessaliam profectus est, ut Syrgiannem bello persequeretur, qui acceptis a Crale auxiliis Romanum imperium invadere jam instituerat. His ille recitatis in tutoriam rerum administrationem conabatur se intrudere. Justum enim aiebat esse alioqui ac perquam necessarium, perinde Ecclesiam imperio atque animam corpori esse conjunctam: utrumque enim hoc uno stare et vigere. « Cum vero et codicilli exstent imperatoris manu scripti, qui et conjugis et liberorum salutem mihi haud dubie committunt, quid (ait) iniquius quam socordia nostra mandata illa negligi, ac volentibus quodammodo nobis fluctus Romanæ rei superinduci inopinatos, quales ætate superiori excitati sunt, Arsenii, qui

A περιθεῖναι τὸ βασίλειον κράτος νομίσαντι παντοίῳ τοῖς ἐπιχειρήμασι κατὰ τὸν Πρωτέα τὸν Φάριον ἐπῄει γίνεσθαι. Καὶ νῦν μὲν περιιὼν καὶ θωπεύων οὐ μάλα ἠμέλει Καντακουζηνὸν, συνωθῶν τὰ ἐρυθρὰ (65) ὑποδήσασθαι ὑποδήματα· μηδὲ γὰρ εἶναι λέγων τὸ χρῆμα καινὸν, ἀνάγκην πολλάκις ἐπενεγκόντος τοῦ βασιλέως (66), τὴν πορφύραν λαμπρῶς ὑποδύντα συμβασιλεύειν, αὐτῷ μὲν περιόντι τῷ βίῳ, ἐκείνου δ' εὐθὺς ἀπαλλάξαντος, Ἰωάννῃ τῷ υἱῷ καὶ νέῳ βασιλεῖ. Εἶναι γὰρ διπλοῦν καὶ σφόδρα ἀναγκαῖον τῷ τοῦ βασιλέως ἐκ πολλοῦ σκοπῷ τὸ καλόν· ἵν' ἅμα μὲν αὐτοῖς συνδιοικῶν τὰ τῆς βασιλείας εἴης πράγματα, ἅμα δ' ἐπίκουρος γίνοιο κράτιστος τῆς τούτων ζωῆς. Μηδὲ γὰρ ἔτι λείπεσθαι τὸν λάθρα τῇ βασιλείᾳ ἐφεδρεύοντα, τοῦ B διαδεξομένου παρομαρτοῦντος ἐς προῦπτον αὐτίκα.

Δ'. Καὶ ἦν νῦν μὲν ταῦτα λέγων, νῦν δ' ἐκεῖνα· νῦν δ' ἀναστρέφων καὶ ἀφ' ἑτέρου γινόμενος ἕτερος· καὶ ἅμα τῇ βασιλίδι τοὺς γένει καὶ δόξῃ προὔχοντας κατ' αὐτοῦ διεγείρων, καὶ ἰσχυριζόμενος εἶναι τῷ Καντακουζηνῷ διὰ μελέτης σφόδρα κατεσπουδασμένης, ἔργον ποιησαμένῳ ξίφους ἐς τὴν ὑστεραίαν πάντας ἡμᾶς, ἑαυτὸν αὐτοκράτορα καταστήσασθαι βασιλέα. Ταῦτα λέγων καὶ κατασκευαζόμενος ἀνέσεισε καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς καθ' αἷμα τούτῳ προσήκοντας κατ' αὐτοῦ· ὡς καὶ αὐτὴν Ἄνναν πεισθεῖσαν τὴν βασιλίδα μηδὲ τὰς ἐννέα πενθίμους ἡμέρας (67) C παρὰ τὸν τοῦ συζύγου τάφον ἀνύσαι δακρύουσαν, ἀλλὰ μετὰ τρίτην εὐθὺς ἀνιέναι πρὸς τὰ βασίλεια.

E'. Ἔνθα ὁ πατριάρχης (68) Ἰωάννης, Ἀποκαύκῳ πειθόμενος, ἀνέγνω βιβλίον ἐκ τοῦ κόλπου λαβὼν, συνθήκας περιέχον, ἃς ὁ βασιλεὺς αὐτῷ τε πατριάρχῃ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐκ πολλοῦ παρέθετο ἐπισκόποις, περί τε συζύγου καὶ παίδων αὐτοῦ, ὁπηνίκα μαχησόμενος ἀπῄει τῷ Συργιάννῃ πρὸς Θετταλίαν, ἁρπάζειν ἤδη μετὰ τῆς τοῦ Κράλη συμμαχίας ἐπιχειροῦντι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. Ταῦτα τοίνυν διεξελθὼν εἰς τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐπιτροπικὴν διοίκησιν εἰσάγειν ἑαυτὸν ἐπειρᾶτο. Δίκαιον γὰρ ἔφασκεν εἶναι καὶ σφόδρα τῶν ἀναγκαίων ἄλλως, καθάπερ σώματι ψυχὴν, οὕτω τῇ D βασιλείᾳ τὴν Ἐκκλησίαν συνῆφθαι. Μίαν γὰρ εἶναι σύστασιν καὶ ζωὴν ἀμφοτέρων τουτί. « Ἐπεὶ δὲ καὶ ταυτὶ τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα τὴν σωτηρίαν ἐμοὶ τῆς τε συζύγου καὶ τῶν υἱέων σαφῶς ἀνατίθησι, ποῦ δίκαιον (φησὶν) ἐκείνων ἡμᾶς καταῤῥᾳθυμήσαντας ἀμελῆσαι τῶν συνθηκῶν, καὶ οὑτωσί πως ἑκόντας [P. 359] συγχωρῆσαι, κλύδωνας ἀτεκμάρ-

Variorum notæ.

(65) Idem narrat Cantacuz. lib. II, cap. 40, pag. 337. DUCANG.

(66) Cantacuz. *Hist.* lib. II, cap. 9 et 14. BOIVIN.

(67) Cantacuzen.: Μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι συνήθως γενομένων κλαυθμῶν· *quibus quidem novem diebus ex conjugibus superstes domi se continebat, ut est apud Codinum, De Offic.* cap. 21, n. 4. Vide *Gloss. med. Græcit.* in Ἔννατα. DUCANG.

(68) Cantacuzen. lib. III, cap. 2, ut patriarcha rerum administrationem ambiverit multis enarrat. DUCANG.

του; ἐπιχυθῆναι τοῖς τῶν Ῥωμαίων πράγμασιν, ὁποῖοι κἂν τοῖς ἀνωτέρω γεγένηνται χρόνοις δι' ἀφέλειαν καὶ ῥᾳθυμίαν τοῦ τηνικαῦτα πατριαρχεύοντος Ἀρσενίου; Ἐγὼ τοίνυν ἀντιλήψομαι τῶν κοινῶν ὁμοῦ τῇ βασιλίδι πραγμάτων· ἐγὼ καὶ τῆς τοῦ νέου βασιλέως προστήσομαι σωτηρίας. »

tum patriarcha erat, simplicitate et ignavia? Ego igitur reipublicæ administrationem cum Augusta suscipiam : ego et salutem defendam junioris imperatoris. »

CAPUT III.

Cantacuzenus respondet : administratam a se rempublicam etiam vivo imperatore; cum quo semper conjunctissime vixerit. Sua erga illum merita commemorat. Illius erga se benevolentiam et gratum animum prædicat. Imperii consortium cur eo superstite repudiaverit. Codicillos a patriarcha prolatos ad aliud tempus pertinuisse. Tutelam et imperii administrationem ipso jure penes se residere. Reliquum esse, ut filiæ suæ et junioris imperatoris nuptiæ perficiantur.

Α'. Ταῦτα παρὰ πᾶσαν ἀκηκοὼς προσδοκίαν ὁ Καντακουζηνὸς ἔλεξε τοιάδε· « Ἐμοὶ δ' οὐ τοιούτων (69) ἐδόκει τὰ πράγματα δεῖσθαι λόγων ἐν τῷ παρόντι, ζῶντος ἐμοῦ καὶ συμπαρόντος ὑμῖν, ὃς καὶ τοῦ βασιλέως περιόντος τῶν κοινῶν πραγμάτων ἤμην διοικητὴς σχεδὸν ἁπάντων καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων κοινωνὸς ἐκείνῳ. Ἴσασι δ' οὖν καὶ Ῥωμαίων οἱ πλείους, καὶ πρό γε πάντων ἡ βασιλὶς αὕτη, ὡς τἄλλα μὲν πνέων ἤμην ἐκείνῳ ταυτά, καὶ τῆς ἐκείνου γνώμης ἅπαντ' ἐξήρτητο τὰ ἡμέτερα, καὶ πάντ' ἔδρων ἐγὼ προθύμως ὁπόσα ἐκείνῳ δεδογμένα ἦν, καὶ μηδὲν αὖθις ὃ μὴ δεδογμένον ἦν ἐκείνῳ· τό γε μὴν τοῖς βασιλικοῖς ἐνδύμασι κοσμηθέντα με συμβασιλεύειν αὐτῷ κατὰ τὴν ἐκείνου σπουδὴν καὶ βούλησιν, τοῦτο δ' οὐδαμῇ πρὸς βουλήσεως ἔμοιγε ἦν. Τὴν δ' αἰτίαν ἐν τοῖς τῆς ἐμῆς καρδίας θαλάμοις καθεύδειν ἀπόρρητον ἐν τῷ παρόντι δίκαιον εἶναι νομίζω. Ὅτι δὲ καὶ τὴν μετὰ θάνατον αὐτοῦ διοίκησιν καὶ ἐπιτροπὴν τῶν βασιλικῶν καὶ δημοσίων πραγμάτων ἐμοὶ παρέθετο πολλάκις, καὶ τὸ τοῦ υἱοῦ καὶ βασιλέως Ἰωάννου τῇ ἐμῇ θυγατρὶ προεμνηστεύσατο κῆδος, τά τε ἄλλα, καὶ διὰ τὸ μή κίνδυνόν τινα παρακύψαι, καὶ τοῖς κοινοῖς καὶ καθόλου παρεισφθαρῆναι πράγμασι, μάρτυς ἀπαρέγγραπτος Ἄννα ἡ βασιλὶς αὕτη.

I. His Cantacuzenus præter omnem exspectationem auditis, « Mihi vero, » inquit, « his sermonibus indigere res in præsenti haud videntur, superstite **580** ac præsente me, qui vivo imperatore publicas res administrabam fere omnes; quicum ille dicenda pariter tacendaque omnia communicabat. Norunt certe et plerique Romanorum, et præ cæteris Augusta hæc ipsa, ut reliquis in rebus idem omnino cum illo sentirem, et nostra omnia ab illius voluntate penderent; ut, quidquid illi visum esset, alacriter exsequi solerem, ac rursus nihil quod non illi visum esset : et tamen cum is magnopere cuperet velletque me insignibus imperatoriis ornatum cum eo imperare, ab ea re omnino voluntatem meam abhorruisse. Cujus rei causam sub intimo pectore manere abditam rectius puto hoc tempore. Quod autem mihi res tam imperatorias quam publicas post mortem suam administrandas commendaverit sæpenumero, Joannique imperatori filio suo filiam meam destinaverit uxorem, tum ne quid periculi suboriretur, atque in perniciem rei publicæ totiusque imperii obreperet, testis est omni exceptione major Anna hæc imperatrix.

Β'. Φαίην μὲν οὖν, ὡς ἰδιοτροπίαν τινὰ τῆς ἑαυτοῦ καλῆς ποιούμενος ἐκεῖνος γνώμης, τοιοῦτος ἦν ἐμοί. Φαίην δ' ἂν μᾶλλον, εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, ὡς οὐδ' αὐτὸς οὐδαμῇ ποτε ἐνέλιπον πάντα δρῶν καὶ λέγων ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ προτιμῶν ἀεὶ τῆς ἐμῆς καὶ προτιθεὶς τὴν ἐκείνου. Καὶ ἵνα τἄλλα πάντα παρέντες ἑνός που καὶ δυοῖν μνησθῶμεν· ἄρτι τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς Μιχαὴλ [P. 360] τελευτήσαντος, πρὸς ὁπόσην ἐμπέπτωκε θάλασσαν λογισμῶν, ἀκηκοὼς τῶν περὶ βασιλείας προτιθεμένων (70) Ῥωμαίοις ὅρκων πρὸς τοῦ βασιλέως καὶ πάππου, καὶ ὁπόσα τὴν ἐκείνου ψυχὴν κατέκλυσαν ῥόθια λύπης, καὶ ὅπως πλὴν ἐμοῦ τῶν πάντων ἦν οὐδεὶς αὐτῷ παρήγορος τότε δεξιὸς καὶ ψυχῆς πιπτούσης βακτηρία καὶ κινδυνεύοντος φρονήματος ἀπόρρητον φάρμακον, καὶ οἷον ἀναψύξεως ζέφυρος, οὐκ οἶμαι δεῖν παρ' εἰδόσιν εἰς μῆκος ἐκτείνειν τὸν λόγον. Ὅμως ἐπειδή, πρὶν Βυζάντιον ἁλῶναι, διαδρὰς τὸν ἐπηρ-

II. Possim quidem illum dicere, cum in me talis foret, singularem quamdam excellentis animi sui indolem re ipsa declarasse. Illud tamen affirmaverim potius, si verum oportet dicere, me vicissim haud destitisse unquam pro salute ipsius omnia facere ac dicere, vitæque illius meam semper posthabuisse. Atque ut omissis cæteris unum aut alterum afferamus exemplum : recente adhuc imperatoris **581** morte, quem ille in cogitationum æstum inciderit, ubi sacramenta cognovisset, quæ imperator avus Romanis detulerat, ad imperii successionem pertinentia; quot illius animum curarum fluctus inundarint; ut me excepto nemo omnium ipsi tunc affuerit dexter consolator, qui labentis animi velut adminiculum foret, ac vacillantem constantiam arcana ope sustentaret, et quasi zephyrus quidam recrearet, haud puto longiori oratione scientibus vobis commemorandum. At cum idem,

Variorum notæ.

(69) Conferendus ipse Cantacuzenus, lib. III, cap. 4, 5, 6. DUCANG.
(70) Lib. VIII, cap. 3, sect. 4. BOIVIN.

vitato quod imminebat periculo, priusquam caperetur Byzantium, in Thraciam sitaque illic castella aufugisset, opusque tunc esset non amico fideli solum, sed et pecunia et infinito sumptu (omnibus enim rebus ille ante et post fugam plane destitutus erat), non modo in usum illius præsentem ea omnia liberaliter effudi, quæ mihi in bonis erant quamplurima, a patribus majoribusque ad me transmissa, sed et toti exercitui, cujus eram ipse dux, de meo plenissimos stipendiorum sumptus perpetuo suppeditavi. Qui enim ipsam animam, qua nec totus orbis nec orbis totius opes bene permutentur, pro illius salute ultro effudissem, haudquaquam certe pecuniis aut possessionibus aut rei pecuariæ pepercissem.

III. Atque ut varios subsecutorum periculorum casus et in septenni illo curriculo sudatos tanta contentione cursus ac recursus omittamus; postquam Deo visum est, ut capta imperii sede solus rerum potiretur, non oblitus est ille meorum erga se amorum et ardentissimi studii : **582** sed totum se animo atque cogitatione convertit ad investigandum præmium, quo me posset digne remunerari. Cumque nil imperatorio apice sublimius inveniret, in id enixe incubuit, ut saltem collegam me imperatoremque faceret. Nam primo quidem eum pudebat, postquam Darius ille rex Persarum, homo barbarus, Zopyrum sic amavisset, ut inclyta illa Babylone ac toto præterea Chaldæorum Medorumque imperio carere, Zopyrum autem videre omnibus membris sanum ardentissime optasset: pudebat, inquam, hominem humanioris disciplinæ et paterni imperii alumnum, victum ab illo videri se in referenda gratia. Deinde addebat, hæc mihi a se præmia persolvi non tam mei causa, quam ut stabilitatem suam tueretur, atque ut vivo mortuoque se liberis suis simul et conjugi consultum esset.

IV. At ego, quam voluptatem percipiebam ex amore erga illum meo, eam mihi sinceram servare cupiens, nec quæcunque studio fecissem, gloriæ et honoris videri cupiditate fecisse, nullum sive mediocre sive majus splendidiusque præmium accipere volui; sed iis omnibus vacuus et purus ad hodiernum usque diem permansi.

V. Illi porro circa tutelam codicilli, quos patriarcha nunc profert, illius non ulterioris temporis causa scripti sunt. Verebatur scilicet imperator, qualia multa præter omnem opinionem fortuitus casus invehit, ne et ipse periclitaretur, et ego quoque, illius comes et socius; cui ille et imperii et suarum omnium rerum successionem **583** semper commendaverat; præsertim cum fieri haud posset, ut, si in discrimen adduceretur salus imperatoris.

τημένον κίνδυνον, ᾤχετο φυγὰς ἐς τὴν Θρᾴκην (71) καὶ τὰ ἐν ταύτῃ φρούρια, καὶ ἔδει μὴ φίλου μόνον ἐκείνῳ πιστοῦ, ἀλλὰ καὶ χρημάτων καὶ δαπάνης παντοδαπῆς (πάντων γὰρ καθάπαξ ἦν ἐστερημένος πρό γε τῆς φυγῆς ὁμοῦ καὶ κατὰ τὴν φυγὴν ἐκεῖνος), οὐ μόνον πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ἐκείνῳ κεκένωκα χρείαν ἀφθόνως ἐγώ, ὁπόσα μοι περιῆν ἐκ πατέρων καὶ προγόνων πάμπολλα χρήματα· ἀλλὰ καὶ πάσης ἔγωγε τῆς στρατιᾶς ὑπάρχων αὐτὸς ἡγεμὼν οἴκοθεν ἀεὶ χορηγῶν καὶ αὐτῇ διετέλουν τῶν μισθωμάτων ἀνενδεᾶ τὴν δαπάνην. Ὁ γὰρ αὐτὴν προϊέμενος τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ἐκείνου ψυχῆς, ἧς ὁ πᾶς οὐκ ἔστιν ἀντάξιος κόσμος καὶ τὰ τοῦ κόσμου χρήματα, σχολῇ γ' ἂν αὐτῶν ἐφεισάμην χρημάτων καὶ κτημάτων καὶ κτηνῶν ἁπάντων.

Γ'. Καὶ ἵνα τὰ τῶν ἐν μέσῳ κινδύνων συμπτώματα καὶ τοὺς τῶν μακρῶν ἐκείνων δρόμων καὶ περιδρόμων ἱδρῶτας κατὰ τὴν ἑπταετῆ περίοδον ἐκείνην (72) παρέλθωμεν· ἐπειδὴ (δόξαν οὕτω Θεῷ) τὴν βασιλίδα πόλιν ἑλὼν μόνος ἦν αὐτοκράτωρ αὐτός, τῶν ἐμῶν οὐκ ἐπελάθετο πρὸς ἐκεῖνον ἐρώτων καὶ πόθων· ἀλλὰ πάντας ἔστρεφε καθ' ἑαυτὸν λογισμούς, ἀνερευνῶν ὅ τι ἂν ἀποδοίη βραβεῖον ἄξιον ἐμοί. Καὶ ἐπεὶ μεῖζον ἄλλο τῆς βασιλείας οὐχ εὕρισκε, ταύτης, τὸν δεύτερον φάναι πλοῦν, κοινωνὸν ἑαυτῷ καὶ βασιλέα ποιεῖσθαι διὰ μάλα μακρᾶς ἐποιεῖτο σπουδῆς. Ἠδεῖτο γὰρ, πρῶτον μὲν, Δαρεῖον ἐκεῖνον τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, εἰ βάρβαρος μὲν ἐκεῖνος ὤν, ὅμως διὰ τὴν τοῦ Ζωπύρου φιλίαν ὅλαις ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς τὴν περιβόητον παραιτεῖσθαι διετείνετο Βαβυλῶνα καὶ ἅμα αὐτῇ τὴν Χαλδαίων καὶ Μήδων ἀρχὴν, εἰ Ζώπυρον ὑγιᾶ πάντῃ θεάσαιτο· αὐτὸς δὲ παιδείας ἀνθρώπῳ πρεπούσης καὶ πατρίου βασιλείας τρόφιμος ὢν ἐκείνου πρὸς ἀμοιβὴν τῶν καλῶν ὀφθείη δεύτερος. Ἔπειτα οὐ τοσοῦτον ἐμοῦ γε εἵνεκα τοιαῦτ' ἔφασκεν ἐμοὶ διδόναι βραβεῖα, ὅσον τῆς αὐτοῦ συστάσεως, καὶ ἅμα παίδων καὶ συζύγου, ζῶντός τε καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ.

Δ'. Ἐγὼ δ' ἀκήρατον ἐθέλων φυλάττειν τὸ τῆς ἐμῆς πρὸς ἐκεῖνον [P. 361] φιλίας τερπνὸν, καὶ μὴ δοκεῖν δι' ἔρωτα δόξης ὅσα ἡμῖν ἐσπούδασται δρᾷν, οὐχ εἱλόμην οὐδὲν τῶν ἁπάντων, οὔτε μέτριον οὐδὲν, οὐθ' ὅσα τὴν τοῦ μείζονος ἔχει δόξαν λαβεῖν· ἀλλ' ἔμεινα τούτων ἁπάντων ἀθῷος ἄχρι καὶ εἰς δεῦρο.

Ε'. Ἃ δὲ νῦν ὁ πατριάρχης ἐπιτροπίας προτείνει γράμματα, τῆς τότε χρείας ἕνεκα τούτῳ γεγένηνται, καὶ οὐδαμῇ περαιτέρω. Ἐδεδίει γὰρ ὁ βασιλεὺς, οἷα πολλὰ τὸ αὐτόματον παρὰ πᾶσαν ἐπάγει τὴν προσδοκίαν, μὴ αὐτός τε κινδυνεύσῃ καὶ σύν γε αὐτῷ καὶ αὐτὸς ἐγὼ συμπαρὼν, ᾧ τὴν διαδοχὴν ἀεὶ παρετίθει τῆς βασιλείας καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων. Μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν δυνατῶν, ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀγῶνι τοῦ βασιλέως κινδυνεύοντος, ἐμὲ ζῶντα λείπεσθαι.

Variorum notæ.

(71) Lib. VIII, cap. 6, sect. 4. BOIVIN.

(72) *Bellum scilicet avi et nepotis.* Vide quæ annotavimus supra ad lib. IX, cap. 7, sect. 1. BOIVIN.

Οὕτω γὰρ ἀλλήλαις ἡμῶν αἱ ψυχαὶ συνεκέκραντο, ὡς καὶ πάντας Ὀρέστας ὁμοῦ καὶ Πυλάδας περιφανῶς τῆς ἡμῶν ἡττᾶσθαι συμπνοίας. Εἰ γὰρ ἦν ἐφικτὸν, ἀπιόντος εἰς Θετταλίαν τοῦ βασιλέως, ἐν Βυζαντίῳ μένειν ἐμὲ, οὐκ ἂν ἐπισκόπων ἔδει καὶ πατριάρχου καὶ συνθηκῶν περί τε γυναικὸς καὶ παίδων καὶ βασιλικῶν πραγμάτων. Ἀλλὰ τοῦ τηνικαῦτα καιροῦ πρὸς τὴν τοιαύτην τὰ πράγματα περίστασιν συνελάσαντος, οὕτως ἐφ' ὡρισμένῳ τὰ τῆς τοιαύτης ἐπιτροπῆς ἐκείνῳ συνεκλείετο τῷ χρόνῳ. Ὁ δὲ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον ὥσπερ ἕρμαιον εἰς φιλαρχίαν, ὡς ἔοικεν, εἰληφὼς εἰς μέσον ἄγει δημοσιεύων τὰ πάλαι τοῦ βασιλέως γράμματα, μηδαμῆ τῇ παρούσῃ προσήκοντα χρείᾳ· ὡς μηδὲ πολλῶν ἐμοὶ πρὸς ταῦτα δεῖσθαι τῶν λόγων, πρὸς ἕτερα τῆς παρούσης χρείας τὰ πράγματα συνωθούσης.

A superstes ego ex eo bello evaderem. Tanta siquidem inter nos animorum erat conjunctio, ut Orestarum simul Pyladarumque omnium amicitiam concordia nostra longe superaret. Etenim si, imperatore in Thessaliam profecto, Byzantii remanere me licuisset, non episcopis certe opus fuisset, non patriarcha, non mandatis, quæ conjugi et liberis et rebus imperatoriis consulerent. Sed ut illorum temporum conditio eo res adduxerat, ita certo ac definito illius ipsius temporis spatio ejusmodi tutela fuit circumscripta. Nunc vero ille imperatoris mortem in lucro ponit, nimirum regnandi avidus, atque in medium publicamque in lucem profert vetera quædam imperatoris scripta, quæ in præsenti nihil ad rem spectant. Eoque fit, ut mihi ad- B versus ea non opus sit longa oratione, cum ad alia me præsens necessitas compellat.

Ϛ'. Ἐμοὶ γὰρ, ἵνα τὸ προσῆκον πέρας τοῖς ἐμοῖς ἐπενέγκω λόγοις, τὰ αὐτὰ τῷ θείῳ διεξιέναι λείπεται Παύλῳ· ὅτι Τὸν δρόμον τετέλεκα (73), καὶ τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Ὃς ὑπὸ δυοῖν ὁριζόμενος τουτωνὶ, τῆς τε ἐπιτροπῆς καὶ διοικήσεώς φημι τῶν βασιλικῶν πραγμάτων καὶ τῆς τοῦ νέου βασιλέως ἐπὶ τῇ ἐμῇ θυγατρὶ μνηστείας, ἡ μὲν ἐπιτροπὴ καὶ διοίκησις τῶν βασιλικῶν πραγμάτων, κατὰ συνέχειαν ἐκεῖθεν ἀεὶ διαβαίνουσα, πρόσεστιν ἔτι μοι. Λοιπὸν δ' ἂν εἴη καὶ τὰ τῆς τῶν παίδων μνηστείας ἤδη τελεῖσθαι. » Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ σύλλογος ἔληγέ τε καὶ διελύετο.

VI. Mihi enim, ut orationi meæ finem imponam convenientem, illud D. Pauli superest usurpandum : Cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ. Quæ cum duabus rebus definiatur, tutela scilicet et administratione impèratoriorum negotiorum, item despondenda juniori imperatori filia mea ; tutela quidem et administratio imperii, perpetua inde usque et continua possessione ad me transierunt, et adhuc mihi incumbunt : **584** reliquum est, ut liberorum nostrorum conjunctio factis sponsalibus sanciatur » Post hæc finito colloquio dimissi sunt ii qui convenerant. C

CAPUT IV.

Apocaucus et patriarcha imperatrici persuadent, ut omnem Cantacuzeno auctoritatem abroget. Prudentium conjecturæ de Apocauco. Cantacuzeni potentia et moderatio. Apocauci vires infirmæ. Animus perversus. Immoderata ambitio. Arx Epibatarum et alia castella ab eo exstructa, in quos usus.

[P. 362] Α'. Ὁ δ' Ἀπόκαυκος (74), ἅμα τῷ πατριάρχῃ προσιὼν ἰδίᾳ τῇ βασιλίδι, μήτε μηδενὸς ἀκούειν ἀνέπειθε τῶν ἀπὸ τοῦ Καντακουζηνοῦ λεγομένων, καὶ ἅμα τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιτροπῆς ἀπέχεσθαι τελέως παρακελεύεσθαι. Μηδὲ γὰρ εἶναι χρείαν ἔτι τούτου, τῆς βασιλίδος ὁμοῦ τῷ υἱῷ δυναμένης πᾶσιν ἐπιστατεῖν πράγμασι, παραδυναστεύοντός τε καὶ παρασπίζοντος τοῦ πατριάρχου, κατὰ τὴν πάλαι δοθεῖσαν πρὸς βασιλέως ἐπιτροπείαν αὐτῷ. Ταῦτα λέγων καὶ πείθων ἐλάνθανεν οἵους καὶ ὅσους τοὺς ἀγρίους τρέφει θῆρας τῶν λογισμῶν ὡς ἐν λόχμῃ τῇ ψυχῇ. Διεζωγράφει δ' οὖν καὶ ὑπεσήμαινεν ἀμυδρῶς τοῖς συνετωτέροις τῶν λόγων αὐτοῦ καὶ σχημάτων τὸ ἀλλοπρόσαλλον, οἷον ἐκρήξει χειμῶνα κατὰ Ῥωμαίων ὁ ἄνθρωπος, προσειληφὼς τὸ δύνασθαι.

I. At Apocaucus cum patriarcha ad Augustam privatim accedit persuadetque, ut nihil eorum quæ a Cantacuzeno dicta sint audiat, simulque ut ei rerum administratione prorsus interdicat. Nec enim illo amplius opus esse ; quandoquidem imperatrix ipsa cum filio posset rerum tractare gubernacula, collega ac defensore patriarcha, cui tutela jampridem ab imperatore delata fuisset. Hæc cum diceret ac persuaderet, non declarabat quæ et quot immania in animo consilia aleret, quasi in silva feras. Iis tamen qui intelligentiores erant in- D constantia illa in dictis atque in persona retinenda adumbrabat saltem et leviter designabat, quas ille Romano imperio tempestates illaturus foret, ubi nactus esset potestatem.

Β'. Ὅσον μὲν γὰρ προσῆν Καντακουζηνῷ πανταχόθεν τὸ δύνασθαι, τοσοῦτον Ἀποκαύκῳ περιῆν ἀσθενείας· ὅσον δ' Ἀποκαύκῳ τὸ βούλεσθαι χείριστα δρᾷν, τοσοῦτον τῷ Καντακουζηνῷ τὸ μὴ βίαιον

II. Quantum enim ubique poterat Cantacuzenus, tantum Apocauco deerat virium : quantumque Apocaucus ad pessima quæque erat proclivis, tantum aberat Cantacuzenus ab ulla vi inferenda iis, qui

Variorum notæ,

(73) Paulus ad Timoth. Epist. 2, cap. 4, v. 7. BOIVIN.

(74) Quem Ἀπόχαυχον cum χ vocat Cantacuzenus. DUCANG.

manum in ipsum violentam armassent. Cum enim A isti facillimum esset manifesti sceleris convictos opprimere, et imperatoriæ dignitatis insignia nullo labore usurpare, id quidem facere noluit : sed eorum ingratum animum vehementer admiratus domi se continuit, alteroque aut tertio demum die silentium rupit. Apocaucus vero, conatus quidem, sed frustra, Cantacuzenum de medio tollere, **585** quem solum eumdemque potentissimum adversarium consiliis suis fraudulentis obstare comperiebat, suo tamen more agere non desinebat. Inest enim illud opibus pariter et honoribus, ut cui indigno obvenerint, ejus mentem non secus atque ebrietas ex sua sede dimoveant. Namque hic, cum ad honores et fortunæ splendorem pervenisset, B magnaque opum quæsita vi suam excessisset sortem, decenti illico de statu animi declinavit, tyrannidisque arcanos amores altius pectori infixos fovit. Hinc ille nihil non fecit, nihil non conquisivit, quo ejusmodi malorum stirpem aleret.

πράττειν μηδὲν ὁπωσοῦν κατὰ τῶν ὅσοι ξιφήρη χεῖρα τῇ τούτου ζωῇ καθοπλίζουσι. Καντακουζηνὸς γὰρ, παρὸν ἐκ τοῦ ῥᾴστου κακοὺς φωραθέντας αὐτοὺς καθελὼν, ἀπονητὶ τὸ τῆς αὐτοκρατορίας περιζώσασθαι σκῆπτρον, τοῦτο μὲν οὐ βεβούληται, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν ἐκπλαγεὶς ἀγνωμοσύνην οἴκοι κατέμεινε σιωπῶν ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς που τὰς ἡμέρας. Ὁ δ' Ἀπόκαυκος, πειρώμενος μὲν, οὐ δυνάμενος δὲ καθελεῖν Καντακουζηνὸν, ὃν μόνον ἀντίπαλον κράτιστον εὕρισκε τοῖς αὐτοῦ δολεροῖς λογισμοῖς, ὅμως οὐκ ἔληγε τὰ ἑαυτοῦ διηνεκῶς ἐνεργῶν. Ἐκστατικὸν γάρ τι χρῆμα διανοίας ὁμοίως πέφυκε πλοῦτος καὶ δόξα, παρ' ἀξίαν τινὶ προσγενόμενα, καθάπερ ἡ μέθη. Εἰς γὰρ δόξαν καὶ περιφάνειαν ἐξ ἀσήμου γένους (75) ἐληλυθὼς, συνεργοῦντος καὶ περιθάλποντος Καντακουζηνοῦ, καὶ πλοῦτον μάλα πολὺν καὶ ὑπὲρ τὴν τύχην τὴν ἑαυτοῦ συναθροίσας, τοῦ καθήκοντος εὐθὺς ἐξέστη φρονήματος, καὶ τυραννίδος ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς θαλάμοις ἔκρυψεν ἔρωτας, καὶ πάντ' ἐκεῖθεν ἔπραττε, καὶ πάντα συνεισῆγεν ὅσα γεωργεῖ τῆς τοιαύτης κακίας τὴν βλάστην.

IV. Id autem ipsæ illæ clamant emissa pæne voce insanæ substructionum moles, quæ ad hodiernam usque diem illius improbitatem splendidissime declarant : Epibatarum seu nautarum intelligo castellum, et quæcunque ille circa urbis principis muros exstruxit, ancipitem quasi naturam habentia, terræque ac mari divisa. Portas enim utrinque illis addiderat a mari et a terra; ut mari pulsum terra exciperet ; et vicissim terra ejectum triremis C illa familiaris, ac juxta ejus domum stans quasi in portu, per infidum elementum ad insulam Principis deduceret, aut quocunque illum fortunæ exitus vocaturus foret. Nam et ibi, et quocunque se volebat recipere, castella cœloque eductas arces fundaverat. Adeo vir ille improbus ipso statim initio fuit : adeo malitiæ ac doli plenas celabat animo cogitationes. Quanquam **586** nullum inde fructum colligere ei contigit eludente scilicet Deo consilia illius ac molitiones, ut fusius infra declarabimus.

[P. 363] Γ'. Βοᾷ δὲ καὶ αὐτὰ μονονουχὶ φωνὴν ἐκπέμποντα λαμπρὰν τὰ τῶν αὐτοῦ γε οἰκιῶν οἰκοδομήματα, μέχρι νῦν τὴν ἐκείνου κακίαν ἐκτραγῳδοῦντα· λέγω δὴ τὸ τῶν Ἐπιβατῶν φρούριον (76)· ἔπειθ' ὅσα περὶ τὸ τεῖχος τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων ἤγειρεν, οἷον ἀμφίβιον καὶ γῇ καὶ θαλάσσῃ μεριζομένην ἔχοντα δίαιταν. Πύλας γὰρ ἑκατέρωθεν σφισιν ἐτίθετο πρός τε γῆν καὶ πρὸς θάλασσαν· ἵνα διωκόμενον ἐκ θαλάττης ἤπειρος ὑποδέχοιτο, καὶ τοὐναντίον αὖθις φεύγοντα τὴν ἤπειρον ἡ συνοῦσα καὶ, οἷον εἰπεῖν, ναυλοχοῦσα τριήρης παρὰ τὴν οἰκίαν γίνοιτο παραπομπὸς ἐπ' ἀπίστου στοιχείου θαλάττης ἄχρι τῆς νήσου Πριγκίπου (77), ἢ ὅποι τῆς τύχης ἄγοι τὸ πέρας αὐτόν. Ἔστησε γὰρ κἀκεῖ, καὶ ὁπηδήποτε καταφυγεῖν ἐβούλετο, φρούρια καὶ πύργους οὐρανομήκεις. Οὕτω μοχθηρὸς ἦν ὁ ἀνὴρ ἐξ ἀρχῆς, καὶ μελέτας ἔκρυπτεν ἐν τῇ ψυχῇ κακίας καὶ δόλου μεστὰς, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀπόνασθαί οἱ ἐξεγένετο, τοῦ Θεοῦ ματαίαν πᾶσαν αὐτοῦ σπουδὴν καὶ μελέτην δεικνύντος, ὡς εἰρήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν πλατύτερον.

CAPUT V.

Milites Cantacuzeno palam favent. In solemni sacramento mentionem ejus faciunt. Unus stricto gladio in Apocaucum irruit. Imperatrix cum suis Cantacuzenum supplex orat. Eo conspecto tumultus sedatus. Oratio, qua ille adversariorum improbitatem notat, clementiam et constantiam suam commendat. Demosthenis dictum, a Gregora correctum. Cantacuzeni et Apocauci diversa instituta, diversi exitus, et inceptis convenientes. Cantacuzenus eo uno damnandus, quod pacem Ecclesiæ turbari permiserit.

I. Manante autem fama per totum exercitum, et D ad eos omnes, qui ex quacunque urbe intelligen-

Α'. Τῆς δὲ φήμης ῥυείσης εἰς ἅπαν τὸ στρατιωτικὸν, καὶ ὅσοι τῶν συνετωτέρων ἐκ πασῶν παρῆ-

Variorum notæ.

(75) Infra cap. 9 : Εἰς γὰρ ὕψος ἐξ ἀσήμου τύχης ἀρθείς, etc. Lib. XIII, cap. 8 : Ἐξ ἁλῶν εἰς τὸ στρατήγιον παρεληλυθώς. Cantacuz. lib. I, cap. 4 : Ἄνδρα γένους μὲν ἀφανοῦς ὄντα, καὶ ταῖς τῶν δημοσίων πράξεσιν ἠσχολημένον. Τὴν δημοσίαν γὰρ ἁλῶν τότε τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο. Cap. 23 : Τὸν δὲ Ἀπόκαυκον, ἄσημον μὲν ὄντα, καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὔπω χθὲς καὶ πρώην τοῖς τῶν δημοσίων φόρων πράκταις ὑπογραμματεύοντα. Idem lib. III, cap. 14 : Οὗτος.... ἐκ Βιθυνίας ὡρμημένος, καὶ ἄσημος ἐκ φαύλων φύς, τὰ πρῶτα μὲν ὑπεγραμμάτευσε πολλοῖς τῶν τὰ δημόσια χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγου ἕνεκα μισθοῦ. Adde cap. 44. DUCANG.

(76) Castellum munitissimum, haud procul a Selybria. Cantacuz. lib. I, cap. 24 ; lib. III, cap. 40 ; lib. IV, cap. 47. Gregoras ipse infra cap. 9. DUCANG.

(77) Vide *Gloss. med. Græcit.* in Πρίγκιψ. DUCANG.

σαν τῶν πόλεων, ὡς οἴκοι καθίσας ὁ Καντακουζηνὸς πάντων πραγμάτων ἀπέσχετο, πολὺς ἀνήπτετο θόρυβος κατά τε πατριάρχου καὶ Ἀποκαύκου, καὶ εἴ τινές που τῶν ἐν τέλει (78) σφίσιν εἶεν ὁμόφρονες. Εἶναι γὰρ τῶν ἀμηχάνων ἔφασκον, ἀφέντας τὸν πλουτοδότην καὶ κοινὸν τροφέα Καντακουζηνὸν, καὶ συστρατιώτην μᾶλλον ἢ στρατηγὸν, καὶ συνταλαιπωρεῖν εἰδότα κατά τε τὰς ὑπαίθρους καὶ χειμερίας στρατοπεδείας αὐτοῖς, ἕπεσθαι μεμηνόσιν ἀνδράσι, καὶ ὑπὸ φθόνου καὶ βασκανίας διεφθορόσιν, ἢ μᾶλλον ἀμαθέσι παντὸς ἀγαθοῦ, ὁπόσα πόλεις οἶδεν ὠφελεῖν, καὶ φοβεῖν ἐχθροὺς, καὶ βασιλικοῖς ἐπίδοσιν διδόναι πράγμασιν. Ὥστε καὶ τοῦ θείου προτεθέντος Εὐαγγελίου κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος, B ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ πίστεως ὀμνύειν τῶν βασιλέων, αὐτοὶ καὶ τοῦ τῆς βασιλείας ἐπιτρόπου Καντακουζηνοῦ προσετίθεσαν τοὔνομα. Ὅτε δὴ καὶ ἀντιλέγειν ἐπιχειροῦντι [P. 364] τῷ Ἀποκαύκῳ ἐπεπήδησέ τις ἐξαπίνης ξιφήρης, ἐκεῖνο τὸ Ὁμηρικὸν ἐπειπὼν,

Αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν (79) ἐρωήσει περὶ τὸ ξίφος.

Ὧ δὴ καὶ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν συμφρονήσαντες θορύβου πολλοῦ καὶ βοῆς ἐνέπλησαν τὰ βασίλεια· ὡς περιδεεῖς γινομένους ἐκείνους ὁμοῦ τῇ βασιλίδι οἰκτροὺς ἱκέτας γενέσθαι Καντακουζηνοῦ. Ὅς γε καὶ μηδὲν τῆς σφῶν ὑπολογισάμενος κακογνωμοσύνης εἰς μέσον ἧκεν εὐθὺς, καὶ ὁμοῦ τῷ ὀφθῆναι πρὸς γαλήνην ἐχώρει τὰ τοῦ θορύβου καὶ κλύδωνος ἐκείνου κύματα, καὶ εἰς εὐδίαν ὁ τοῦ χειμῶνος ἐκείνου γνόφος μετωχετεύετο· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ τοιάδε ἐπὶ τῆς βασιλίδος, καὶ ὅσοι παρῆσαν, C ἐφθέγξατο·

Β'. « Τὸ μὲν ἀνθρωπίνοις ἀπροσδοκήτως ἀνθρώπους ὄντας συμφοραῖς ἐντυγχάνειν, καὶ πρὶν ἢ βουλεύσασθαι καὶ πρᾶξαι, πάσχειν τι τῶν δεινῶν, οὐ τοσούτῳ φαίην ἂν ἐγὼ τῶν πασχόντων ὅσῳ τῶν δρώντων ὑπάρχειν τοὔγκλημα. Τὸ δ' ἄλλοις ὀρύσσοντας βόθρον αὐτοὺς εἰς ἐκεῖνον προτέρους ἐμπίπτειν, ἀναμφισβήτητόν ἐστι τῶν πιπτόντων ἁμάρτημα. Ὡς γίνεσθαι τοῖς μὲν προτέροις τὸ πάθος οὐ μάλα συγγνώμης μακρᾶς ὑπερόριον· τοῖς δέ γε δευτέροις συγγνώμης τε πάσης ὡς πορρωτάτω λίαν ἐῤῥίφθαι συμβαίνειν, καὶ ἅμα τὴν ἐκ τῶν νόμων περιφανῶς ἐφέλκεσθαι ἐπιτίμησιν. Ὅμως Θεοῦ δικαίως ἐπιστατοῦντος τοῖς πράγμασι, καὶ κατάλληλα D τοῖς νοσήμασι τῶν πραγμάτων τὰ τῆς ἰατρείας ἐπάγοντος φάρμακα, χρεὼν καὶ ἡμᾶς ἐκεῖσε τὴν μίμησιν παραπέμποντας οὐκ ἀθάνατον κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων τὸ τῆς γνώμης διατηρεῖν ὀργιζόμενον· ἀλλ' ἀναλογιζομένους τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως θνητὸν θνητὴν ποιεῖσθαι καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιτίμησιν. Ἄλλως τε καὶ ὁ τὸν ὑποπίπτοντα κολάζειν ἐθέλων οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀδικεῖ, τῆς ἀνθρωπίνης περιφανῶς ἀσθενείας κατεπαιρόμενος. Ὀξεῖαι δ' εἰσὶν καὶ αἱ τῆς τύχης μεταβολαὶ, καὶ ῥᾷστα τὸ εὔδαιμον ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλους ἀμείβουσι· καὶ χρὴ

A tissimi aderant, sedentem domi Cantacuzenum ab rerum administratione prorsus se abstinere, tumultus ingens adversus et patriarcham et Apocaucum, et si qui ex ducibus consiliis eorum faverent, accenditur. Negabant enim fieri posse, ut Cantacuzenum quidem oblivisceremtur, virum beneficentissimum, communem altorem et parentem, nec tam ducem quam commilitonem suum, qui secum sub dio mediaque hieme bellicos labores tolerare didicisset, homines autem sequerentur furiosos, invidia et obscuro odio contabescentes; homines omnis boni ignaros, quod aut urbibus prodesse, aut hostes terrere, aut res imperatorias posset in majus provehere. Admoto itaque, sicut veteri more receptum est, divino Evangelio, per quod jurarent de-B fensuros se imperatorum vitam et fidem servaturos, addidere hi et Cantacuzeni nomen, imperii procuratoris. Cumque ad contradicendum aggrederetur Apocaucus, in eum statim quidam irruit stricto gladio, et illud Homericum adjecit,

obscuro ferrum hoc jam sanguine tinges.

Cui quidem militum multi assensi magno tumultu et clamore aulam impleverunt: ita ut Augusta et illi qui cum ea erant, metu exanimati, Cantacuzeno **587** miserabiliter supplicarent. At is, malevolentiæ illorum nulla habita ratione, in medium illico prodiit. Cujus vultus simul ut affulsit, ex tumultu tempestatisque illius fluctibus tranquillitas rediit, et illius turbinis caligo in serenitatem versa est. C Tum ille os aperuit, atque apud imperatricem, et eos qui tum aderant, hanc orationem habuit:

II. « Quod præter opinionem humanitus accidat aliquid iis qui homines sunt, et patiantur ii injuriam, qui nec meditati sunt primi, nec intulerunt, id quidem ego non tam iis qui afficiuntur, quam iis qui afficiunt, crimini dandum esse existimo. Cum autem in foveam primi labuntur, qui aliis foderunt, eorum manifesta est culpa qui labuntur: ita ut illis quidem suus casus non longe absit a venia; hi vero ab omni venia quam longissime cadant, et legitimis pœnis se ipsos manifesto obligent. Sed cum omnia Deus juste moderetur, et ægris rebus convenientia adhibeat remedia, oportet et nos quoque, illum imitatos, non fovere animo iram D in eos qui deliquerint sempiternam; sed in vitæ humanæ mortalem conditionem intuentes, pœnas ab hominibus expetere haud immortales. Alioqui in submissum animadvertere qui velit, non illum afficiat injuria, sed semet ipsum, humanæ videlicet fragilitati palam insultans. Ac repentinæ exsistunt rerum vicissitudines, quæ **588** felicitatem ab aliis ad alios facillime transferunt, timendaque omnibus est cæca temporis volubilitas. Ego certe ita semper mihi ipsi consto, ut similem me ramo censeam, qui felici indole assurgit et procerus

Variorum notæ.

(78) Verti, *et si qui ex ducibus*. Malim *ex proceribus*, vel *ex magistratibus*. Boivin.
(79) Homer. Iliad. I, 303. Boivin.

sursum erigitur. At is quidem illud habet peculiare, quod ego si haberem, culpa non vacarem. Enim enim si quis per vim in adversam partem inclinet, deinde naturalem libertatem restituat, non continuo idem stat erectus, sed confestim retrorsum fertur et agitatur, et aliquandiu auras diverberat, donec vix tandem ad priorem erectumque statum sensim redeat. Mihi vero, quem multi hinc et inde pacem exosi, alii alias subinde impellunt, spes in Deo collocata est : hoc uno innitor; ac ne tantillum quidem volo recedere a solita illa clementia. Sed mari objecta rupes, et quidam quasi agger immotus, furentes usque in me qualiscunque pelagi fluctus contemno. Annulos autem, qui mihi plurimi ac multiplices velut infixi hærent, circumfero, parata navibus præsidia, quæ ex alto hibernisque fluctibus volunt funes suos religare et nodo constringere. Quod si quæ inde casu avulsæ, seu ruptis funibus, seu nodo dissoluto, in maris voragines ac fluctus delatæ sint, non rupem, non sententiam meam, sed nautarum imprudentiam in culpa esse evidens est. » Hac tum igitur ab illo oratione habita, res **589** compositæ sunt.

A δεδιέναι πάντας τὴν ἀτέκμαρτον τοῦ χρόνου φοράν. Ἔγωγ' οὖν οὕτως ἔχων ἀεὶ διατελῶ, ὥστ' ἐοικέναι δοκῶ μοι πτόρθῳ τινὶ πρὸς τὸ ὄρθιον εὐφυῶς ἀπευθυνομένῳ· ὃς ἐκεῖνο κέκτηται πλέον ὁμοῦ, ὅπερ εἰ καὶ αὐτὸς ἐκεκτήμην, ἡμάρτανον ἄν. Τὸν μὲν γὰρ εἴ τις βίᾳ χειρὸς ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν μετακλίνας, ἔπειτα τὴν αὐτονομίαν τῆς φύσεως αὖθις ἐκείνῳ παράσχοι, οὐ πρὸς τὸ ὄρθιον εὐθὺς ἐκεῖνος φερόμενος ἀτρεμεῖ· ἀλλ' ἀθρόον ἐπὶ τὰ ὄπισθεν φέρεται καὶ δονεῖται, καὶ θορυβεῖ τὸν ἀέρα μακρόν τινα χρόνον, ἕως ὀψὲ καὶ μόλις ἐπὶ τὴν προτέραν ἠρέμα τῆς εὐθύτητος ἐκείνης ἀνέλθοι στάσιν. Ἐγὼ δ' ὑπὸ πολλῶν πολλαχόθεν πολλάκις ἄλλοτ' ἄλλως τὴν εἰρήνην μισούντων ὠθούμενος ἐφ' ἑνὸς ἐρείδομαι [P. 365] B τόπου, τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος, καὶ τῆς συνήθους οὐκ ἐξίστασθαι θέλω πρᾳότητος οὐδ' ἐπὶ βραχύ. Ἀλλὰ πέτρα γίνομαι παράλιος καὶ οἷόν τις προβλὴς ἀτίνακτος, τῶν μαινομένων ἀεὶ κατ' ἐμοῦ τῆς οἱασοῦν θαλάττης ῥοθίων καταφρονῶν. Κρίκους δέ τινας οἷον ἐμπεφυκότας ἔχω γε κύκλῳ μάλα τοι πλείστους καὶ παντοδαπούς, ἐρείσματα δήπου τῶν βουλομένων ἐκ πελάγους καὶ κλύδωνος ὁλκάδων ἐξάπτειν καὶ δεσμεῖν τοὺς κάλως ἑαυτῶν. Ἂν δέ τινες ἐντεῦθεν ἀποσπασθεῖσαι, συμβὰν οὑτωσί πως, εἴτε τῶν καλωδίων ῥαγέντων, εἴτε τοῦ δεσμοῦ λυθέντος, ἐξωκείλωσι πρὸς τοὺς πελαγίους καταῤῥάκτας καὶ κλύδωνας, οὐ τῆς πέτρας οὐδὲ τῆς ἐμῆς ἐστι γνώμης τοὔγκλημα· ἀλλὰ τῆς τῶν ἐπιβατῶν προφανοῦς ἀβουλίας. » Τότε μὲν οὖν οὕτως εἰπόντος ἐκείνου, κατεστορέσθη τὰ πράγματα.

III. Cæterum magni illius sapientia Demosthenis ait pronuntiatque, ex eventu ultimo anteacta quæque æstimari. Ego vero et præstantium virorum bonitatem, et eorum, qui contrariam vivendi rationem secuti sunt, malitiam, principio ac susceptione prima, non perfectione judicandam esse existimo. Nam inde tanquam ex fonte ac radice apparere incipit, bonæ an malæ sint actiones. Itaque agentis cujusque consilium ii qui diligenter explorare voluerint, facile hinc perspiciant, non datam esse hominibus nisi rerum inchoandarum potestatem; eventus autem arcana ratione eo devehi quo ignoramus; modo ad id quod maxime spectavimus, modo ad aliud; et optata nunc quidem ex animi plane sententia succedere, nunc ita ut non merum accidat id quod optatur, sed aliquid admistum habeat quod minime velimus : ac 's aliquis, cum ab Sicilia solvisset, non ad Sardiniam aut ad portus Corsicos, quo volebat, appulerit; sed in protervum aliquem ac ferocem ventum inciderit, qui ab occiduis gurgitibus erumpens et superne tanquam ex insidiis et latebris effusus, appellere ad Cretam coegerit. Idcirco videtur mihi æstimanda hominum seu virtus, seu malitia, non tam ex rerum eventu, quam ex voluntate et proposito. Verum ex iis, quæ postea dicam, vim eorum quæ dixi licebit planius percipere. Inde enim melius viderit quivis consentientes utrinque consecutiones, proportione **590** et convenientia quadam. Namque et principiis extrema *et extremis principia* perfectissime respondent.

Γ'. Καὶ ἡ μὲν Δημοσθένους ἐκείνου σοφία, πρὸς τὸ τελευταῖον ἐκβὰν τῶν πρὶν ὑπαρξάντων ἕκαστον C κρίνεσθαι, λέγει καὶ ἀποφαίνεται. Ἐγὼ δὲ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὐδοκίμησιν, καὶ αὖ τὴν τῶν ἐναντίως ἐχόντων κακίαν, οὐκ ἐκ τοῦ τέλους οἶμαι δεῖν ἐξετάζειν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς πρώτης ἐπιβολῆς τῶν πραγμάτων. Ἐκεῖθεν γάρ, ὡς ἐκ πηγῆς καὶ ῥίζης, ἀναλάμπειν ἄρχεται τῶν δρωμένων ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία· κἀκεῖθεν ἔξεστι συνορᾶν ἀκριβῶς τοῖς ἀσφαλῶς ἐθέλουσι κρίνειν τὴν τῶν δρώντων προαίρεσιν, ὅτι καὶ μόνης τῆς ἀρχῆς τῶν πραγμάτων εἶναι κυρίοις δέδοται τοῖς ἀνθρώποις· τὰ δὲ τέλη πρὸς ὅπερ οὐκ ἴσμεν ἀπόῤῥητοι φέρουσι λόγοι· νῦν μὲν εἰς ὃ σκοπιμώτατον ἦν· νῦν δ' εἰς ὃ μή· καὶ νῦν μὲν ἀκραιφνὲς τὸ τῆς γνώμης βουλόμενον εἰς τέλος ἐκκεχώρηκει· νῦν δ' οὐκ ἀμιγές· ἀλλὰ μέμικταί τε καὶ τῶν ἀβουλήτων· ὥσπερ ἂν D εἴ τις ἄρας ἐκ Σικελίας οὐκ ἐς Σαρδοῦς καὶ Κύρνου τοὺς λιμένας, οὗπερ ἐβούλετ', ἀφίκετο· ἀλλά τις ἐκ τῶν ἑσπερίων βαράθρων ἀναῤῥαγεὶς καὶ ὑπερεκχυθεὶς ὑβριστὴς καὶ ἀγέρωχος ἄνεμος, ὥσπερ ἐξ ἐνέδρας καὶ λόχου, βίαιον ἐς Κρήτην αὐτῷ πεποίηται τὸν κατάπλουν. Οὕτως ἐμοὶ δοκεῖν οὐκ ἐκ τοῦ τέλους τῶν πραττομένων εἶναι βέλτιον ἐξετάζειν ἀνδρῶν ἀρετὴν καὶ κακίαν, ἀλλ' ἐκ τῆς βουλῆς καὶ προαιρέσεως. Ἐξέσται δ' ὅμως κἀκ τῶν εἰρησομένων ἐναργεστέραν τὴν τῶν λεχθέντων καρποῦσθαι δύναμιν. Ἐντεῦθεν γὰρ ἄν τις θεῷτο μᾶλλον τὴν ἀκολούθησιν ἑκατέρωθεν συνδεδραμηκυῖαν κατὰ τὸ ἀνάλογον καὶ ἁρμόττον. Ταῖς μὲν γὰρ ἀρχαῖς τὰ τέλη, τοῖς δὲ τέλεσιν αἱ ἀρχαὶ τὴν συμφωνίαν ἀκέρατον πάμπαν εἰλήφασιν.

Δ. Ἔγνωσται γὰρ ἅπασι, μὴ μόνον Ῥωμαίοις καὶ Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ ὅσοις ἔθνεσι πολυειδέσι καὶ βαρβάροις εἶναι συμβέβηκε, μετὰ ποίας πραότητος καὶ δικαιοσύνης ταῖς ἀρχαῖς ἐχρήσατο τῶν πραγμάτων ὁ Καντακουζηνός· μετὰ ποίας δ' αὖ τῆς μοχθηρίας καὶ ἀδικίας ὁ Ἀπόκαυκος. Ἔγνωσται δ' αὖ ὁμοίως, [P. 366] καὶ ὅσους τοὺς διαύλους καὶ τὰ παλαίσματα μεταξὺ τῶν τῆς κακίας Τελχίνων ὀρχησαμένων, εἰς οἷον τὰ πράγματα κατηντήκει τὸ πέρας, τοῦ Θεοῦ δικάζοντος καὶ ἀθλοθετοῦντος ἐξ ἀφανοῦς, καὶ ἀφθόγγοις καὶ σιωπώσαις φωναῖς ἀναδιδάσκοντος ἅπαντας, ἀγαθῆς προαιρέσεως ἀρχὰς καὶ πηγὰς προτιθέναι τῶν οἰκείων ἔργων, οἷς πρὸς βουλήσεώς ἐστι κατὰ νοῦν προχωρεῖν ἀγαθὸν τὸ γεώργιον. Εἰ μὴ γὰρ ταῖς τῶν ἐμῶν διωκτῶν καινοφωνίαις (80) ὁ Καντακουζηνὸς ὅπως ποτὲ παρενεχθεὶς χώραν ἐκείνοις τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ζάλην προσενεγκεῖν κατὰ τὴν βασιλίδα Ἄνναν καὶ αὐτὸς δεδώκει, κράτιστος ἂν βασιλέων ἐγίνετο, καὶ ἅμα τὰ Ῥωμαίων πράγματα μεγίστην ἂν δι' αὐτοῦ τὴν ἐπίδοσιν ἀνελάμβανε. Νῦν δὲ διὰ κακίαν ἄλλων αἴτιος ὁ πραότατος τῆς τῶν ὅλων ἔδοξεν εἶναι φθορᾶς.

A IV. Notum videlicet omnibus, non solum Romanis et Græcis, sed et barbaris et aliis quibuscunque gentibus, quanta quidem lenitate et justitia Cantacuzenus in rerum usus sit initiis, quanta autem improbitate et injustitia Apocaucus. Notum pariter, post quot repetitos cursus, post quot palæstricos nequissimorum Telchinum saltus, quem ad exitum res perductæ sint; Deo arbitro et præmia statuente ex occulto, mutisque et tacitis vocibus omnes homines admonente, ut opera sua ordiantur non ab alio principio ac fonte, quam a bono consilio, si sibi ex sententia provenire laboris sui fructum velint. Itaque nisi Cantacuzenus, novis persecutorum meorum doctrinis utcunque abreptus, locum eis dedisset, sicuti Anna imperatrix, B invehendæ in Dei Ecclesiam turbidissimæ tempestatis, præstantissimus certe imperatorum fuisset, simulque accepisset Romana res maximum ab eo incrementum. Nunc vero aliorum scelere effectum est, ut qui mitissimus erat perdidisse omnia videretur.

CAPUT VI.

Apocaucus incepto non desistit. Cantacuzenum, de se optime meritum, perdere conatur. Persarum lex adversus ingratos. Cladium Romanarum causæ. Cantacuzenus imperatricem et patriarcham privatim convenit. Oratio, quam apud eos habuit. Imperatrix et patriarcha jusjurandam dant et accipiunt. Cantacuzenus multa et præclara meditatur. Pacis bellique consilia ab eo inita. Propensa erga ipsum voluntas finitimorum populorum.

Α'. Ἔργοις γε μὴν αὐτοῖς ὁρῶν ὁ Ἀπόκαυκος εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τὰ τῆς κακίας ἔνεδρα προχωροῦντα, καὶ κακὸς ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐλεγχόμενος εἶναι, οὐκ ἠρυθρία τοῖς ὁμοίοις ἐπιβάλλων ἀεί· καὶ ταῦτα τῶν πάλαι σοφῶν θαυμάζοντος ἀκούων τινὸς, οὐχ ὅτι πέπλευκέ τις, ἀλλ' ὅτι πέπλευκε δίς. Οὐκ ἐπαινετὴν γὰρ τὴν τοιαύτην ἐνόμιζε τόλμαν ὁ σοφὸς, μετά γε δήπουθεν τὸ πολλοὺς ἀπαντλῆσαι θανάτους ἐν τοῖς θαλαττίοις ἀγῶσιν, ἐς τοὺς ὁμοίους αὖθις ἐμβάλλειν κινδύνους.

Β'. Δέον γὰρ, εἰ μή τι πλέον, ἐκείνῳ τἀνδρὶ τῶν τοῦ Καντακουζηνοῦ μεμνημένῳ δωρεῶν, μὴ μόνον τῆς πρὸς τοῦτον ἀπεχθείας ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ χάριτας ὁμολογεῖν τὰς μεγίστας, καὶ γλώττῃ καὶ χειρὶ καὶ πᾶσι τρόποις προθυμίας τὸν εὐεργέτην ἀμείβεσθαι, ὅτι πρὸς τοσοῦτον ἐξ εὐτελοῦς ἀνήγαγεν ὕψος αὐτὸν, ὁ δὲ πάντα δίκαια παραδραμὼν μυρίους αὐτῷ συνετίθει [P. 367] καὶ συνεσκεύαζε τοὺς θανάτους, οὐδὲ τοὺς τῶν βαρβάρων Περσῶν (81) αἰδούμενος νόμους, οἳ τοῖς ἀχαρίστοις νόμιμον ἐπάγουσι κόλασιν, μήτε τὰ πρὸ, Θεὸν εἶναι λέγοντες τὸν τοιοῦτον εὐχάριστον, μήτε πρὸς τοὺς γονέας, μήτε μὴν πρὸς τοὺς φίλους. Ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικεν, ἐκτριβῆ-

I. Quanquam evehtu ipso videret Apocaucus, C contra quam speraverat, cecidisse sibi fraudes et insidias, ac manifestæ improbitatis argueretur, non tamen erubescebat eadem semper attentare; idque cum didicisset, miratum esse quemdam ex veteribus sapientibus, non quod navigasset aliquis, 591 sed quod bis navigasset. Minime scilicet laudandam existimabat vir sapiens ejusmodi audaciam, quæ post tot nempe exhausta per mare infestum pericula in eadem rursus incurreret.

II. Cum enim deberet Apocaucus, si non amplius aliquid præstare, at beneficiorum Cantacuzeni memor, non solum omni in eum odio parcere, sed et maximas agere illi gratias, linguaque et manu et quovis officii genere virum remunerari beneficum, a quo esset ex humili ad eum fortunæ D gradum evectus; omni tamen violato jure, innumeras ipsi mortes conflabat ac moliebatur, ne Persarum quidem, gentis barbaræ leges reveritus, qui hominibus ingratis legitimas pœnas irrogant; negantque eum, qui talis sit, erga Deum ipsum aut parentes aut amicos grato animo fore. Sed nimirum oportuit omnes affligi Romanorum urbes

Variorum notæ.

(80) Gregoras hunc librum, et quinque deinceps continuos, sæviente in Acindynianos persecutione scripsit, nondum tamen domo inclusus; imo, ut opinor, ante habitam synodum Palamiticam. Decimum octavum et novem sequentes testatur ipse scripsisse se habita jam synodo, domi manere jussum et ab monachis custodibus obsessum. Vicesimum octavum, et reliquos usque ad tricesimum octavum, recepta jam libertate, variis temporibus videtur condidisse. BOIVIN.

(81) Xenoph. lib. I, *De Cyri inst.* BOIVIN.

et provincias; ne, ut opinor, vetera simul et recentia gentis delicta impunita essent. Eoque permissum est talia per scelus obrepere malorum instrumenta et causas, nullo alio jure quam ambitione et vana gloria. Sed age illuc redeamus, unde nostra deflexit oratio.

III. Cum, ut dixi, Cantacuzenus intelligeret, non desinere Apocaucum dolos et insidias struere adversus se, et funestissimam conjurationem in caput suum postpaulo erupturam prævideret, imperatricem et patriarcham privatim convenit, et hanc apud eos orationem habuit:

IV. « Profanorum philosophorum præstantissimi **592** contraria eodem tempore eidem rei negant inesse posse. Quod cum ita sit, non video quænam a me possit machina adhiberi, qua duabus rebus iisque maxime contrariis divisa cautissime possim exsequi ea quæ decrevi. Nam et toti publicæ rei unum me prospicere, et de omnibus, qui huic imperio subjecti sunt, sollicitum esse, ne quid detrimenti temere ab hostibus accipiant, id quidem omnes trahit ad se animi nervos, omnes vindicat cogitationes et curas. At eos ipsos vitæ meæ insidiari, quibus consulo, id vero gravissimum cum sit, cogit me omni alia cura abjecta uni providere saluti meæ, et quoquo modo parare mihi securitatem. Ejus autem rei emendationem ambobus vobis incumbere oportebat, si quæ æquum erat ea facere voluissetis; vobis, inquam, ad quos ea omnis cura spectat, quorum omne studium in eo poni debet, ut advertatis ac præcidatis quidquid in imperium simul et Ecclesiam succreverit germinis mali, quo in dies augescente corrumpi possit atque omnino deleri utriusque potestatis robur. At vos, cum improbis hominibus clam et crebro colloquentes, eorumque insanis inducti suasionibus, iis ultro assimilamini, qui sinistra manu dextram amputare studeant. Jam vero, si animam mihi uni eripere vellent insidiatores mei, nec eorum insolentissimus gladius per amicos omnes, per omnem stirpem esset pervasurus, quiessem ego fortasse, fortasse etiam non quiessem. **593** Mihi enim nec istuc videtur omnino permissum, ut animam nostram, cujus est dominus alter, depositarii vero nos sumus, prodamus ultro et deseramus, antequam liberaverit is, qui dominus est. Sin hoc licet, prodeat aliquis doceatque me, cur olim judices sapientissimi voluerint eos projici insepultos, qui suam in se ipsos dextram armavissent. Perinde enim illud videtur esse quodammodo, ac si quis peregrino solo egressus alienum mancipium vinculis eduxerit, et fugitivum abire jusserit. Quod si ad omnes pariter pertinent et insidiæ sceleratorum hominum, et periculum meum, insaniæ cri-

A ναι Ῥωμαίων ἅπασαν πόλιν καὶ χώραν, καὶ αὐτὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας συγχυθῆναι τὰ πράγματα, δι' ἔκτισιν οἶμαι παλαιοτέρων ἅμα καὶ νεωτέρων τοῦ γένους ἁμαρτημάτων. Καὶ διὰ τοῦτο συνεχωρήθη τοιαῦτα παρεισφθαρῆναι κακίας ὄργανα καὶ προφάσεις, πλὴν φιλαρχίας καὶ δόξης ματαίας οὐδὲν ἐχούσας τὸ εὔλογον. Ἀλλ' ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου φέρε ἀνακάμψωμεν.

Γ'. Συνορῶν γάρ, ὡς ἔφημεν, ὁ Καντακουζηνός, ὅτι συσκευάζων αὖθις Ἀπόκαυκος οὐ παύεται δόλους καὶ ἔνεδρα κατ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἠρεμήσασ ἐπιβουλὴν ἐκραγεῖσαν ὄψεται φόνου μεστὴν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς, ἰδίᾳ παραλαβὼν ἅμα βασιλίδι τὸν πατριάρχην τοιάδε φησί·

Δ'. « Τῶν ἔξω σοφῶν (82) οἱ χαριέστεροι τἀναντία B κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐν τῷ αὐτῷ γενέσθαι ὑποκειμένῳ τῶν ἀμηχάνων εἶναί φασι. Τούτου δ' οὕτως ἔχοντος, οὐχ ὁρῶ τίς ἂν ἐμοὶ γένοιτο μηχανή, ἣ μεριζομένη πρὸς δύο τἀναντιώτατα παρέχοιτο δρᾷν ἀσφαλῶς ἃ προκεχείρισμαι. Τὸ μὲν γὰρ τῶν κοινῶν προνοεῖσθαι πραγμάτων ἁπάντων ἕνα με ὄντα αὐτόν, καὶ πάντων ἐπιμελεῖσθαι τῶν ὑπεικόντων τῇ βασιλείᾳ ἀνθρώπων μὴ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν πολεμίων βλάπτεσθαι, πᾶσαν ἕλκει πρὸς ἑαυτὸ διάνοιαν, καὶ πᾶσαν λογισμῶν ὑποτάττει φροντίδα· τὸ δ' αὐτοῖς ἐκείνοις, ὧν προνενόημαι, ἐπιβούλοις κεχρῆσθαι κατὰ τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς, τοῦτο δὲ παγχάλεπον ὂν ἀναγκάζει πάντων ἀποστάντα με τῶν ἄλλων φροντίδων μόνης τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς προνοεῖσθαι, καὶ τὴν οἰκείαν ἀσφάλειαν ἐκ παντὸς πραγματεύεσθαι τρόπου. Τούτου C δὲ τὴν διόρθωσιν ἀμφοῖν ὑμῖν ἀνηρτῆσθαι ἐχρῆν, εἰ τὰ δίκαια πράττειν ἐβούλεσθε, οἷς χρέος ἅπαν ἀνῆπται πᾶσι τρόποις ἐπείγεσθαι ἀποτρέπειν καὶ ἀποκόπτειν, εἴ τί που κατά τε τῶν τῆς βασιλείας ὁμοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὑποφύοιτο κακίας βλάστημα, ὃ λυμανεῖται προβαῖνον εἰς αὔξησιν καὶ ἅπαν ἄρδην ἀφανιεῖ τὸ κράτος ἀμφοῖν. Ὑμεῖς δὲ μοχθηροῖς ἀνδράσι λάθρα καὶ συχνὰ κοινολογούμενοι, καὶ τοῖς αὐτῶν παραλόγοις ἑπόμενοι λόγοις, τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὴν δεξιὰν ἀποκόπτειν ἐπειγομένοις ἑκόντες ἐοίκατε. Ἔπειτα εἰ μὲν ἐμοῦ τὴν ψυχὴν ἐξάγειν τοῦ σώματος τοῖς ἐπιβούλοις ἦν πρὸς βουλήσεως μόνου, καὶ μὴ κατὰ παντὸς ἐχώρει, τῶν τε φίλων καὶ τῶν ἐκγόνων, τὸ τῆς σφῶν ἀναιδείας ξίφος, ἴσως μὲν D ἐσίγων ἂν ἴσως δ' οὔ. Οὐ γὰρ πάνυ μοι φαίνεται θεμιτὸν οὐδὲ τοῦτο, προδιδόναι τὴν ἑαυτοῦ τις ἑκών γε εἶναι ψυχήν, ἄλλου κτῆμα καὶ παρακαταθήκην [P. 368] οὖσαν πρὶν πρὸς τοῦ δεσπότου γενέσθαι τὴν λύσιν. Εἰ δ' οὖν, φρασάτω τις ἐμοὶ παρελθών, ὅτου χάριν ἀτάφους τῶν πάλαι δικαστῶν οἱ σοφώτεροι ῥιπτεῖσθαι κατεψηφίσαντο, ὧν αἱ χεῖρες καθ' ἑαυτῶν ἐστρατεύσαντο. Ὅμοιον γὰρ εἶναί πως δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐξ ἀλλοδαπῆς ἰὼν ἄλλου δεσμώτην δραπέτην ἐργάσαιτο. Εἰ δὲ πρὸς ἅπαντας ἄρδην ὁμοίως διαβαίνοι τά τε τῆς ἐπιβουλῆς τῶν μοχθηρῶν καὶ τοῦ γε κινδύνου τοὐμοῦ, μανίας οὐκ

Variorum notæ.

(82) *Cantacuz. lib. III, cap. 5.* DUCANG.

ἂν ἐλεύθερον ἐς τέλος εἴη τὸ σιγᾷν. Εἰ δ' ἀκίβδηλος μὲν ὑμῶν ἡ πρόθεσις ἐμοὶ τετήρηται μέχρι νῦν, ὑπισχνεῖσθε δ' ἔτι καὶ τὴν ἐφεξῆς συντήρησιν αὐτῆς τὸ παράπαν διαφυλάξειν κακίας πάσης ἀμέθεκτον, καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἐμῆς ὁμοίως μαίνεται ψυχῆς, ἕτοιμος αὖθις ἐγὼ τήν τε ὑμετέραν ἄρτι περαίνειν δέησιν, καὶ ὁμοῦ τὰς τοῦ μακαρίτου βασιλέως περὶ τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐπιτροπῆς τε καὶ διοικήσεως ἐντολάς. Τοῦτο δ' οὐκ ἄλλως ἀναμφισβήτητον ἂν γένοιτο πᾶσιν ἡμῖν, πρὶν ἔνορκον ἡμῖν τὴν ὑπόσχεσιν καταστῆσαι, καθὰ πολλαχῆ καὶ πολλάκις ἐν ταῖς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀμφισβητήσεσιν εἴωθε γίνεσθαι. Τοῦτο γὰρ ἐμοὶ καταφύγιον ἀσφαλὲς ἐν τῷ παρόντι δοκεῖ, καταστορέσαι δυνάμενον πᾶσαν ἐμῆς ψυχῆς ὑποψίαν καὶ λογισμῶν τρικυμίαν. Εἶναι γὰρ καὶ βοτάνην Ἀσκληπιάδαι φασὶ τοῖς λύκοις θανάσιμον, ὑφ' ἣν ταῖς ἀλώπεξι προσιούσαις ἀφόβως καθεύδειν περίεστιν. Εἰ οὖν καὶ τοῖς ἀλόγοις εὐμήχανόν πως ἡ ἀνάγκη πρὸς σωτηρίαν γίνεται, ἄμεινον δήπου τοῖς λόγῳ καὶ νῷ συμφυεῖ κεχρημένοις ἡμῖν ἐν τοῖς ἐπικινδύνοις πράγμασιν ἐγγύας ἀπαιτεῖν, ὁπόσαι πρὸς τὴν δι' ὅρκων καταφεύγουσι πίστωσιν. Ἀμειψαίμην δ' ἂν καὶ αὐτὸς ὑμᾶς τοῖς παραπλησίοις, εἰ μὴ ἱκανὰ πρὸς ἀσφάλειαν πίστεως τὰ προϋπηργμένα δοκοίη. Ἐν γὰρ ἐξουσίᾳ γενόμενος τοῦ τῆς αὐτοκρατορίας περιβαλέσθαι τὸ σχῆμα, πρὸς ἐσχάτας ἤδη τοῦ βασιλέως ὄντος πνοάς, ὅτε καὶ σὺν τοῖς δυσὶν υἱέσιν ἐκείνου τῶν βασιλείων ἔνδον αὐτὸς γενόμενος φρουραῖς στρατιωτικαῖς ἠσφαλισάμην αὐτά, μηδενὸς ἀντιπράττοντος, ἀλλὰ πάντων ὑπεπτηχότων τῷ δέει, οὐ ταυτὸν πέπονθα τοῖς παρ' ἀξίαν ἐντυχοῦσί τινι θησαυρῷ, καὶ ἀμφοτέραις τὸ τῆς ψυχῆς ἀναπιμπλάναι τοῦ ἔρωτος φίλτρον ἐπειγομένοις· ἀλλ' ἔμεινα τῶν τῆς ἐξαρχῆς προθέσεως ὅρων ἐντός. Πολλῷ δὲ δήπου σαφέστερον ἐξουσία καὶ πλοῦτος καὶ αὐτόνομος δύναμις γνώμην ἀνθρώπου δηλοῦσιν, ἢ πενία καὶ ὑπεξούσιος δίαιτα. Τῷ γὰρ ἀκουσίῳ βιαίως ἐνίων τὰ ἤθη τυραννούμενα λανθάνει διὰ μακροῦ τὰς τῶν ἔξωθεν [P. 369] κρίσεις τῆς ἀληθείας καταψευδόμενα. Ἓν μὲν οὖν ἐκεῖνο μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως τελευτὴν τῆς ἐμῆς καθαρότητος παραστατικόν, καὶ ἅμα τῆς ὑμῶν δειλίας ἀναιρετικόν, ὅτι παρὸν ἐκ τοῦ ῥᾴστου τὸ βασίλειον περιζώσασθαι κράτος, οὔτε πέπραχα τοιοῦτον οὐδέν, οὔτε βεβούλευμαι, ἀλλ' ἔμεινα πάμπαν τῶν ὅρων τῆς εἰθισμένης τάξεως ἔνδον, ἀκήρατον συντηρῶν τὸ φρονοῦν τῆς ψυχῆς. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀνθρώποις ἀρέσκειν ἔκρινα δεῖν, ὅσον τῷ τῶν ἀδήλων ἐπόπτῃ Θεῷ. Οἱ μὲν γὰρ τῶν δρωμένων ἐς τοὐμφανὲς καθίστανται μάρτυρες μόνων, οὓς καὶ παραλογίσασθαι ἔξεστιν ἐνίοτε, εἴ τις τοὺς τῆς κακίας καρποὺς τοῖς τῆς ἀρετῆς ὑποτίθησι σχήμασί τε καὶ χρώμασι. Θεὸς δ' ἐν αὐτοῖς πρὸ τῶν ἔργων τοῖς τῆς καρδίας κινήμασιν ἐρείδει τὰ τῆς ἐξετάσεως ἴχνη, καὶ τὸ βῆμα τῆς δίκης ἐν αὐταῖς συγκροτεῖ τῶν λογισμῶν ταῖς ἀρχαῖς, ἔνθα χώραν οὐκ ἔχει σχῆμα καὶ χρῶμα καλύπτειν, εἴ τι κακίας ἐκεῖ παραφαίνεσθαι βούλοιτο βλάστημα. Δεύτερον δέ, τὸ παρόν, ὃ καὶ πάσης κέκτηται κα-

men haud effugerim, si perpetuo sileam. Si vero voluntatem erga me sinceram hucusque retinuistis, eamque pollicemini servatum iri a vobis in posterum expertem omnis malignitatis, alienamque ab omni molitione, quæ sit saluti meæ infesta, paratus denuo ego sum vestræ petitionis rationem jam nunc habere, simulque mandatorum, quæ divus imperator de imperii hujus tutela et administratione scripsit. Id autem nobis omnibus non aliter stabile et certum fuerit, nisi jurejurando pactio firmata sit, quemadmodum passim et sæpe fieri solet in disceptationibus rerum quotidianarum. Perfugium enim illud tutum mihi videtur in præsenti, idemque par omnibus animi mei suspicionibus, omnibus curarum fluctibus comprimendis. Nempe et herbam testantur medici exstare lupis mortiferam, sub qua vulpeculis tuto liceat obdormiscere. Si igitur et brutis animantibus **594** ipsa necessitas quasdam salutis tuendæ artes suggerit, quanto nos magis, qui ratione insitaque intelligentia pollemus, postulare æquum est, rebus dubiis ac suspectis ut nobis caveatur iis omnibus cautionibus, quæ fidem jurejurando sanciunt. Referam autem vobis paria et ipse, si præteritæ res ad fidei confirmationem non satis esse videantur. Certe cum penes me esset imperatoriæ potestatis induere insignia, extremum spiritum jam exhalante imperatore, tum scilicet cum palatium, in quo cum duobus defuncti filiis versabar, præsidio muniebam militari, nemine obsistente, omnibus metu prostratis, non idem mihi accidit atque illis, qui in thesaurum aliquem incidunt minime digni, et manu utraque gestiunt ardentem animi libidinem explere; sed me intra pristini instituti limites continui. At potentia et opes et quæ sui juris est libertas, qua quis mente sit declarant multo certius, quam inops et mancipata alteri vita. Quorumdam enim mores necessitate tanquam vi tyrannica oppressi aliorum hominum opinionem sic fallunt, ut diu mendacium veritati prævaleat. Una igitur res hæc post mortem imperatoris et meam integritatem satis commendat, et vos liberat metu, quod facili labore potestatem mihi imperatoriam arrogare cum possem, nec tale admisi quidquam nec cogitavi, sed omnino intra officii consueti limites incorrupta animi moderatione steti. Placendum enim putavi non tam hominibus quam Deo, qui occulta perspicit. Illi quippe testes **595** exsistunt eorum duntaxat quæ palam fiunt, et aliquando possunt decipi, si quis vitia sua imagine et colore virtutis obtexat. Deus vero ipsis illis, qui actiones antecedunt, motibus cordis examinis sui vestigia imprimit, et justitiæ tribunal in ipsis figit cogitationum radicibus, ubi umbra et specie celari non potest, si quis inde laboret sese trudere improbitatis fœtus. Altera res est id quod nunc accidit. Est autem illud summæ improbitatis. Vos enim cum oporteret, meam reveritos clementiam et æquitatem, omni studio manuque et lingua navare mihi operam quietos, um-

nisque sollicitudinis expertes; vos, inquam...., sed A silere satius est, ac rem omnem Deo permittere. »

V. Abrupto igitur ibi orationis cursu, datoque et accepto tam ab Augusta quam a patriarcha jurejurando, nihil omnino facturos aut meditaturos eos insidiose, surgit Cantacuzenus et foras exit.

VI. Jamque erat in eo totus, ut exercitum educere et iis finem imponere pararet, quæ pridem bene decreta essent. Erant autem illa; possessiones omnibus copiis distribuendæ; tum congiarium et largitiones, et pecuniæ jam olim debitæ integra de suo solutio (pecuniæ enim penuria tum temporis fiscus laborabat, nec erat unde suppeditaren- B tur hi sumptus); expeditiones deinde adversus hostes, qui circumstabant; quorum alii pridem adorti erant diripiebantque impune Romanas urbes et provincias, quotquot ob oculos positæ
596 essent; alii propter subitam imperatoris mortem ad prædam sese jam accinxerant.

κίας ὑπεροχήν. Δέον γὰρ τὴν ἐμὴν ἐκείνην αἰδουμένους πραότητα καὶ δικαιοσύνην ὅλῃ γνώμῃ καὶ χειρὶ καὶ γλώττῃ συναίρεσθαι πράξεσι ταῖς ἐμαῖς καθημένους ἀφρόντιδας, ὑμεῖς δὲ... ἀλλὰ σιωπῆν ἄμεινον Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντας. »

Ε'. Ὁ μὲν οὖν Καντακουζηνὸς ἐνταυθοῖ κατακλείσας τοῦ λόγου τὸν δρόμον, καὶ ὅρκους δοὺς καὶ λαβὼν πρός τε τῆς βασιλίδος πρός τε τοῦ πατριάρχου, μηδὲν τὸ παράπαν ἐπίβουλον μήτε δρᾶσαι μήτε βουλεύσασθαι, ἀναστὰς ἔξεισι τοῦ βήματος.

Ϛ'. Καὶ ἦν ὅλος εὐθὺς ἐν ἑτοιμασίᾳ τῆς ἐκστρατείας καὶ τοῦ πρὸς πέρας ἄγειν τὰ πάλαι καλῶς βουλευθέντα. Τὰ δ' ἦν, πρῶτον μὲν διανομαὶ κτημάτων πρὸς ἅπαν τὸ στρατιωτικόν· ἔτι τε δωρεαὶ καὶ χάριτες καὶ τῶν πρὶν ὀφλημάτων ἐκτίσεις ἐκ τῶν οἰκείων χρημάτων αὐτοτελῆ τὴν διάρκειαν ἔχουσαι· χρημάτων γὰρ τηνικαῦτα καὶ τοιαύτης δαπάνης ἐσπάνιζε τὰ βασιλικὰ πρυτανεῖα· ἔπειτα ἐκστρατεῖαι κατὰ τῶν πέριξ ἐχθρῶν· ὧν οἱ μὲν ἐπετίθεντο πάλαι καὶ τῆς Ῥωμαίων ἐδῄουν ἀνέδην ὁπόσαι πρὸ ὀφθαλμῶν ἐκείνοις ἔκειντο πόλεις ἅμα καὶ χῶραι· οἱ δ' ἐν παρασκευῇ τοῦ λῃστεύειν ἦσαν ἤδη διὰ τὴν τοῦ βασιλέως αἰφνίδιον τελευτήν.

VII. Sed et litteræ ei multæ multis ex locis clam afferebantur Acarnanum, Triballorum, Thessalorum et Latinorum Peloponnesiorum : qui se omnes ei obsequentes fore pollicebantur. Magnifico enim et generoso illius animo delectati ultro se suasque urbes dedere illi decreverant. Atque ille meditabatur omnia deinceps circumeundo Romanæ potestati subjicere, et eos quidem legitimo amicitiæ C fœdere sibi conciliare, qui se in fidem ejus ultro conferre mallent; quibus vero animus esset resistendi, cum iis bello et armis decernere.

Ζ'. Ἧκον δ' αὐτῷ καὶ γράμματα λάθρα πολλὰ πολλαχόθεν ἔκ τε Ἀκαρνάνων καὶ Τριβαλλῶν ἔκ τε Θετταλῶν καὶ Πελοποννησίων Λατίνων (83), τὴν σφῶν ὑποταγὴν ὑπισχνούμενα. Ἀρεσκόμενοι γὰρ ἀεὶ τῇ αὐτοῦ μεγαλοπρεπεῖ τε καὶ εὐγενεῖ διαθέσει τῆς γνώμης, ἑκόντες αὐτῷ προῃροῦντο σφᾶς τε αὐτοὺς προδιδόναι καὶ πόλεις τὰς ἑαυτῶν ἐκεῖνοι. Καὶ ἦν ἐν μελέτῃ λοιπὸν [P. 370] περιιών, ἅπαντα Ῥωμαίοις ὑπήκοα πεπραχέναι· οἷς μὲν ἐνῆν ἑκοντὶ προσχωρεῖν, νόμοις δεξιοῦσθαι φιλίας· οἷς δὲ πρὸς βουλήσεως ἀνθίστασθαι, τούτους δ' ὅπλων καὶ μάχης τῇ κρίσει παραχωρεῖν.

CAPUT VII.

Cantacuzenus in Mysos exercitum educit. Iis sibi reconciliatis, Thraciam lustrat et præsidiis munit. Futurus Amurii adventus nuntiatur. Persicorum satraparum varia fortuna. Amurius, Lydiæ et Ioniæ princeps, reliquis potentior. Maris imperio potitur. Cantacuzeni amicus fidelissimus. Ejus auctoritatem oppugnatam defensurus magnam classem apparat. Eodem jubente domi remanet. Vetus Romanorum potentia. Ejus imago quædam sub Cantacuzeno oblata. Spes bello civili exstinctæ.

I. Cæterum orto Arcturo profectus Byzantio in Thraciam circa Mysorum et Romanorum confinia palam castrametatus est, duabus de causis : aut enim perterrito Alexandro, Mysorum rege, antiqua renovatum et confirmatum iri fœdera; aut rem D totam permissum iri armorum judicio. Neque enim par erat, in Thessalorum, aut Triballorum fines ingredi, relicto post se illius exercitu, qui fulminis cujusdam instar impendens de propinquo minaturus esset Thraciæ. Reconciliatione itaque ex animi sententia et nullo negotio facta, circumire inde cœpit Thraciæ urbes et provincias, omnia oculis

Α'. Μετὰ μέντοι τὰς τοῦ Ἀρκτούρου ἐπιτολὰς (84) ἄρας ἐς Θρᾴκην ἐκ Βυζαντίου περὶ τὰ μεθόρια τῶν τε Μυσῶν καὶ Ῥωμαίων περιφανῶς κατεστρατοπέδευσε, δυοῖν ἕνεκα· ἢ γὰρ, δεισαντος Ἀλεξάνδρου, τοῦ τῶν Μυσῶν βασιλέως (85), τὰς πρὶν ἀνανεώσασθαι καὶ κυρῶσαι σπονδὰς· ἢ πολέμῳ τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιτρέψαι κρίσιν. Οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς εἰς Θετταλούς τε καὶ Τριβαλλοὺς ἀπιόντας κατόπιν ἀφεῖναι τὴν τούτου μάχην, ὥσπερ τινὰ κεραυνὸν ἐγγύθεν κατὰ τῆς Θρᾴκης ἐπαιωρούμενον. Ὅθεν καὶ κατὰ τὸ τῆς γνώμης βουλόμενον τὰς διαλύσεις ῥᾷστα καταπραξάμενος περιῄει τὰς Θρᾳκικὰς πό-

Variorum notæ.

(83) Quibus tum præerat. Ducang.

(84) Anno Christi 1341, quo anno oriebatur Arcturus die 26 vel 27 mensis Augusti. Vide Michaelis Angeli Blondi Tabulas annuas. Boivin.

(85) Is Sismanum Michaelis decessoris filium, qui post patris cædem Constantinopolin se receperat, sibi in manus tradi tum contendebat, ac renuenti Augustæ bellum minabatur. Cantacuzen. lib. III, cap. 7. Ducang.

λεις καὶ χώρας περισκοπῶν, καὶ ἀναλόγους ποιούμενος αὐταῖς τὰς φρουρὰς ἐκεῖθεν ἄχρι Καλλιουπόλεως· ἔνθα δὴ καὶ ναυτικὴν ἠκηκόει δύναμιν παμπληθῆ τῶν Περσῶν ἐξ Ἀσίας εἰς Εὐρώπην μέλλουσαν διαβαίνειν ἐπὶ πονήρῳ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν ἐν ταύτῃ Ῥωμαϊκῶν χωρῶν καὶ πόλεων, ναυαρχοῦντος καὶ τὸν τοιοῦτον ἄγοντος στόλον ἑνός τινος, ὄνομα Ἀμούρ (86).

Β'. Εἰς γὰρ σατραπείας διαιρεθείσης τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς, ὡς ἀνωτέρω (87) που περὶ τούτων εἰρήκειμεν πλατύτερον, ἄλλοι ἄλλα τῶν παραλίων διέλαχον τῆς Ἀσίας· οὓς οἱ ἀπόγονοι τοῦ χρόνου ῥέοντος διαδεξάμενοι, οἱ μὲν διὰ σύνεσιν καὶ ἐμπειρίαν πολεμικὴν εἰς μεῖζον προκεκοφέναι τὴν τοῦ κλήρου διαδοχὴν ἐπεπράχεσαν· οἱ δὲ νωθρότητι διανοίας τοῖς οὖσι μόλις ἐνέμειναν. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῶν ὄντων τελέως ἐξεπεπτώκεσαν. Τούτων τοίνυν ἁπάντων ἰσχυρότερος ὁ Ἀμοὺρ ἐγεγόνει, σπουδῇ καὶ τόλμῃ χρησάμενος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους. Λυδίας γὰρ καὶ Ἰωνίας οὗτος ὢν ἡγεμὼν (88) ναυτικοῦ τε στόλου τὴν θάλασσαν ἐμπεπλήκει καὶ φοβερὸς ἐν βραχεῖ μὴ ὅτι ταῖς ἐν Αἰγαίῳ νήσοις ἐγένετο θαλαττοκρατῶν, ἀλλὰ καὶ Εὐβοεῦσι, καὶ Πελοποννησίοις, Κρησί τε καὶ Ῥοδίοις, [P. 371] καὶ πάσῃ τῇ ἐκ Θετταλίας ἄχρι Βυζαντίου παραλίῳ. Τούτους γὰρ ἅπαντας ὁπότε βούλοιτο ναυστολῶν τε ἐδῄου καὶ φόρους ἐτησίους συνῆγε μάλα τοι βρίθοντας ἐξ αὐτῶν.

Γ'. Οὗτος οὖν ἐκ πολλοῦ, τῆς τοῦ Καντακουζηνοῦ φήμης μετὰ κρότων καὶ ὕμνων μακρῶν διὰ πάσης πορευομένης γῆς καὶ θαλάττης, ἐραστὴς ἐγεγόνει πάνυ τοι σφόδρα διάπυρος, καὶ φιλίαν τηρήσειν αὐθαίρετον ἐπηγγείλατο διὰ βίου παντὸς αὐτῷ τε καὶ παισὶ διαδόχοις αὐτοῦ. Καὶ μέντοι καὶ τοιαύτην αὐτὴν εἰς τέλος τετήρηκεν, οἵαν οἶμαι οὐδ' ὁ πᾶς ἀλλαχοῦ παρέδειξεν αἰών. Καὶ τοῦτο προϊόντων ἡμῶν αἱ κατὰ τὴν ἁρμόττουσαν χώραν ἀφηγήσεις, τῆς ἀληθείας οὐκ ἐκχωροῦσαι, σαφηνιοῦσι τοῖς πᾶσιν ἐς τἀκριβές. Νῦν δὲ μόνον τὸ τῇ παρούσῃ χρείᾳ περὶ αὐτοῦ προσῆκον εἰπόντες ἀπαλλαξόμεθα.

Δ'. Τοῦ γὰρ βασιλέως τελευτήσαντος ἤδη, καὶ φήμης διαδοθείσης, ὡς βασκανίᾳ τυραννηθέντες τῶν τῆς βασιλικῆς γερουσίας ἔνιοι τὴν τοῦ Καντακουζηνοῦ καθελεῖν ἐπεχείρησαν δόξαν, σατραπικοῦ τινος οὗτος ἐγεγόνει πλήρης θυμοῦ καὶ βιαίας ὀργῆς· καὶ ἅμα παμπόλλων ἐμπλήσας νεῶν τὸ τῶν Σμυρναίων ἐπίνειον ἔμελλε τὴν ταχίστην, ὡς ἔφαμεν, διαβαίνειν ἐπὶ κακῷ τῶν ἄχρι Βυζαντίου Θρᾳκικῶν χωρῶν καὶ πόλεων. Ταῦτα ἐπειδὴ περὶ Χερρόνησον ἀκηκοέναι συνεπεπτώκει Καντακουζηνῷ, διὰ σπουδῆς ἐγεγόνει μακρὰς πέμψαντι, τὸν τοιοῦ-

A perlustrando, et præsidiis, prout necesse erat, muniendo, illinc usque Calliupolin; quo et Persarum navalem exercitum numerosissimum **597** trajectum iri ex Asia in Europam audierat, Thraciæ infestum, provinciisque et urbibus, quas Romani illic haberent; præfectum autem et ducem esse illius classis quemdam, nomine Amur.

II. In satrapias enim diviso Persarum imperio, ut alicubi fusius de his disserentes supra diximus, alii alias sortiti sunt maritimas Asiæ regiones. Quas cum nepotes a majoribus procedente tempore accepissent, alii industria sua et rei bellicæ scientia effecerant, ut hæreditas illa majorem in modum ampliaretur; alii ob ingenii tarditatem vix sua B retinuerant; alii denique etiam suarum rerum possessione omnino exciderant. Hos omnes Amurius potentia superabat. Namque hic cum Lydiæ præesset et Ioniæ, navalibus copiis mare implevit; et illius imperio potitus evasit brevi metuendus, non insulis modo Ægæi, sed et Eubœensibus, et Peloponnesiis, et Cretensibus, et Rhodiis, et toti maritimæ regioni, quæ a Thessalia Byzantium usque extenditur. Hos enim omnes, quoties libitum esset, navibus advectus diripiebat, cogebatque ab iis gravissima quotannis tributa.

III. Hic igitur jampridem Cantacuzeni, cujus fama multo plausu et maximis laudibus celebrata C totum terrarum ac maris orbem peragraverat ardentissimo amore captus fuerat, et ingenuam ac voluntariam promiserat se, quoad victurus esset, servaturum esse amicitiam cum eo, et cum liberis, quos habiturus ille esset successores. Et certe talem eam ad extremum usque spiritum servavit, **598** qualem nec tota retro antiquitas alibi (ut opinor) ostendit. Quod nos quidem infra suo loco accurate omnibus declarabimus, ita quæque narraturi, ut nunquam a vero deflexuri simus. Nunc autem, ubi id quod ad præsens institutum pertinet de eo dixerimus, ad alia veniemus.

IV. Mortuo jam imperatore, famaque dispersa, cruciatos invidia quosdam ex palatinis senatoribus Cantacuzeni auctoritatem conari evertere, furore D ille quodam satrapico violentaque ira percitus fuerat; statimque impleverat maxima navium copia portum Smyrnæorum, quamprimum (ut dixi) trajecturus, Thracumque urbes et agros Byzantium usque afflicturus. Id cum Cantacuzenus circa Chersonesum casu rescivisset, omni diligentia missis legatis providit, ut classis illius impetus quam celerrime inhiberetur. Quod quidem dicto citius

Variorum notæ.

(86) Cantacuzen. d. cap. Ἀμοὺρ ὁ τοῦ Αἰτίνη, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνατώτατος. Agit de hoc satrapa Turcico alibi non semel Laonicus, lib. I, pag. 7, 12, edit. Reg. Ὀμοὺρ appellat. Vide Leunclav. in *Pandecte Turcico*, n. 15. Alterius Turcici pariter satrapæ ejusdem nominis meminit Pachym. lib. X, cap. 25, sub *Andronico seniore*. DUCANG.

(87) Lib. VII, cap. 1, sect. 1. BOIVIN.

(88) Illis temporibus Sarchanem Lydiæ præfuisse tradit Cantacuzenus, *Hist.* lib. III, cap. 3. Eumdem lib. II, cap. 13, Ioniæ satrapam facit. Itaque Amurius divisum cum Sarchane earum provinciarum imperium habuit. BOIVIN.

perfectum est. Facilius enim quam jubenti domino A servus, Cantacuzeni precibus cessit ac paruit barbaricus ille spiritus. Id quidem magnum, et audientium animis plurimum movet admirationis. Verum id si quis velit cum aliis conferre amoris significationibus, quas Cantacuzeno idem postea dedit, minimum certe ac levissimum esse judicabitur.

τον τὴν ταχίστην ἀναχαιτίσαι στόλον. Ὃ δὴ καὶ θᾶττον ἢ λόγος εἰπεῖν ἐγεγόνει, ῥᾷον ἢ κατὰ δοῦλον δεσπότου κελεύοντος, τοῖς τοῦ Καντακουζηνοῦ γράμμασιν ὑπείξαντος καὶ ὑπενδόντος τοῦ βαρβαρικοῦ φρονήματος ἐκείνου. Τοῦτο μέγα μὲν, καὶ μακράν τινα ἤχει κομίζον τὴν ἔκπληξιν ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς. Εἴ τις δ' αὐτὸ τοῖς ἐφεξῆς τοῦ ἀνδρὸς ὑπὲρ τοῦ Καντακουζηνοῦ πεπραγμένοις πρὸς φιλίαν δείγμασι παρεξετάζειν ἐθέλει, πολλοστημόριον ἂν τὸ βραχύτατον εἶναι λογίσαιτο.

V. Ego vero inter hæc ad veterem rei Romanæ potentiam animum retuli, ac tempora illa sum recordatus, quibus unum populi Romani edictum, terra et mari peragratis, mortales omnes percellebat, et pene exanimabat **599** metu: nec Asia in Europam gladium distringebat, nec vicissim Europa in Asiam; sed quæcunque infensa fuerant, B concordi fœdere jungebantur; et Cilix quidem per Bithyniam inermis vadebat, et itidem Thrax per Italiam: Sauromatæ vero, per Græciam quasi fœderatam euntes, et Panathenæorum spectatores aderant, et curulibus in ludis, qui quadriennio quoque exeunte Olympiæ celebrabantur, de palma certabant. Tum cogitavi mecum tacite, simile aliquid nostra ætate exstiturum fuisse, si de medio penitus sublata fuissent semina omnium turbarum, quæ adversus Cantacuzenum Apocaucus suscitavit. Esto.

Ε'. Ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς τὸ πάλαι τῆς Ῥώμης κράτος ἐκεῖνο τὸν νοῦν ἀνήνεγκα, καὶ ἀνεμνήσθην, ὅπως πρόσταγμα ἓν τότε Ῥωμαϊκὸν, πᾶσαν ἐπιπορευόμενον γῆν τε καὶ θάλατταν, κατέπληττεν ἅπαντας, καὶ τῷ δέει μικροῦ καὶ ἀποθνήσκειν ἐποίει· καὶ οὔτ' Ἀσία κατ' Εὐρώπης μάχιμον ἐκίνει ξίφος, οὔτε τοὐναντίον αὖθις· ἀλλ' ἅπαν τὸ ἀντιπράττον εἰς ἔνσπονδον ἐκίρνατο σύμπνοιαν· καὶ Κίλιξ μὲν διὰ Βιθυνίας ἄοπλος ἐπορεύετο, καὶ Θρᾷξ διὰ τῆς Ἰταλίας ὁμοίως· καὶ ὡς διὰ φιλίας Σαυρομάται τῆς Ἑλλάδος ἰόντες τῶν τε Παναθηναίων ἦσαν θεαταὶ καὶ ταῖς ἐν Ὀλυμπίᾳ [P 372] καθίσταντο τετραετηρικαῖς ἁρματηλασίαις ἀνθάμιλλοι· καὶ ἐλογισάμην κατ' ἐμαυτὸν, ὡς καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν τοιοῦτόν τι συνέβαινεν ἂν, εἰ πάμπαν ἐκ μέσου τὰ τῆς συγχύσεως ἀπήλλακτο σπέρματα, ὅσα κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ συνεσκεύασεν Ἀπόκαυκος. Εἶεν.

CAPUT VIII.

Imperatrix ægrotat. Apocaucus pœnæ metu in castellum Epibatarum se recipit. Patriarcha pro eo apud imperatricem agit. Cantacuzenus Byzantium redit. Patriarchæ inconstantiam mollibus verbis castigat. Jusjurandum duplex ab eo accipit horrendis exsecrationibus confirmatum. Rursum urbe egreditur. Magnam pecuniæ vim et omnis generis vasa exportat. Earum rerum usus. Apocaucus, suo castello inclusus, Cantacuzeno insultat. Hujus responsum.

I. Sed cum illic Cantacuzenus audivisset, im- C peratricem Annam morbo esse correptam, et Apocaucum ad suum illud perversissimum ingenium rediisse, deprehensumque ad castellum Epibatarum præ metu aufugisse; patriarcham autem imperatricis aures pro illo indesinenter obtundere, ac precibus fatigare; exercitum ultra tendentem inhibuit: ipse autem Byzantium quam citissime rediit. Ac Augustam quidem convalescentem, et morbo illo, quo fuerat correpta, levatam offendit. Patriarcham autem separatim convenit, illius pusillum animum mollibus dictis castigavit, eaque commemoravit, quibus facilitatem morum in illo, et levitatem ingenii scite ac prudenter perstringeret. Eum nempe, cui secum esset contentio, cujus facta linguæ adversarentur, aut qui ipse D potius cum suis palam dictis pugnaret, **600** aliis dissidentibus atque inter se pugnantibus haudquaquam persuasurum esse, ut in concordiam redirent, seditionibusque abstinerent.

Α'. Αὐτόθι δ' ἀκηκοὼς, ὅτι τε νόσημά τι ἐνέσκηψεν Ἄννῃ τῇ βασιλίδι, καὶ ὅτι τὴν συνήθη κακοτροπίαν Ἀπόκαυκος ἀναξαίνων πεφώραταί τε καὶ φοβηθεὶς ἀπέδρα (89) πρὸς τὸ τῶν Ἐπιβατῶν φρούριον, καὶ τρίτον, ὡς ὁ πατριάρχης ὑπὲρ ἐκείνου τὰς τῆς βασιλίδος Ἄννης ἀκοὰς διαταράττων οὐ παύεται καὶ δεόμενος, τὴν μὲν πρόσω πορείαν ἐπέσχεν· αὐτὸς δ' ἐς Βυζάντιον τάχιστα ἐπανήει· καὶ τὴν μὲν βασιλίδα ῥᾴω τε καὶ ἤδη τοῦ ἐνσκήψαντος ἀπηλλαγμένην εὗρε νοσήματος· τὸν δὲ πατριάρχην ἰδίᾳ λαβὼν μαλακοῖς τισι λόγοις τῆς αὐτοῦ σμικροπρεπείας καθήψατο, καὶ διεξῄει τοσαῦτα, ὁπόσα δεξιῶς πως ἐπιῤῥαπίζοντα ἦν τήν τε εὐκολίαν τῶν τρόπων καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀβέβαιον· καὶ ὅπως πρὸς ἑαυτὸν στασιάζων, καὶ πολέμια τῇ γλώττῃ διαπραττόμενος ἔργα, ἢ μᾶλλον ὁ τοῖς ἰδίοις μαχόμενος λόγοις ἐς τοὐμφανὲς, σχολῇ γ' ἂν ἄλλους στασιάζοντας καὶ μαχομένους ἀλλήλοις πείσειεν εἰς ὁμοφροσύνην ἐλθεῖν ἀστασίαστον.

II. Novum deinde jusjurandum, præter illud superius, exegit. Ac hic volens omnem suspicionem tollere, ne quid gravius pateretur perjurii semel convictus, non sacerdotum modo jusjuran-

Β'. Ἔπειτα καὶ δευτέρους ἐπὶ τοῖς προτέροις ἐκείνοις ἀπῄτησεν ὅρκους. Καὶ ὃς, ἐκ μέσου πάμπαν ποιεῖσθαι βουλόμενος ὕποπτον ἅπαν, ἵνα μή τι πάθῃ δεινὸν ἅπαξ ἐπιορκῶν φωραθεὶς, οὐ μόνον

Variorum notæ.

(89) De ea re fusius infra cap. 9. BOIVIN.

ἱερεῦσι προσήκοντα ὀμώμοκεν ὅρκον (90), ἀλλὰ καὶ ὃς δημοσίοις ἀνδράσιν εἴθισται· καὶ ἀρὰς ἐπὶ τούτοις προὔτεινε καθ᾽ ἑαυτοῦ τὰς μεγίστας ὁμοῦ καὶ φρικώδεις, εἰ ψευδόμενος ὅλως ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ἁλοίη.

Γ'. Τῶν δὴ τοιούτων ἐπὶ τοιαύτῃ καταστάσει συνενεχθέντων, τὴν ταχίστην αὖθις ἐξῄει (91) τοῦ ἄστεος ὁ Καντακουζηνὸς, σὺν πολλῇ τῶν οἴκοθεν χρημάτων παρασκευῇ καὶ ὅσα πρὸς δωρεὰς φιλοτίμους τῶν προσιέναι μελλόντων αὐτῷ παντοδαπῶν ἐθνῶν ὁμοῦ καὶ πρεσβευτῶν [P. 573] καὶ πόλεων παρεσκεύαστο· ἔπιπλά φημι καὶ χλαίνας Ἰταλικὰς ἐξ ἐρίου, καὶ ὅσα ἕτερα μακρὸν τὸ φιλότιμον ἔχουσι τῶν χαρίτων.

Δ'. Ὅ γε μὴν Ἀπόκαυκος ἐς τὸ φρούριον αὐτοῦ συγκλεισθεὶς, ἀντὶ τοῦ μᾶλλον αἰσχύνεσθαι καὶ ἐρυθριᾷν ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀνάνδρῳ καὶ γυναικώδει διαίτῃ, ὁ δὲ τοὐναντίον ἐτετύφωτό τε καὶ ὀφρύος ἁπάσης μεστὰ διεξῄει ῥήματα, καὶ αὐτοῦ Καντακουζηνοῦ κατεμέμφετο ἀβουλίαν, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς τὴν ὁμοίαν ἡτοιμάσατο πρόνοιαν ἑαυτῷ, ἵν᾽ ἐν καιροῖς ἀνάγκης καὶ φόβου τοιοῦτον ἔχοι πρὸς ἀσφάλειαν φρούριον καταφεύγειν.

Ε'. Ὁ δ᾽ ἀκούων, καὶ τῆς ἐκείνου καταγελῶν εὐηθείας, τοιαύτας ἀντεπῆγε τὰς ἀποκρίσεις. « Οὐ λίθοις », φησὶ, « καὶ πλίνθοις ἐγὼ τὴν ἐμὴν τειχίζειν ἀσφάλειαν ἔγνωκα δεῖν, οὐδ᾽ ἐφ᾽ οὕτω μικροῖς καὶ ψευδέσιν ἐμοὶ τερατεύεσθαι καὶ τοιαύτην ῥημάτων προφέρειν κομψότηται εἴθιστο, ἀλλὰ τῷ ἡδρασμένῳ τοῦ ἤθους ἐγκαρτεροῦντι διηνεκῶς φρούριον ἔχειν ἀθάνατον καὶ ἄγκυραν ἀσφαλῆ πρῶτον μὲν τὰς πρὸς Θεὸν ἀναμφισβητήτους ἐλπίδας, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀκήρατον δύναμιν· ἔνθα μόνῳ γεωργουμένης τῆς γνώμης τῷ τῶν ἀδήλων ἐπόπτῃ Θεῷ, τὸ τῆς ἀσφαλείας ἀμάραντον ἀεὶ διαμένει βλαστάνον, μήθ᾽ ἥλιον περιμένον (92) τὴν τοῦ κρείττονος ἑρμηνεύσοντα κρίσιν, μήτε Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους γλῶτταν ἁβρὰν καὶ μάλα λαμπρῶς Ἀττικίζουσαν· ἀλλ᾽ αὐτομάτως διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας ἐπὶ μέσης τὸ θαῦμα μονονουχὶ κηρύττον τῆς οἰκουμένης. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς τῶν προσκαίρων φρουρῶν καὶ πυργωμάτων τρυφαῖς καὶ βλακείαις ταχὺ τὸ τερπνὸν ἀποθνήσκει τῆς ὥρας ἐφήμερον ἔχον τὴν ῥίζαν. Ἐγὼ δὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐμαυτῷ κατεσκεύασα φρούρια καὶ πύργους παμπληθεῖς τε καὶ ἀσφαλεῖς, εἰς οὓς ἐμβέβληκα φέρων αὐτὸς τὴν ἐμαυτοῦ ψυχήν. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν τὴν τοῦ ἐρῶντος ἔφη ψυχήν· τὴν δ᾽ ἐμὴν ψυχὴν οὐκ ἐν ἀλλοτρίοις σώμασιν, ἀλλ᾽ ἐν ἀλλοτρίαις συνηνέχθη ζῆν ταῖς ψυχαῖς. Μηδὲ γὰρ σωμάτων, ἀλλὰ ψυχῶν ὑπάρχων αὐτὸς ἐραστὴς, καὶ ψυχὰς τοὺς ἐραστὰς εὐτύχησα καὶ τρόπον ἑτε-

A dum, sed et illud, quod laicis solenne est, juravit seque exsecrationibus in id maximis atque horrendis devovit, si ullatenus mendax in iis quæ dixisset argueretur.

III. His ita constitutis, iterum urbe quam celerrime egressus est Cantacuzenus, magna instructus domesticæ pecuniæ vi, earumque rerum, quæ comparatæ essent ad conciliandos muneribus obvios quosque, populos, urbes, legatos, supellectilia intelligo et vestes Italicas ex lana, et quæcunque alia plurimum ad conciliandam gratiam valent.

IV. Ast Apocaucus castello suo inclusus, tantum B aberat ut pudore afficeretur erubesceretque suum illud minime virile ac prorsus femineum vitæ institutum: etiam animis inflabatur, et voces omnis arrogantiæ plenas jactabat, et Cantacuzenum ipsum inscitiæ arguebat, quod non et ipse sibi cautione simili providisset, ut in extremis angustiis periculosisque temporibus tale haberet perfugium ac præsidium salutis.

V. At ille hæc audiens hominis stoliditatem irridebat, et ejusmodi dabat ei responsa: « Non lapidibus aut laterculis meam salutem muniendam **601** mihi esse duxi, nec talibus verborum præstigiis cave orationis pompa uti soleo, in rebus adeo exiguis atque fallacibus. Sed in morum stabilitate C perseverans habeo pro immortali præsidio, firmissimaque ancora, primo spes in Deo certas; tum robur inde illibatum. His fretus, Deo soli, qui occulta perspicit, mentem excolo. Hinc illa perennis mihi securitas, quæ nec solem exspectat meliora declaraturum, nec Platonis aut Demosthenis linguam delicatam et eximie Atticam: sed ipsa per se solo rerum progressu admirationem orbi pæne indicit. Qui enim præsidiorum et propugnaculorum insano fastu delectantur, iis flos deliciarum suarum cito moritur, radicem sortitus haud diuturnam. Ego vero animos mihi conciliavi hominum, præsidia ac propugnacula numerosa, eademque firmissima. Illis meum ipse animum addixi. Ac Plato quidem alieno in corpore vivere amatoris D animam dixit. Meæ autem animæ id obtigit, ut in alienis non corporibus sed animis viveret. Cum enim non corporum sed animorum amator essem, animos etiam amatores mei lucratus sum effecique, ut animarentur nova quadam ratione animi plurimorum. Ejusmodi arces comparavi mihi. Sic ego cum summa et tranquillitate et voluptate omnium mihi et affectus et voluntates concilio; atque ita

Variorum notæ.

(90) Cujusmodi fuerit istud patriarchæ sacramentum pluribus docet idem Cantacuzen. capite 6, extremo, ubi de utriusque reconciliatione. DUCANG.

(91) Septemb. die 28. Cf. Cantac. lib. III, cap. 16. BOIVIN.

(92) Legendum μήθ᾽ ἥλιον, etc. Quanquam ne sic quidem satis liquet, quænam sit mens auctoris. Puto ἥλιον hoc loco esse *ipsum tempus*, cujus beneficio discimus quænam consilia optima sint. BOIVIN.

tropæa didici incruenta statuere. **602** Sed processus ipse temporis sapienti testimonio cum dicta tum facta dijudicabit. » Ac talis quidem hucusque moribus fuerat Cantacuzenus: talia et dicere et facere non desinebat.

A ρον ἐμψύχους τὰς τῶν πλείστων πέπραγα ψυχάς. Τοιούτους ἐμαυτῷ κατεσκεύακα πύργους ἐγὼ, καὶ οὕτω μετὰ πάσης γαλήνης καὶ ἡδονῆς, καὶ δίχα τινῶν ἑλεπόλεων, τὰς ἁπάντων χειροῦμαι σύν γε Θεῷ διαθέσεις καὶ γνώμας· καὶ οὕτως ἀναίμακτα κατορθοῦν μεμελέτηκα τρόπαια. Ὁ δ' ἐφεξῆς αἰὼν τῶν λεγομένων ἅμα καὶ δρωμένων σοφῶς διαζωγραφήσει τὴν μαρτυρίαν. » Ἀλλ' ὁ μὲν Καντακουζηνὸς τοιοῦτος τέως τοὺς τρόπους ἐτύγχανεν ὤν, καὶ τοιαῦτα λέγων καὶ πράττων διετέλει.

CAPUT IX.

Apocauci molitiones detectæ. Deprehensi diffidentia ac fuga. Consilium de invadendo imperio. Arx Epibatarum omnibus rebus ab eo instructa. Imperatoris defuncti judicium de ea arce et de ejus conditore. Cantacuzenum sero pœnitet, quod illius de eo mandatis non paruerit. Patriarchæ in Cantacuzenum perfidia. Ejusdem officia erga Apocaucum; quem oblata impunitate ex arce evocat. Apocaucus Cantacuzeno obviam prodit. Imperatorii honores huic delati in salutationibus. Multi ut Apocaucum in vincula conjiciat hortantur, sed frustra.

I. Ego vero illuc redeo, singula ac minutiora B expositurus. Apocaucus igitur ille in excogitando solertissimus ac versutissimus, dum omnia perturbat, ut summoto rerum administro ipse rerum potiatur (quod et effractores noctu faciunt, et latrones, quibus non facile est ea rapere quæ in domo sunt, nisi exstincto prius lumine, si quod ibi sit), deprehensus quidem est et condemnatus; nihil autem ab illo vicissim passus est pro malitiæ suæ atrocitate. Cum tamen suimet ipsum puderet, ac vereretur, ne ille, abjecta tandem patientia, legitima animadversione in ipsum uteretur, aufugerat clam (ut diximus) in arcem, quam Epibaton vocant, maximo sumptu jampridem a se exstructam sub Urbe, in maritima ora: angustam quidem illam, at multiplicem, et mirifice munitam, C nec expugnatu facilem. Scilicet ex ignobili genere ad summum fortunæ gradum evectus ebrii hominis spiritum gerebat. Mortuo siquidem imperatore somniaverat se imperatoriam potestatem invasurum; decreveratque, si viribus deficeretur, confugere ad illam arcem, ac bellum cum illo gerere qui imperaturus foret.

II. Itaque illuc coegerat variæ ac multiplicis pecuniæ acervos: imo et frumenti et vini plurimum, **603** et cujusquemodi pulmenta sale condita; denique omnium rerum, quæ hominibus necessariæ sunt, maximam copiam. Aquas etiam extrinsecus juges per cuniculos introduxerat. De quo prætereuntem illac, antequam moreretur, im- D peratorem ferunt dixisse: « Ecce, emissa pæne voce meas aures circumsonat castellum istud, ac prænuntiat nobis delitescentem intus conditoris sui infidelitatem et perversum ingenium: » tum præcepisse Cantacuzeno, ut illam quidem arcem demoliretur, atque in fiscum referret pecunias illic reconditas et per scelus coacervatas; ipsum autem Apocaucum in custodiam daret et in vinculis haberet, ne arrepta tandem occasione procellam magnam excitaret, in imperium erupturam. Sed

[P. 374]. IX. Ἐγὼ δ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι, λεπτομερέστερον ἀφηγησόμενος ἕκαστα. Ἀπόκαυκος γὰρ ἐκεῖνος (93) ὁ πάντα δεινὸς εἰς ἐπίνοιαν καὶ πολυτροπώτατος, ἐπειδὴ συγκυκήσας ἅπαντα, ἵνα τὸν ἄρχοντα παρακρουσάμενος αὐτὸς ἐπιβῇ τῆς ἀρχῆς, (ὅπερ δὴ καὶ τοιχώρυχοι νύκτωρ καὶ λῃσταὶ ποιοῦσιν, οὐ πρότερον τὰ ἐν οἰκίᾳ διαρπάζειν ἔχοντες εὐχερῶς, πρὶν ἂν τὸ ἐν αὐτῇ κατασβέσωσι φῶς), ἠλέγχθη, κατεγνώσθη μὲν, οὐδὲν δ' ἄξιον εἰς ἀμοιβὴν τῆς αὐτοῦ κακίας ἀπήλαυσε πρὸς ἐκείνου. Ὅμως αὐτὸς ὑφ' αὑτοῦ τε αἰσχυνθεὶς καὶ δείσας, μὴ τὸ μακρόθυμον ὀψέ ποτε ἀποῤῥίψας τῷ νόμῳ τῆς δίκης χρήσηται κατ' αὐτοῦ, ᾤχετο λάθρα φυγὰς, ὡς εἰρήκειμεν, εἰς τὸ φρούριον τῶν Ἐπιβατῶν οὑτωσί πως λεγόμενον· ὅπερ αὐτὸς ἐκ πολλοῦ πολλοῖς ἀνήγει- C ρεν ἀναλώμασιν ἐν τοῖς παραλίοις τῶν προαστείων τοῦ Βυζαντίου, μικρὸν μὲν, ποικίλον δὲ, καὶ δαιμονίως ὀχυρόν τε καὶ δύσμαχον. Εἰς γὰρ ὕψος τύχης ἐξ ἀσήμου γένους ἀρθεὶς φρόνημα ἔσχεν, ὁποῖον ἂν καὶ οἱ μεθύοντες. Ὠνειροπόλησε γὰρ ἀποθανόντος τοῦ βασιλέως ἐπιχειρῆσαι κατὰ τῆς βασιλείας αὐτός· εἰ δὲ μὴ δυνηθείη, καταφυγεῖν γοῦν εἰς τὸ φρούριον τοῦτο, καὶ εἶναι πολέμιος τῷ κρατήσαντι.

Β'. Συνήγαγε δ' ἐν τούτοις μὴ μόνον χρημάτων παντοδαπῶν καὶ παντοίων σωρούς, ἀλλὰ καὶ σίτου καὶ οἴνου πλῆθος, καὶ ὄψων παντοίων, ταρίχη, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀφθονίαν, ὧν ἐν χρείᾳ καθίστανται ἄνθρωποι· ὕδατά τε εἰσήγαγεν ἔξωθεν δι' ὑπονόμων ἀένναα. Περὶ οὗ δὴ καὶ πρὶν ἀποθανεῖν παριόντα D φάναι τὸν βασιλέα· « Ἰδοὺ, φωνὴν ἀφιὲν μονονουχὶ περιβομβεῖ μου τὰς ἀκοὰς τὸ φρούριον τουτὶ, προκηρύττον ἡμῖν τὴν ἐνδόμυχον ἀπιστίαν τε καὶ κακοτροπίαν τοῦ δειμαμένου· » διακελεύσασθαί τε τῷ Καντακουζηνῷ αὐτὸ μὲν καθελεῖν, καὶ πρὸς τὸ βασιλικὸν ἐπανασώσασθαι πρυτανεῖον τοὺς ἐν αὐτῷ συνηθροισμένους ἀδίκως σωροὺς τῶν χρημάτων· αὐτὸν δὲ φρουραῖς καὶ δεσμοῖς καθυποβαλεῖν, μὴ πολὺν ἐκρήξει χειμῶνα κατὰ τῶν τῆς βασιλείας [P. 375] πραγμάτων καιροῦ λαβόμενος ὀψέ. Ἀλλὰ τῷ πράῳ τε καὶ ἡμέρῳ κἀνταῦθα χρησάμενος ὁ Κανταχου-

Variorum notæ.

(93) Ut Apocaucus, dum capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur, deprehensus in arcem suam Epibatensem fugerit, narrat idem Cantacuzen. cap. 10 DUCANG.

ζηνὸς ἔλαθεν ἑαυτῷ τε καὶ ταῖς πόλεσι μεγάλην ταμιευσάμενος βλάβην. Ὥστε καὶ ἀνόνητα μεταμελόμενος ὕστερον ἐπὶ τῇ κακοβουλίᾳ ἑαυτοῦ τὸν βασιλέα λαμπρῶς ἐπὶ δυσὶν ἐμακάριζε τούτοις (94). Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθε τὸ ποικίλον τῶν ὑποθέσεων ἐς τοσοῦτον ἡμᾶς παρενεγκών. Ἐπανιτέον τοίνυν.

Γʹ. Φυγόντι γὰρ εἰς τὸ φρούριον τῷ Ἀποκαύκῳ, οὐκ ἠμέλει κρύφα μηνύων καὶ γράφων ὁ πατριάρχης αὐτῷ, καὶ ἀνακαλούμενος, καὶ τὰς κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ συμβουλεύων τε ἐπιβουλὰς καὶ συμβουλευόμενος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἅμα τὰς τῆς βασιλίδος συχνὰ ὑπορύττων ἀκοὰς, καὶ τὸν μὲν Καντακουζηνὸν διαβάλλων ἀεὶ, τὸν δ' Ἀπόκαυκον μακροῖς τοῖς ἐπαίνοις ἐξαίρων. Ῥᾷστα τοίνυν γυναικείαν ἐξαπατήσας ἁπλότητα, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μεθαρμόσας βούλησιν, πάντ' ἔδρα τὰ μελετώμενα. Καὶ ἅμα τὸν μὲν Καντακουζηνὸν ἐντίμως προπέμπει τοῦ Βυζαντίου, φρικωδεστάτοις τοῖς ὅρκοις ἐμπεδώσας τὰς πρὸς αὐτὸν πίστεις, καὶ ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τὰς παλαμναιοτάτας ἀρὰς, εἰ μὴ στέργοι διαφερόντως ὁπόσα αὐτῷ πρὸς βουλήσεως εἴη λέγεσθαι καὶ πράττεσθαι τῶν βασιλείων εἵνεκα πραγμάτων, καὶ εἰ μὴ μάχοιτο τοῖς αὐτῷ μαχομένοις· τὸν δ' Ἀπόκαυκον ἐκκαλεῖται βασιλικῶς ἐνσεσημασμέναις ἐπιστολαῖς, μάλα πολλὴν ὑπισχνουμέναις αὐτῷ τὴν τιμὴν καὶ παντὸς ἀμνηστίαν ἐγκλήματος.

Δʹ. Ἀπαίροντος τοίνυν ἐκ Βυζαντίου εἰς τὰς Θρᾳκῴας πόλεις τῷ Καντακουζηνῷ, ὑπήντησεν ἐξιὼν ὁ Ἀπόκαυκος (95) τοῦ φρουρίου, καὶ ἀποβὰς τοῦ ἵππου προσεκύνησε, βασιλικὴν ἀπονείμας αὐτῷ τὴν τιμήν. Τοῦτο γὰρ καὶ πρό γε αὐτοῦ πεποιήκασιν ἄκοντι τούτῳ πάντες, ὅσοι γένους εἵνεκα προσῆκον αὐτῷ, ὅσοι τε τῆς συγκλήτου λογάδες καὶ ὅσοι τῶν μετ' ἐκείνους, εἴτε ὡς ἐπιτρόπῳ τῆς βασιλείας, εἴτε ὡς ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βουλήσεως ὁρῶντες ἐξηρτημένον τὸ βασίλειον σκῆπτρον, καὶ ὑποπτεύοντες ἐς τὴν ὑστεραίαν βασιλικοῖς ἐσταλμένον ὀφθήσεσθαι παρασήμοις, εἰ βουλομένῳ γε εἴη αὐτῷ· πάντας γὰρ ὑποπεπτηχέναι τῷ δέει, καὶ ὑπείκειν ἴσα τούτῳ καὶ βασιλεῖ.

Εʹ. Συνηκολούθησε μέντοι ὁ Ἀπόκαυκος ἄχρι καὶ Σηλυβρίας αὐτῷ, μάλα περιδεής τε καὶ μονονοὺ πρὸ ποδῶν ἱστάμενον βλέπων τὸν κίνδυνον ἑαυτοῦ. Συχνοὶ γὰρ οἱ τὸν Καντακουζηνὸν ἐποτρύνοντες ἦσαν, συνειληφέναι τοῦτον, καὶ δέσμιον προπέμψαι ἐς Διδυμότειχον. Οὐ γὰρ ἐλάνθανεν, ὅσον ἐγερεῖ τὸν τῶν πραγμάτων καπνὸν, ἐληλυθὼς ἐς Βυζάντιον. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὡς ἐκ συμφώνου πάντες ἠνάγκασαν, ἕως ἐν χεροῖν ἔχοι τὸ θήραμα, [P. 376] τὴν οὖσαν γαλήνην τοῖς δημοσίοις διατηρῆσαι πράγμασιν. Ὁ δὲ τὸ φιλάνθρωπόν τε καὶ ἱλαρὸν ἥκιστα μεταθεῖναι βουλόμενος παρεκρούετο τὴν ἐκείνων παραίνεσιν. Πάντα γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς ἐξῆφθαι, καὶ πάντ' ἐκεῖθεν ἔλεγε διοικεῖσθαι καὶ μὴ δύνασθαι τελεσθῆναι μη-

lenitate et clementia usus tum quoque Cantacuzenus non animadvertit, quantum sibi ipsi et urbibus malum asservaret. Postea igitur, cum illius suæ imprudentiæ nequidquam eum pœniteret, imperatorem ob hæc duo ad astra tollebat. Sed nescio quomodo argumenti varietate effectum est, ut eousque digrederemur. Redeamus itaque.

III. Cum in illam arcem aufugisset Apocaucus, tum ei patriarcha clam singula indicare et per litteras significare haud cunctanter: hortari ut redeat: insidias Cantacuzeno ut struat monere, et ab eo moneri: simul imperatricis aures perpetuo pulsare, et Cantacuzenum quidem calumniari semper, Apocaucum vero maximis laudibus extollere. Sic muliebri **604** simplicitate facillime decepta, et in sententiam suam adducta, cogitata omnia exsequebatur. Atque ille eodem tempore Cantacuzenum honorifice extra Byzantium prosequitur, postquam tremendis juramentis præstitas ei cautiones firmavit, funestissima sibi imprecatus, si potissima sibi non futura essent, quæcunque ille ad imperii administrationem spectantia dici aut fieri vellet, nec iis esset repugnaturus, qui illum oppugnaturi forent: Apocaucum vero arcessit munitis sigillo imperatorio litteris, quæ honores ei maximos et omnis culpæ impunitatem pollicebantur.

IV. Cantacuzeno itaque, cum excedens Byzantio ad urbes Thraciæ proficisceretur, egressus castello Apocaucus occurrit, desiliensque ex equo adorat, atque ita honores ei imperatorios defert. Quos et ante hunc ei invito tribuebant alii omnes, qui cognatione eum contingebant, quique inter senatores lectissimi erant, ut et ii qui inferiorem gradum obtinebant: seu quod ille imperii procurator foret, seu quod ab ejus arbitrio sceptrum pendere imperatorium viderent, ac suspicarentur, eum imperatoriis indutum insignibus conspectum iri postridie, si collibitum esset; omnes enim metu prostratos esse, eique perinde atque imperatori parere.

V. Cæterum Apocaucus Selybriam usque eum prosecutus est, metu exanimis, et periculum ante pedes quasi positum intuens. Erant enim plurimi qui Cantacuzenum hortarentur, ut comprehenderet hominem, et vinctum deduceret Didymotichum. Non enim **605** obscurum erat, quantum ille in republica excitaturus esset incendium, statim atque Byzantium advenisset. Idcirco quasi ex composito omnes istum compellebant, quandiu prædam in manibus haberet, ut præsentem reipublicæ tranquillitatem conservaret. At ille, ne minimum quidem volens recedere ab illa sua humanitate mitique ingenio, eorum rejiciebat adhortationem. Omnia enim a manu Dei pendere, omnia ab illo

Variorum notæ.

(94) An intelligit duas partes consilii ab imperatore dati, ut arcem everteret, et Apocaucum in custodiam daret? BOIVIN.

(95) Rem narrat Cantacuz. cap. 16. DUCANG.

dictitabat administrari, nec posse perfici quidquam, quod non illi esset comprobatum, et vicissim omnia posse perfici, quæ ab illo non improbarentur.

A δὲν, ὃ μὴ ἐκεῖθεν εἴη συνεγνωσμένον· μηδ' αὖ εἶναι τῶν ἀδυνάτων μηδὲν, ὃ μὴ ἐκεῖθεν εἴη ἀπεγνωσμένον.

CAPUT X.

Reverso Apocauco, patriarcha vitæ institutum mutat. In Cantacuzenum ipse quoque conspirat. Imperii procuratorem se instituit. Apocauco urbis præfecturam et alias dignitates confert. Pactio diris juramentis firmata, ne Cantacuzenus unquam recipiatur. Apocaucus, Octavii Cæsaris exemplo, nobilibus curiam et civilia negotia committit; bellum sibi sumit administrandum. Res adversus Cantacuzenum a patriarcha designatæ.

I. Sic igitur dimissus inde Apocaucus Byzantium venit. Quem ubi vidit patriarcha, statim et vitam et linguam et sententiam et mores transtulit a sacris ad profana, temploque valere jusso, sedem in palatio semel stabilem fixit. Ibi totas noctes et dies cum Apocauco Augustæ assidens dolis suffragabatur, quos illi in Cantacuzeni exitium nectebant, et publicarum turbarum fodiebat ipse quoque fontes luculentos. Ac vir ille baculo quidem et vestimento tenus sacerdotem sapiebat: animo autem et operibus ejus nihil moderati inerat, nihil justi.

II. Primo itaque dominum se omnium rerum vice imperatoris instituit: Apocaucum vero administrum et ædilem et præfectum tam Byzantii, quam urbium insularumque omnium Byzantio subditarum: dicendorum denique ac tacendorum dispensatorem. Ad hæc lege et communi decreto, horrendis juramentis subnixo, inter ambos **606** convenit, ne unquam reciperetur Cantacuzenus, quantumvis pœnitentem se significaturus esset; ac ne quidem si aliquis de cœlo angelus intervenirent.

III. Ea videbantur utriusque esse instituta: revera autem isthæc ab Apocauci solertia proficiscebantur. Somniaverat enim statim, uti diximus, imperatoriam dignitatem, cujus pridem imagines quasdam ac velut semina animo infixerat. Et cum jam olim in veterum historiis versatissimus foret, in memoriam illi venerat Octavius Cæsar Augustus, cumque imitandum sibi tacite proposuerat. Etenim ille sublato cum Cleopatra Ægyptia Antonio, insidiatore et imperii æmulo, non aliter putavit supremum omnium rerum dominum exstiturum se esse, quam si senatoriam Curiæ dignitatem evertisset. Quamobrem minima auctoritatis parte senatoribus concessa, maxima ipse semper fruebatur. Id autem erat, ut ii quidem Romæ sedentes jura urbibus darent, et magistratus tanquam e solio publicaque auctoritate legerent: ipse autem terrestribus ac navalibus copiis præfectus externis bellis occuparetur: et molestiis omnibus sibi uni susceptis, pararet undique, famuli instar, senatui ac reipublicæ tranquillitatem: cum illi haud intelligerent, eum qui exercitibus præesset, facillime posse usurpare dominatum omnium rerum.

Facto bis periculo, cum flumen eodem iterum tumore exundasset, sero denique cognitum est, non casu aliquo eas moras objectas, sed providentia divina quæ omnia facillime quocunque vellet traduceret, ac nunc obsisteret apertissime Cantacuzeni cœptis : atque inde fieri, ut et ipsa statim clementa magno irarum æstu ferventia indignarentur, quasi iratum dominum sentirent, eique quatenus famulos deceret obsecundarent, **622** suamque erga illum observantiam re significarent, illo scilicet noxio impetu violentissimaque remuneratione.

A ἐλώφα καὶ ὁ ποταμὸς ἠρέμα ἐκείνης ὑφεῖτο τῆς ὕβρεώς τε καὶ ἀγριότητος. Τῆς δὴ τοιαύτης πείρας δὶς ἤδη γενομένης, καὶ τῶν ποταμίων ῥευμάτων αὖθις ἐς τὴν ὁμοίαν ἐκείνην ἀναῤῥηγνυμένων ὑπερηφανίαν, ἔγνωσαν ὀψὲ, μὴ ἔκ τινος τύχης, ἀλλ' ἐκ θειοτέρας προνοίας εἶναι τὸ ἐναντίωμα, ῥᾷστα μὲν τὰ πάντα μετασκευαζούσης ὅπῃ βούλοιτο, καὶ νῦν δ' ἀντιπραττούσης μάλα τοῖς τοῦ Καντακουζηνοῦ προφανῶς ἐγχειρήμασιν· ὡς ἕπεσθαι καὶ τὴν τῶν στοιχείων εὐθὺς ἀγανάκτησιν πολλῷ τῷ θυμῷ ῥέουσαν, ὥσπερ αἰσθανομένων ὀργιζομένου τοῦ δεσπότου, καὶ συνεπιλαμβανομένων, ὡς δούλοις εἰκὸς, καὶ δεικνύντων ἔμπρακτον τὴν πρὸς τὸν δεσπότην τιμὴν διὰ τῆς βλαπτούσης ὁρμῆς καὶ μάλα τοι σφόδρα βιαίας ἀνταποδόσεως.

IV. Utrinque igitur interdum excurrentes, nunc aliqui ex Didymoticho milites, nunc ex Orestiade vicinisque oppidulis, multam inde huc prædam, multamque hinc illuc abigebant. Neutri autem poterant vincere, atque ita finem contentioni imponere : sed frustra quidem instabant sibi utrinque. Urbes autem perpetuo conficiebantur a se invicem sensim atque paulatim. Et erat (ut videtur) placitum Deo ac cœlesti decreto sancitum, ut urbes attererentur, pecuniisque et honore et dignitatis gradu per civiles illos motus spoliarentur.

Δ'. Ἐπεχθέοντες δ' οὖν ἑκατέρωθεν ἐνίοτε, νῦν μὲν ἐκ Διδυμοτείχου τινὲς τῶν στρατιωτῶν, νῦν δ' B ἐξ Ὀρεστιάδος καὶ τῶν πέριξ πολιχνίων, πολλὴν μὲν ἐκεῖθεν ἐνθάδε λείαν ἤλαυνον, πολλὴν δ' ἐντεῦθεν ἐκεῖσε· νίκην δὲ καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τῇ σπουδῇ, οὐκ ἦν οὐδετέρῳ κατ' οὐδετέρου· ἀλλ' ἐδίωκον ἀνήνυτα. Αἱ δὲ πόλεις ἐφθείροντο διηνεκῶς ὑφ' ἑαυτῶν ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν· καὶ ἦν, ὡς ἔοικε, βούλημα θεῖον καὶ ψῆφος ἄνωθεν κυρωθεῖσα, ἐκτριβῆναι καὶ γυμνωθῆναι τὰς πόλεις χρημάτων καὶ δόξης καὶ τάξεως ἐκ τῆς ἐμφυλίου ταυτησὶ στάσεως.

V. Et Cantacuzenus quidem civile bellum cum externo comparans, expendensque, quantum alterum ab altero distaret et excederetur : civile quidem bellum frigori calorique febricitantium; bellum vero externum calori æstivo frigorique hiberno simile esse dictitabat : alterum nempe ex his ab altero multum excedi. Frigori enim hiemis, quod externum est, facile esse vestimentorum accessione atque ignis copia mederi ; rursus calorem æstatis, utpote externum atque adventitium, subtractis vestimentis ac per ventorum flatus temperari posse : febres autem, utpote intrinsecus ex ipsis visceribus natas, rem esse indomitam atque ineluctabilem.

Ε'. Τῆς γε μὴν ἐμφυλίου μάχης καὶ ἀλλοφύλου τὸ ἐξαλλάττον καὶ ὑπερέχον ὁ Καντακουζηνὸς ἐξετάζων τὴν μὲν παροξυσμῷ καὶ πυρετῷ, τὴν δὲ θέρμῃ τε θέρους καὶ ψύξει χειμῶνος ἔλεγεν ἐοικέναι· [P. 388] καὶ εἶναι τὸ ὑπερέχον θατέρου πρὸς θάτερον μάλα πολύ. Τὴν μὲν γὰρ ἔξωθεν ψύξιν εἶναι καὶ προσθήκαις C ἐνδυμάτων ἰᾶσθαι καὶ πυρὸς εὐπορίᾳ· καὶ αὖ τὴν ἔξωθεν ἐπεισόδιον θέρμην ἐνδυμάτων τε ὑφαιρέσει καὶ ἀνέμων πνοαῖς· τοὺς δ' ἔνδοθεν τικτομένους πυρετοὺς ἐξ ἐγκάτων δύσμαχον εἶναι καὶ μάλα ἀνανταγώνιστον χρῆμα.

VI. Ii porro, qui propter Cantacuzenum aut exsulabant, aut in vinculis erant, quique in urbibus tacite illi favebant, ii, inquam, omnes, vere appetente, spe erigebantur benignioris in posterum fortunæ. Sed erant vanæ illorum spes. Illius enim res, ut vulgo aiunt de Mandrabola, quotidie in pejus procedebant.

Ϛ'. Οἱ δὲ διὰ τὸν Καντακουζηνὸν ἐξόριστοι καὶ δεσμῶται, καὶ ὅσοι λεληθότως ἐν ταῖς πόλεσι τὰ ἐκείνου διετέλουν φρονοῦντες, μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἦσαν ἔαρος ἐπιστάντος, εὐμενῆ καταστήσεσθαί σφισι τὴν τύχην. Ἀλλ' ἄρα ἦσαν μάταια τὰ τῶν ἐλπίδων. Ὡς γὰρ ἐπὶ Μανδραβόλου (25) τὰ ἐκείνου διηνεκῶς ἐχώρει.

CAPUT XV.

Præcipuarum urbium præfecti Theodorus Synadenus et Guido Armenius. Hujus ex Armenia migratio; uxores duæ. Hostilis animus in Cantacuzenum affinem, cujus et bona diripit et amicos vexat. Sinistra auguria. Solis ac lunæ defectus et colores. Arbores nive oppressæ et ramis exutæ.

623 I. Sed repetenda paulo altius rerum expositio, ut clariora auditoribus fiant, quæ sequuntur. Etenim Thessalonicæ et cæteris circum urbibus, ad Strymonem usque fluvium, præpositus erat Theodorus Synadenus protostrator : Serrhis vero, et

D Α'. Ἐπαναχτέον δὲ βραχὺ τὴν διήγησιν, ἵνα σαφέστερα γένοιτο τοῖς ἀκούουσι τὰ ἑξῆς. Θεσσαλονίκης μὲν γὰρ, καὶ τῶν πέριξ ἄχρι Στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ πόλεων, ἦν ἐπίτροπος ὁ πρωτοστράτωρ Θεόδωρος ὁ Συναδηνὸ, (26)· τῆς δὲ τῶν Σεῤῥῶν (27) πόλεως, καὶ

Variorum notæ.

(25) Proverbium, de quo Zenobius, Diogenianus, Suidas, Michael Apostolius, et alii. DUCANG.

(26) Cantacuzen. lib. III, cap. 51, cujus alibi non semel meminit. DUCANG.

(27) Cantacuzenus Φερῶν legit, quam urbem in Thraciæ Thessaliæque finibus *Fere* nunc vocant Turci, ut scribit Leunclavius in priore *Onomastico Turcico*. DUCANG. — *Pheras* vocat Cantacuzenus; atque illud ejus urbis nomen primarium fuisse, indicat breve Urbium Onomasticon, quod exstat in cod. Reg. 2993, fol. 70, v., ubi inter alia legitur Φεραι, πληθυντικῶς αἱ Σέῤῥαι, καὶ Φεραῖοι οἱ ἀπὸ ταύτης. BOIVIN.

ι Χριστουπόλεως πολιχνίων, ὁ τοῦ θανόντος ς ἐξάδελφος, Γὴμ ὁ Ἀρμένιος (28)· ὃς πρὸ ν καὶ εἴκοσιν ἐτῶν μετάπεμπτος γεγονὼς ἐξ ας εἰς Βυζάντιον ὑπὸ τῆς τοῦ πατρὸς ἀδελ- ς βασιλίδος δηλαδὴ καὶ μητρὸς Ἀνδρονίκου σιλέως, συνεζύγη τῇ τοῦ Κανταχουζηνοῦ η, καὶ πολὺν αὐτῇ συνοικήσας χρόνον ἄπαις · θανούσης δ' ἐκείνης, συνεζύγη τῇ τοῦ νου θυγατρὶ, ἐξ' ἧς καὶ παίδων ἐγεγόνει Ἦν δ' ἀεὶ τῇ πατρίῳ τῶν Ἀρμενίων θρη- κώμενος.

A omnibus Christopolin usque oppidis, defuncti imperatoris consobrinus Guido Armenius; qui quatuor et viginti ab hinc retro annis Byzantium arcessitus (arcessiverat autem eum patris sui soror, Augusta eadem et Andronici imperatoris mater) Cantacuzeni consobrinam uxorem duxit; et per tempus diuturnum, quo illam secum habuit, liberis caruit: mortua deinde illa Syrgiannis filiam secum matrimonio junxit, ex qua et liberos suscepit. in patria autem Armeniorum religione perseveravit.

ῦτος οὖν ἕρμαιον τὴν τοῦ καιροῦ καὶ πραγ- σύγχυσιν εὑρηκὼς καὶ λημμάτων πρόφασιν τὰ ἐκεῖ τοῦ Κανταχουζηνοῦ χωρία τε καὶ σόδους, καὶ ζεύγη μυρία βοῶν, καὶ παντοίων ἀγέλας κτηνῶν, καὶ πάντα ἐξαργυρώσας χρημάτων ἐκαρποῦτο βαλάντια. Πάντας ὑπὸ τὴν ἐπιτροπὴν αὐτοῦ πλουσίους αἰτίαις βάλλων, ὡς εἶεν ὁμόφρονες δήπου τῷ Καντα- ῷ, αὐτοὺς μὲν ἐν φρουραῖς εἶχε· τὰς [P. 389] οὐσίας ἤθροιζεν ὅλαις χερσὶν αὐτὸς ἑαυτῷ. μὲν τοίνυν ὁπόσα ὁ χρόνος ἐκεῖνος ἔτεκε τὰ ᾠδινονοὐκ ἂν εἴη διεξιέναι. Ἔνια δ' ἐν τοῖς λέγε- λουσιν ἄλλα ἀλλοθι κατασπειρόντων ἡμῶν, δήπου καὶ τῶν λειπομένων ἐντεῦθεν τοῖς νοις καταστοχάζεσθαι.

II. Is igitur temporum ac rerum perturbationem quasi donum fortunæ insperatum nactus et lucri faciendi occasionem, quidquid habebat illic prædiorum ac vectigalium Cantacuzenus, detinebat, B nec non infinita boum juga, et alia cujusquemodi pecora, conflatoque ex iis omnibus argento, maximam pecuniæ vim comparaverat. Idem quoquot in provincia, cui præerat, opulentissimi erant, eos in crimen adducebat, ut nimirum Cantacuzeno assentientes, atque ipsos quidem in custodiam dabat: eorum autem facultates plenis manibus sibi coacervabat. Sed calamitates, quas tempora illa pepererunt, facile haud sit omnes percensere. Quarumdam vero sparsim et subinde mentionem faciemus, ut quilibet facile inde possit cætera 624 conjectare.

ροειληφέναι μέντοι καὶ προηγήσασθαι τῶν ν συνεπεπτώκει σημεῖα κακῶν τά τε ἄλλα ισκότησιν ἡλίου καὶ ἅμα σελήνης πρό γε μάλα τοι σφόδρα μεγίστην, περὶ ζώδιον ἓν ρας φημὶ τὸν Τοξότην· καὶ πρὶν ὅλον ἑξαμη- ἐξήκειν χρόνον ἐς τἀκριβὲς, ἑτέραν αὖθις πτώκει γενέσθαι σελήνης ἔκλειψιν, περὶ τὸν γενομένου σαφῶς τοῦ ἡλίου, ἧττω μὲν , δακτύλων δ' οὖν ιδ' καὶ αὐτήν. Ἔκ τε οὖν καὶ αὖ ἐκ τῶν περὶ τὰ τῶν φωστήρων πάθη ων χρωμάτων, μεγάλων προαναφώνησις τοῖς ιον βλέπουσιν ἐγεγόνει δεινῶν.

III. Horum certe malorum signa antecessere ac prævia exstitere tum alia, tum eclipsis solis et lunæ simul. Et hæc quidem prior accidit longe C maxima: utraque autem circa idem zodiaci signum, nempe Sagittarium. Necdum semestre totum penitus exierat, cum alia rursus accidit lunæ eclipsis, sole Taurum evidenter ingresso; minor quidem hæc quam illa, sed et ipsa quatuordecim saltem digitorum. Et hoc igitur, et colores qui circa luminarium defectionem visi sunt, magnarum calamitatum præsagia altius inspicientibus habita sunt.

εύτερον δὲ, τὸ τῆς δενδροτομίας. Περὶ γὰρ ροχόον, εὐθὺς μετὰ τὸν Αἰγόκερων, τοῦ ἡλίου ου, νύκτωρ ἁπάσης ἀνέμων σιωπησάσης κατεῤῥάγη πλῆθος χιόνος οὐ φορητόν· ὑφ' βαρυνθέντα τὰ τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων δένδρα, καὶ ὅσα τῶν προαστείων αὐτῆς, ν τὴν πτῶσιν ὑπέστησαν, ὥσθ' ἡμέρας γενο- καὶ τὸ νυκτερινὸν ἑρμηνευσάσης δεινὸν, ἰδεῖν έαμα, κλάδου παντὸς ἀπωρφανισμένα τὰ ν δένδρων καὶ σκόλοψί τισιν ἐοικότα καὶ ξύλοις

IV. Alterum item signum fuit arborum excidium. Statim enim post Capricornum, cum sol in Aquario esset, silente omni ventorum flatu, effusa est noctu nivium copia non tolerabilis. Quo onere oppressæ omnes principis urbis arbores, et quæcunque erant sub urbe, tantam dedere stragem, ut die D orto ac nocturnam cladem indicante, novum objiceretur oculis spectaculum; mediæ videlicet arbores omnibus ramis orbatæ, et palis quibusdam ac mortuis lignis similes.

Variorum notæ.

Guido Armenius*: Cantacuzeno (lib. I cap.) υργὴν τελεζιάνο; eidem (lib. III, cap. 31): ντελενουζιάο: Gallice, *Sire Gui de Lu-*, seu *de Lusignem*. Erat hic Andronici ju- ξάδελφος. Scilicet Andronicus junior matrem habuit *Mariam Armenam*, quæ et *Ricta* et *Xene* dicta est. *Mariæ* autem nepos fuit ex fratre *Guido* iste, qui postea Armeniæ rex fuit, ἐκ πατρῴου προσηκούσης αὐτῷ κλήρου τῆς ἀρχῆς, inquit Cantacuzenus, *Histor.* lib. III, c. 49. BOIVIN.

CAPUT XVI.

De educendis carcere ambobus imperatricis Irenes fratribus Byzantii et Cantacuzeniani certant. Irenes prudentia et aliæ virtutes. Egregiam Cantacuzeno operam novat. Ut fratres ei conciliaverit. Cantacuzenus, Thessalonicæ invadendæ spe oblata per literas Synadeni, Didymotichum uxori et Manueli Asani custodiendum committit. Polystylum instaurat et munit. Chreles Triballus perduellis; Strummitzæ principatu potitus; Crali ipsi metuendus. A Romanis adulatur. Cantacuzeno suppetias venit; per Christopolitanas fauces transituro. Ducum et militum enumeratio.

I. Sed quoniam et de imperatrice Irene Cantacuzena, et de duobus illius fratribus, frequens a nobis habebitur mentio, eo quod illorum opera in præsenti temporum conditione propositoque argumento plurimum emicuit, illuc jam revertamur, unde nostra deflexit oratio. Tenebat eos jampridem **625** vinctos proximum Rhodope monti castellum Auderorum monasterii, imperatoris Andronici junioris jussu, ob crimen majestatis. Statim vero atque Didymotichi Cantacuzenus imperator pedes purpura inclusit, cum utrinque instrueretur manus hostilis, certamen exstitit de iis, utra pars prior carcere ipsos educeret, maximo futuros adversus alteram auxilio.

A A'. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης τῆς Καντακουζηνῆς, καὶ τῶν δυοῖν αὐτῆς ἀδελφῶν (29), πολὺς ἡμῖν ἔσται προϊοῦσιν ὁ λόγος, τὰ μέγιστα ταῖς παρούσαις συμβαλλομένων τύχαις τοῦ χρόνου καὶ ὑποθέσεσιν, ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου φέρε ἐπανακάμψωμεν. Εἶχε γὰρ δεσμίους αὐτοὺς (30) τὸ πλησίον ὄρους Ῥοδόπης φρούριον τῆς τῶν Αὐδήρων μονῆς ἐκ πολλοῦ, κελεύσει τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου, ἐπ' ἐγκλήματι καθοσιώσεως (31). Ἄρτι δὲ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως [P. 390] ἐν Διδυμοτείχῳ τὰ ἐρυθρὰ ὑποδησαμένου πέδιλα, καὶ τῆς πολεμίας χειρὸς ἑκατέρωθεν παρασκευαζομένης, ἔρις ἐγένετο περὶ σφῶν, ὁποτέρῳ μέρει προτέρῳ γένοιτ' ἂν τῆς εἱρκτῆς ἐξελόντι συμμάχους ἔχειν κατὰ θατέρου κρατίστους.

II. Multæ itaque concursationes, multa colloquia intercesserunt. At cum illi vererentur, ne vincula vinculis mutarent, leviora fortasse gravioribus, nec tuto possent alterutri parti confidere, Irene Augusta, multo judicio et solertia pollens, ac tantum in consultationibus sagacitate, quantum intelligentiæ vi et morum elegantia cæteris mulieribus præstans, brevi omnia præclare ordinavit. Prudentiam nempe insitam ac naturalem sortita, maritum imperatorem, quem ejusmodi discrimina circumstabant, efficaci maximoque juvabat auxilio. Itaque ei si non totam auctoritatem imperatoriam, at sane ejus longe maximam partem largita est. Ipsa quippe nunc blandioribus dictis labantes excitans animos eorum, quos imperator habebat secum cognatos et vere amicos; nunc larga manu opes effundens exsilii socias, aut potius magnarum illarum opum reliquias (quæ omnia planius postea a nobis explicabuntur), nunc omni saltem festinatione advolans, et per semet **626** ipsam firmas cautiones fratribus afferens, rediit quam celerrime, eos conjugi imperatori tempore opportunissimo secum adducens, sinceros et minime suspectos defensores.

B B'. Πολλῶν τοιγαροῦν μεταξὺ γενομένων δρόμων καὶ λόγων, καὶ δεδιότων ἐκείνων, μὴ δεσμῶν ἀλλάξωνται δεσμὰ, κουφοτέρων ἴσως δεινότερα, καὶ μηδετέρῳ βεβαίως ἐχόντων μέρει θαῤῥεῖν, ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, πολλὴν πλουτοῦσα τὴν σύνεσιν καὶ ἀγχίνοιαν (32), καὶ τοσούτῳ νικῶσα τῇ τῶν φρενῶν ἐν ταῖς βουλαῖς ὀξύτητι, ὅσον ἐν γυναιξὶ τῷ κράτει τῆς γνώσεως καὶ τῇ τῶν ἠθῶν ἁρμονίᾳ, πάντα καλῶς τὴν ταχίστην διέθετο. Φρόνημα γὰρ αὐτοφυές τε καὶ αὐτοχάλκευτον εἰπεῖν κεκτημένη ἔμπρακτον παρεῖχε τῷ συζύγῳ καὶ βασιλεῖ καὶ μεγίστην ἐν τοιαύταις γενομένῳ ταῖς περιστάσεσι τὴν ἐπικουρίαν· καὶ εἰ μὴ τὸ πᾶν αὐτῷ τῆς βασιλείας αὕτη κεχάρισται κράτος, ἀλλ' οὖν καὶ μάλα δήπου σφόδρα γε C τὸ πλεῖστον μέρος· νῦν μὲν λόγοις ἐπαγωγοῖς ἀναζωπυροῦσα πεπτωκότα φρονήματα τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα συγγενῶν καὶ φίλων ἀληθῶν· νῦν δ' ἀφθόνῳ χειρὶ τὸν ἐν ἐξορίᾳ συνέκδημον αὐτοῖς γεγονότα προϊεμένη πλοῦτον, ἢ μᾶλλον τὰ τῶν μεγάλων ἐκείνων πλούτων περιλειφθέντα λείψανα, καθὰ προϊοῦσιν ἡμῖν ἐναργέστερον πάντα λελέξεται· νῦν δ' οὖν ἁπάσῃ δραμοῦσα σπουδῇ, καὶ δι' ἑαυτῆς αὐτὴ βεβαίας παρασχομένη τοῖς ἀδελφοῖς τὰς ἐγγύας, τάχιστα ἐπανῆκε, μεθ' ἑαυτῆς αὐτοὺς τῷ συζύγῳ βασιλεῖ μάλα καθ' ὥραν προσαγαγοῦσα, γνησίους καὶ ἀσφαλεῖς ἐπικούρους.

Variorum notæ.

(29) De quibus egimus in *Famil. Byzant.* pag. 325, ubi Asaninam perstrinximus. DUCANG.

(30) De Manuele id testatur Cantacuzenus, lib. III, cap. 41, quem ait ἐν Βήρᾳ φρουρούμενον ὑπὸ κλοιοῖς fuisse : ex quo emendandus hoc loco Gregoras, qui locum vocat φρούριον τῆς Αὐδήρων μονῆς, et lib. XVI, cap. 1, τῶν Ἀδήλων μονήν, cum legendum sit Βήρας μονῆς. Est enim Βήρα, seu *Vera*, castrum in Thracia ad Hebri seu Marizæ ostium, haud procul ab Œno, ubi monasterium virorum exstitit, ab Isaacio Comneno Andronici tyranni patre olim exstructum, uti auctor est Nicetas in Andronico, lib. I, cap. 2, et in Isaacio Angelo, lib. IV, cap. 8; ut et Cantacuzenus lib. III, *cap. 26, 31, 34, 54*; et lib. IV, cap. 42, quemadmodum a nobis observatum ad Villharduinum, n. D 201, a quo *l'Abbeïe de Veroisine* appellatur. DUCANG. — *Τῆς τῶν Αὐδήρων μονῆς*. Græci recentiores Αὔδηρα et Αὔδειρα scripserunt, pro Ἄβδηρα. Est autem *Abdera* oppidulum Thraciæ maritimum, Democriti patria. Cantacuzenus, lib. III, cap. 17 et cap. 26, uxoris suæ fratres, non in monasterio Αὐδήρων, sed in Castello Bera seu Vera inclusos ait : unde Ducangius Gregoram reprehendit ; quem et libro XVI, cap. 1, Ἀδήλων μονήν pro Βήρας μονήν dixisse observat. Ego Gregoram lib. XVI, cap. 1, locum indicasse existimo plane diversum a Bera castello. BOIVIN.

(31) Vide supra lib. XI, cap. 2, sect. 5. BOIVIN.

(32) Cantacuz. lib. III, cap. 30, καὶ μείζονα τ... δειξαμένη ἢ κατὰ γυναικεῖον φρόνημα. DUCANG.

Γ'. Ἐπεὶ δ' ἐκ Συναδηνοῦ, ὃς τηνικαῦτα Θεσσαλονίκης ἐπετρόπευε, γράμματα ἐφοίτα συχνά, διεγείροντα τὴν ταχίστην αὐτὸν διαβάντα ἐς Μακεδονίαν ἐγκρατῆ Θεσσαλονίκης ἐκ τοῦ ῥᾴστου γενέσθαι· εἶναι γὰρ παρεσκευασμένον ἐξ ἐκείνου τουτὶ λαθραίαις σπουδαῖς ἐκ πολλοῦ. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ ἄσμενος, τὴν Διδυμοτείχου (33) ἐπιτροπὴν παραδοὺς Εἰρήνῃ τῇ συζύγῳ καὶ βασιλίδι σὺν τἀδελφῷ Μανουὴλ τῷ Ἀσάν, ἀφίκετ' εὐθὺς καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον (34) πάλαι πρὸς θάλατταν νῦν αὐτὸς ἐξ οἰκείας δαπάνης συνεστήσατο παρὰ τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολάς (35)· ὃς ποταμῶν τῶν ἐν Θρᾴκῃ μέγιστος ἐκ τῶν τοῦ Αἵμου ὀρῶν ῥηγνύμενος ἀποπτύει τὸ ῥεῖθρον ἐς τὰ τοῦ Αἰγαίου πελάγους κράσπεδα. A

Δ'. Ἄρτι δ' εἰς πέρας ἥκοντες τῆς οἰκοδομίας, ἀφικνεῖσθαι πλησίον ἤμελλε καὶ Χρέλης ὁ Τριβαλλός (36)· ὃς πρὶν ὑφ' ἡγεμόνι τελῶν τῷ τῶν Τριβαλλῶν ῥηγί, δι' αἰτίας οἱασδήτινας τὰ δεσμὰ τῆς ὑποταγῆς ῥήξας, οἰκείαν κατέστησεν ἀρχὴν ἑαυτῷ Στρουμμίτζαν (37), [P. 391] ὑπερνέφελον φρούριον, καὶ ὁπόσα περὶ Στρυμόνα τὸν ποταμὸν ἄχρι καὶ ἐς Ἀμφίπολίν ἐστι χωρία. Διὰ γὰρ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐμφύλιον στάσιν κολακευόμενος ὑπ' ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν, φοβερός τις καὶ πάνυ τοι δυσεπιχείρητος τῷ Κράλῃ Σερβίας ἐγίνετο· καὶ ἦν οὑτωσί πως ἀπολαύων τοῦ χρόνου, κἀν τοῖς τῶν ἄλλων δυστυχήμασιν αὐτὸς εὐτυχῶν, κἀκ τῆς τῶν γειτόνων δυσπραγίας ἰδίαν εὐδαιμονίαν καρπούμενος. Συννοῶν δ' ὅμως ἔτι καὶ οὐ μάλα ἀνύποπτον τὴν εἰς τοὔμπροσθεν βασιλικὴν εὔκλειαν (38) ποιούμενος τοῦ Καντακουζηνοῦ, φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος αὐτῷ διετελένετο (39). Ὅθεν καὶ ἐπειδὴ μιμησάμενοι τοὺς ἐν Θερμοπύλαις τριακοσίους ἐκ τῆς Σπάρτης, τὴν τοῦ Ξέρξου πάλαι παραφυλάττοντας δίοδον, προκατειλήφεσαν οἱ τοῖς Βυζαντίοις προσκείμενοι τὰ περὶ τὴν Χριστούπολιν στενά, καὶ σὺν ἐπιμελείᾳ μὴ πάνυ τοι ἐῤῥᾳθυμημένῃ καθήμενοι παρεφύλαττον νύκτωρ ἅμα καὶ μεθ' ἡμέραν, ὡς ἄβατον ἐντεῦθεν τῷ βασιλικῷ τοῦ Καντακουζηνοῦ στρατῷ γίνεσθαι, διαμηνυθεὶς καὶ ὁ Χρέλης ἧκε Χριστουπόλεως ἔγγιστα, χεῖρα B C

A III. Cum autem Synadeni, qui tum Thessalonicæ præerat, frequentes litteræ afferrentur, Cantacuzenum hortantes, ut quamprimum in Macedoniam transiret, Thessalonicam sub potestatem suam facili labore redacturus : esse enim illud jampridem a se occultis molitionibus præparatum : ob eam causam, cum uxori suæ Irenæ imperatrici, et ejus fratri Manueli Asani, Didymotichi præfecturam tradidisset, cupide statim proficiscitur, et castellum munit, quod Polystylum olim nuncupatum in maritima ora novissime ipse propriis sumptibus restituerat, juxta Nesti ostia, qui maximus Thraciæ fluvius ex Hæmo monte erumpens undam in maris Ægæi littus evomit.

B IV. Vix ea ædificatio ad finem perducebatur, cum et Chreles Triballus prope affuturus fuit. Hic cum antea imperio Triballorum regis paruisset, nescio quas ob causas fidei vincula abruperat, et proprium sibi imperium fecerat; in Strummitzam nempe, castellum ad nubes usque eductum, et quæcunque circa Strymonem fluvium oppida Amphipolin usque sita sunt. Etenim propter civile Romanorum bellum, cum utræque illum partes adularentur, formidandus Crali Serviæ et expugnatu difficillimus evaserat. Sic illa temporum conditione fruebatur, fortunatus **627** in aliorum infortuniis, et ex vicinorum calamitate propriam felicitatem velut fructum percipiens. Idem tamen cum impe- C randi gloriam, qua Cantacuzenus antehac floruerat, agnosceret etiamnum, et non omnino suspectam habere desiisset, amicitiam illius ac societatem studiose ambiebat. Cum itaque Byzantinarum partium fautores, imitati trecentos illos Lacedæmonios, qui Thermopylas, qua transiturus erat Xerxes, olim defenderant, vicinas Christopoli angustias occupassent, nec omnino indiligenter custodirent, noctu simul atque interdiu affixi, ita ut imperatori Cantacuzeno aditus illac præclusus foret, arcessitus et Chreles proxime Christopolin venit, manum militum non parvam adducens; operam videlicet suam col-

Variorum notæ.

(33) *Didymotichus*, bodie *Dimotuc*, oppidulum est in ripa Hebri fluminis, inter Adrianopolin et Trajanopolin situm. Vide Brietii Thraciam cum veterem tum novam. Cantacuzenus Didymoticho egressus est Martii die 5, indict. 10, ut ipse testatur *Hist.* lib. III, cap. 32. BOIVIN.

(34) Cantacuz. lib. III, cap. 37, auctor est eam esse urbem, quam Græci Ἄβδηρα vocabant, Democriti philosophi patriam, de qua rursum agit cap. 64. DUCANG. — *Καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον πάλαι.* Ita etiam codex Vaticanus. Tamen deesse aliquid suspicor. Certe Cantacuzenus, quod oppidum suo tempore *Polystylum* dicebatur, illud ipsum ait *Abderam* dictum ab antiquis lib. III, cap. 37. Cum Cantacuzeno consentit Onomasticon urbium, quod exstat in cod. Reg. 2784, fol. 327 v. ubi legitur Αὔδειρα, τὸ νῦν Πολύστυλον. Pro Αὔδειρα legendum Ἄβδηρα. Vide quæ adnotavimus paulo supra (not. 30). BOIVIN.

D (35) Ita rursum lib. XIII, cap. 1, fluvius, quem alii Νέσσον vocant. Vide observata a viro doctissimo Joanne Harduino ad lib. IV Plinii sect. 18, nota 54. DUCANG. — Hodiernis geographis neque maximum Thraciæ flumen est, neque ex Hæmo monte oritur. BOIVIN.

(36) De quo Cantacuzenus lib. I, cap. 52; lib. III, cap. 31, 33, 38, etc. DUCANG.

(37) Urbem Macedoniæ, quam Στρουβίτζαν et Στρουμπίτζαν promiscue vocat Cantacuzenus, de qua quædam attigimus ad Annæam Alexiadem, pag. 382 DUCANG.

(38) Verti, *cum imperandi gloriam, qua Cantacuzenus antehac floruerat, agnosceret etiamnum*, etc. Malim nunc, *cum imperandi gloriam, quæ Cantacuzeno posthac futura esset, cogitaret etiamnum*, etc., eo præsertim quod apud Gregoram adverbium ἔμπροσθεν solet referri ad futurum tempus, non autem ad præteritum. BOIVIN.

(39) Cantacuz. lib. III, cap. 32 et 33. DUCANG.

laturus, et pro virili effecturus, ut facilis esset imperatori ad urbem Thessalonicam transitus.

V. Et hæc quidem ita se habebant. Qui vero Didymotichi cum imperatrice Irene et ejus fratre Manuele Asane relicti fuerant, tam pedites quam equites, supra quingentos erant: duces autem duo; Manuel nempe Tarchaniotes, qui cognatione junctus erat imperatori, et Georgius Phacrases; et post eos alii duo. Quorum omnium constantiam, atque in præliis fortitudinem et experientiam, singula rerum gestarum testimonia, procedente hac historia, luculenter ostendent. Quos vero secum hebebat imperator comites ulterioris expeditionis, ii erant, præter **628** illos qui arcubus et fundis ac talibus telis eminus ferientibus utebantur, lectorum quidem equitum non minus quam duo millia; cognati autem, aliique nobiles, et omne famulitium ipsorum, quingentorum proxime numerum explebant. Inter quos maxime eminebant primum duo imperatoris filii, Matthæus et Manuel: deinde Irenes Augustæ frater Joannes Asan et imperatoris consobrinus Joannes Angelus. Quorum omnium animum in periculis magnum et fortem, et res manu vel consilio præclare gestas, et tropæa ipsa bellica, suo sigillatim loco infra declarabimus.

στρατιωτικὴν ἐπαγόμενος οὐ μικρὰν, συνεργήσων τε καὶ, τό γε εἰς δύναμιν ἧκον, ῥᾳδίαν ποιήσων ὁπώσποτε τῷ βασιλεῖ τὴν ἐς Θεσσαλονίκην πάροδον.

Ε'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων (40), οἱ μὲν ἐναπολειφθέντες ἦσαν ἐν Διδυμοτείχῳ μετὰ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης καὶ τἀδελφοῦ Μανουὴλ τοῦ Ἀσὰν ἔνοπλοι στρατιῶται καὶ ἱππεῖς πλέον ἢ πεντακόσιοι (41)· στρατηγοὶ δὲ δύο μὲν, Μανουήλ τε ὁ Ταρχανειώτης, τῶν συγγενῶν ὑπάρχων τις τῷ βασιλεῖ, καὶ Γεώργιος ὁ Φακρασῆς· καὶ μετ' αὐτοὺς ἕτεροι δύο. Ὧν ἁπάντων τὴν καρτερίαν, καὶ τὴν περὶ τὰς ἐνοπλίους μάχας ἀνδρίαν καὶ ἐμπειρίαν, ἡ τῶν καθ' ἕκαστα πράξεων μαρτυρία προϊόντος τοῦ λόγου δείξει σαφέστατα. Οὓς γε μὴν ὁ βασιλεὺς ἑπομένους εἶχε, πρὸς ἣν ἀφηγεῖσθαι μέλλομεν ὑπερόριον ἐκστρατείαν, ἦσαν πλὴν τῶν ὅσοι τόξοις ἅμα καὶ σφενδόναις καὶ τοιούτοις ἐκηβόλοις ἐχρῶντο βέλεσι, τῶν μὲν λογάδων ἱππέων οὐχ ἧττους ἢ δισχίλιοι· τῶν δὲ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλως εὐγενῶν ἀνδρῶν καὶ ἅμα ὁπόσοι τῆς σφῶν θεραπείας ἦσαν, ἐς τὸ ἔγγιστα τῶν πεντακοσίων ἀνῆγον τὸν ἀριθμόν. Ὧν ἔκκριτοι πάντων ὑπῆρχον μάλιστα οἵ τε δύο τοῦ βασιλέως υἱεῖς, Ματθαῖος καὶ Μανουήλ· καὶ μετ' αὐτοὺς ὅ τε τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸς Ἰωάννης ὁ Ἀσὰν καὶ ὁ τοῦ βασιλέως πρωτεξάδελφος Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος (42). Ὧν ἁπάντων τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς μεγαλοψυχίαν, καὶ ὁπόσα χειρὸς καὶ γνώμης ἐνεδείξαντο μεγαλοφυοῦς ἔργα καὶ τρόπαια, ἐν τοῖς καθήκουσι τόποις προβαίνων ὁ λόγος δηλώσει καθ' ἕκαστα..

Variorum notæ.

(40) Cantacuz. lib. III, cap. 32. DUCANG.

(41) Cantacuzeno χίλιοι πρὸς τοῖς ἐπιγενομένοις. Idem præterea ἐπὶ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας, hoc est in *suburbiis* relictos ait octo duces, singulos sagittariis mille præfectos. *Hist.* lib. III, cap. 32. BOIVIN.

(42) Vel legendum Ἰωάννης Ἀσάνης, vel post Ἰωάννης addendum, ut apud Cantacuz. lib. III, cap. 32. καὶ ὁ Ἄγγελος. Neque enim Joannes Angelus frater fuit Irenes. Vide quæ de eo supra annotamus. DUCANG. — Codex Vaticanus plane habet, ut legendum esse admonuimus. Ita accepi ex doctiss. V. Lud. Targnio. BOIVIN.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUS TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

Cantacuzenus Christopolitanas angustias ut evaserit. Circa Philippos castrametatur. Oblata ei auxilia a Carele: quem suspectum amice excipit; mox dimittit. Rhentina in deditionem accepta, Thessalonicam ire cunctatur, suo more. Melenici castellum ei deditur. Parergon de occasione non negligenda. Item de Occasionis effigie. Synadenus et alii Cantacuzeno faventes, Thessalonica per seditionem pulsi, Gynæcocastrum se recipiunt. Guido Armeniacus Thessalonicenses armis adjuvat. Classis Byzantina, Apocauco duce, Thessalonicam appulsa. Cantacuzenus Gynæcocastrum usque progressus cum Synadeno colloquitur. Hic animum mutat, et illi insidiatur.

[P. 392] Α'. Λήγοντος δ' ἤδη τοῦ ἔαρος, ἄρας ὁ A βασιλεὺς Καντακουζηνὸς ἐκ τῶν τοῦ Νέστου ποταμοῦ ἐκβολῶν, κἀξ εὐωνύμων ἀφεὶς τοὺς τὰ στενὰ τῆς Χριστουπόλεως παραφυλάττοντας, διὰ τῆς ἄκρας τοῦ ὄρους τὰς οἰκείας διεβίβασε δυνάμεις· μακροτέρᾳ μὲν καὶ ἐπιπόνῳ χρησάμενος τῇ πορείᾳ διὰ τὰς δυσχωρίας τῶν τε πετρῶν καὶ φαράγγων καὶ τῶν ἐκ τῆς λόχμης ἐκείνης δένδρων καὶ ἀκανθῶν· διεβίβασε δ' οὖν, καὶ κατεστρατοπέδευσε περί που τὰ ἱππήλατα τῶν Φιλίππων, ἔνθα πάλαι Βροῦτος καὶ Κάσσιος ἐπολέμησαν Ὀκταβίῳ Καίσαρι.

Β'. Διαναπαύοντι δ' αὐτόθι τὴν στρατιὰν προσῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Χρέλης (43), ἐγγυώμενος πάντα οἱ τὰ κατὰ βούλησιν ἄσμενος ἐκτελεῖν. Ὁ δὲ φίλον μὲν ἔχειν αὐτὸν ἔλεγε βούλεσθαι· τῆς μέντοι συμμαχίας αὐτῆς χρείαν ἥκιστα ἔχειν ἐν τῷ παρόντι. Ξυνενόει B γὰρ αὐτὸν γλώττῃ μὲν ὁμολογεῖν αὐτῷ φιλίαν διὰ τὸν ἐνεστῶτα φόβον τῶν ὅπλων· τὴν δὲ γνώμην εἶναι μετέωρον καὶ καραδοκοῦντα σαφῆ καὶ αὐτοδίδακτα τῆς μάχης ὄψεσθαι τὰ τέλη. Ὅθεν λόγοις καὶ αὐτὸς χρησάμενος πρὸς αὐτὸν φιλίαν μακρὰν ἐπαγγελλομένοις, ἐπὶ πολλαῖς τε δεξιωσάμενος ταῖς ἡμέραις, εἶτα ἀπέλυσε χαίροντά τε καὶ γείτονα χρηστὸν τοῦ λοιποῦ καὶ αὐτὸν ἐπαγγελλόμενον εἶναι.

Γ'. Αὐτὸς δὲ μικρὸν ἐκεῖθεν προβὰς εἷλε καθ' ὁμολογίαν φρούριον Ῥεντίναν καλούμενον (44). Δέον ἐν ὀλίγων ἐντὸς ἡμερῶν ἀπιόντα περιστρατοπεδεῦσαι

631 I. Exeunte porro jam vere, Cantacuzenus imperator, ab Nesti fluvii ostiis profectus, relictisque ad lævam iis qui Christopolitanas fauces custodiebant, suas copias per ipsum verticem montis transmisit: longiori quidem ac difficili usus itinere propter iniquitatem locorum, quæ et saxis aspera et confragosa erant et imminentis silvæ arboribus dumisque obstruebantur; transmisit tamen, et castrametatus est circa Philipporum planitiem, ubi **632** Brutus olim et Cassius cum Octavio Cæsare prælium conseruerunt.

II. Illic exercitum suum reficienti Chreles occurrit spondetque se, quidquid iste jusserit, libenter exsecuturum. At hic amicum quidem habere eum velle se significat, non tamen ejus auxilio sibi in præsentia opus esse ullatenus. Intelligebat enim, eum lingua quidem amicitiam profiteri ob instantis belli metum, animi autem dubium pendere; exspectantem videlicet, quoad certum exploratumque pugnæ exitum intueretur. Quocirca verbis apud eum usus et ipse magnam profitentibus amicitiam, cum eum multos per dies comiter et benigne tractavisset, dimisit postea gaudentem, ac boni in posterum vicini officio functurum sese pollicentem.

III. Ipse autem non longe inde progressus castellum, cui Rhentina nomen est, in deditionem accipit. Unde cum deberet discedere, atque intra pau-

Variorum notæ.

(43) Cantacuz. lib. III, cap. 38. DUCANG.
(44) Oppidulum Thessalonica unius diei itinere distans. Cantacuz. ibid. et cap. 39, 45. DUCANG.

cissimos dies Thessalonicæ mœnia obsidere et tam armorum copia quam hominum robore circumvallare; ac Synadenum quidem illius urbis tunc præfectum, eosque qui cum illo sibi faverent, confirmare; eos vero, qui contra sentirent, ex improviso percellere: ipse nihilominus procrastinando quotidie tempus ibi terebat otiosus, non militarem, sed suum tum quoque usitatum morem retinens. Cum enim omnino nollet civium sanguinem effusum propriis videre oculis, tropæum constituere incruentum meditabatur: sedebatque **633** ideo exspectans, quoad Thessalonicenses dederent se sponte et ex pacto, metu fortasse compulsi. Interim tamen in deditionem accepit et Melenici validum prorsus atque expugnatu difficile castellum, Byzantinis pridem addictum: cui cum imperatricis Irenes fratrem Joannem præpositum reliquisset, copias Thessalonicam versus ducere jam parabat.

IV. Verum enimvero rapidissima temporis fuga cunctationi in rebus gerendis favere haud solet. Eoque admiratus sum sæpenumero pictores ac statuarios illos, qui celerem convertentis sese temporis lapsum arte exprimere cum volunt, hominem effingunt, occipiti quidem ex omni parte glabro; nec omnino tamen calvo capite, sed frontem hirsutam et comas ex ea promissiores exhibentem. Nam et alibi cum excellant, hic ipsam vocem tantum non assequuntur, quam quia colorum fuco exprimere minime possunt, ideo mutam sic ferme legis imaginem proponunt, et præconem tacitum perpetuo exhibent iis omnibus, quos vitam agere desidiosam non pudet; prædicantque clara pene voce, post terga euntibus non præbituram esse Occasionem capillos arripiendos, sed lubricum, et magnam a voto aberrationem, ubi anterior ansa semel elapsa fuerit, et id de quo certabatur omne jam prorsus denegaverit.

V. Tum quoque igitur cum res longiori cunctatione dilata fuisset, incidit in suspicionem Synadenus fovendarum Cantacuzeni partium: inciderunt et omnes qui cum eo milites erant, e lectissimi quique Thessalonicensium. **634** In quos populo vehementissime concitato, magna fit civilibus gladiis cædes in florenti et frequentissima civitate. Atque ipse fortasse Synadenus occubuisset, et cum eo omnes qui iisdem partibus studebant, nisi una ex portis effracta in arcem confugissent, quæ, ante urbem sita, Gynæcocastrum ab incolis nuncupatur et abest a Thessalonica ducentis stadiis.

A τὰ τῆς Θεσσαλονίκης τείχη, [P. 593] καὶ περικοστῆσαι τῷ πλήθει τῶν ὅπλων καὶ τῇ ῥώμῃ τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐπιῤῥῶσαι μὲν τὸν ταύτης ἐπιτροπεύοντα τέως Συναδηνὸν, καὶ ὅσοι τούτῳ ταυτὰ σπουδάζοντες ἦσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, καταπλῆξαι δ' ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τοὺς τἀναντία κατ' αὐτοῦ φρονοῦντας· ὁ δ' ἡμέραν ἐξ ἡμέρας παρακρουόμενος ἔτριβε τὸν χρόνον ἐνταῦθα καθήμενος, οὐ στρατιωτικὸν, ἀλλ' ἴδιον τρόπον αὐτοῦ καὶ συνήθη κἀνταῦθα τελῶν. Μηδὲ γὰρ ἐθέλων ὅλως ὁμόφυλον αἷμα χεόμενον τοῖς οἰκείοις θεάσασθαι ὀφθαλμοῖς ἀναίμακτον ἐζήτει στῆναι τρόπαιον. Διὸ καὶ περιμένων ἐκάθητο τὴν τῶν Θεσσαλονικέων ἴσως διὰ φόβον ἑκούσιον καὶ ὑπόσπονδον προδοσίαν. Μεταξὺ δ' ὅμως εἷλε καθ' ὁμολογίαν καὶ τὸ Μελενίκου πάνυ τοι ἐχυρὸν καὶ δύσμαχον φρούριον (45), Βυ- B ζαντίοις πάλαι προσκείμενον· καὶ τὸν τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸν Ἰωάννην ἐπίτροπον αὐτοῦ καταλελοιπὼς διὰ μελέτης ἤδη πεποίηται τὰς δυνάμεις ἄγειν ἐπὶ Θεσσαλονίκην.

Δ'. Ἀλλ' ἡ τοῦ χρόνου ταχίστη φορὰ βραδυτῆτα πραγμάτων οὐκ οἶδε φιλεῖν. Ἐμοὶ γὰρ τῶν ζωγράφων ἐκείνους (46) πολλάκις ἐπῄει θαυμάζειν, καὶ τῶν ἀνδριαντοποιῶν ὁπόσοι τῆς χρονικῆς περιόδου τὸ τάχος μιμεῖσθαι διὰ τῆς τέχνης ἐθέλοντες ἄνδρα ποιοῦσιν ὀπισθοφάλακρον μὲν ὡς ἐπίπαν, οὐ πάνυ δ' ἀναφαλαντίαν, ἀλλὰ μέτωπον προϊσχόμενον λάσιον καὶ κόμην ἐκεῖθεν μακρὰν καθειμένον. Τἄλλα γὰρ ὄντες σοφοὶ μόνης λείπονται φωνῆς ἐνταῦθα· καὶ ταύτην δὴ ταῖς τῶν χρωμάτων ἥκιστα μιμεῖσθαι δύ- C νανται βαφαῖς· ὅθεν σιγῶσαν οὑτωσί πως ἱστᾶσι νομοθεσίας εἰκόνα, καὶ ἀνεκλάλητον κήρυκα πᾶσιν ἀεὶ διανέμουσιν, οἷς ἐῤῥαθυμημένον τὸν βίον ἀνύειν οὐκ ἔστιν αἰδὼς, μονονουχὶ βοῶντες, ὡς κατόπιν ἰοῦσι τριχῶν οὐ παρέξει λαβὴν ὁ Καιρὸς, ἀλλ' ὄλισθον καὶ ἀποτυχίαν τοῦ ποθουμένου μακρὰν, τῆς ἐμπροσθίας ἤδη τοῦ χρόνου λαβῆς παρεῤῥυηκίας καὶ ὅλως ἀπηγορευκυίας ἅπαν τὸ ἁμιλλώμενον.

Ε'. Κἀνταῦθα τοίνυν οὑτωσὶ τῆς βραδυτῆτος ἐκείνης ἐκτεινομένης, ὑπωπτεύθη μὲν ὁ Συναδηνὸς τὰ βασιλέως φρονῶν (47)· ὑπωπτεύθησαν δ' οἱ περὶ αὐτὸν ἅπαντες στρατιῶται, καὶ ὅσον τῆς Θεσσαλονίκης τὸ ἔκκριτον, καὶ κινεῖται κατ' αὐτῶν ὁ δῆμος ῥαγδαίως (48), καὶ γίνεται φόνος συχνὸς ἐξ ὁμοφύλων ξιφῶν ἐν εὐανδρούσῃ καὶ πολυανθρώπῳ πό- D λει (49). Καὶ τάχ' ἂν αὐτός τε ἐφθείρετο ὁ Συναδηνὸς καὶ σύν γε αὐτῷ πάντες οἱ ταυτὰ φρονοῦντες αὐτῷ, εἰ μὴ τῶν τῆς πόλεως μίαν καθελόντες πυλῶν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως καταπεφεύγεσαν φρούριον, ὃ Γυναικόκαστρον (50) μὲν πρὸς τῶν ἐγχωρίων καλεῖται, ἀπέχει δὲ Θεσσαλονίκης σταδίους διακοσίους.

Variorum notæ.

(45) Cantacuz. lib. III, cap. 37, 38, cujus alibi non semel meminit. DUCANG.

(46) Eadem hæc infra repetet lib. XXII. Est etiam initium Panegyrici sacri εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Vide Indiculum Operum Gregoræ Rhetoricorum. BOIVIN.

(47) Id ipsum notat Cantacuz. cap. 38, pag. 475. DUCANG.

(48) Illi nempe, quos loco laudato ζηλωτὰς vocat Cantacuzenus, seu potius ita sese appellasse indicat, qui scilicet reipublicæ causam tuebantur, ὀνόμασι χρηστοῖς τὴν τῆς κακίας ὑπόθεσιν περιπέττοντες, inquit Gregoras hujus lib. cap. 10. DUCANG.

(49) Vide *Gloss. med. Græc.* in v. Μεγαλόπολις, ubi quædam de Thessalonicæ amplitudine attigimus. DUCANG.

(50) Munitio juxta Thessalonicam exstructa ab Andronico juniore, atque ita appellata, ὡς καὶ γυναικείας οὔσης φρουρᾶς κρείττονι ἐσομένης πα-

[P. 394] Ϛʹ. Καὶ ἦν τὸ τῆς ὥρας τηνικαῦτα περὶ τὰς τοῦ θέρους ἀρχάς. Ἧκε δ' εὐθὺς ἐκ Σεῤῥῶν καὶ ὁ Ἀρμένιος Γὴμ (51) ἐς Θεσσαλονίκην, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν στρατιωτικὴν, καὶ ἀνεῤῥώννυεν ὅσον εἰκὸς τὸ τῆς πόλεως φρόνημα, κατενηνεγμένον ὑπὸ τῶν αὐτῇ περιστάντων κινδύνων. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, κατέπλευσε καὶ ὁ ναυτικὸς ἐκ Βυζαντίου στόλος παρὰ τὸ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίνειον, ναύαρχον ἔχων Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον (52) καὶ πλέον ἢ πεντήκοντα τριηρῶν ὅπλα καὶ δύναμιν, ὥσπερ ἐξ αὐτομάτου συμπεπτωκότων οὑτωσὶ τῶν πραγμάτων ἐπ' εὐδαιμονίᾳ Θεσσαλονίκης.

VI. Erat porro tunc initium fere æstatis. Statim vero et ipse Serrhis Thessalonicam venit Guido Armeniacus, magnas secum adducens copias, roboravitque, ut par erat, civium animos, quos pericula undique impendentia fregerant. Hæc cum ita se haberent, appulit et Byzantina classis ad portum Thessalonicensem, duce Alexio Apocauco, triremium plus quam quinquaginta, armis copiisque instructa, rebus quasi sponte eo deductis ad Thessalonicæ felicitatem.

Ζʹ. Ἄρας δ' ἐκ τῆς στρατοπεδείας ἐκείνης ἤδη καὶ ὁ βασιλεὺς ἧκε παρὰ τὸ Γυναικόκαστρον, καὶ ἥνωται τῷ τε Συναδηνῷ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν φυγάσι τῶν Θεσσαλονικέων στρατιωτῶν. Κοινολογησαμένων δὲ πρὸς ἀλλήλους ὁπόσα εἰκὸς, ἐπειδὴ ἐμεμαθήκει τὸ τελευταῖον ὁ Συναδηνὸς, σκεύη μέν τινα χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, λίθοις καὶ μαργάροις ὁμοῦ περιηνθισμένα, ἐπιφερόμενον τὸν βασιλέα, χρημάτων δ' οὐδὲν, ὁπόσα στρατιώταις εἰσὶν ἐφόδια πρόχειρα πρὸς διανομὴν καὶ λῆψιν τῶν ἐπιτηδείων, πρύμναν τε ἐκρούσατο καὶ τὴν γνώμην εὐθὺς μετέθετο (53), ἐς ἀπόγνωσιν τὸν οἰκεῖον πίπτοντα βλέπων στρατὸν ὑπ' ἐνδείας τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἅμα γραφαῖς καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν ὑποσχέσεσιν ἐνδιδόντας, ὁπόσαι λάθρα καὶ συχνὰ πρὸς τοῦ Ἀποκαύκου σφίσιν ἐπέμποντο. Καὶ ἦν καιροφυλακῶν ἐξ ἐκείνου καὶ ὥραν ζητῶν, ἐν ᾗ ἂν ῥᾷστα συνειληφὼς αὐτὸν δέσμιον παραδοίη τῷ Ἀποκαύκῳ. Οὕτως ἀμφιῤῥεπὴς καὶ ἄστατος ἦν τὴν γνώμην ἀεί.

VII. Demum et ipse imperator, castris inde motis, ad Gynæcocastrum accessit, et Synadenum, eosque ex Thessalonicensibus militibus, qui circa illum fugitivi erant, convenit. Ibi cum inter se quantum par erat collocuti essent, intellexit tandem Synadenus, vasa quidem aurea argenteaque nonnulla, lapillis circum ac gemmis distincta, portari ab imperatore; nihil autem earum pecuniarum quæ militibus parata sunt congiaria, ad distributionem perceptionemque rerum necessararium. Quamobrem inibuit illico et sententiam mutavit, cum 635 videret proprios milites ex rerum omnium penuria in desperationem labi, et litteris simul pecuniarumque et honorum promissionibus corrumpi, quæ ad eos clam et crebro ab Apocauco ventitabant. Eratque ex eo totus in aucupanda opportunitate quærendoque tempore, quo illum facillime comprehensum Apocauco vinctum traderet. Adeo ille vacillabat semper animique erat inconstantis.

CAPUT II.

Synadeni insidiæ deprehensæ. Tumultus in castris. Cantacuzenus dispersos milites cogit. Acie instructa Apocaucum exspectat, suos quoque instruentem, at congredi non audentem. Pedetentim et composite recedit ad Triballos, exteris magis quam popularibus suis confisus. Ubinam pernoctarit. Legatos ab eo ad Cralem præmissos homo Triballus comprehendit et ad Apocaucum deducit. De Liberio Triballo; cur nuntius ad eum missus. Exercitum transeuntem rustici lacessunt. Liberius Cantacuzenum hospitio excipit. Hic hospiti vasa pretiosa dono dat. Generum eidem pollicetur Manuelem filium. Crali per litteras commentatus Scopiam venit, ad Axium flumen. Tolerabili hospitio contentus illic cum exercitu subsistit. Cralem postridie convenit. Mutuæ salutationes. Dispar utriusque magnificentia.

[P. 395] Αʹ. Θέρους μὲν οὖν ἐνειστήκει καιρὸς (54), καὶ ὁ Συναδηνὸς Θεόδωρος ἐπιβουλεύων πεφώραται· καὶ ἅμα θόρυβος ἀνὰ πᾶν τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον ἦν, καὶ ὑποψίαι καὶ ἁρπαγαὶ κατ' ἀλλήλων καὶ δι' ἀλλήλων, καὶ ἀτέκμαρτος ἀκοσμία. Ἤδη γὰρ καὶ ἡ τῆς τοῦ Ἀποκαύκου στρατιᾶς παρεδείκνυτο ἔφοδος. Καὶ τάχ' ἂν πρόχειρος τοῦτο ἦν ᾅδης τῷ βασιλεῖ τηνικαῦτα καὶ τελευταῖος ἥλιος, εἰ μὴ τοῦ προφανοῦς αὐτὸν ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσαν ὁ Θεὸς ἐξείλετο κινδύνου. Τοῦτον γὰρ ἐκ μέσης ψυχῆς ἐπικαλεσάμενος, καὶ ἅμα θαῤῥεῖν ἑαυτῷ παρακαλεσάμενος, τὸ ἀνακλητικὸν τὰς σάλπιγγας ἐκέλευσεν ἀνακρούσασθαι· καὶ συνέῤῥει τὸ στρατιωτικὸν περὶ αὐτὸν εὐθὺς, ὅσοι μὴ δι' ἀσθένειαν λωποδύταις ἄλλοι ἄλλοις ἐν τοσαύτῃ περιπεσόντες συγχύσει γυμνοὶ διεσπάρησαν ἄλλοι ἄλλοσε.

I. Aderat itaque æstivum tempus, cum Theodori Synadeni insidiæ deprehensæ sunt: simulque exstitere per totum imperatoris exercitum turbæ, et suspiciones, et mutuæ direptiones, et cæca rerum perturbatio. Jam enim et Apocauci copiarum significabatur adventus, et hic fortasse exitiabilis atque extremus imperatori dies fuisset, nisi eum ex evidenti periculo præter spem omnem Deus exemisset. Quem ille ex intimo corde cum invocasset, seque ipse confidere jussisset, receptui tubas canere imperavit; et confluxere milites ad eum statim omnes, præterquam ii qui in tanta trepidatione in latrones alii alios cum incidissent, ob imbecillitatem virium dispersi fuerant alii alio nudi.

Variorum notæ.

τείας πολεμίων προσβολῆς, Cantacuz. II, 38. DUCANG.

(51) Cantacuz. lib. III, cap. 38, pag. 477. DUCANG.

(52) De Apocauco hic silet Cantacuzenus. DUCANG.

(53) Cantacuz. lib. III, cap. 40. DUCANG.

(54) Cantacuz. lib. III, cap. 39. 40. DUCANG.

II. Itaque imperator maximam optimamque copiarum suarum partem circa se glomeratam videns, in ordines et cohortes dividit; in dextrum sinistrumque cornu distribuit; mediam phalangem non tam in profundum quam in longum et angustum extendit, propter **636** hominum paucitatem; duces iis præficit Joannem Angelum eosque omnes, qui proximi tum rei bellicæ experientia tum cognatione erant. Deinde hostium adventum immotus exspectat. Aciem enim ex adverso instruebat et Apocaucus: manum autem cum illis conserere non admodum audebat, cum videret eos qui imperatorem armati circumstabant, bellico ardore plenos et eo redactos desperatione, ut ad effundendam animam parati essent.

III. Paulatim itaque conversus imperator ad Triballos instructa acie sese recipiebat, malo evidenti præferens malum incertum. Ad externas enim quasdam gentes qui in calamitate sponte sua confugerint, eorum conditionem plurimum scimus valuisse sæpenumero ad misericordiam ex verecundia excitandam: cum illæ nationes vererentur fortasse et divinam indignationem, et existimationem hominum, quæ vim quamdam arcanam habet persuadendi plerisque nescio quomodo, ut eorum qui antea floruerint, misereantur; tum videlicet, cum relata est retro fortuna, nec gradum invidiæ obnoxium immota tenuit, tenerrimis talis male fulta. Cives autem, ubi semel fas abruptum est, implacabiles ut plurimum exsistunt, in iram ac civium cædem effusi.

IV. Celerrime itaque spatium interjectum cum transcurrisset, circa ferme illos fines, quos adversa fortuna ademptos Romanis ad Triballos transtulerat, per totam commoratus est noctem, illud Leonidæ Spartani, qui ad Thermopylas pugnavit, apud familiares suos usurpans, converso verborum ordine: «Adeste hic cœnemus, ut in Orco prandeamus.» **637** Ac postera quidem die mittit quamprimum ad Cralem Serviæ, qui casus illius tragici certiorem eum faciant, ac misericordiam illi moveant, quatenus par est, rerum humanarum infidelitate et fragilissima conditione ei commemorata. Incertum quippe ac minime determinatum esse, ad quos vicissitudines illæ sint perventuræ; et oportere in miseros proclivem ac benignam esse eorum voluntatem, quorum res secundæ sint: extimescendos nempe inopinatos fortunæ ictus et alternantium casuum labyrinthos; cum id rebus semper a natura insit, ut exitum potius improvisum habeant, quam eum qui sit prævisus, et infelicem potius quam felicem. Sed unus ex iis Triballis, qui Romanis illic proximi degebant, cum in insidiis juxta viam collocasset quosdam ex suis,

Β'. Ἐπεί γε μὴν ὁ βασιλεὺς ἐθεᾶτο περὶ αὐτὸν τῆς δυνάμεως τό τε πλεῖστον καὶ βέλτιστον ἀθροιζόμενον, εἰς τάξεις διῄρει καὶ φάλαγγας, καὶ διέταττεν εἴς τε τὸ δεξιὸν καὶ τὸ εὐώνυμον κέρας· τὰ μέσα τῆς φάλαγγος οὐ τοσοῦτον εἰς βάθος, ὅσον εἰς μῆκος ἐκτείνων λεπτότερον, διὰ τὴν ὀλιγανδρίαν· καὶ τούτοις ἐπιστήσας στρατηγοὺς Ἰωάννην τὸν Ἄγγελον, καὶ ὅσοι αὐτῷ παραπλήσιοι τήν τε πολέμιον πεῖραν καὶ τὴν τοῦ γένους ἦσαν ἐγγύτητα, τὴν τῶν ἐναντίων ἵστατο περιμένων ἔφοδον. Ἀντιπαρετάττετο μὲν γὰρ ἐκ θατέρου καὶ ὁ Ἀπόκαυκος. Εἰς χεῖρας δ' ὁμόσε ἰέναι σφίσιν οὐ μάλα ἐτόλμα, τοὺς περὶ τὸν βασιλέα βλέπων ὁπλίτας πολὺν τὸν ἐν τῇ μάχῃ θυμὸν πνέοντας καὶ ἅμα τὴν ψυχὴν ἐξ ἀπογνώσεως ἑτοίμως ἔχοντας ἀφιέναι.

Γ'. Ὅθεν ἠρέμα συστραφεὶς ἀπῄει συντεταγμένος τὴν ἐπὶ Τριβαλλοὺς ὁ βασιλεὺς (55), τοῦ προδήλου κακοῦ τὸ ἀμφισβητούμενον προελόμενος. [P. 396] Τῶν γὰρ ἀλλοφύλων ἐνίοις ἴσμεν πολλάκις τὴν ἐκ περιστάσεως ἑκούσιον καταφυγὴν δυσωπητικωτέραν πως γινομένην πρὸς οἶκτον, νέμεσιν ἴσως δεδιόσι δήπου θειοτέραν καὶ ἀνθρωπίνην αἰδῶ· ἢ φύσιν ἀπόρρητον ἔχει τινὰ, πείθειν τοὺς πλείστους ὁπώσποτε δυναμένην, τοὺς προηυτυχηκότας οἰκτείρειν, ὅταν ὁ βίος αὐτοῖς ἐς τἀναντία χωρήσῃ, καὶ μὴ ἐν τῷ φθονουμένῳ τῆς τύχης ἀσαλεύτους ἔχῃ τὰς ἁβρὰς κρηπῖδας. Τὸ δ' ὁμόφυλον, ἅπαξ τοῦ εἰκότος ἀποῤῥαγὲν, ἀνήκεστον ὡς τὰ πολλὰ καθίσταται πρὸς ὀργὴν καὶ χύσιν αἵματος συγγενοῦς.

Δ'. Σπουδῇ τοίνυν τὴν πρόσω διαβὰς πορείαν ἐκεῖ που περὶ τοὺς ὅρους, οὓς ἡ κακοπραγία Ῥωμαίων ἀφελομένη παρέσχετο Τριβαλλοῖς, τὴν νύκτα πᾶσαν ηὐλίσατο, ἐκεῖνο τὸ Λεωνίδου τοῦ Σπαρτιάτου, τοῦ ἐν Θερμοπύλαις, πρὸς τοὺς οἰκείους ἀντιστρόφως φθεγξάμενος· «Δεῦτε δειπνήσωμεν (56), ἵνα ἐν ᾅδου ἀριστήσωμεν.» Τῇ γε μὴν ὑστεραίᾳ πέμπει τοὺς τὸν Κράλην (57) Σερβίας τὴν ταχίστην διδάξοντας τῆς συμπεσούσης τύχης τὴν τραγῳδίαν καὶ πρὸς οἶκτον κινήσοντας ὅσον εἰκὸς, ἀναμνησθέντα τοῦ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀπίστου καὶ ἀβεβαίου· καὶ ὡς ἀδήλους καὶ ἥκιστα ὡρισμένας ἔχει ταυτὶ τὰς ἐφόδους καθ' ὧν πορεύεται· καὶ ὡς χρὴ περὶ τῶν κακοπραγούντων ὁπώσποτε βούλεσθαι τοὺς εὐπραγοῦντας ἀεὶ τὰ προσηνῆ καὶ χρηστὰ, δεδιότας τοὺς ἀφανεῖς τοξότας τῆς τύχης καὶ τὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλως ἐρχομένων συμφορῶν λαβυρίνθους, τῶν πραγμάτων ἀεὶ συμφυὲς τὸ ἀπροσδόκητον πέρας μᾶλλον ἐχόντων, ἢ τὸ προσδοκώμενον, καὶ τὸ ἀτυχὲς μᾶλλον ἢ τὸ ἐπ τυχές. Ἀλλά τις τῶν ἄγχιστα Ῥωμαίοις τὴν δίαιταν ποιουμένων ἐκεῖ Τριβαλλῶν, προλοχίσας τινὰς τῶν οἰκείων παρὰ τὴν ὁδὸν, χειροῦται τοὺς πρέσβεις, καὶ σφᾶς τὴν ταχίστην κομίζει τῷ Ἀπο-

Variorum notæ.

(55) Cantac. l. lib. III, cap. 41. DUCANG.

(56) *Pergite animo forti, Lacedæmonii. Hodie apud inferos fortasse cœnabimus.* Cic. *Tuscul. Quæst. lib. I*, sect. 101. Vide et hujus Historiæ lib. XVIII, infra cap. 5, sect. 9. BOIVIN.

(57) Istius legationis ad regem Serviæ meminit Cantacuzenus, cap. 43, pag. 488. DUCANG.

καύκῳ δῶρον ποθούμενον· καὶ στοργὴν ὁμοῦ καὶ A φιλοφροσύνην πολλὴν εὑρηκὼς διὰ τοῦτο μετατίθησιν εὐθὺς καὶ σχῆμα καὶ δίαιταν ἐκεῖνος ἐκ Τριβαλλῶν ἐς τὰ τῶν Ῥωμαίων ἤθη.

Ε'. Τούτου δ' οὕτως συνενεχθέντος, ἦν τις τῶν ἐνδόξων Τριβαλλῶν, τῆς χώρας ἡγεμονεύων καὶ ἄκρας ἐκείνης, Λιβέριος ὄνομα (58). Τούτῳ φιλία τις ἦν ἐκ παλαιοῦ πρὸς βασιλέα· ἧς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ καιροῦ νῦν εἰς ἀνάμνησιν ἰὼν ἔπεμψεν εὐθὺς αὐτῷ δεξιὰν καὶ λόγους, ὁποίους καὶ ὅσους ἡ χρεία καὶ ὁ καιρὸς ἀπῄτει· καὶ ἅμα συνταξάμενος (59) ὥδευε τὴν ἐπὶ τὸν Κράλην Σερβίας, ὁπλίτην τε ἐπαγόμενος τὸν οἰκεῖον στρατὸν, Θεῷ δὲ καὶ ἀδήλοις ἐλπίσι τὰ κατ' αὐτὸν ἐπιτρέψας. [P. 397] Πολὺς γὰρ αὐτῷ B πανταχόθεν ἐπήρτητο τοῦ συρφετώδους ὄχλου καὶ ἀγροικικοῦ, λάθρα καὶ λαμπρῶς ἐπιτιθεμένων ἄλλοθεν ἄλλων, κατὰ διαστήματά τε καὶ συστήματα, καὶ τὴν οὐραγίαν ἀκρωτηριάζειν πειρωμένων καὶ τῶν σκευοφόρων ἔνια διαρπάζειν. Τὰ πλεῖστα γὰρ τολμῶσι (φάναι) γίνεται δεινὰ,

Ὅταν δι' ἐχθρᾶς (60) *πους ἀμείβηται χθονός.*

Ϛ'. Ἀλλὰ πρὶν ἡμέρας ὅλης ὁδὸν ἀνύσαι, σπεύσας ὁ Λιβέριος ὑπήντησεν αὐτῷ παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ καὶ πάσῃ προθέσει δεξιωσάμενος τῆς ψυχῆς, καὶ ἐφ' ἡμέραις συχναῖς ξενίσας, ἀνέπαυσέ τε καὶ λόγοις ἀνέῤῥωσε φιλανθρωποτέροις, ἀθυμίας μακρᾶς ἐμβριθέσι ῥοθίοις περιαντλούμενον C φρόνημα. Ὅ γε μὴν βασιλεὺς τὸν ἐνόντα καὶ αὐτὸς ἀντιφιλοτιμούμενος τρόπον ἠμείβετό τε καὶ δαψιλέστερον ἐξ ὧν ἐπεφέρετο λιθοκολλήτων σκευῶν αὐτῷ καὶ ἀργυρωμάτων ἀντεχαρίζετο, καὶ ἅμα τὸν υἱέα Μανουὴλ ἐπηγγέλλετο δώσειν ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν (61), εἰ πάντα βοηθήσειε τρόπον αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν Κράλην Σερβίας εὔοδα θείη, διαλλακτὴς αὐτὸς καταστάς. Ὁ δὲ παρόντα θεώμενος ἤδη καὶ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν, καὶ τῆς τε ἐπανθούσης τῷ ἤθει χάριτός τε καὶ ἀστειότητος καὶ ἅμα τῆς ἀγχινοίας θαυμάζων, ὅτι πολλῷ τινι μέτρῳ ταύτην ἐπλούτησε πρεσβυτέραν ἢ κατὰ τὴν τῆς ἡλικίας ἀκμὴν, σφόδρα τε ὑπερήσθη τῷ λόγῳ καὶ μάλα τοι ἄσμενος ὑπεδέχετό τε καὶ ἀντεπηγγέλλετο πάντα πάνυ προθύμως πράσσειν τὰ κατὰ γνώμην, καὶ εἰ δέοι κινδύ- D νους μακρούς τε καὶ ὑπερβάλλον τὸ μέγεθος κεκτημένους ὑφίστασθαι.

Ζ'. Καὶ μὲν δὴ βεβαίοις καὶ ἀσφαλέσι τοῖς πρὸς τὸν Κράλην αὐτοῦ γράμμασιν ἐφοδιασθέντι, καὶ παραπομποὺς τοὺς ἀποχρῶντας παρειληφότι, πεντεκαιδεκαταίῳ συμπέπτωκεν ἐς τὸ τῶν Σκοπίων ἀφικνεῖσθαι πολίχνιον (62)· οὗ τῶν κρασπέδων ἅπτεται παραῤῥέων ὁ ποταμὸς Ἀξιὸς (63), ἐξ ὀρῶν τῶν

A legatos comprehendit, eosque ad Apocaucum quam celerrime deducit, desideratissimum munus. Quapropter magnam apud illum charitatem et humanitatem nactus, Triballorum habitu ac vivendi genere abdicato, statim se ad Romanum morem transfert.

V. Is exitus legationis fuit. Erat autem apud Triballos vir quidam illustris, regioni illi et oræ præfectus, nomine Liberius; quocum vetus Cantacuzeno amicitia erat. Ejus iste tum opportune meminit, statimque hominem misit, qui dextram daret, et orationem haberet, qualem et quantam tempora illa poscebant. Simulque eo valere jusso, ad Cralem Serviæ ire perrexit, armatum quidem secum adducens proprium exercitum, **638** Deo B autem et spei incertæ suas res committens. Instabat enim illi omni ex parte frequens vilium et rusticanorum hominum colluvies, qui clam et aperte, hinc atque illinc, sparsim et confertim adoriebantur, et extremam aciem cædere ac saracinas aliquas diripere conabantur. Etenim gravia multa (ut his verbis utar) audentibus occurrunt,

Hostile si quis in solum inferat pedem.

VI. Sed priusquam diei unius iter esset confectum, festinans Liberius obviam illi venit, manuque et voluntate et omni cordis affectu salutatum, ac diebus aliquot continuis hospitio exceptum, recreavit, et verbis humanioribus animum ejus confirmavit, ingentis desperationis gravissimis fluctibus C oppressum. At imperator magnificentia et ipse cum eo certans, ita ut poterat, par pari referebat, ac de gemmata illa argenteaque supellectili, quam secum gestabat, largius remunerabatur. Quin et filium suum Manuelem daturum se illi generum pollicitus est, si sibi omni modo succurreret, et aditum ad Cralem Serviæ aperiret, ac reconciliatoris officio fungeretur. Hic vero præsentem jam intuens imperatoris filium, gratiamque et urbanitatem, quæ in illius moribus elucebat, ac solertiam simul admiratus, qua ille seniliori quam pro illo ætatis flore cumulatissime instructus erat, id sibi promitti vehementer gavisus est, ac libentissime consensit, vicissimque se, quæcunque ille desideraret, summa animi alacritate facturum pollicitus D **639** est, etsi oporteret gravissima et longe maxima adire pericula.

VII. Hujus firma et certa commendatione, per litteras ad Cralem scriptas, quasi quodam viatico munitus imperator, et sufficienti comitum turba stipatus, decimo quinto post die ad Scopiorum oppidulum pervenit: cujus muros præteriabitur Axius. Qui fluvius ab iisdem montibus erumpens, a qui-

Variorum notæ.

(58) Cantacuzeno Λίβερος, lib. III, cap. 42. DUCANG.

(59) *Simulque eo valere jusso*, etc. Id hoc loco significat verbum συντάξασθαι. Alio sensu supra, ὁπῄει συντεταγμένος τὴν ἐπὶ Τριβαλλοὺς, pag. 395 D. BOIVIN.

(60) Euripid. in *Phœniss.* BOIVIN.

(61) Tres fuere Cantacuzeno filiæ, Maria, Theodora et Helena. DUCANG.

(62) Cantacuz. eodem cap., pag. 490 DUCANG.

(63) Vide lib. VIII, cap. 14, sect. 7. BOIVIN.

bus et Strymon, non ab ipsis quidem statim fontibus ita magnus est; sed per declive fluens, et suas cum aliis tam fluviis quam torrentibus multis undas communicans, proprio nomine in Bardarium mutato, aliquando et alicubi navigabilis exsistit.

ministeria locaverat. Idem brevi tempore elapso et illam servitutem abdicarat, et ad pristinam latrocinandi consuetudinem recurrerat; multamque sensim ac paulatim manum cum sibi sociavisset, animi sui audaciam re declaraverat, **704** modo Mysorum finibus instar fulminis derepente incidendo, modo ad Cantacuzeni copias furtim appellendo, modo in Byzantinorum agros prædandi causa impetum faciendo.

III. Veritus tamen, ne convenirent ii quos afflictabat, ac vicinum hoc malum male perderent, admotis castris maluit imperatoris Cantacuzeni socius fœderatus ac minister voluntarius dici et esse; non ita tamen, ut comes ei assiduus foret et quacunque ire volentem sequeretur, sed ut liber et sui juris furtim atque insito more illius hostes invaderet; lucri scilicet causa, tum sui ipsius proprii, tum eorum qui prædonum stipendia accepturi secum sponte militarent.

IV. Procedente tempore, quotquot ex pauperibus sanguinarii ac feroces erant, pauci ad multos multique ad paucos aggregati, ad illum ex compacto confluxere, tam Triballi, quam Mysi, et quicunque alii præterea Barbaris commisti vivebant; habebatque equites lectos supra bis mille; atque ii omnes spiritu Martio pleni suam ipsorum vitam potius quam illum prodituros se asseverabant; ita ut deinceps satis virium esset ad certandum æquo jam Marte, in illo civili Romanorum bello, cum utracunque parte vellet. Quamobrem ei insignia despoticæ dignitatis Byzantii miserunt, eumque in imperatorem Cantacuzenum claneculum armarunt. Ex eo autem Momitilas opportunum tempus perpetuo captabat, et insidias sub pectore intimo parturiebat, atque **705** in animo volutabat.

V. Adulto jam vere, cum herbarum varietate campi vestiuntur, cum et flores et reviviscentium arborum comæ oculos hominum alliciunt ac novam animo delectationem voluptatemque pariunt, nec non et tellus benignum alimentum et suapte provenientem brutis animantibus pastum largitur; visum est Cantacuzeno imperatori, Comotenorum oppido egredi, et circa Mosinopolin castrametari, atque ibi quæ agenda essent statuere, tum alia, tum quomodo oporteret novis Apocauci inceptis et expeditionibus occurrere.

VI. Hic forte ad arborem appulit, longis admodum ramis diffusam; qui tecti alicujus instar profundam umbram terræ offundebant, nimio autem solis ardori opponebant se quodammodo, ac ne ureret efficiebant. Sub arbore fons scaturiebat, salientis aquæ conceptaculum: adeo quidem ille

A ταχεν ἑαυτόν. Ἔπειτ' ὀλίγου ῥέοντος χρόνου, τήν δουλείαν τε ἀπείπατο ταύτην καὶ ἐς τὰ πρότερα τῆς ληστείας ἐπαλινδρόμησεν ἤδη, καὶ πολλὴν ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν προσεταιρισάμενος χεῖρα ἔμπρακτον ἐδείκνυ τὸ τῆς ψυχῆς δραστήριον, νῦν μὲν ταῖς ἄκραις τῶν Μυσῶν ἐμπίπτων ὥσπερ κεραυνὸς ἐκ τοῦ αἰφνιδίου, νῦν δὲ ταῖς τοῦ Καντακουζηνοῦ προσβάλλων κρύφα δυνάμεσι, νῦν δὲ τὰς τῶν Βυζαντίων ληϊζόμενος ἐξ ἐφόδου χώρας.

Γ'. Δείσας δ' ὅμως, μὴ συνελθόντες οἱ πρὸς αὐτοῦ κακούμενοι κακῶς κακὸν γειτόνημα διαφθείρωσι, προσελάσας, σύμμαχος ὑπόσπονδος καὶ δοῦλος ἐθελοντὴς εἵλετο λέγεσθαί τε καὶ εἶναι Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως· πλὴν οὐχ ὥστε καὶ συνεῖναι, καὶ ὅπῃ πορεύεσθαι βούλοιτο ἕπεσθαι· [P. 411] ἀλλ' αὐτονομίᾳ B χρώμενον κρύφα κατὰ τὴν συμφυᾶ συνήθειαν τοῖς ἐκείνου προσβάλλειν ἐχθροῖς, ἐπὶ κέρδεσιν ἑαυτοῦ τε καὶ ὅσοι ξὺν γε αὐτῷ μισθοῦ ληστρικοῦ στρατεύεσθαι εἵλοντο.

Δ'. Ἐπεί γε μὴν τοῦ χρόνου χωροῦντος ὅσοι τῶν πενήτων αἱμοχαρεῖς καὶ αὐθάδεις ὄντες ἐτύγχανον, ὀλίγοι κατὰ πολλοὺς καὶ πολλοὶ κατ' ὀλίγους ἀθροιζόμενοι, κατὰ συμφωνίαν αὐτῷ προσεῤῥύησαν ἔκ τε Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν, καὶ ὅσοι μιξοβάρβαρον ἐπὶ τούτοις ἤνυον δίαιταν, ὡς ἐπέκεινά που τῶν δισχιλίων ἐπιλέκτων ἱππέων εἶναι, οἳ θυμοῦ πνέοντες πάντες ἀρεϊκοῦ τὴν σφῶν αὐτῶν μᾶλλον ψυχὴν ἢ τοῦτον καταπροΐεσθαι διισχυρίζοντο· ὡς ἀποχρῆναι λοιπὸν καὶ πρὸς ἀντίπαλον ἤδη καθίστασθαι μοῖ- C ραν, ᾧ ἂν βούλοιτο μέρει τῆς ἐμφυλίου Ῥωμαίων μάχης· σύμβολα τῆς δεσποτικῆς ἀξίας οἱ Βυζάντιοι πέμπουσιν αὐτῷ (58), καὶ λάθρα κατὰ τοῦ βασιλέως ὁπλίζουσι Καντακουζηνοῦ. Ἐκεῖθεν οὖν καιροφυλακῶν ὁ Μομιτίλας ἀεὶ διετέλει, καὶ τὴν ἐπίθεσιν ἐν μυχοῖς τῆς καρδίας ἐκυοφόρει, καὶ ἀνεκύκλει τοῖς λογισμοῖς.

Ε'. Ἄρτι δ' ἐν ἀκμῇ τῆς ἠρινῆς καθισταμένης ὥρας, ὅτε τὸ ποικίλον τῆς χλόης τὰς πεδιάδας κοσμεῖ, καὶ τῶν τέως ἀναβιούντων δένδρων οἱ πλόκαμοι μετὰ τῶν ἀνθέων τὰς τῶν ἀνθρώπων ὄψεις ἐφέλκονται, νέαν χαριζόμενοι τέρψιν καὶ ἡδονὴν τῇ ψυχῇ, καὶ ἅμα χιλὸν ἡ γῆ προσηνῆ καὶ νομὴν αὐτοφυᾶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ἔδοξε καὶ τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ περὶ Μοσινούπολιν (59), ἐξιόντι Κομοτηνῶν D τῆς πολίχνης, πήξασθαι τὸ στρατόπεδον, κἀνταῦθα περὶ τῶν πρακτέων βουλεύσασθαι, τά τε ἄλλα καὶ ὅπως ἀπαντῆσαι χρεὼν τοῖς Ἀποκαύκου καινοτέροις βουλεύμασι καὶ ταῖς ἐκστρατείαις.

ς'. Δένδρῳ γε μὴν ἐντυχεῖν ἐνταυθοῖ που συνέβη, κλάδους ἔχοντι μάλα εὐμήκεις, καὶ δίκην φάναι ὀρόφου βαθεῖαν μὲν τῇ γῇ τὴν σκιὰν ἐμπαρεχομένους, ἐμποδὼν δέ πως καὶ ταῖς ὑπερβολαῖς τοῦ ἡλίου καθισταμένους, καὶ ἀφαιρουμένους τὸ κάειν αὐτόν. Ὑπὸ δὲ τῷ δένδρῳ πηγή τις ἀνέβλυζε, χορόν τινα

Variorum notæ.

(58) Atqui despoticæ dignitatis insignia demum missa post adeptam ex Cantacuzeno victoriam scribit idem Cantacuzenus. Cujusmodi vero fuerint despotatus insignia docet Codinus, *De offic. palatii*, cap. 3. DUCANG.

(59) De qua egimus ad Villharduinum. DUCANG.

ποιουμένη τῷ ὕδατι, οὕτω μέντοι διαυγής, ὡς καὶ τὸ τοῦ δένδρου κάλλος πως ἀποματτομένην αὐτὴν καθ' αὑτὴν τὴν ὑπογραφὴν, καὶ δύο μιᾶς τινος ῥίζης δοκεῖν εἶναι φύεσθαι (60) δένδρα· τὸ μὲν ἄνω, τὸ πρὸς ἡμᾶς ἀνίσχον· τὸ δ' ὑπὸ γῆν αἰωρούμενον. Ὑπὸ δὴ τούτῳ βραχὺ κατακλίνας ὁ βασιλεὺς ἑαυτὸν εἰς ὕπνον ἐτράπη, καὶ ἅμα ἐδόκει φωνῆς ἀοράτως ἀκούειν, « Ἔγειραι, » λεγούσης, « ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα (61) ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός· » εὐθύς τε διαγρηγορήσαντα, ζάλην ἔχοντα λογισμῶν ἀναστῆναι (62)· [P. 442] καί τις ἐκεῖ παρὼν ᾀσμάτων δημιουργὸς λύραν τε ἡρμόσατο ἐξεπίτηδες καὶ, οἷον πείθειν ἅπαντας ἀνέχειν ἐπ' αὐτοῦ, ᾆσμα ἀνεκρούσατο. Καὶ ἦν τὸ τοῦ ᾄσματος· « Ἄνδρες (φησὶν) οἱ τῷδε τῷ δένδρῳ καὶ τῇδε τῇ σκιᾷ προσεοικότες ἀτεχνῶς, παρόσον νῦν μὲν ὥρας μετέχοντες φαίνεσθε, ὅσον δ' οὔπω ἀωρίας ἐπιδραμούσης οἰχήσεσθε πρὸς μαρασμόν τε καὶ φθορὰν, δεῦρο δὴ χαίρωμεν, καὶ ἐντρυφῶμεν τῇ νεότητι, πρὶν τὸν θάνατον αὐτῆς κατορχήσασθαι. »

Ζ'. Τὴν δὴ τοιαύτην μαθὼν ὁ Μομιτίλας ἐκ τῶν ἡμεροσκόπων διατριβὴν, ἔγγιστά που ποιούμενος ἐξεπίτηδες τὰς διατριβὰς καὶ φιλίαν ὑποκρινόμενος, ἔγνω πρὶν ἀθροισθῆναι τὸ στράτευμα, καὶ πρὶν τὸ δρᾶμα τὸν βασιλέα μαθεῖν, ἐπιθέσθαι οἱ τελέως ἀφροντιστοῦντι. Ἐν τούτοις ὄντων τοιγαροῦν τῶν πραγμάτων ἐκείνοις, καὶ τοῦ ἡλίου τῆς ἡμέρας ἤδη τοὺς μεταξὺ παραλλάττοντος δρόμους, ἀγγέλλεται Μομιτίλας ὁπλίτην στρατὸν ἐπαγόμενος καὶ ὅλαις ἡνίαις ἐλαύνων ἐς τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον. Τοῦτο πάντας ἐκ τοῦ παραχρῆμα λογισμοὺς ἐθόρυβησέ τε καὶ συνεχύκησε τοῦ τε βασιλέως καὶ ὅσοι ξύν γε αὐτῷ παρεῖναι τετύχηκεν, ἀπαρασκεύοις καὶ τούτοις, καὶ πάνυ βραχέσιν, καὶ τῆς τύχης οὕτω λαμπρῶς ἐλαυνούσης καὶ συνωθούσης ἐν στενῷ κομιδῇ τῆς ὥρας τὸ πρᾶγμα, καὶ μηδεμίαν οὐδ' ὁθενοῦν ἐχούσης διαφυγὴν καὶ ἀπόδρασιν. Τοῖς τε γὰρ ἵπποις ἀνὰ τὴν πόαν διεσκεδασμένοις νέμεσθαι τέως συνέβαινε· καὶ ἅμα τῆς στρατιᾶς τὸ μὲν ἔτι περὶ τὴν Κομοτηνῶν πόλιν ἀπεριμερίμνως τὰς ἀγορὰς περιῄει, τὰ πρὸς χρείαν ὠνούμενοι· τὸ δ' ἐξιὸν οὐκ ἐν σπουδῇ πρὸς βασιλέα πρόνοιαν ἐποιεῖτο ποιεῖσθαι τὴν ἄφιξιν, ἅτε μὴ προμαθόντες τὸ συμβάν· ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ σχολὴν ἐπορεύοντο.

Η'. Ὅμως εἰς Θεὸν ὁ βασιλεὺς ἀνατείνας τὰς χεῖρας ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτῷ κἀκ τῶν ἐνόντων ὡς ἐνῆν ὁπλισάμενοι ἐμάχοντο, τοῦ προστυχόντος ἕκαστος ἐπιβαίνοντες ἵππου, δίχα σαλπίγγων καὶ παρατάξεως, καὶ τὸν ᾅδην κατ' ὀφθαλμοὺς ἱστάμενον ἄντικρυς βλέποντες. Καὶ ἦν ἰδεῖν μάλα ἀγχιστρόφους καὶ οὐκ ἐν προνοίᾳ τινὶ τὰς διεξόδους καὶ διεξελάσεις τῆς μάχης καθισταμένας· ἀλλὰ φύρδην

A pellucidus, ut arboris pulchritudinem vel ipsa sola imago exprimeret, duæque ab eadem radice pullulare arbores viderentur; illa quidem sursum ad nos versus erecta, illa vero sub terra pensilis. Sub eo tegmine imperator, corpore paululum reclinato, dormire cœpit, et simul vocem incertum unde sibi visus est audire clamantem : « Expergiscere qui dormis, et exsurge a mortuis, et Christus tibi prælucebit [1] » : tum subito expergefactum surrexisse, tacitis cogitationibus æstuantem; atque **706** ibi præsens quidam citharœdus et lyram aptavit accurate, et pulsis fidibus ita cecinit, ut attentos omnes sibi faceret. Erant autem quæ canebat hujuscemodi : « O vos, inquit, mortales, huic arbori et huic prorsus umbræ similes; quatenus B nempe in ætatis flore esse videmini nunc, mox autem, ubi importunum tempus ingruerit, marcescetis atque ad interitum redigemini : huc agite genio indulgeamus, ac juventutem, antequam ei mors insultet, in deliciis traducamus. »

VII. Cum ibi imperatorem commorari e speculatoribus didicisset Momitilas, qui proxime et ipse consulto versabatur amicitiamque simulabat; decrevit, priusquam exercitus esset congregatus, imperatorem nondum gnarum ejus fabulæ, quæ agebatur, ac nil tale metuentem adoriri. Cum illis itaque eo in statu suæ res essent, solis cursu jam meridiem prætergresso, nuntiatur, Momitilam cum exercitu venire armis instructo, et laxis ad imperatoris C castra habenis contendere. Id omnes derepente animos perculit et conturbavit, tum ipsius imperatoris, tum omnium illorum, qui cum eo forte aderant imparati et ipsi et perpauci; fortuna tam aperte res adigente et compellente in eam temporis angustiam, neque ullum quacunque ex parte effugium aut receptum præbente. Nam et equi per herbam dispersi tum forte pascebant; et simul ex militum numero alii quidem adhuc in urbe Comotenorum securi fora circumibant, ea quæ usui essent emptitantes : qui autem egressi erant, ab iis minime providebatur, **707** ut iter ad imperatorem accelerarent, ut qui illud eventum præcognitum non haberent : sed hi pedetentim ac lente incedebant.

D VIII. Attamen imperator, sublatis ad cœlum manibus, et ii quos secum habebat, arreptis prout licuit armis, quæ tum suppetebant, conscenso quisque temere equo absque tuba nulloque ordine pugnarunt, mortem ob oculos positam intuentes. Et sane videre erat valde instabilem ac non providentia aliqua constitutum ordinem pugnæ, in eruptionibus excursionibusve faciendis, sed pro-

[1] Ephes. v, 14.

Variorum notæ.

(60) Verbum εἶναι videtur suo loco motum fuisse. Legendum fortasse, αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι τὴν ὑπογραφὴν, καὶ δύο μιᾶς τινος ῥίζης δοκεῖν φύεσθαι δένδρα etc. BOIVIN.

(61) Iisdem verbis hæc refert Cantacuzen. lib. III, cap. 70. DUCANG.

(62) Cantacuzenus, *Hist.* lib. III, cap. 70, ait se audita in somnis voce turbatum, statim surrexisse. De citharœdo et de cantilena tacet omnino. BOIVIN.

miscue alios cum aliis confligentes; eoque fiebat, A ut paucissimi ab numerosissimis hinc atque inde circumclusi telis obruerentur et caderent.

IX. Atque ipse imperator, lapso ex vulneribus equo, pedes cum ingruentibus quibusque pro virili dimicabat, quoad provectus armigerorum unus equo descendit, ac imperatori quidem ut fuga saluti consuleret dedit; ipse autem, multis toto corpore vulneribus exceptis, corruit semianimis ac pene exspirans; sic ut ab hostibus contemptus postea quasi revixerit. Interim fama, totam brevi regionem pervagata, coegit et imperatoris milites alios super alios cum clamore ac trepidatione dispersos inordinatosque auxilio subire, et hostes simul retrocedere. Ab eo periculo et casu imperator præter spem omnem servatus, motis non longo post ca- B stris, Didymotichum proficiscitur. Et ea quidem ita se habuerunt; atque in his ver effluxit.

ἄλλους ἄλλοις ξυῤῥηγνυμένους. Ὅθεν καὶ ὀλίγοι μάλα, πρὸς μάλα πολλῶν ἔνθεν κἀκεῖθεν κυκλούμενοι, κατηκοντίζοντό τε καὶ ξυνέπιπτον.

Θ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τοῦ ἵππου πεσόντος ἐκ τῶν πληγῶν, ἐκ γῆς ὁπόσον ἐνῆν τοῖς ἐπιοῦσιν ἐμάχετο, ἕως τῶν ὑπασπιστῶν εἷς (63) παρελάσας ἀπέβη τοῦ ἵππου, [P. 443] καὶ τῷ μὲν βασιλεῖ φυγῇ πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν ἐδίδου· αὐτὸς δὲ πολλὰς πολλαχῇ δεξάμενος τὰς πληγὰς κατηνέχθη, βραχύ τι καὶ ἀδρανὲς ἐμπνέων· ὡς περιφρονηθέντα τοῖς πολεμίοις ἐσαῦθις οἷον ἀναβιῶναι. Ἡ δὲ φήμη τὴν ταχίστην ἀνὰ πᾶσαν ἐληλυθυῖα τὴν περίχωρον, ἠνάγκασεν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις βοῇ τε καὶ δρόμῳ σποράδας καὶ ἀσυντάκτους ἐς ἐπικουρίαν τε ἰέναι τὸν τοῦ βασιλέως στρατὸν καὶ ἅμα τοὺς πολεμίους ὀπίσω ἀπαλλάττεσθαι. Τοῦ δὴ τοιούτου διασεσωσμένος ὁ βασιλεὺς ὑπὲρ ἅπασαν προσδοκίαν κινδύνου τε καὶ συμπτώματος ἄρας μετ' οὐ πολὺ πρὸ, Διδυμότειχον ἄπεισι. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ τὸ ἔαρ ἐν τούτοις ἐτελεύτα.

CAPUT V.

Apocaucus, opportunam occasionem nactus opprimendi Cantacuzeni, bellum apparat. Didymoticum exercitu infesto petit. Pythium castellum obsidet. Cantacuzenum multi e suis deserunt. Reliquorum intempestiva postulata. Ipsius responsa. Andronicus Palæologus, Apocauci gener, flurium transnando submergitur. Apocaucus a Joanne Gabala apud imperatricem Annam accusatur. Byzantium redit. Imperatricem placat. Urbis muros reficit.

708 I. Incunte æstate ingens quidam et gravis apparatus occupatum tenebat Apocaucum, magnis cum copiis Didymotichum aggredi meditantem. Etenim quia in eam solam urbem Cantacuzenus sese et copias suas contulerat, omnis autem præclusa erat C omni ex parte spes auxiliorum; (nam et Mysorum princeps Alexander Byzantinis pridem socium se adjunxerat, et satrapam Amurium retrahebat Latinæ classis ad Smyrnam urbem appulsus; Triballi vero et ipsi quoque illius sanguinem sitiebant;) hæc omnia Apocaucus cum videret, profectus Perintho cum omnibus copiis Byzantinis et Thraciis Didymotichum infesto exercitu petit.

II. Ac primum quidem conatur dolis et machinis capere castellum Pythium (ita ferme nominatur), situm ad Hebri fluminis ripas, octoginta fere stadiis ab urbe Didymoticho distans: quod ruina collapsum jampridem Cantacuzenus imperator magnis sumptibus instauraverat, atque ex eo tanquam suum ærarium egregio præsidio firmaverat. Illud D igitur circumsessum Apocaucus totis viribus oppugnabat.

III. At interim Didymotichensis exercitus maxima

Α'. Θέρους δ' ἀρχομένου πολλή καὶ βαρεῖά τις ἀπησχόλει παρασκευὴ τὸν Ἀπόκαυκον, ἐπὶ Διδυμότειχον ἀπιέναι μετὰ πολλῶν τῶν δυνάμεων. Ἐπεὶ γὰρ ἐς μόνον τὸ Διδυμότειχον ὁ Καντακουζηνὸς μετὰ τῆς δυνάμεως κατηντήκει, πᾶσα δ' ἀπῆν συμμαχίας ἐλπὶς πανταχόθεν (ὅ τε γὰρ Μυσῶν ἀρχηγὸς Ἀλέξανδρος Βυζαντίοις ἐκ πολλοῦ συνεμάχει· τόν τε σατράπην Ἀμοὺρ (64) ἀνθεῖλκεν ὁ τῶν Λατίνων κατὰ Σμύρνης ἐπίπλους (65)· καὶ ἅμα Τριβαλλοὶ τοῦ ἐκείνου διψῶντες ὑπῆρχον αἵματος), ταῦτα δὴ πάντα συνιδὼν ὁ Ἀπόκαυκος, ἄρας ἐκ Περίνθου πάσαις δυνάμεσι Βυζαντίοις καὶ Θρᾳκικαῖς, παρεστρατοπέδευσεν ἐπὶ Διδυμότειχον.

Β'. Καὶ πρῶτα μὲν ἐπεχείρει δόλοις καὶ μηχαναῖς ἑλεῖν τὸ τοῦ Πυθίου φρούριον (66), οὑτωσί πως ὀνομαζόμενον καὶ παρὰ τὰς ὄχθας ἱδρυμένον Ἕβρου τοῦ ποταμοῦ. Τοῦτο σταδίους ἐγγὺς ὀγδοήκοντα διέχον Διδυμοτείχου, καὶ γεγονὸς ἐρείπιον, ἐκ πολλοῦ Καντακουζηνὸς ἀνειληφὼς ὁ βασιλεὺς πολλαῖς χρημάτων δαπάναις ὠχύρωσέ τε κἀπὶ πλεῖστον ἀνιέναι πέπραχε τοῦ ἀέρος, καὶ ὥσπερ ἑαυτοῦ ταμιεῖον εἶχεν ἐκεῖθεν αὐτὸ, καὶ λαμπραῖς ἠσφαλίζετο ταῖς φρουραῖς. Τοῦτο τοίνυν περιστρατοπεδεύσας Ἀπόκαυκος ὅλαις ἐπολιόρκει χερσί.

Γ'. Τοῦ δ' ἐν Διδυμοτείχῳ στρατοῦ τὸ πλεῖστον,

Variorum notæ.

(63) Quem Lantzaretum vocat Cantacuzenus, lib. III, cap. 70, qui ἐκ τῶν οἰκετῶν Cantacuzeni eum fuisse ait. DUCANG.

(64) Atqui inde et ex Cantacuzeno, lib. III, cap. 86, docemur quis *Marbascianus* sultanus ille sit apud Joan. Villaneum lib. XII, cap. 28, quo loco narrat quomodo Smyrnæ a Latinis expugnatæ sint, qui non alius est ab isto *Amur*, quem Froissartus, III vol., cap. 22 et 23, *Amourabaquin*, seu distinctis vocibus *Amour Abakin* vocat, seu Ἀμοὺρ πέκιν. DUCANG.

(65) Vide supra lib. XIII, cap. ult sect. 7. BOIVIN.

(66) Ἐμπύθιον vocat Cantacuzenus, lib. III, cap. 71. DUCANG.

τήν τε τῶν πολεμίων βαρεῖαν ὁρῶντες ἔφοδον καὶ A ἅμα τὸν ἔνδον λιμὸν [P. 444] πολέμιον ἡγούμενοι χείρονα, καὶ πρός γε τοὺς ἑαυτῶν ἱπποκόμους ἀκηκοότες ὁμοῦ τοῖς ἵπποις ἀθρόον ἐς Ἀπόκαυκον ηὐτομοληκότας, δρασμῷ τε ἐχρήσαντο καὶ αὐτοὶ καὶ τῷ τῶν πολεμίων προσεῤῥύησαν στρατοπέδῳ, τοῦ θέρους ἐν ἀκμαῖς ὄντος ἤδη τοῦ σίτου. Καὶ ἦν ἐν οὐ μάλα φορηταῖς τὰ βασιλέως περιστάσεσι πράγματα, καὶ πᾶσαν εἰπεῖν ἀνθρωπίνως ἀποσειόμενα σώζουσαν προσδοκίαν.

Δ'. Ἐν τοιούτοις δ' ὄντι τῷ βασιλεῖ τοῖς δεινοῖς προσετίθετο καὶ ἡ τῶν ἅμα αὐτῷ στρατιωτῶν ὁμοῦ καὶ στρατηγῶν καὶ συγγενῶν ἐπίθεσις. Ἰδίᾳ γὰρ προσιόντες ἕκαστοι διὰ τὸν καιρὸν καὶ τοὺς ἐφεστῶτας κινδύνους ἀπῄτουν οἱ μὲν Λέσβον, οἱ δὲ Λῆμνον, οἱ δὲ Χίον· ἄλλοι δ' ἄλλα τε χωρία καὶ προσόδων B εὐπορίας, τέως μὲν ἐν ἐγγύαις ἐγγράφοις· ὅτε δ' ἐγκρατὴς καθάπαξ τῆς ὅλης γένοιτο βασιλείας, ἐπιτελῆ καὶ τὰ ἐν ἐγγύαις ἐπηγγελμένα καθίστασθαι. Μηδὲ γὰρ ἐπ' ἀδήλοις ἐλπίσιν οὕτω διακυβεύειν τὸ ζῆν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἤδη τῶν κινδύνων ἑστώτων, οἴεσθαι τὴν τοῦ βελτίστου σφίσι μοῖραν ἱδρύσθαι, ἀλλ' ἐνέχυρον εἶναί τι βέβαιον, οὗ πριάμενος ἄν τις τὸν θάνατον ἀνεπίφθονον γοῦν τὴν τῶν περιλειφθέντων ψῆφον ἔχοι καρποῦσθαι.

Ε'. Τοιαῦτά γε μὴν ἀπαιτοῦσιν ἐκείνοις πρὸς οὐδὲν οὐδαμῇ γε ἐνδιδόναι ἐπῄει τῷ βασιλεῖ, φάσκοντι μὴ δύνασθαι τἀλλότρια μήτε νῦν ὑπισχνεῖσθαι, μήτε C μὴν μετά γε τὴν τῆς αὐτοκρατορίας ἀντίληψιν, εἰ γένοιτο, προΐεσθαι τοῖς οὐκ ἐν λόγῳ ζητοῦσιν. Νῦν μὲν γὰρ τὸ παράπαν ὑπάρχειν ἀλλότρια, πολιορκουμένων τε καὶ ζῆν ἀσφαλῶς μηδαμῇ πω συγχωρουμένων· καὶ τότε δ' αὖ ἕτερον ἀλλότρια τρόπον· πάντων γὰρ πάντ' εἶναι τῶν ὑπεικόντων τῇ βασιλείᾳ τὰ τῆς βασιλείας πράγματα· τῶν βασιλευόντων δ' οὔ. Οἷς οὖν πρὸς βουλήσεως εἴη ἂν τοὺς παρόντας συνδιενεγκεῖν ἡμῖν τῶν κινδύνων διαύλους, οὐκ ἂν ἀμελήσαιμεν οὐδ' αὐτοί, εἰ περιγενέσθαι γένοιτο, μὴ οὐκ ἀμείψασθαι τοῖς ἀνήκουσι τρόποις, ὁπόσα τῶν ἐφ' ἡμῖν· οἷς δ' οὔ, τούτοις δ' οὐκ ἄν ποτ' ἐνοχλήσαιμεν, ὁπότερον ἕλοιντ' ἂν δρᾷν, εἴτε πρὸς τὰς τῶν πολεμίων ἐπαγγελίας αὐτομολεῖν, εἴτε καθημένους οἴκοι πόῤῥω γίνεσθαι βελῶν. Καὶ ταῦτα D μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

Ϛ'. Χρόνου δὲ περὶ τὴν πολιορκίαν συχνοῦ τριβομένου, καὶ περὶ ἀνέσεις ἀσχολουμένων τῶν νέων ἐν τῷ τῶν πολεμίων στρατοπέδῳ, ἔδοξε τῷ ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ Ἀποκαύκου γαμβρῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ (67), ἀναψύξεώς τε εἵνεκα καὶ φιλοτιμίας ἅμα νεωτεριζούσης, ἀποδυσαμένῳ διανήξασθαι πᾶν τὸ τοῦ ποταμοῦ πλάτος ἐκείνου. Ἀλλὰ πρὶν μέσον διαβῆναι τοῦ ποταμοῦ [P. 445] τὸ ῥέθιον, νάρκῃ τινὶ πεδηθεὶς ὑπὸ ψύχους, ὡς ἔοικεν, ὥσπερ τις

A pars, cum et hostium vires validissimas viderent adventare, et simul famem, quæ intus erat, quolibet pejorem hoste ducerent, audirentque etiam agasones suos cum equis ad Apocaucum repente transfugisse, fugam et ipsi capessentes 709 ad castra hostium confluunt, æstate et adultis jam frugibus. Erantque res imperatoris in eas adductæ angustias, quæ vix essent tolerabiles, atque omnem humanitus salutis spem excluderent.

IV. Ad illa pericula, in quibus versabatur imperator, accessit etiam eorum qui cum ipso erant, tam militum quam ducum, ac necessariorum importuna sollicitatio. Privatim enim unusquisque adeuntes, propter ipsum rerum statum et immi- B nentia pericula, petebant sibi hi Lesbon, Lemnum illi; alii Chium, alii denique loca alia; et unde rem sibi facerent; atque ut interim quidem scripto sibi caveretur; simul autem atque rerum potiturus esset, ut promissa, quæ cautione firmata essent, implerentur. Neque enim, dum sequuntur spes incertas, aleam vitæ subire, periculis jam ob oculos positis, optimum videri sibi: sed pignus aliquod firmum esse debere, pro quo mortem aliquis pactus eorum saltem, qui superstites futuri essent, suffragium mereretur minime invidiosum.

V. Hæc cum illi exigerent, imperator nihil prorsus iis concedere decrevit. Aiebat enim, haud C posse se, quæ aliena essent, sive in præsenti polliceri, sive suprema potestate sibi (si quando posset) vindicata, iis indulgere, qui inique peterent. Quippe ea nunc quidem aliena prorsus esse, cum ipsi obsiderentur necdum sibi securis vivere liceret; ac tum rursus fore aliena alio modo. Etenim res imperii omnes non imperantium esse, sed eorum omnium, qui imperio subjecti sint. Qui itaque nobiscum 710 voluerint in præsenti curriculo periclitari, nec ipsi quidem, si unquam evaserimus superiores, eos quantum in nobis erit digne remunerari negligemus. Qui autem noluerint, iis equidem haud unquam succensuerim, utrumlibet elegerint, sive hostium promissis inducti transfugere; sive domi sedentes telis procul absistere. Et hæc D quidem ita se habuerunt.

VI. Cum in obsidione multum temporis tereretur, atque in hostium castris juvenes relaxando animo operam darent; visum est Andronico Palæologo, qui Apocauci gener erat, tum æstus refrigerandi causa, tum juvenilis cujusdam gloriolæ studio, exutis vestibus, totum illud flumen, quam latissime patet transnare. Sed antequam superasset medios fluvii vortices, membris torpore quodam ex frigore (ut videtur) alligatis, quasi inanimatum aliquod

Variorum notæ.

(67) Is dignitate protostrator et stratopedarcha, cujus non semel meminit Cantacuzenus locis indicatis in *Famil. Byzant.* pag. 254. Cujus mortem recitat lib. III, cap. 71, et rursum Gregoras, lib. XVI, cap. 1. DUCANG.

pondus, mortuus in ima aquarum delatus est. Primum hoc fuit Apocauco fortunæ vulnus, primumque illud præsagium exstitit, quo mutatum iri in pejus et funditus eversum iri illius fortunam apparuerit.

VII. Sed et alterum illud præterea infortunium ei accidit. Joannes Gabalas, multis jam argumentis cum persensisset cavillari Apocaucum, qui ludificando ostenderet satis, minime velle se filiam suam isti desponsam; clanculum ad imperatricem Annam accedit eique indicat, habere in animo Apocaucum, transferre in propriam arcem hujus filium imperatorem, atque ei filiam suam patriarchæ interventu uxorem dare. «Necesse est itaque (inquit), ut illum **711** Perintho quamprimum arcessas, antequam retibus præda inclusa sit.» •

VIII. Id cum statim esset perfectum, sensit Apocaucus patefactas esse insidias, atque illico statuit, soluta illa obsidione, Byzantium quam celerrime redire, ac ita periculum imminens antevertere. Reverso itaque visum est, antequam oculis pudore suffusis imperatricem aspiceret, magna pecuniæ vi circumvenire aulicas mulieres, quarum maxima tunc erat auctoritas, et omne simul famulitium, quod imperatoriam domum impleret. Quod cum ille summa diligentia fecisset, ac per illas etiam imperatrici promisisset, allaturum se pulcherrima et pretiosissima de suis thesauris munera, pristinam dignationem recepit. Tum festinans muniit de novo et resarcivit, quidquid terræ motibus in magno urbis muro læsum esset et neglectum maxsisset: item quidquid in duobus muris extrinsecus circumductis; quorum alter jampridem a fundatore simul cum magno muro conditus fuerat; alterum novissime, Cantacuzeni futuræque ab eo obsidionis metu, ad viri altitudinem exterius ipse exstruxerat, circa maximarum admirabiliumque fossarum crepidinem, ductoque initio ab iis portis, quæ sunt ante palatium, ad Aureas proxime portas per terram auroram versus circumduxerat.

A ἄψυχος φόρτος, ἐς τοὺς τῶν ὑδάτων πυθμένας νεκρὸς κατενήνεκται. Πρώτη μὲν οὖν αὕτη γέγονε θραῦσις Ἀποκαύκῳ τῆς δόξης καὶ ἅμα προαναφώνησις τῆς ἐπὶ τὰ χείρω μεταβολῆς καὶ καταστροφῆς.

Ζ'. Δεύτερον δ' ἐπὶ τούτῳ συνεπεπτώκει τῷ Ἀποκαύκῳ δυστύχημα τόδε. Ὁ Γαβαλᾶς Ἰωάννης (68), ἐκ πολλῶν ἤδη σημείων αἰσθόμενος Ἀπόκαυκον παραλογιζόμενον, κἀν τῷ παρακρούεσθαί πως δεικνύντα τὸ ἥκιστα βούλεσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν τοῦ κήδους ἐγγύην, λάθρα προσιὼν Ἄννῃ μηνύει τῇ βασιλίδι, ὡς Ἀπόκαυκος μελετῴη, μετενεγκὼν εἰς τὸ ἑαυτοῦ φρούριον βασιλέα τὸν σὸν υἱὸν, διὰ τοῦ πατριάρχου συζεῦξαι τῇ ἑαυτοῦ θυγατρί (69). Χρεὼν οὖν ἐκ Πειρίνθου σε τάχιστα μεταπέμψασθαι τοῦ-
B τον, πρινὴ τὸ θήραμα γενέσθαι δικτύων ἐντός.

Η'. Οὗ τελεσθέντος εὐθὺς, φωραθεῖσαν αἰσθόμενος τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Ἀπόκαυκος ἔγνω παραχρῆμα καταλελυκὼς τὴν πολιορκίαν ἐκείνην φθῆναι τὸν ἐφεστῶτα κίνδυνον, διαβὰς εἰς Βυζάντιον τὴν ταχίστην. Ἔδοξεν οὖν ἐπανιόντι, πρὶν αἰσχυνομένοις ὄμμασι τὴν βασιλίδα θεάσασθαι, χρήμασι παμπληθέσι περιελθεῖν τὴν γυναικωνῖτιν, ἐν ᾗ τὸ μάλιστα δυνάμενον ἦν τηνικαῦτα, καὶ ἅμα τὴν θεραπείαν ἅπασαν, ὅση τὴν αὐτοκρατορικὴν οἰκίαν ἐπλήρου. Ὁ δὴ τάχιστα πεπραχὼς, καὶ δι' αὐτῶν καὶ βασιλίδι τὰ κάλλιστά τε καὶ τιμιώτατα τῶν κειμηλίων προσοίσειν ἐπαγγειλάμενος, τῆς προτέρας αὖθις ἔτυχεν εὐδοξίας. Καὶ σπεύσας ὠχύρωσεν αὖθις καὶ ἀνεπλή-
C ρωσεν, εἴ τί που τοῦ μεγάλου τείχους τῆς πόλεως τεθραυσμένον ὑπὸ τῶν σεισμῶν ἐλλέλειπται, καὶ εἴ τί που τῶν ἔξωθεν ἐληλαμένων δύο προτειχισμάτων, τοῦ τε πάλαι τῷ τῆς πόλεως οἰκιστῇ συγκατοικοδομηθέντος ὁμοῦ τοῖς μεγάλοις τείχεσι καὶ οὗπερ ἀρτίως, διὰ τὸν τοῦ Καντακουζηνοῦ καὶ τῆς ἐκεῖθεν πολιορκίας φόβον, πρὸς ἀνδρόμηκες ὕψος αὐτὸς ἀνῆγε μὲν ἐξωτέρω, περὶ τὰ χείλη τῶν μεγίστων καὶ θαυμασίων τάφρων, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν πρὸ τοῦ παλατίου πυλῶν, καὶ περιελάσας ἄχρι τῶν Χρυσέων ἔγγιστα διὰ τῆς χέρσου πρὸς ἕω.

CAPUT VI.

Clades ex grandine. De natura grandinis. Grando furoris divini instrumentum.

I. Ea porro tempestate etiam grandinis continuus et violentissimus imber exstitit, qui et ipse furoris divini, Romanorum rebus jam incumbentis, **712** indicium fuit, et tanquam ignis ignem supervenit. Etenim illud late diffusum est malum, tum in spicas et in alios fructus, tum omnium maxime in vites, ita ut ne postea quidem reviviscere potuerint.

II. Norunt quippe (ut opinor) omnes, ejusmodi esse grandinis corpus, ut quoties et quæ invadit, non modo tunc neque ea sola per eam exstinguantur et marcescant, sed etiam ea, quæ circa sunt;

[P. 446] Α'. Γεγονέναι δ' ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις συμπέπτωκε καὶ χαλάζης φορὰν συνεχῆ καὶ ῥαγδαίαν, τῆς ἐπιπολαζούσης ἤδη περὶ τὰ Ῥωμαίων
D πράγματα θεομηνίας σύμβολον οὖσαν καὶ ταύτην, καὶ οἷόν τι πῦρ ἐπὶ πυρὶ προσεπενηνεγμένην. Πολύχουν γὰρ κατά τε τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν γε ἄλλων ἐγγενέσθαι τὸ βλάβος καρπῶν· τῶν γε μὴν ἀμπέλων, τούτων δὲ καὶ πάντων μάλιστα, ὡς μηδὲ τοὺς ἔπειτα χρόνους ἀναβιῶναι δύνασθαι.

Β'. Εἰδέναι γὰρ οἶμαι πάντας, ὡς οὐχ ὅτε καὶ καθ' ὧν ἐνσκήπτει τὸ τῆς χαλάζης σῶμα καρπῶν, τότε μόνον καὶ τούτους μόνους ἐκτυφλοῖ καὶ μαραίνει, ἀλλὰ καὶ τὰ πέριξ ἅμα, καὶ ἐς πολὺν τὸν χρόνον ὁ

Variorum notæ.

(68) Tum magnus logotheta, postea variis auctus dignitatibus. Cantacuzen. lib. III, cap. 72. Illius non semel alibi meminit. DUCANG.

(69) Cantacuz. lib. III, cap. 87. DUCANG.

μαρασμὸς ἐπιβόσκεται πάντα, ὥσπερ αἰσθήσει τινὶ A διοικουμένων καὶ τῶν φυτῶν, καὶ τὸν τοῦ κοινοῦ Δεσπότου θυμὸν καθάπαξ ἐκπληττομένων, καὶ ὑπὸ δέους συστελλομένων, καὶ αὐτῆς ἀποῤῥηγνυμένων τῆς ζωογόνου ψυχῆς. Λίθῳ μὲν γὰρ ὑπ' ἀνθρωπίνης πληγέντος χειρὸς ἀπίου καὶ μήλου καὶ βότρυος καὶ τῶν τοιούτων, τὸ μὲν πληγὲν τραῦμα μὲν ἔχει, νεκροῦται δ' ἥκιστα· τὸ γειτονοῦν δ' ὅμως οὔτε πληγῆς τινος ᾔσθετο, οὔτ' ἐπιπόνθει φθορὰν, καὶ ταῦτα τοῦ μὲν πλήττοντος λίθου τραχέος τε ὄντος καὶ ὀξύτητας περὶ αὐτὸν διαφόρους τε καὶ πλείστας ἴσως ἔχοντος, τῆς δὲ χαλάζης ἥκιστα τούτων οὐδέν· γίνεσθαι γὰρ τὴν χάλαζαν, ὅταν τῆς ἀναγούσης καπνώδους κάτωθεν ἀναθυμιάσεως ἐπὶ τὰ μετεωρότερα διακρίνηται διὰ θέρμης ἔνδειαν ἡ ἀτμώδης αὐτῆς ἀνάχυσις. B Ἐκείνης γὰρ διὰ κουφότητα φερομένης μετεωρότερον, ὑπολείπεται διὰ βάρος αὕτη περὶ τὸν μεταξὺ τόπον, ἔνθα πολυτελέστερον τὸ ψῦχος οἱ τοῦ ἀέρος ταμιεύουσι κόλποι. Τῶν μὲν γὰρ ἑκατέρωθεν τόπων ὁ μὲν ἄνω τῇ κύκλῳ φορᾷ καὶ περιστροφῇ τοῦ οὐρανίου συμπεριδινούμενος σώματος νεφῶν ἥκιστα ποιεῖσθαι δύναται σύστασιν· ὁ δ' αὖ περιγειότερος, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ τῶν ἡλιακῶν ἀνακλάσεων ἔντονον διαῤῥέων, ἥκιστά πως οὐδ' αὐτὸς ἂν δυνηθείη νέφους σύστασιν ποιεῖσθαι· ὡς τῆς ἑκατέρωθεν μάχης ἐς τὸ ἀπρακτοῦν οὑτωσὶ τελευτώσης, ἰσχύος λαμπρᾶς τινος ἀντίληψιν λείπεσθαι ἔχειν ἐνταυθοῖ τὸ ψυχρὸν, καὶ νεφῶν τῇ τῶν ὑγρῶν ἀνάλογον πηλικότητι σύστασιν ἤδη ποιεῖσθαι. Ὧν μεταβαλλομένων, ὄμβρον γίνεσθαι πρότερον, οἱονεὶ συνθλιβομένου τοῦ ἀέρος, [P. 447] C καὶ μηκέτι μηδαμῇ δυναμένου φέρειν τὴν ἐμβρίθειαν τοῦ ὑγροῦ. Ἀλλ' ἐπειδὰν εἰς ὄμβρον οὕτω διαλυθῇ τὸ ἐκ τοῦ νέφους ὑγρὸν, βιαιοτέραν ἔχοντος ἤδη τὴν θέρμην τοῦ περιέχοντος, καὶ πανταχόθεν ἀντιπεριισταμένου, καὶ βίᾳ περὶ τὰ μέσα ξυνελαύνοντος, χάλαζα γίνεται, πλίνθου τινὸς συμπίλησιν μιμουμένης, ὡς εἰπεῖν, καὶ δημιουργούσης τῆς φύσεως, ἐξ ἀγεωργήτων καὶ μετεώρων πηγῶν καὶ ῥευμάτων. Τὰ δὲ τοιαῦτα συμπτώματα σπάνια μεντἂν ἐν θέρει που γίγνεσθαι διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ τῷ ἀέρι ἐγκαρτεροῦντος ὑγροῦ· δαψιλέστερα δ' ἐν ἔαρος ὥρᾳ τε καὶ φθινοπώρου, ἅτε παραπλησίως πως τὴν μέσην θέρους καὶ χειμῶνος χώραν εἰληφότων, καὶ θέρμης εὐπορίαν ὁμοῦ καὶ ὑγρότητος ἐντεῦθεν ἐχόντων, ἃ τὴν χάλαζαν, ὡς εἰρήκειμεν, ἰσχύει D κατασκευάζειν.

Γ'. Ἐκ γοῦν ὕδατος οὕτω τῆς χαλάζης τὴν γένεσιν ἐχούσης, χαύνου στοιχείου καὶ διαῤῥέοντος, κἄπειτα πετρῶν καὶ ξύλων καὶ φλογῶν ἁπασῶν τὴν βλάβην πολλῷ τῷ μέτρῳ κραταιοτέραν ποιούσης, πῶς οὐ θεομηνίας ἂν εἴη σαφοῦς τὰ ἐκ τῶν τοιούτων;

A et ad multum usque tempus ab illa tabe omnia depasci : quasi ipsæ etiam plantæ sensu aliquo regerentur, et communis Domini iram penitus exhorrescerent, ac præ metu contraherent se animamque ipsam vitalem abrumperent. Atqui si hominis manu pyrum, aut pomum, aut uva, aut ejusmodi aliquis fructus lapide percussus fuerit, id quod percussum est, vulneratur quidem, moritur vero minime ; id autem quod vicinum est neque ictum ullatenus sentit, neque ideo corrumpitur : tametsi asper sit et acumina circa se fortassis habeat varia ac plurima lapis ille, qui percutit ; grando autem his omnibus prorsus careat. Fit enim toties grando, quoties ab exhalatione, instar fumi ab imis ad altiora ascendente, secernitur ob caloris penuriam B humidus vapor. Nam cum illa, eo quod levior est, altius feratur ; hic, quia est gravior, media in regione subsidit ; ubi friges abundantius reconditum servant sinosi aeris tractus. Regionum enim utrinque adjacentium altera, quæ superior est, cœlestis globi turbine et **713** conversione ipsa quoque circumacta, nubium glomerationem facere minime potest : altera autem ad terram vergens, eademque refractorum solis radiorum intensione liquescens, nubem et ipsa conflare minime utique valet. Restat ergo, ut, cum ita ad nihilum recidat ea quæ utrinque fit pugna, habeat illic frigus unde vim insignem assumat, ac nubem pro humoris quantitate conficere jam possit. Mutato in nubem C humore, exsistit primum imber : quasi compresso aere, et humoris gravitatem ferre omnino jam recusante. Postquam autem in imbrem ita resolutus est ille nubium humor ; tum vero, quia ambiens aer vehementiorem jam calorem habet, et circum undique premit, vique in medium compellit, fit grando, laterculi cujusdam coagmentationem natura (ut ita dicam) imitante, et velut fabricante, illis fontibus et canalibus, qui in media aeris regione nativi suspenduntur. Atque id quidem æstate raro accidit, humoris in aere permanentis penuria ; vere autem et autumno plurimum ; quia nempe illæ tempestates æstatem inter et hiemem medium locum pariter obtinent, affluentemque inde caloris simul et humoris habent copiam ; quæ duæ res, ut D jam diximus, ad conflandam grandinem valent.

III. Itaque cum in hunc modum grando originem ducat ab aqua, quod elementum est molle atque fluidum, deinde multo gravius **714** quam vel lapides vel fustes vel flammæ omnes damnum afferat, quidni furori Dei manifesto attribuantur ea quæ inde accidunt?

CAPUT VII.

Ecc'esiæ mala omnium gravissima. De Massalianis et Bogomilis in monte Atho comprehensis. Ejus montis amœnitates. Athos ferociam Xerxæ domuit. Uni virtuti favet. Deprehensorum illic hæreticorum nomina. Eorumdem dogmata impura tomo synodico comprehensa. Piorum monachorum diligentia et zelus. Hæretici variis pœnis coerciti. Quidam fuga elapsi recipiunt se in magnas urbes. Picos Martios imitantur.

Δ'. Ἀλλὰ γὰρ ὅσα γε ἐκ πολλῶν τῶν πρὸς ἡμᾶς τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρώπου καὶ δικαίας ὀργῆς ση-

I. Sedenim quæcunque ex multis piæ ac justæ adversus nos Dei iracundiæ signa undique collecta

huic historiæ intexuimus, ac porro intexemus, si vita nobis detur, ea omnia simul, tam iis qui nunc legunt, quam iis quibus postea occurrent, magna videri quidem possint, et qualia hactenus nulla. Tolerabilia tamen quodammodo isthæc fuissent, si non omnibus, at iis saltem, quibus prudentiam ipse rerum usus indidisset, ac mens cauta pariter et religiosa persuasisset (id quod sacris Scripturis consequens est), eam esse divinam castigationem, et quamdam veluti coalitarum et coævarum nobis macularum medicinam; tolerabilia, inquam, illa fuissent, nisi et Ecclesiæ naufragia ad ea mala accessissent, et sopitarum pridem offensionum redivivæ denuo excitatæ fuissent pestes, funestissimam animabus perniciem allaturæ, ac facillime eas in barathrum exitii demersuræ.

II. Horum quædam a nobis quoque compendiose hoc loco dicentur. Omnia enim simul percensere, cum in aliarum rerum tractatione versemur, facile haud fuerit. Maxima quippe ea et permagni operis res est. Ac primum quidem dicturi sumus de Massalianis et Bogomilis, qui illis temporibus circa montem Atho deprehensi sunt.

III. Alioqui vero mons Athos admiratione dignus esse mihi videtur; tum quia aeris temperie fruitur plane felici; tum quia herbarum vi ac varietate multa ornatus eorum qui ibi versantur, sensibus
715 ambitiosissime (ut ita dicam) ex facili blanditur, et magnam statim offert suavissimamque voluptatem. Illuc tanquam ex thesauris undecunque affluit et odorum halitus dulcis, et florum amœnissimus color. Atque is locus purioribus solis radiis ut plurimum interest: et multiplicium arborum coma tegitur, et saltibus abundat et pra-

A μείων ἐρανισάμενοι τῇδε τῇ ἱστορίᾳ συνυφάναμέν τε καὶ συνυφανοῦμεν, εἰ ζῆν ἡμῖν ἐξείη, μεγάλα μέν πως δόξειεν ἂν τοῖς τε νῦν ὁρῶσιν ἅπανθ᾽ ὁμοῦ καὶ τοῖς ἔπειτ᾽ ἐντευξομένοις, καὶ οἷα μήπω πρίν. Ὅμως ἦν ἂν πως φορητά, εἰ μὴ πᾶσιν, ἀλλ᾽ οὖν οἷς ἡ τῶν πραγμάτων ἐντέθεικε πεῖρα σύνεσιν, καὶ οὓς ἡ τῆς ψυχῆς εὐλάβεια πέπεικε, ταῖς Γραφαῖς ἑπομένους, Κυρίου παιδείαν εἶναι νομίζειν καὶ τῶν συντρόφων καὶ ὁμηλίκων κηλίδων ἰατρείαν τινὰ (70), εἰ μὴ καὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ναυάγια προσετίθετο, καὶ τῶν πάλαι κοιμηθέντων σκανδάλων ἀρτιγενεῖς ὁμοίως ἐπεφύοντο κῆρες, μακροὺς ὀλέθρους ψυχῆς ἐπιφέρουσαι καὶ ῥᾷστα πρὸς ἀπωλείας πυθμένας καταβαπτίζουσαι.

B [P. 448] Β'. Ἀλλὰ τούτων ἔνια καὶ ἡμῖν κατ᾽ ἐπιτομὴν ἐνταῦθα λελέξεται. Πάντα γὰρ ὁμοῦ διεξιέναι, πρὸς ἄλλην ἀσχολουμένοις πραγματείαν, ῥᾴδιον οὐκ ἂν εἴη, μέγιστόν τε ὂν ἔργον καὶ μεγίστης δεόμενον πραγματείας. Καὶ πρῶτον μὲν ἐνταῦθα κείσθω διήγημα τῶν περὶ τὸν Ἄθω τὸ ὄρος ἐν τούτοις ἑαλωκότων τοῖς χρόνοις Μασσαλιανῶν καὶ Βογομίλων (71).

Γ'. Τά τε γὰρ ἄλλα τὸ ὄρος ὁ Ἄθως (72) θαυμάζεσθαι ἄξιον εἶναι δοκεῖ μοι, ὅτι τε πρὸς ἀέρα κέκραται πάνυ τοι εὐφυῶς, καὶ ὅτι πολλῇ τινι καὶ παντοδαπῇ τῇ χλόῃ κοσμεῖται, καὶ σφόδρα φιλοτίμως εἰπεῖν ἐκ τοῦ ῥᾴστου τῶν ἐντυγχανόντων τὴν αἴσθησιν δεξιοῦται, καὶ πολλὴν εὐθὺς προβάλλεται
C τὴν τῆς τέρψεως ἡδονήν· καὶ ῥεῖ πανταχόθεν ὥσπερ ἐκ θησαυρῶν τό τε εὔπνουν τῆς ὀδμῆς καὶ τὸ τοῦ ἄνθους εὔχρουν· καὶ καθαραῖς τὸ πλεῖστον ὁμιλεῖ ταῖς ἡλίου ἀκτῖσι· δένδρεσί τε πολυειδέσι κομᾷ καὶ ἄλση καὶ λειμῶνας ποικίλους, ἔργα χειρῶν ἀν-

Variorum notæ.

(70) Verti, *eam esse divinam castigationem*. Vertendum videtur, *aliquam esse divinam castigationem*, etc. BOIVIN.

(71) Consulendus hic in primis Cantacuz. lib. II, cap 39. DUCANG. — De his Anna Comnena, Euthymius Zigabenus, Tollii iter Italicum etc. Vide et lib. XXIX, infra, ubi de synodo habita in monte Atho. BOIVIN.

(72) De laudibus montis Atho multa etiam patriarcha Philotheus, *Antirrhetic.* lib XII (cod. reg. 1996, fol. 283 v.), ubi Gregoram acriter insectatur, quod et sanctam solitudinis monasticæ tranquillitatem, et montem ipsum Atho calumniari ausus sit. Ὑβρίζει δ᾽ ἀκρατῶς, inquit, εἰς τὴν ἱερὰν ἡσυχίαν διὰ τῶν αὐτῆς ἀθλητῶν τε καὶ ἀσκητῶν· μᾶλλον δὲ οὐκ εἰς τὴν ἡσυχίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρετὴν ὁμοῦ πᾶσαν, ὅση τε τῆς θεωρίας καὶ ὅση τῆς πράξεως, τὸν ἱερὸν Ἄθω τῷ λόγῳ προθείς, τὸ μόνον ὡς ἀληθῶς ἁπάσης τῆς ἀρετῆς κοινὸν ἐργαστήριον, τῶν καθ᾽ ἡμᾶς τις ἔφη σοφῶν· τὸν τῶν ἑκασταχοῦ τῆς οἰκουμένης, πῶς ἂν εἴποιμι, ὁμολογουμένως ἐξειλεγμένον μάλιστα χῶρον· τὸν ἱερὸν χηραμόν· τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ὄντως τῆς ἀρετῆς παγκράτιον· τῶν Ὀλύμπου πραγμάτων τὸν διαφερόντως νομίαν· μᾶλλον δὲ οὐκ οἶδ᾽ ὅ τί τις ἂν εἰρηκὼς, ἔπειτ᾽ ἀρκέσαι. Ἡ γὰρ τῶν ἐποικούντων ἀρετὴ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀμβλύνει. Ὃν δήπου καὶ βασιλεὺς ὁ σοφὸς (Cantacuzenus), οὔπω τότε τοῦ σκήπτρου καὶ τοῦ κράτους ἐπειλημμένος, ἄρτι
D πρώτως ἐπιδεδημηκὼς τοῖς ἐκεῖ, καὶ τὴν ἀρετὴν μεθ᾽ ὑπερβολῆς ἀποθαυμάζων τῶν ἐνοικούντων, « Ἕλληνες (*) μὲν (ἔλεγεν) ἐν μύθοις φασίν, Ἄτλαντά τινα τῶν μετὰ Κρόνου θεῶν καθῃρημένων, ταύτην ὑπὸ τῶν ἀρξάντων τὴν δίκην κατεψηφίσθαι, τοὺς τῆς γῆς ἀνέχειν κίονας, ὡς ἂν πιέζοιτο τῷ τοσούτῳ βάρει. Ἐγὼ δὲ τούτους φαίην ἄν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐμοὶ συμμαρτυρούσης ταύτην τὴν τιμὴν λαχεῖν, τοῦ βίου τῆς πολλῆς φιλοσοφίας ἕνεκα παρὰ Θεοῦ, τὸ τὴν γῆν ἀνέχειν, εὐχαῖς ἱλεουμένους αὐτῇ τὸ Θεῖον. » Τὸν γοῦν οὕτως ὑπὸ μεγάλων τε καὶ σοφῶν ἀνδρῶν καὶ θαυμαστῶν ὁμοῦ βασιλέων μεθ᾽ ὑπερβολῆς θαυμαζόμενον θαυμαστὸν Ἄθω, διὰ τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς φημι καὶ τῆς ἁγιότητος τῶν ποικίλων (ἐῶ γὰρ νῦν τοὺς πρὸ ἡμῶν συγγραφέας τε καὶ σοφοὺς λέγειν, οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον τῶν νῦν τούτων τεθαυμακότας), ὁ Γρηγορᾶς εἰς μέσους παρηχῶς, ὅπερ ἔφην, οὐδέν φησιν ἀρετῆς ἴχνος διὰ τοῦ οἰκείου Ἀγαθαγγέλου, οὐδὲ μόριον γοῦν ἀγαθοῦ τι καὶ λείψανον παρὰ τοῖς ὁσίοις ἐκείνοις καὶ ὅπῃ οὖν εὑρεῖν, εἰ μὴ καὶ πᾶν φησι τοὐναντίον. Reliqua omitto, quæ nimis multa sunt. Porro hinc apparet Gregoram in libris *Antirrheticis*, quibus Philotheus suos opposuit, aliter prorsus atque in hac Historiæ parte de Atho monte locutum fuisse. Cantacuzenus eum montem a Gregora in libris quoque historicis infamatum significat lib. IV, cap. 24, p. 802, qua de re in ipsius Gregoræ Vita diximus. BOIVIN.

(*) *Ipsa sunt Cantacuzeni verba, Histor.* lib. IV, cap. 24, edit. Reg. pag 802. BOIVIN.

θρωπίνων, πλουτεῖ· καὶ γένει παντοίων ὀρνίθων περιηχεῖται· καὶ σμήνη μελιττῶν ἐκεῖ περιτρέχει τὰ ἄνθη, καὶ ἠρέμα τὸν ἀέρα περιβομβεῖ. Καὶ τέρψεώς τις πέπλος ἐντεῦθεν ὑφαίνεται ξένος ἐκεῖ συμμιγής, οὐχ ἦρος ὥρᾳ μόνῃ, ἀλλ' ἐν ἅπαντι καιρῷ καὶ χρόνῳ, ὁμοζυγοῦντος ἀεὶ τοῦ τῶν τεσσάρων ὡρῶν κύκλου πρὸς ὁμοίαν τὴν χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν ἀνθρωπίνων αἰσθητηρίων· καὶ μάλισθ' ὅτ' ἐκ μέσου τοῦ ἄλσους καὶ τῶν φυτῶν ἐκείνων ὄρθριος ἡ τῆς ἀηδόνος ἠχήσασα μουσικὴ συνᾴδοι τοῖς ἐκεῖ μονάζουσιν εἰπεῖν καὶ συνυμνοῖ τὸν Κύριον. Ἔχει γὰρ κἀκείνη καὶ κιθάραν ἐπὶ στήθους ἔνθεόν τινα, καὶ ψαλτήριον ἔμφυτον, καὶ μουσικὴν ἐναρμόνιον, ἐξ αὐτοσχεδίου περισαλπίζουσαν τοὺς ἀκούοντας πάνυ τοι ἐμμελῶς. Καὶ ἅμα πηγαῖς αὐτοφυῶν ὑδάτων ὁ χῶρος ἄρδεταί τε καὶ περιαντλεῖται πολλαῖς· ῥύακες ἀποβλύζοντες ἄλλοθεν ἄλλοι μυρίων γίνονται παῖδες πηγῶν, καὶ ἀλλήλοις ἠρέμα καὶ λάθρα, κλέπτοντες ὥσπερ τὸν δρόμον, κοινοῦνται τὸ ῥεῦμα, οἷον ἐπίτηδες καὶ αὐτοὶ σιωπῶντες, καί τινος παιδείας αἰσθανομένοις ὁμοίως ἀντιποιούμενοι, καὶ διδόντες ἐξουσίαν μακρὰν τοῖς ἐκεῖ μονασταῖς, ἀθόρυβον βίον ἀνύοντας, τὰ πτερὰ τῆς εὐχῆς ἡσυχῇ πρὸς Θεὸν ἀναπέμπειν, ὅτι καὶ πολλὴν πρὸς ἡσυχίαν παρέχει τὴν εὐφυΐαν τοῖς τὴν οὐράνιον ἐν γῇ μετιέναι ἐθέλουσι πολιτείαν, καὶ πρός γε τὴν χορηγίαν τῶν εἰς τροφὴν παντοίαν ἐπιτηδείως ἐχόντων ἄφθονον οἴκοθεν οἴκαδε τὸν ἅπαντα χρόνον πορίζεται· καὶ ἅμα θαλάσσῃ μακρᾷ στεφανοῦται, [P. 449] πολλὴν ὡς ἐκ κύκλου κομίζούσῃ τὴν χάριν αὐτῷ, παρὰ τοσοῦτον μὴ νῆσον εἶναι καθάπαξ αὐτὸ συγχωρούσῃ, παρόσον ἰσθμῷ τινι μὴ σὺν πόνῳ καρποῦσθαι καὶ τὴν ἔξω χεομένην εἰ μῆκος ἅμα καὶ πλάτος ἤπειρον δίδωσι. Καὶ ἁπλῶς πανταχόθεν ἐκεῖ τὰ τῆς ἀρετῆς συγκροτεῖται γνωρίσματα πρός τε τῆς φύσεως πρός τε τῆς τῶν οἰκούντων ἀσκήσεως. Οὐ γυναίων ὅλως ἐκεῖ ξυναυλία, καὶ ἀκόλαστον ὄμμα, καὶ χλιδῶσα κομμωτική, καὶ ὅσα τὴν ἀρχαίαν τοῦ ὄφεως ὁμιλίαν ἐκείνην εἰς ἐγκαινίων τινὰ συνάγει πανήγυριν καὶ μακροῦ κυκεῶνος καὶ κλύδωνος τὸν βίον ἐμπίπλησιν· οὐδ' ἐμπορίαι δημόσιοι, καὶ ἀγοραί, καὶ ἀγορανόμοι, καὶ δικαστικὰ βήματα, καὶ γλώττης ἐπίδειξις, καὶ τῦφος ἀπὸ δίφρου θεσπίζων τὰ τῆς ὀρέξεως νόμιμα. Οὐδὲ δουλεία καὶ αὐθεντία μερίζει τὸν βίον ἐκεῖ· ἀλλ' ἰσηγορία, καὶ μετριότης φρονήματος, καὶ ἤθους σεμνότης, καὶ δικαιοσύνης εὐγένεια σκηνοβατεῖ καὶ περιχορεύει τὸν χῶρον ἐκεῖνον, καὶ ὅσα τὴν ἔνθεον ἐν γῇ δημιουργεῖ πολιτείαν, καὶ τὴν ὄντως ἐν ψυχῇ φιλοσοφίαν ἐργάζεται. Οὐ πλοῦτος ἐκεῖ καὶ δαπάνη χρημάτων καὶ βλακεύουσα θρύψις ἐμπολιτεύεται· ἀλλ' ἅπαν ἐστὶν ἀληθῶς σεμνόν τε καὶ ἐλευθέριον ἦθος, καὶ ἐς τὰ τῆς ἀρετῆς ἀνάκτορα σπεῦδον, καὶ τὸν Δώριον τρόπον ὡς ἀληθῶς ἡρμοσμένον πρὸς τὰ καλά.

Δ'. Πᾶσαν μὲν γὰρ αὐτομάτως εἰπεῖν καὶ ὁ χῶρος ἐκεῖνος ἀποσπεύδει καὶ ἀπωθεῖται κακίαν, πᾶσαν δ'

A tis, hominum manu excultis; et omni avium genere personat. Illic apum examina circum flores volitant, et leni susurro per aerem passim murmurant. Quibus ex rebus inter se commistis efficitur mirus quidam voluptatis contextus; non vere duntaxat, sed et quovis tempore, conspirantibus perpetua vicissitudine quatuor anni tempestatibus, ad eamdem amœnitatem eamdemque semper exhibendam hominum sensibus voluptatem; ac tum maxime, cum medio ex saltu et ab illis arboribus resonans matutinus lusciniæ cantus velut admodulatur iis, qui illic solitarii vivunt, Deumque una cum iis collaudat. Gestat enim et illa in sinu citharam quamdam entheam, ingenitumque psalterium, et musicam harmoniæ plenam, quæ eos, a quibus auditur, B apte admodum et numerose, idque ex tempore, circumsonat. Idem porro locus nativarum aquarum fontibus multis rigatur et circumfluit: rivique alii aliunde scaturientes ex innumeris fontibus nascuntur, paulatimque et clam, suum quasi cursum furando, invicem aquas communicant; silentes ipsi quoque tanquam consulto, et disciplinam quamdam, ac si iis inesset sensus, ipsi etiam professi; nempe ut ejus loci monachis, vitam nullo tumultu perturbatam exigentibus, potestatem **716** integram faciant, supplices votorum pennas ad Deum tranquille attollendi. Quippe ad solitudinem et quietem maxime habiles reddit mons ille eos, qui cœlestem in terra vitæ rationem ingredi velint, ac C iis omnis generis alimenta perpetuo et affatim suppeditat domi nata. Sed et mari magno coronatur, quod ei multum undique affert venustatis, ac eo tantum insulam omnino fieri non sinit, ut possit per isthmum interjectum facili labore fructum percipere etiam ex terra; quæ in longum simul ac latum porro excurrit ac diffunditur. Illuc, uno verbo, omni ex parte confluunt ea quæ virtutem excellentem arguunt, sive loci naturam spectes, sive habitantium institutum. Nusquam ibi muliercularum contubernia; nusquam oculus intemperans et effeminatus fuci nitor et quæcunque veterem illam vitæ consuetudinem, quæ cum Serpente olim fuit, quodam veluti encæniorum festo renovant, ac magna confusione, magnis turbarum flu- D ctibus vitam implent. Nusquam ibi venales in publico merces; nusquam fora, aut ædiles, aut judicum tribunalia, aut linguæ venditatio, aut de curuli sella fastus, jura pro libidine interpretans. Non illic vitæ conditio in servitutem atque imperium herile divisa est. Sed et loquendi æqua libertas, et animi moderatio, et morum honestas, et justitiæ ingenuitas locum illum pro theatro habent, et choro veluti lustrant, eæque omnes virtutes, quæ cœlestem in terra rerum ordinem pariunt, ac veram in animos philosophiam invehunt. Non ibi opes ac pecuniarii sumptus; non ibi socors luxuria regnat: sed totum **717** vitæ institutum, honestum re ipsa et liberale, studiose ad sacraria Virtutis pergit, et Dorica plane harmonia cum bono et pulchro congruit.

IV. Omnem enim locus ille suapte quodammodo amandat procul atque expellit improbitatem; vit-

tutem autem omnem adsciscit et ad se intromittit, A tamque est amans recti, quam pravi inimicus. Idque idem ille mons pridem antea declaravit ac prænuntiavit, non labris aut ullo alio vocis organo, sed operibus quasi animatis, quæ per omnem possent terræ et maris orbem pulchri rectique præconium diffundere ac prædicare. Xerxæ enim illius veteris Barbarum et ferocem animum, qui in ipsam rerum naturam libidinem et lasciviam suam exercebat, atque in tantum elatus erat, ut elementa omnia novando mutaret, cum ejus ipsius montis isthmo perfosso terram in mare convertisset, locumque in insulæ formam redegisset; cum terrestres copias per mare transmisisset, effecissetque, ut navalis videretur is exercitus, qui erat terrestris, B illius, inquam, Xerxæ superbiam in totius orbis frequentissimo theatro splendidissime arguit, et ejus fastum maxima ex parte ad morem humaniorem reduxit, ac per eum omnes et reges et duces et satrapas supercilium intempestivum abjicere et moderatiorem animum induere docuit. Adeo montem illum ab initio natura ipsa officinam virtutis esse voluit, et omnes jampridem ad amorem ejus allicit; non eos solum, quibus contigit virtutis et tranquillitatis illius mel utcunque gustare, verum et eos, qui fama et **718** auditione acceperunt ejus loci excellentiam: cujus ea est natura, ut ex iis qui ad hodiernum diem ibi habitarunt, celebratissimos illos reddat, qui sinceram et incorruptam, loliique prorsus puram et immunem, C servare ad extremum segetem virtutis perstiterunt: rursus vero exsulare inde jubeat, totisque exigat viribus arceatque hospitii consortio hypocritas atque impios.

V. Et ea quidem, quæ antiquiora sunt, abunde ab aliis narrata audire est. Ego vero ea tantum commemorabo, quæ recentiora sunt; illa nempe de Josepho Cretensi, Larissæoque Georgio, cæterisque omnibus, qui eorumdem fœdissimæ mensæ accumbendo bacchati fuerant, utpote discipuli abominandis institutis mysteriisque initiati a præceptoribus: tum illa præterea de pictore Mose, de Isaaco, Davide, Iobo, et quicunque alii lingua, sententia, et manu profani cum essent, optimorum et virtutis fama illustrium virorum nominibus D latentem in animo dementiam atque impietatem male et fraudulenter velabant; sepulcrorum instar, quæ teterrimum intus odorem spirantia gypso auroque extrinsecus ornantur. Induunt enim ipsi quoque speciem et nomen sanctissimorum hominum, et virtutis laude insignium, ut illi scenis agitati Orestæ et Pyladæ, et Thesei, et Pelopes, quo malignitatis suæ virus occulte evomendo purioribus quibusque aspergant.

VI. Illorum sane abominanda ac impura testatur esse dogmata Tomus ille de eorum impietate scriptus, et ad sacram synodum Byzantinam **719** allatus a sanctissimis viris, montem illum incolentibus; tum ob alia, quæ ne auribus quidem fa-

A εἰσποιεῖ καὶ εἰσοικίζεται ἀρετήν· παρὰ τοσοῦτόν τε φιλόκαλος, παρόσον ἐστὶ μισοπόνηρος. Καὶ τοῦτο πάλαι προανεφώνησέ τε καὶ προεθέσπισεν, οὐ χείλεσι καὶ φωνητικοῖς ὀργάνοις τισὶν, ἀλλ' ἔργοις οἷον ἐμψύχοις καὶ διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης τὸ κήρυγμα τοῦ καλοῦ παραπέμπειν καὶ ἐξηχεῖν δυναμένοις. Ξέρξου γὰρ ἐκείνου τοῦ πάλαι τὸ βάρβαρον καὶ ἀγέρωχον φρόνημα, ἀσελγαῖνον ἅμα καὶ τρυφῶν κατὰ τῆς τῶν ὅλων φύσεως, καὶ τὰ στοιχεῖα πάντα καινοτομεῖν ἐπαιρόμενον, ἐπεὶ καὶ τοῦ ὄρους τουτουῒ τὸν Ἰσθμικὸν αὐχένα διορύξας μετεστοιχείου καὶ μετεσκεύαζε τὸν χῶρον πρὸς νῆσον, καὶ τὰς ἠπειρωτικὰς ἐφ' ὑγραῖς διεβίβαζε τέως θαλάττης ἀγκάλαις, καὶ νηΐτην τὸν ἠπειρώτην ἐδείκνυ στρατὸν, ἐπὶ τοῦ πανδήμου θεάτρου τῆς οἰκουμένης B περιφανῶς ἐξήλεγξε, καὶ πρὸς τὸ ἀνθρωπικώτερον τοῦ τύφου τὸ πλεῖστον ἀπήλλαξε, καὶ δι' ἐκείνου πάντας ἐδίδαξε βασιλέας, καὶ στρατηγοὺς, καὶ σατράπας, τὸ τῆς ὀφρύος ἄκαιρον ἀποῤῥίπτοντας μετριώτερα δήπου φρονεῖν. [P. 450] Οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἡ φύσις ἐργαστήριον αὐτὸ κατεσκεύακεν ἀρετῆς, καὶ πάντας ἕλκει πρὸς ἔρωτας ἄνωθεν ἑαυτοῦ, μὴ μόνον ὅσοις τοῦ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ἡσυχίας ἐκείνης ὁπωσποτε γεύσασθαι μέλιτος ἐξεγένετο, ἀλλὰ καὶ ὅσοις δι' ἀκοῆς τὰ ἐκεῖ μαθεῖν συνέβη χρηστά· ὥστε καὶ τῶν ἀεὶ καὶ μέχρι νῦν διηνεκῶς οἰκησάντων αὐτὸ περιβοήτους μὲν καθίστησιν, ὅσοι καθαρόν τε καὶ ἀκαπήλευτον, καὶ ζιζανίου παντὸς ἀμιγὲς καὶ ἐλεύθερον, εἰς τέλος τὸ τῆς ἀρετῆς διετέλεσαν συντηC ροῦντες γεώργιον· ἐξοστρακίζει δ' αὖ ἐκεῖθεν καὶ ὅλαις χερσὶν ἐξελαύνει καὶ ἀπωθεῖται τὴν τῶν ὑποκριτῶν καὶ βεβήλων συνοίκησιν.

Ε'. Καὶ τὰ μὲν ἀρχαιότερα διηγουμένων ἐστὶν ἑτέρων ἀκούειν αὐτάρκως. Ἐγὼ δὲ τὰ νεωστὶ διηγήσομαι, τὰ περὶ τὸν Κρῆτά φημι Ἰωσὴφ καὶ τὸν Λαρισσαῖα Γεώργιον, καὶ ὅσοι περὶ τὴν σφῶν μιαρὰν ἐβάκχευσαν τράπεζαν, ὅσα δὴ καὶ φοιτηταὶ πρὸς διδασκάλων τὰ μυσαρὰ μυσταγωγούμενοι δόγματα· ἔτι τε τὰ περὶ Μωσέα τὸν ζωγράφον καὶ Ἰσαὰκ καὶ Δαβὶδ καὶ Ἰὼβ, καὶ ὅσοι βεβήλους ἔχοντες πάμπαν καὶ γλώττας καὶ γνώμας καὶ χεῖρας ὀνόμασι βελτίστων ἀνδρῶν, καὶ περιβοήτων τὴν ἀρετὴν, περιστέλλειν D ἐπονηρεύσαντο τὴν ἐνδόμυχον ἀπόνοιαν καὶ ἀσέβειαν τῆς ψυχῆς, παραπλησίως τοῖς τάφοις, οἳ τὰ ἔνδον μακρᾶς ἀπόζοντες δυσωδίας τιτάνῳ καὶ χρυσῷ τὰ ἔξω κοσμοῦνται. Ὑποδύονται γὰρ καὶ αὐτοὶ καὶ σχῆμα καὶ ὄνομα βελτίστων ἀνδρῶν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπισήμων, καθάπερ οἱ ἐν τοῖς δράμασιν Ὀρέσται καὶ Πυλάδαι καὶ Θησεῖς καὶ Πέλοπες, ἵνα τὸν ἰὸν κατὰ τῶν ἀκεραιοτέρων τῆς σφῶν αὐτῶν ἐξεμοῦντες κακίας λανθάνωσιν.

Ϛ'. Εἶναί γε μὴν τὰ ἐκείνων μυσαρὰ καὶ ἀνάθαρτα δόγματα, φησὶν ὁ εἰς τὸ τῶν Βυζαντίων ἱερὸν κομισθεὶς συνέδριον ἔγγραφος τῆς αὐτῶν ἀσεβείας Τόμος πρὸς τῶν θεοφόρων τοῦ ὄρους ἀνδρῶν, τά τε ἄλλα, ὅσα μηδ' ἀκοῇ σωφρονεῖν αἱρουμένων φέρειν

εἶναι ῥᾴδια, καὶ ὅτι τὰς θείας λάθρα συντρίβοντες καταχαίουσιν εἰκόνας· καὶ ὅτι τὸ τοῦ διδασκάλου σεμνύνοντες οὖρον τοῖς ἐδέσμασιν αὐτῶν ἐπιῤῥαίνουσι· καὶ ὅτι τὴν ἔνσαρκον καὶ θείαν οἰκονομίαν οὐδαμῇ προσίενται· καὶ ὅσ' ἄῤῥητ' ἀμείνω. Τί γὰρ πλείω καταλέγειν δεῖ καὶ καταμιαίνειν τὰς τῶν εὐσεβῶν ἀκοὰς, ἐξὸν ἐκ τοῦ Τόμου τοῖς βουλομένοις μανθάνειν σαφέστερον, ὃς πάντα διεξιὼν διαῤῥήδην τὴν σφῶν στηλιτεύει κακίαν, τοῖς πατριαρχικοῖς ἐγγεγραμμένος κώδιξι;

Ζ'. Τοὺς γὰρ καθαροὺς καὶ ἀψευδεῖς οὐκ εἰς τέλος λαθεῖν ἐδυνήθησαν ὀφθαλμοὺς τῶν ἐκεῖ φιλοθέων ἀνδρῶν, καὶ μόνῳ ζώντων Θεῷ· [P. 451] ὥσπερ οὐδὲ τοὺς καθαρὰν τὴν γευστικὴν κεκτημένους λαθεῖν ἂν δυνηθείη ποτὲ συνανακραθὲν ἀψίνθιον μέλιτι, οὐδὲ τὴν ὄσφρησιν πολλῷ μᾶλλον ῥόδοις μιγνύμενόν τι δύσοδμον. Ὅθεν, οἷα βιαίῳ πυρὶ, τῷ θείῳ ζήλῳ τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν ἐκπυρσεύσαντες ἐπὶ ζήτησιν ἀκριβεστέραν ἐτράποντο τοῦ κακοῦ, ἠρέμα καὶ κατὰ βραχὺ κυνηγέτου δίκην ἀνιχνεύοντες ἐκ τῶν τῆς κακίας παραφυάδων τὴν ῥίζαν εὑρεῖν· καὶ εὑρόντες ἔστιν οὓς μὲν αἷς προσῆκε προήκαντο τιμωρίαις, ἔστι δ' οὓς ὡς ποῤῥωτάτω παλάμαις ἁπάσαις ἐκεῖθεν ἀπήλασαν. Ἦσαν δ' οἳ καὶ λαθόντες ἐκεῖθεν ἀπέδρασαν, πρὶν ἢ τελέως ἔκπυστον τὴν κακίαν γενέσθαι· οἳ δὴ καὶ πρὸς πόλεις μετεῤῥυήκεσαν Θεσσαλονίκην καὶ Βέῤῥοιαν καὶ ἣ κατὰ πασῶν ἅπαν ἔσχε τὸ κράτος. Ἔνθα δὴ γενομένοις σφίσιν οἶμαι νενόμισται, κοινῆς ἑστίας τῶν πανταχόθεν τῆς οἰκουμένης μάλιστα πασῶν ὑπαρχούσης αὐτῆς, καὶ ἅμα πολυγλώσσου καὶ πολυμιγοῦς φωνῆς καὶ γνώμης ἐπιπολαζούσης, συσκιάσαι μὲν τὴν ἑαυτῶν κακίαν, μιμήσασθαι δὲ τῶν ὀρνίθων τοὺς δρυοκολάπτας, οἳ τοῖς δένδρεσι περιπετόμενοι, καὶ ὅλον τοῖς ῥάμφεσι τὸν φλοιὸν περικρούοντες, καὶ τὸ ὑγιαῖνον παρατρέχοντες ἅπαν, μόνῳ τῷ σαθρῷ καὶ σεσηπότι χρονίζουσι περικαθήμενοι μέρει, κἀκεῖνο σιτοῦνται πρὸς βάθος κοιλαίνοντες.

Θ'. Μέγιστον δ' ὅμως ὑπῆρχέ σφισιν ἐμπόδιον C εἰς τὴν τῆς παραδόξου ταυτησὶ σωτηρίας συντηρητικὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἥ τε τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων σπάνις καὶ ἡ τῶν ὅπλων τε καὶ τῶν ἀμυντηρίων βελῶν ἔνδεια. Οὐ γὰρ εἶχον ὅθεν ἐκ τοῦ παραχρῆμα ῥᾷστα κομίσονται τὰ τῆς χρείας, ἀπροσδόκητον σχεδιασάσης τῆς περιστάσεως τὸ πραχθέν. Ὅμως τῆς νυκτὸς ἐπιούσης ἐκείνης, καὶ πάντων ἐκείνων ἐν ζάλῃ καὶ τρικυμίᾳ λογισμῶν ὑπαρχόντων μεγίστῃ, ἧκε τριήρης ἐκ τῶν Γαλάτου περὶ μέσας που νύκτας, ἐκ τοῦ παραλίου τείχους κομίζουσα τούτοις ἄρτον καὶ οἶνον, καὶ ὅσα τὸ τῆς ὥρας συνεχώρει στενὸν ἐδώδιμα, καὶ ἅμα ἐπαγγελίας καὶ φιλανθρώπους λόγους, καθ' ὁπότερον βούλοιντο δρᾷν· εἴτε μένειν αἱρουμένοις κομίζειν ἐς τὴν ὑστεραίαν ὅπλα καὶ βέλη πολέμια· εἴτ' D ἐκεῖθεν ἀπαλλάττεσθαι διὰ δέος, δέξασθαι προθύμως ἐς τὸ ἐν τοῖς Γαλάτου σφῶν αὐτῶν φρούριον, καὶ πᾶσαν περιποιήσασθαί σφισιν ἀσφάλειαν. Ταῦτ' εἰπόντες ἐπανῄεσαν οἴκαδε, χρηστὰς ἐλπίδας μὲν τοῖς ἐντὸς τείχους καταλιπόντες, οὐκ εἰς χρηστὸν δ' οὖν πέρας ἐληλυθυίας. Πέμψασα γὰρ ἡ βασιλὶς Ἄννα (οὐ γὰρ ἐλελήθει τὸ γεγονὸς) ἀπέφραξέ τε καὶ ἀνεχαίτισε τὴν ἔφοδόν τε καὶ τὸν εἴσπλουν τῆς κρύφα μελλούσης ἐπιέναι Λατινικῆς ἐς τὴν ὑστεραίαν δυνάμεως.

[P. 462] Ι'. Τοῦτο πρὸς ἀπόγνωσιν ἤγαγε τοὺς τειχήρεις ἐκείνους. Οὔτε γὰρ ὅπλον ἦν σφισιν οὐδὲν φυλακτήριον, οὔτ' ἀσπὶς, οὔτε τόξον, οὔτε βέλος οὐδὲν ἀμυντήριον· καὶ πρός γε τὸ τεῖχος ἀμελέστερον ἐκ

πολλοῦ διεῤῥωγὸς ἦν τὰ πλεῖστα μέρη τοῦ τε περιπάτου καὶ τῶν ἐπάλξεων. Τὴν μὲν οὖν νύκτα πᾶσαν ἐκείνην οὕτως ἐπ' ἐλπίσιν ἀμφισβητησίμοις ἐντὸς τείχους ηὐλίσαντο, τάς τε πύλας φυλάττοντες καὶ τὰ τείχη περιιόντες. Ἕωθεν δ' ὡς εἶδον σύρφακα καὶ χυδαῖον ὄχλον, παρὰ τὸν γείτονα συνιόντας ἱππόδρομον (89) θέας εἵνεκα, καὶ ἥκιστα συμμαχίας ἡστινοσοῦν, ἐξ ὧν γε ἠλπίκασιν (ᾤοντο γάρ, ἐπεὶ μισητὸς ὑπῆρχε τοῖς ὅλοις σχεδὸν Βυζαντίοις Ἀπόκαυκος, ἅπαντας ἥξειν εὐθὺς, στασιάσαντας κατὰ τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων, ἀπαλλάξαντος ὃν ὡς τύραννον ἐδεδίεσαν)· ὡς οὖν ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἑώρων καὶ οὐ κατὰ γνώμην ἐχώρει τὰ δρώμενα, περὶ διαλλαγῶν ὡμίλουν τοῖς ἔξωθεν πρὸς τῆς βασιλίδος ἰοῦσιν Ἄννης. Καὶ τάχ' ἂν ἐγίγνετό τι χρηστὸν ἐκείνοις, εἰ μή τινος δαιμονίου κεκώλυκε βασκανία. Ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικεν, ἐν θεομηνίας καιροῖς μηδὲν ἀτόλμητον παροφθῆναι τῶν ἀθεμίτων. Ἔσχε δὲ οὕτως.

ΙΑ'. Ἡ τοῦ Ἀποκαύκου γυνὴ, τὸ ἐνδόσιμον πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης λαβοῦσα, προσκαλεῖται πᾶν τὸ Γασμουλικὸν (90), καὶ χρημάτων χορηγίᾳ δαψιλεστέρᾳ πείθει, τὰς τριήρεις αὐθημερὸν ἀφεμένους ἅπαντας, ὅπλα δ' ἐκεῖθεν ἀνειληφότας καὶ βέλη πάντα, περιεληλυθέναι πολιορκοῦντας τὸ τοῦ παλατίου ἐκείνου φρούριον, ἕως εἰσπηδήσαντας ἡβηδὸν τοὺς ἐντὸς ἀνελεῖν, τοὺς μὲν ὡς ἀνδροφόνους, τοὺς δ' ὡς ἀνδροφόνοις δήπουθεν ὁμόφρονας καὶ ὁμοστέγους. Πρὸς δὴ τοιούτους φόνους ἀγοραίων καὶ ἀσυνέτων ἀνδρῶν ὁπλίσασα δεξιὰς ἐκείνη χρημάτων ἁδραῖς (ὡς εἰρήκειμεν) δεξιώσεσι καὶ οἴνου κρατήρων πολλῶν ἐμφορεῖσθαι δίδωσιν ἀφθόνως, ἵν' οὑτωσὶ τοῦ καθήκοντος ἐκστάντες λογισμοῦ μαινομένων δίκην χωρῶσι πρὸς τὰς τῶν ἀνθρώπων σφαγάς. Ἐπεὶ δ' οὕτω ταῦτ' εἶχε καὶ ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος ἤδη τὰ μεσημβρινὰ παρήλλαττε ὑψώματα, δραμόντες ἐκεῖνοι κύκλῳ τὸ φρούριον περιέστησαν ἅπαν, ἀσπίσι καὶ ὅπλοις ἅπασι πεφραγμένοι, καὶ ἅπαν βέλος ἑκηβόλον ἐν χεροῖν περιφέροντες, καὶ ὅσα θύρας ἀναμοχλεύουσιν ὄργανα καὶ κατασείουσι τείχη καὶ ἀποσπῶσι λίθους ἐκ θεμελίων· ὧν οἱ μὲν τὰ βέλη πέμποντες ἔξωθεν κατὰ πλῆθος καὶ δίκην βαθέων νεφῶν πάντας τοὺς ἔνδον τῶν ἐπάλξεων ἀπήλασαν ἐκ τοῦ παραχρῆμα, μηδὲν ὁθενοῦν ἔχοντας ὅπλον, ἢ φυλακτήριον, ἢ δι' ὧν ἀμύνεταί τις τὸν ἐπιόντα πολέμιον. [P. 465] Οἱ δὲ τὰ ἐκμοχλευτήρια φέροντες ὄργανα, προσιόντες ἔξωθεν τά τε τείχη πολλαχόθεν διώρυττον καὶ τὰς πύλας ἀνεμόχλευον· ὡς ἐν πάνυ βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, πολλῶν πολλαχόθεν τῶν εἰσόδων ἀνοιχθεισῶν, πάντας ἄρδην εἰσρυῆναι τοὺς πολεμίους.

ΙΒ'. Ἦν τότε ἰδεῖν τοὺς μὲν ἀθλίους ἐκείνους ἀφειδῶς ἀναιρουμένους καὶ πρὸς ᾅδην ἐκ τῶν χθὲς πεμπομένους δεσμῶν· τοὺς δὲ φόνου πνέοντας ἄνδρας

A dem murus hiabat plerisque in partibus circumductæ ambulationis et summorum propugnaculorum. Totam itaque illam noctem dubia spe intra murum mansere, portas custodientes et mœnia circumeuntes. Mane autem, ubi plebeiam fæcem atque colluviem conspicati sunt, ad vicinum Hippodromum visendi studio, ac non (ut speraverant) ferendi ullius auxilii causa confluentem (etenim arbitrabantur, eo quod omnibus fere Byzantinis odio fuisset Apocaucus, venturos statim omnes, seditione adversus magnates et imperatores mota eo, quem ut tyrannum metuerant, sublato), ubi itaque aliud 736 pro alio viderunt accidisse, neque ex sententia succedere res, de reconcilianda gratia egere cum iis qui ab imperatrice Anna ad-
B venerant : et nisi obstitisset genii alicujus mali invidia, fortasse aliquid boni ipsis exstitisset. Sed nimirum oportuit, in illis furoris divini temporibus, nihil sceleris intentatum omitti. Res autem ita se habuit.

XI. Apocauci uxor, ab imperatrice Anna licentiam cum impetrasset, Gasmulicam omnem turbam advocat, et pinguioribus pecuniæ largitionibus persuadet, ut cuncti triremibus ea die relictis, sumptisque inde armis et telis quæcunque inessent, palatii illius arcem obsidione cingant, quoad facta irruptione eos trucident, qui intus versentur, nulli ætati parcendo ; hos, ut homicidas ; illos, ut homicidarum fautores atque contubernales. Ad
C ejusmodi cædem cum illa hominum circumforaneorum et stolidorum dextras armavisset liberali, ut diximus, pecuniæ erogatione ; multis etiam vini poculis profuse eos ingurgitat, ut in hunc modum recta ratione excussi furentium instar ad homines jugulandos ruerent. Cum in eo res essent, solis cursu meridianum jam verticem prætereunte, ruere illi et totam undique arcem circumsistere, clypeis armisque omnibus instructi, et omne missilium telorum genus manibus circumferentes, eaque omnia instrumenta, quæ aut ad portarum repagula convellenda, aut ad muros quatiendos, aut ad lapides e fundamentis emovendos valent. Ex his alii quidem foris magnam, telorum vim ac densam veluti nubem 737 jacientes repulere illos omnes
D derepente, qui summis in propugnaculis stabant, armis undecunque destitutos, tam iis quibus corpus protegitur, quam illis quibus ingruens hostis propulsatur. Alii vero tormenta muralia admovebant, propiusque accedentes passim et muros perfodiebant, et portas vectibus labefactabant ; ita ut momento temporis patefacto sibi multis in locis adit, universi prorsus hostes irruperint.

XII. Jam videre erat, infortunatos quidem illos effuse interimi, et ab hesternis vinculis ad tumulum transferri : istos autem sanguinarios viros ad multas

Variorum notæ.

(89) Quem Ξυλόκερκον vocant scriptores, de cujus situ agimus in *Constantinopoli Christ.* lib. II, sect. 1, n. 16, et lib. IV, sect. 13, n. 25. DUCANG.

(90) Pachym. lib. IV, cap. 26. Vide Gloss. med. Græcit. DUCANG.

variasque hominum cædes gladiis uti, cum immani et furiali quadam crudelitate barbaricaque licentia. Destituti itaque clypeis miserrimi illi, cum et inermes essent, et præsens periculum effugere minime possent, partim jam cædebantur, partim in fugam effundebantur bini ternique, et catervatim, ac per interjectos parietes in contiguam domum, quod est Neæ monasterium, delabebantur; divinasque imagines inter se pro alio omni sacro phylacterio partiebantur. Nonnulli divinæ mensæ imposita apprehendebant sacra mysteriorum vasa; rati per ea injectum iri pudorem protervis illis et furibundis latronibus. Alii amplectebantur et mensam ipsam sacrosanctam et subjectam basim. Quidam denique nudati prorsus vestimenta ante pedes ultro jaciebant, arbitrati, si nudarentur, mollitum iri misericordia crudelem illorum morem, qui
738 fortasse reverituri essent communem naturam oculis subjectam; tum etiam ut nulla amplius relinqueretur ratio suspicandi de se, quasi Cæsareum aliquod numisma, aut aliud quidquam pretio aliquo dignum occultantibus. Plurimum enim valet inopinata calamitas ad suggerenda ex tempore alia aliis consilia, quibus se ipsos defendant a periculis magistram habentes ipsam necessitatem urgentem, cum eos repentina mors ad vitæ desperationem compellit.

XIII. At insolentem et immanem homicidarum illorum violentiam mollire nec lacrymæ afflictorum poterant, nec habitus miserabilis, nec sacer ille locus, ad quem infelices isti salutis tuendæ causa confugerant. Sed victimarum instar super altari et hi quoque tunc fœde mactabantur, et sanguinis rivi manantes inde pavimenta sacra tingebant; et sanctæ imagines, et supellex, et quæcunque aderant vasa, sacris mysteriis assignata, omnia facile et impune disjiciebantur ac diripiebantur. Quin et cæsorum vestimenta audaces illi et inverecundi, cruore largo plena sumentes, divino altari imponebant. Sed quomodo ego siccis oculis narrare possim luctuosissima et uberibus lacrymis digna, quæ illi tunc sacro in solo, tragœdiam illam miserabilem adornantes, alacriter et barbare designarunt! Utinam lacrymis pro atramento uti liceret, ut calamo intincto describerem illius diei calamitatem, dilucidiusque exponerem singula ut gesta sunt! Ita enim 739
opinor expressum iri facillime a quocunque lacrymarum uberrimam vim, omnibus misericordia et naturali humanitatis sensu imbutis. Atqui hæc ita se habuerunt. Et reliqua quidem omnis multitudo

A ἐκείνους εἰς πολυειδεῖς καὶ ποικίλας σφαγὰς χρωμένους τοῖς ξίφεσι ξὺν πολλῇ καὶ μανιώδει τινὶ τῇ ὠμότητι καὶ βαρβαρικῇ τῇ θρασύτητι. Γυμνοὶ μὲν οὖν ἀσπίδων οἱ τάλανες ὄντες ἐκεῖνοι καὶ ἄοπλοι, καὶ ἥκιστα διαφυγεῖν τὸν παρόντα δυνάμενοι κίνδυνον, οἱ μὲν ἤδη ἐκόπτοντο, οἱ δ' ἐξεχέοντο φεύγοντες σύνδυο καὶ σύντρεις καὶ κατὰ πλῆθος, καὶ διὰ τῶν μεσοτοίχων καταῤῥέοντες ἐς τὴν ἐχομένην τῆς Νέας μονὴν (91) διεμερίζοντό τε τὰς θείας εἰκόνας ἀντ' ἄλλου φυλακτηρίου παντὸς ἱεροῦ· οἱ δ' ἐνεχειρίζοντο τὰ ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης τῶν μυστηρίων ἱερὰ σκεύη, δυσωπήσειν οἰόμενοι τοὺς ἀναιδεῖς ἐκείνους καὶ μανιώδεις λῃστὰς διὰ τῶν τοιούτων· οἱ δ' ἠγκαλίζοντο τήν τε θείαν τράπεζαν καὶ τὸν ὑπὸ ταύτῃ στυλίσκον· οἱ δὲ γυμνούμενοι τέλεον ἐθελονταὶ τὰ B ἱμάτια πρὸ ποδῶν ἐῤῥίπτουν, οἰόμενοι διὰ τῆς γυμνώσεως πρὸς οἶκτόν τε μαλάξειν τὸν φονικὸν ἐκείνων τρόπον, αἰδεσθέντων ἴσως τὴν κοινὴν τῆς φύσεως γύμνωσιν· καὶ ἅμα μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ πρόφασιν ὑποψίας λιπεῖν, τοῦ κρύπτεσθαι εἵνεκα Καίσαρος ἐν σφίσι νόμισμα, μηδ' ἄλλο τῶν πάντων εἶδος κέρδους ἄξιον ἔχειν οὐδέν. Δειναὶ γὰρ αἱ μὴ προμελετηθεῖσαι περιστάσεις ἐπινοίας πρὸς τὸ ἀκίνδυνον ἄλλοις ἄλλας αὐτοσχεδιάζειν, αὐτοφυᾶ διδάσκαλον τὴν περιεσταμένην ἀνάγκην λαμβάνουσιν, ὅταν αἰφνίδιος θάνατος εἰς ἀπόγνωσιν σφᾶς ἀπελαύνῃ βίου.

ΙΓ'. Ἀλλὰ τὴν ἀναιδῆ καὶ θηριώδη τῶν ἀνδροφόνων ἐκείνων ὁρμὴν μαλάττειν ὅλως ὥραν οὐκ εἶχεν οὔτε δάκρυα τῶν πασχόντων, οὔτ' ἦθος ἐλεεινόν, C οὐθ' ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος τόπος, ἐν ᾧ σωτηρίας εἵνεκα κατεπεφεύγεσαν οἱ ταλαίπωροι· ἀλλὰ δίκην ἱερείων ἐπὶ βωμοῦ τηνικαῦτα καὶ οὗτοι ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ πάντες ἐθύοντο, καὶ ῥύακες αἱμάτων ἐντεῦθεν τὸ θεῖον ἔβαπτον ἔδαφος· εἰκόνες τε θεῖαι καὶ ἔπιπλα, καὶ ὅσα τῆς θείας μυσταγωγίας σκεύη παρῆν, ἀσμένως ἅπαντα καὶ ἀδεῶς ἐῤῥιπτοῦντό τε καὶ διηρπάζοντο· τά θ' ἱμάτια τῶν ἀνῃρημένων οἱ παντολμοί τε καὶ ἀναιδεῖς ἐκεῖνοι, πλουσίων αἱμάτων πλήρη, τῇ θείᾳ λαμβάνοντες ἐπετίθουν τραπέζῃ. Πῶς ἂν δυναίμην ἀδακρυτὶ [P. 461] καταλέγειν τὰ θρήνων μακρῶν καὶ δακρύων ἄξια, ὅσα ἐπὶ τοῦ θείου τεμένους τότε τὴν ἐλεεινὴν τραγῳδίαν ἐκείνην βαρβαρικῶς καὶ ἀσμένως χορηγεῖν ἐξεγένετο; Εἴθε ἦν ἀντὶ D μέλανος εἰς δάκρυα τὸν κάλαμον βάπτοντι γράφειν καὶ διηγεῖσθαι τῆς τόθ' ἡμέρας τὴν συμφορὰν ἐναργέστερον, ὡς ἕκαστα πέπρακται. Οὕτω γὰρ ἂν οἶμαι δακρύσειν ἅπαντας ἐκ τοῦ ῥᾴστου θερμῶς, οἴκτου καὶ σπλάγχνων φυσικῶν ἐμπλησθέντας. Ὅμως εἶχεν οὕτω ταυτί. Καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος, ὅσον ἐκ τοῦ σύρφακος ὄχλου κατὰ ποταμοὺς συνεῤῥει, τὰς

Variorum notæ.

(91) Monasterium virorum fuisse indicat cap. seq. τὰς καλύβας τῶν ἐκεῖ μοναζόντων ἠνδραποδίζοντό τε καὶ διήρπαζον. Cantacuz. lib. III, cap. 8: Ἐπὶ τὴν ἐγγὺς κατέφυγον ναὸν τῶν ἐννέα ταγμάτων προσαγορευόμενον. De hoc monasterio egimus in *Constantinop. Chr.* lib. IV, sect. 13, n. 35. *Corrupte* igitur Νέα pro ἐννέα dicebant ea ætate *Constantinopolitani*. Nam alia fuit ædes Νέα dicta sancti Michaelis in magno Palatio sita, de qua pariter multa congessimus in eadem lucubratione, lib. II, pag. 127, et in *Gloss. med. Latin.* in *Ænea*, et in *Gloss. med. Græcit.* in Νέα. DUCANG. — *Τῆς Νέας μονήν*. Cantacuzeno dicitur ναὸς τῶν ἐννέα ταγμάτων, *Hist.* lib. III, cap. 88, pag. 658. BOIVIN.

καλύβας τῶν ἐκεῖ μοναζόντων ἠνδραποδίζοντό τε καὶ διήρπαζον ἀδεῶς· καὶ αὐτὰς δ' οὖν μετὰ τῶν παστάδων τὰς θύρας ἀναμοχλεύοντές τε καὶ διαμεριζόμενοι τοῖς χαμαιτυπείοις προσῆγον, ἀσελγείας μίσθωμα. Οἱ δ' ἀναιδεῖς ἐκεῖνοι καὶ φόνου πνέοντες ἄνδρες, τῶν ἀνῃρημένων τὰς κεφαλὰς ἔστι δ' ὧν καὶ τὰς χεῖρας ἐκτέμνοντες, περιῄεσαν ἐπιδεικνύμενοί τε τὸ τῆς κακίας ἄγος, εἰς ἔκπληξιν τῶν ὁρώντων καὶ δέος, καὶ πᾶσαν ἀγυιὰν ἐμπιπλῶντες ἀνθρωπίνων αἱμάτων τε καὶ σαρκῶν.

ΙΔ'. Καὶ ἦν μὲν θρήνων καὶ δακρύων ἄξια τὰ δρώμενα καὶ θέατρον ἀνόσιον τῇ βασιλευούσῃ ταύτῃ τῶν πόλεων· οὐδεὶς δ' ἐτόλμα τοῖς δρωμένοις ἢ τοῖς νεκροῖς ἐκείνοις ἐπιδακρῦσαι καὶ στεναγμὸν ἀποδοῦναι, οὔτε τις τῶν φίλων, οὔτε τις τῶν συγγενῶν, οὔτε μὲν οὐδεὶς τῶν ἄλλως φίλοικτον ἐχόντων καρδίαν. Ἔφεδροι γὰρ ὀφθαλμοὶ παραπορευόμενοι συνήρπαζόν τε καὶ τὰ ἱμάτια περιδύοντες ἔπαιον ὡς ἐπιβούλους καὶ ἀντιθέτους Ἄννῃ τῇ βασιλίδι. Πάντα γὰρ ἦν εὐφροσύνη λαμπρά τις καὶ τέρψις ἄῤῥητος ἐκείνῃ τὰ δρώμενα, καὶ πάνυ τοι σφόδρα κατὰ γνώμης ἐντρύφημα· ὡς ἐντεῦθεν καὶ δέει μακρῷ συσχεθέντας τοὺς περιστέλλειν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον καὶ φύσει πρέποντα νόμον ἐθέλοντας, ὁπόσοι κατὰ γένος καὶ φιλίαν τοῖς κειμένοις προσῆκον, ἀπέχεσθαι τούτων ἁπάσῃ σπουδῇ, μὴ μετὰ τοῦ ἀποτυχεῖν τῆς βουλήσεως καὶ τοῖς ὁμοίοις δεινοῖς περιπέσωσι. Τοιαῦτα γὰρ ἔφασκον εἶναι τὰ τῇ βασιλίδι ἐντεταλμένα, καὶ ἅμα ἀτάφους κατὰ θαλάττης ῥιφέντας τροφὴν ὀρνίοις καὶ ἰχθύσι γενέσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἐτελέσθη, ἐνίων τὴν τοῦ λαοῦ κραυγὴν καὶ τὴν ἐντεῦθεν λοιδορίαν εἰς τὰς ἐκείνης ἀνενεγκόντων ἀκοάς, καὶ τὸν ἀναφυόμενον οὐκ ἀκίνδυνον θόρυβον. Διὸ καὶ φιλοθέων ἔνιοι, δειλίαν ἀποκρουσάμενοι πᾶσαν, ἄλλος ἄλλον ἄλλοθι τῆς μονῆς ἀνελόμενοι κατώρυξαν. Τὰ δ' ἐπὶ τούτοις ἔστιν ἀκούειν διαρκέστερον ἄλλων διεξιόντων.

[P. 465] ΙΕ'. Ἐπεὶ δ' ὁ ἐκ τῆς προτέρας συζύγου (92) πρῶτος Ἀποκαύκου υἱὸς ἐπίτροπος ἦν τηνικαῦτα Θεσσαλονίκης καὶ τὸν τοῦ πατρὸς φόνον ἀκήκοε, τὴν γνώμην εὐθὺς ἐς Καντακουζηνὸν μεταθεῖναι κέκρικε δεῖν, καὶ ἅμα συμφέρειν εἰς ἔργον αὐτῷ τὰ τῆς γνώμης προενεγκεῖν. Ὅθεν καὶ τρόπον λοιπὸν ἐζήτει, δι' οὗ Θεσσαλονίκην ἂν αὐτῷ παραδοίη. Προσεταιρισάμενος οὖν ὁπόσον ἔκκριτον ἦν τῆς Θεσσαλονίκης τὸν Ἀθηναῖον μιμεῖται Πεισίστρατον καὶ τὴν Θεσσαλονικέων χειροῦται ἀκρόπολιν (93), ἵν' ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ὁρμητηρίου τῆς κεφαλῆς κατα-

infimorum hominum, qui torrentis instar confluebant, degentium ibi monachorum cellulas expilabant ac nullo metu diripiebant, et ipsas cum postibus revulsas fores partiti libidinis pretium ad lupanaria portabant. Enimvero immanes viri, et sanguinem spirantes, interemptorum hominum capita, quorumdam et manus abcissas circumferendo, abominandum scelus ostentabant, stuporem et metum intuentibus quibusque incutientes, et omnes vias cruoribus carnibusque humanis implentes.

XIV. Erant sane ea quæ perpetrabantur lamentis et lacrymis dignissima; dirumque illud fuit huic urbium principi spectaculum. Nemo tamen ea intuendo flere, nemo illos qui mortui erant lugere audebat, aut gemitum edere, sive amicus, sive cognatione junctus, seu quilibet alius animo ad misericordiam aliunde propenso. Oculi enim exploratores obambulabant; hi vero abripiebantur, et vestimentis detractis feriebantur, ut insidiatores et Annæ imperatrici adversantes. Quæ enim tum fiebant, ea omnia ipsi summum gaudium, voluptatem inenarrabilem, et quales maxime volebat delicias afferebant. Itaque magno posthac metu cohibiti quicunque mortuos, quibuscum cognatione aut amicitia juncti fuissent, sepelire pro gentium et naturæ jure cupiebant, abstinuere ab iis continuo, ne non solum **740** a voto aberrarent, sed in similem calamitatem ipsi quoque inciderent. Ea enim imperatricis mandata esse dictitabatur, quæ et in mare insepultos illos projici jussisset, prædæ avibus ac piscibus futuros. Verumtamen id perfectum non est, cum populi clamorem et convicia hinc profecta, et surgentem non sine periculo tumultum quidam ad illius aures retulissent. Quamobrem et homines aliqui religiosi, omni metu excusso, alius alium hac illac per totum monasterium sublatos humavere. Quæ vero inde consecuta sunt, ab aliis tradita plenius accipi possunt.

XV. Interim primus Apocauci ex prima uxore filius, cum Thessalonicæ præesset et violentam patris mortem rescivisset, animum ad Cantacuzenum statim transferendum sibi esse judicavit; simulque expedire credidit, id quod in animo haberet, re ipsa præstare. Ex eo itaque cœpit meditari, qua ratione Thessalonicam illi traditurus foret. Lectissimos igitur quosque Thessalonicensium socios sibi adjungit, et Atheniensem illum imitatus Pisistratum, arcem urbis invadit, ut capiti incumbens, et inde tanquam ab statione excurrens, ipsum

Variorum notæ.

(92) Is Joannes Apocaucus appellatur a Cantacuzeno lib. III, cap. 93, ubi rem eamdem narrat. Sed et scribit lib. III, cap. 88, duos Apocauci filios, stoliditatem moresque improbissimos patris detestantes, paulo ante ipsius cædem ad ipsum Cantacuzenum transiisse. DUCANG. — *Ἐπεὶ δ' ὁ ἐκ τῆς προτέρας συζύγου πρῶτος Ἀποκαύκου υἱός*. In codice Regio legitur quidem πρῶτος, sed supra syllabam πρῶ eadem manu scriptum legitur τρί: unde dubium est utrum hic legendum sit πρῶτος an τρίτος. Cantacuzenus meminit trium Alexii Apocauci filiorum, quorum duos vivo patre ait ad se transiisse, *Hist.* lib. III, cap. 88; tertium, quem ambigimus utrum maximus an minimus natu fuerit, post patris mortem in suas partes transgressum, a Zelotis Thessalonicæ præcipitatum et obtruncatum narrat, ejusdem lib. cap. 93 et 94. BOIVIN.

(93) Quæ πόλει τινὶ ἔοικε μικρᾷ, καὶ οἰκήτορας ἰδίους habebat, inquit Cantacuz. cap. 94. DUCANG.

quoque civitatis corpus totum ex facili contineat. Sed nullum consilii hujus fructum percepit. Tragica enim patris, potius quam ipsius, fata præsentem fortunam manifeste repellebant. Itaque biduum intra promulgato populari decreto, ad arcem omnes undarum instar accurrunt; nec prius inde **741** absistunt, quam et arcem expugnent, et eorum, qui intus sint, belli jure potiantur. Demum Apocauci filio, cum iis quos secum habebat, trucidato, per omnes urbis plateas crudeliter circumferunt infelicia cæsorum capita ad eos territandos, qui similia moliantur.

A τρέχων καὶ τὸ πᾶν τῆς πόλεως ἐκ τοῦ ῥᾷστου σῶμα κατάσχῃ. Ἀλλ' οὐδὲν τῆς τοιαύτης ἀπώνατο ἐπινοίας. Αἱ γὰρ τραγικαὶ κῆρες τοῦ πατρὸς, μᾶλλον ἢ αὐτοῦ, τὰς παρούσας περιφανῶς ἀντέκρουον τύχας. Διὸ καὶ δυοῖν ἡμερῶν μεταξὺ κηρύγματος γενομένου δημοτικοῦ, πάντες ἐπεξέθεον κατὰ ποταμοὺς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἀπέστησαν, πρὶν τὴν ἀκρόπολιν ἐκπολιορκῆσαι, καὶ τοὺς ἔνδον πολέμου νόμοις ἀνδραποδίσασθαι, καὶ τὸν τοῦ Ἀποκαύκου (94) υἱέα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ξίφει διαχρησαμένους ἀνὰ πάσας τὰς τῆς πόλεως πλατείας περιενεγκεῖν ἀπηνῶς τὰς δυστυχεῖς αὐτῶν κεφαλὰς, εἰς ἔκπληξιν τῶν ὅμοια βουλευομένων.

CAPUT XI.

Batatzes ignobilis genere; ut ad opulentiam pervenerit. Thessalonicæ præficitur : deinde, Apocauco filium suum ei subrogante, ejicitur. Ad Cantacuzenum deficit. Solymanni generi armis adjuvatur. Mortuo Apocauco cum Anna imperatrice reconciliatus majores copias ex Asia arcessit. In Cantacuzenianos sævit. Persæ, præda et viatico defraudati, eum occidunt. Ad Cantacuzenum transeunt.

I. Sed me illud pene fugit, quod de Joanne Batatze narrandum erat: qui et ipse cum ignobilis genere esset, dives ex apographicis negotiationibus evaserat, alias ex aliis subinde suscipiendo, et ab humilioribus ad majores semper transeundo. Novissime ipsius Thessalonicæ præfecturam magna pecuniæ vi redemerat, atque illuc ab imperatrice Anna missus fuerat. Nec longo post tempore elapso, cum quæstuosam peram nondum ut volebat gravidam effecisset, inde erat ejectus, subrogante Apocauco filium suum; quem et ipsum impetus plebis, ut paulo ante diximus, ferro absumpsit.

B Α'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε, τὸ τοῦ Βατάτζη δηλαδὴ Ἰωάννου (95)· ὃς καὶ αὐτὸς ἀσήμου γένους ὑπάρχων πλούσιος ἐξ ἀπογραφικῶν ἐγεγόνει ἐμποριῶν (96), ἄλλας ἐξ ἄλλων ταχὺ μετιὼν, καὶ παραλλάττων ἀεὶ τῶν εὐτελεστέρων τὰς μείζους. Ἄρτι δὲ καὶ τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιτροπείαν χρήμασι μακροῖς ὠνησάμενος πρὸς τῆς βασιλίδος ἐκεῖσε πέμπεται Ἄννης. Οὐ μάλα δὲ συχνοῦ ῥυέντος χρόνου, πρὶν τὴν κερδαίνουσαν πήραν ἐμβριθεστέραν ὡς ἐβούλετο διαπράξασθαι, ἐκεῖθεν ἐκβάλλεται, τοῦ Ἀποκαύκου διάδοχον τὸν υἱὸν ἀποστείλαντος· ὃν τὴν τοῦ δήμου φορὰν παρανάλωμα ξίφους ἐργασαμένην μικρῷ δεδηλώκαμεν πρότερον.

II. Id Batatzes probrosum sibi duxerat, et dolore percitus ad Cantacuzenum desciverat; tum pro perfugio habens ditionis Thraciæ castellum, continuis inde excursionibus factis, maxime metuendus evaserat. Nam quos armis aggrediebatur, iis certam perniciem afferebat, magnis ex Asia viribus adjutus; quas petenti ipsi ab urbe Troja mittebat Solymannus satrapa, cum quo ille paulo ante, data in matrimonium filia, affinitatem junxerat.

Β'. Οὗτος οὖν ὁ Βατάτζης, εἰς αἰσχύνης λόγον τὸ πρᾶγμα θέμενος, καὶ λύπης μεστὸς γεγονὼς, προσερῤύη τῷ Καντακουζηνῷ· καὶ ὁρμητήριον τὸ τῆς Θρᾳκικῆς [P. 466] περιστάσεως (97) ἔχων φρούριον C συνεχεῖς ἐκεῖθεν ἐποιεῖτο τὰς ἐκδρομάς· καὶ ἦν ἐς τὰ μάλιστα φοβερός τε καὶ ὄλεθρος προφανὴς οἷς ἐπῄει καὶ καθ' ὧν ὡπλίζετο, ἅτε δύναμιν ἔχων συχνὴν ἐξ Ἀσίας, ἣν ἐκ Τροίας ἐξῃτηκότι (98) πέπομφεν ὁ σατράπης Σουλυμὰν (99), γαμβρὸς ἐπὶ θυγατρὶ πρὸ βραχέος αὐτῷ καταστάς.

III. Quandiu itaque vixit Apocaucus, acerrimus hostis ac permolestus Byzantinis **742** Batatzes

Γ'. Ἕως μὲν οὖν Ἀπόκαυκος ἔζη, θερμὸς ἦν καὶ

Variorum notæ.

(94) Cantacuzenus eam rem videtur conferre in annum Christi 1346, *Hist.* lib. III, cap. 93. BOIVIN.

(95) Illius meminit Cantacuzenus lib. III, cap. 29. Quo loco Ἀχυραΐτῶν προσαγορευομένῳ τάγματι præfectum fuisse tum ait; præterea cap. 22, 46, 76 et 90, ubi quædam ex iis quæ a Gregora narrantur attigit. DUCANG.

(96) Qui vectigalia et alios principum reditus exigendos certo constituto pretio redimebant, ii a Latinis medii et infimi ævi scriptoribus *peræquatores*, *recuperatores*, atque etiam *descriptores*; a Græcis ἐξισωταὶ, ἐπόπται, et ἀναγραφεῖς dicti. Quodnam illorum munus fuerit, docet Ducangius in Glossariis mediæ tum Latinitatis tum Græcitatis. Hoc genus negotiationis a Gregora vocatur ἀπογραφικὴ ἐμπορία, quæ scilicet constabat redituum ac vectigalium descriptionibus. BOIVIN.

(97) *Illud forte quod* Περίστασιν vocat Cantacuzenus lib. III, cap. 76. Aliud memorat cap. 56, quod Περιστίτζαν appellat. DUCANG. — Placet admodum Ducangii conjectura, qui legendum putat Περιστάσεως. BOIVIN.

D (98) Cantacuzenus, ἐκ Λυδίας περιμένων στρατόν. Cujus tractus Sarchanem satrapam facit lib. III, cap. 96. DUCANG.

(99) Duos hoc nomine memorat Cantacuzenus, alterum Sarchanis filium, Ceræsæ Phrygiæ Satrapam, qui sub hæc tempora vel paulo ante in Thracia ex febre obiit, adeo ut vix is existimari possit Vatatzæ gener, quandoquidem cum Vatatzes cæsus interiit, adhuc superstes erat Solymannus iste. Alter est Solymannus, Orchanis filius primogenitus, de quo idem Cantacuzenus, lib. IV, cap. 4, 34, et alibi, et Laonicus, lib. I, pag. 12. Tertius filius Aitinis. *Annales Turcici* pag. 314 ejus 1 edit. Reg. Carasen ab eo expugnatam scribunt, urbem forte illam cui alter Solymannus imperabat. DUCANG.

μάλα τοι σφόδρα Βυζαντίοις λυπηρὸς ὁ Βατάτζης, A διὰ τὸν τοῦ Ἀποκαύκου παῖδα δηλαδὴ καὶ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ἐπιτροπῆς ἀπεχθῶς διακείμενος πρὸς αὐτόν. Ἐπεὶ δ' Ἀπόκαυκος μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἦν, ἀγώνισμα ξίφους γενόμενος, καὶ ἔδει Βυζαντίοις ἀνδρὸς θερμοτέρου καὶ δραστήριον ἐπιεικῶς ἔχοντος φρόνημα, γράμματα ἐφοίτα συχνὰ πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης αὐτῷ, μακρῶν δωρεῶν καὶ ἀξιωμάτων ἐπαγγελίας κομίζοντα, εἰ βούλοιτο διάδοχος ἐλθὼν καταστῆναι καὶ βουλῆς καὶ τρόπων καὶ δόλων Καντακουζηνοῦ. Ταῦτα τὴν ἐκείνου διάνοιαν ἔθραυσε, καὶ τὴν γνώμην μετήνεγκεν· καὶ τοῦ καιροῦ καθάπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, πλείω τὴν συμμαχίδα δύναμιν ἐκ Περσῶν μετεπέμπετο· καὶ συχνὰ κατατρέχων ἐδῄου καὶ ἔκαε τὰς τῷ Καντακουζηνῷ B προσεῤῥυηκυίας χώρας καὶ πόλεις, καὶ τὰ τῶν Βυζαντίων ἔπειθε ῥᾷστα φρονεῖν, τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην διαδιδράσκειν ἐθέλοντας.

Δ'. Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς τῆς τοιαύτης ὤνατο σπουδῆς. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Καντακουζηνὸς τὴν διαστροφὴν καὶ μετάθεσιν τῆς τοῦ Βατάτζη διακήκοε γνώμης, τάχιστα συνέστειλεν εἰς τὰ φρούρια πάντας καρποὺς ὁμοῦ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς βοσκήμασιν, ἐπειπὼν, ὡς εὑρήσει τὰς τῆς ἐπιορκίας ἐκτίσεις πρὸς τοῦ ἐπιορκουμένου Θεοῦ· ὡς ἐντεῦθεν ἐλθόντα μετὰ τῆς Περσικῆς δυνάμεως Βατάτζην ἐρήμοις τε ἐντυγχάνειν οἰκητόρων ταῖς χώραις καὶ ταῖς πόαις ἄνευ βοσκημάτων, καὶ λιμῷ διὰ ταῦτα πιεζομένους ἐπάγεσθαι Πέρσας. Ταῦτα παρὰ τὰς ἐπαγγελίας καὶ τὰς ἐμβριθεῖς ἐκείνας ἐλπίδας θεασαμένοις τοῖς C βαρβάροις ἀχθεσθῆναί τε ἐξεγένετο καὶ ἀποκτεῖνασι τοῦτον ἐς Καντακουζηνὸν τὴν ταχίστην μεταθεῖναι τὴν γνώμην ὁμοῦ τῇ χειρί. Τοῦτο δὴ βουληθεῖσι καὶ πέπρακται παραχρῆμα· κἀκ τοῦ δεινοῦ καὶ προσάντους ἐς τὸ δεξιόν τε καὶ εὐμενέστερον τὰ τῆς τύχης ἔῤῥει τῷ Καντακουζηνῷ, τοσούτων ἐχθρῶν ἀπονητὶ οἷον ἐξ αὐτομάτου φάναι καταστρεφομένων.

A fuit, ob subrogatum videlicet Apocauci filium et ademptam sibi præfecturam ipsimet Apocauco infensus. Ubi autem Apocaucus, ferro interemptus, e vivis excessit, cum indigerent Byzantini viro acri et eo, cujus animus esset ad quidlibet audendum promptissimus, frequentes ad illum Annæ imperatricis litteræ perlatæ sunt, per quas magna ei munera magnæque dignitates promittebantur, si vellet et consiliorum et morum et fraudum successor Apocauco exsistere. Ea illius animum fregere. Itaque mutata sententia, converso tesseræ instar rerum statu, majora arcessit Persarum auxilia; crebris incursionibus vastat et incendit regiones et urbes, quæ ad Cantacuzenum desciverant; et facillime eas B impellit, si urgentem necessitatem effugere velint, ut Byzantiorum partes sequantur.

IV. Sed nec ipse fructum ullum ex hac molitione percepit. Ubi enim perversam et mutatam Batatzæ sententiam Cantacuzenus audivit, statim fructus omnes cum hominibus ac bestiis coegit intra castella; tum illum dixit luiturum perjuriorum pœnas numini perjuriis offenso. Batatzes itaque, Persicis cum copiis mox adveniens, vacuas cultoribus regiones et sine bestiis pascua invenit; atque hinc factum, ut Persæ, quos ducebat, fame laborarent. Quod cum Barbari contra promissa, contra uberrimas illas spes, pati se viderent, **743** ægre tule- C runt; istoque occiso, animum statim et vires ad Cantacuzenum transtulerunt. Quod ubi semel decretum, continuo et perfectum est; cœperuntque ab adversa infestaque fortuna melius jam et felicius ire Cantacuzeni res, tot hostibus nullo labore et suapte quasi confectis.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUS QUINTUS.

—

CAPUT PRIMUM.

Crales, Romanis dissidentibus, invalescit. Urbes multas invadit. Serrhas ipsas ad deditionem subigit. Romanum se imperatorem pronuntiat. Imperium cum filio partitur. Quantam eo tempore Cantacuzenus

Thraciæ partem tenuerit. Thracia Persarum incursionibus crebris vastata. Cantacuzeni inopia : item Byzantinorum. Anna imperatrix pessime res administrat. Sacris imaginibus non parcit. Divites vexat. Ex ipso S. Sophiæ templo abreptos in vincula conjicit. Galatæi profugos excipiunt. Asyli jus vetustissimum : apud omnes gentes sanctum et inviolatum : a Christianis neglectum. Eversa Ecclesiæ dogmata. Ob eas causas templum subita ruina deformatum.

746 I. Crali autem Triballorum principi, seditionibus iis, quibus Romani inter se et adversus se invicem sæviebant, ad delicias abutenti, satis nondum erat. Nempe is opportunum illud cupiditati suæ tempus et donum fortunæ esse ducebat longe maximum. Pervadebat igitur flammæ instar, et continenter populabatur subigebatque obvias quasque Romanorum urbes et regiones ; quod nemo esset, cui illos impetus reprimere vacaret. Byzantiis enim, et tacitis et confitentibus, optatius multo erat omnia illi Christopolin usque prodi, quam Cantacuzeno acquiri. Cantacuzeno autem omnino quidem nolente id fiebat ; civilibus tamen bellis distracto propugnare non licebat. Ea propter omnia ab illo, Thessalonica excepta, Christopolin usque subacta sunt. Atque in iis ipsæ etiam Serrhæ, magna illa et præclara civitas, fame et longa obsidione, duobus sane molestissimis hostibus, ad deditionem compulsæ.

II. Ex eo Crales supra se ipsum evectus sumptoque inde grandiori supercilio (nihil quippe eorum quæ Byzantium usque Romanis supererant, viribus suis et supremæ potestati resisturum arbitrabatur), 747 Romanum imperatorem ipse se pronuntiavit, et vivendi genus a barbarico ad Romanum morem transtulit, tiaraque et omnibus, quæ magni hujus imperii propria sunt, insignibus palam usus est, et ad hoc usque tempus utitur. Jam vero et cum filio totum imperium partitus illi quidem, ut secundum Triballorum instituta imperaret, ea regione cessit, quæ ab Ionio sinu et Istro flumine ad Scopiorum usque urbem pertinet ; quam provinciam maximus fluvius sursum alicunde præterlabitur Axius : sibi vero Romanas regiones et urbes, Romanis institutis regendas, illinc usque ad Christopolitanas fauces reservavit. Quæ autem ab illis angustiis ad urbes usque Selybriam et Dercum occurrunt, ea jam omnia Cantacuzenus subegerat, Chersoneso excepta.

III. At Persæ ex Asia per Hellespontum quacunque tempestate, tanquam ab suis ad suas possessiones et sedes advecti, noctu atque interdiu, ferarum instar civitates Thraciæ adoriebantur : nunc

[P. 467] Α'. Κράλῃ δὲ τῷ Τριβαλλῶν ἡγεμόνι κόρος οὐκ ἦν, ἐντρυφῶντι ταῖς Ῥωμαϊκαῖς κατ' ἀλλήλων καὶ δι' ἀλλήλων στάσεσι, καὶ καιρὸν εἶναι λογιζομένῳ προσήκοντα μάλιστα τοῦτον αὐτοῦ τῇ πλεονεξίᾳ καὶ δώρων τῆς τύχης τὸ κράτιστον. Διὸ καὶ καθάπερ φλὸξ ἐπῄει καὶ ἐπενέμετο διηνεκῶς τὰς πρόσω πόλεις καὶ χώρας Ῥωμαίων δουλούμενος, μηδενὸς ὄντος, ὅτῳ ἂν ἀνθίστασθαι ἢ ταῖς τοιαύταις αὐτοῦ γε ὁρμαῖς. Βυζαντίοις μὲν γὰρ πολλῷ δι' ἐφέσεως μᾶλλον ἦν, καὶ σιωπῶσι καὶ ἐκλαλοῦσι, προδεδόσθαι οἱ μέχρι Χριστουπόλεως ἅπαντα, ἢ Καντακουζηνῷ προσγενέσθαι κτήσασθαι. Καντακουζηνῷ δὲ τοῦτο μὲν ἀβούλητον ὅλως ἦν· περισπωμένῳ δ' ὅμως ἐς τὰς ἐκ τῶν ὁμοφύλων μάχας καιρὸς ὑπερμαχεῖν οὐκ ἐνῆν. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ πλὴν Θεσσαλονίκης ἅπαντα μέχρι στενῶν Χριστουπόλεως (1) ἐκείνῳ δεδούλωνται· μεθ' ὧν καὶ Σεῤῥῶν ὑπάρχει τὸ μέγα τε καὶ θαυμάσιον ἄστυ, λιμῷ καὶ πολιορκίᾳ μακρᾷ προδοθὲν καθ' ὁμολογίαν, δυοῖν ἀμηχάνοις ἐχθροῖς.

Β'. Ἐντεῦθεν ὁ Κράλης μείζων ἑαυτοῦ καταστὰς καὶ δαψιλεστέραν ἑαυτῷ πορίζόμενος τὴν ὀφρὺν (ᾤετο γὰρ οὐδὲ τῶν μέχρι Βυζαντίου λειπομένων Ῥωμαίοις ἀνθέξειν οὐδὲν πρὸς τὴν ἐκείνου ῥώμην τε καὶ ἡγεμονικὴν ἀρχήν), [P. 468] βασιλέα Ῥωμαίων ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε (2), τήν τε βάρβαρον δίαιταν ἐς τὰ Ῥωμαίων ἤμειψεν ἤθη καὶ καλύπτρᾳ καὶ πάσαις στολαῖς διασήμοις, ὁπόσαι τῇ μεγάλῃ ταύτῃ γε προσήκουσιν ἀρχῇ, περιφανῶς ἐχρήσατό τε καὶ χρῆταί γε μέχρι καὶ ἐς ἐμέ. Ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὴν ὅλην ἡγεμονίαν ἐνείματο· καὶ τῷ μὲν ἄρχειν παρέσχε, κατὰ τὰ εἰθισμένα τοῖς Τριβαλλοῖς, τῆς ἔκ τε κόλπου τοῦ Ἰονίου καὶ αὖ Ἴστρου τοῦ ποταμοῦ μέχρι τῆς τῶν Σκοπίων πόλεως (3), ἧς καὶ ποταμὸς Ἀξιὸς (4) ἄνωθέν ποτε μέγιστος κάτεισι παραψαύων ἡγεμονίας· ἑαυτῷ δ' αὖ τῶν ἐκεῖθεν Ῥωμαϊκῶν χωρῶν καὶ πόλεων, κατὰ τὴν εἰθισμένην Ῥωμαίοις δίαιταν, ἄχρι καὶ ἐς τὰ περὶ Χριστούπολιν τῶν παρόδων στενά. Τά γε μὴν ἐκ τῶν τοιούτων στενῶν ἄχρι Σηλυβρίας καὶ Δέρκου (5) πάντ' εἶχεν ἤδη Καντακουζηνὸς ὑποχείρια, πλὴν Χεῤῥονήσου.

Γ'. Περσικαὶ δὲ δυνάμεις, ἐξ Ἀσίας δι' Ἑλλησπόντου πᾶσαν ὥραν διαπεραιούμεναι, καθάπερ ἐξ οἰκείων ἐς οἰκείας νομὰς καὶ ἐπαύλεις, συχνὰς ἐποιοῦντο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὰς θηριώδεις

Variorum notæ.

(1) Cantacuzen. lib. I, cap. 4. Χριστουπόλεως φρούριον, ἅμα μὲν ὂν καρτερὸν ἔκ τε τῆς φύσεως τῆς κατασκευῆς τοῦ τόπου καὶ τῶν τειχῶν, ἅμα δ' ὅτι καὶ ὥσπερ εἴ τι κλεῖθρον κεῖται τῶν κλιμάτων ἑκατέρων μέσον. Meminit rursum Gregoras hoc cap. Χριστουπόλεως στενῶν. DUCANG.—Vide notam ad pag. 151 (col. 412) supra. BOIVIN.

(2) Cantacuzen. lib. III, cap. 89 extremo. DUCANG.

(3) Quam quidem urbem in Regiam deinceps delegit. Cantacuz. lib. IV, cap. 19. Vide Laonicum lib. I, pag. 14, et Leunclavium in *Pand. Turc.* DUCANG.

(4). Vide lib. VIII, cap. 4, sect. 7, et lib. XIII, cap. 2, sect. 7. BOIVIN.

(5) Πόλις ἐν τῇ Δέρκῃ λίμνῃ Cantacuzeno lib. III, cap. 81. DUCANG.

ἐφόδους κατὰ τῶν Θρᾳκικῶν πόλεων, νῦν μὲν αὐτονομίᾳ χρώμενοι λῃστρικῇ, νῦν δὲ συμμαχεῖν προσποιούμενοι Καντακουζηνῷ. Ὅπως δ' ἄρα ἦν, ἐνόσουν αἱ πόλεις καὶ μάλα πονήρως εἶχον Ῥωμαίοις πᾶσι τὰ πράγματα. Οὔτε γὰρ ὑποζυγίων, οὔτε ποιμνίων οὐδὲν τοῖς ταλαιπώροις Θρᾳξὶν ἐλέλειπτο, οὔτε βοῶν ἀροτήρων οὐδεὶς, δι' ὧν οἱ γεωργοὶ τὰς τῆς γῆς ἀναμοχλεύοντες αὔλακας τὸν ἡμερήσιον καὶ ἀναγκαῖον ἐκπορίζονται δασμὸν τῇ γαστρί. Κἀντεῦθεν ἀσπόρου τε καταλελειμμένης τῆς γῆς καὶ ἀνθρώπων ἐρήμου παντάπασι, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν θηριώδους, ἀπορία χρημάτων ἐμάστιζε μὲν ἱκανῶς τὸν βασιλέα Καντακουζηνὸν, περιιόντα Θρᾴκην· ἐμάστιζε δ' οὐχ ἧττον καὶ Βυζαντίους, τῆς βασιλίδος Ἄννης καίριον οὐδὲν περὶ τὴν τῶν πραγμάτων μελετᾶν οὔτ' εἰδυίας οὔτ' ἐθελούσης διοίκησιν· ἀλλ' ἀφαιρουμένης μὲν τὸν τῶν ἱερῶν εἰκόνων κόσμον ἀνέδην, καὶ ὃν μὲν ἐκποιουμένης, ὃν δὲ χωνείᾳ παραπεμπούσης· προφάσει μὲν διὰ τὴν ἐς τὰ κοινὰ χρείαν, τὸ δὲ πλεῖστον εἰς ἑαυτῆς ἴδιον κέρδος.

Δ'. Ταῦτα δ' ἐργαζομένη οὐδὲ τοῦ κακουργεῖν ἀπέσχετο τοὺς ἐνδόξους, καὶ ὅσοι χρημάτων οἰκείων περιουσίᾳ προὔχειν ἐδόκουν. Δι' ἃ δὴ καὶ ἐς τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἱερὸν τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, ἀσύλου πάλαι καταφυγῆς κεκτημένον προνόμια, καταφεύγοντας ἀπέσπων φεῦ ἀπηνῶς, καὶ πάσαις ἀπεώθουν χερσὶν εἰς εἱρκτὴν καὶ λήθης ἅπαν φάναι φρούριον· ὡς ἀναγκασθέντας ἤδη λοιπὸν τοὺς ταλαιπώρους (ἐφευρετικὸν γὰρ εἶναί φασι τὴν ἀνάγκην) ἐς τὸ τοῦ Γαλάτου καταφεύγειν φρούριον, τῆς περιστάσεως τοῦτο μηχανησαμένης ἐξ αὐτομάτου φρούριον ὀχυρὸν καὶ ἱεράν τινα ἄγκυραν καὶ ἄσυλον ὄντως καταφυγήν. Καίτοι καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι, καὶ πάσῃ γῇ καὶ θαλάσσῃ, καὶ πάσαις ἡγεμονικαῖς ἐξουσίαις, εἰθισμένον ἀεὶ δι' αἰῶνος οἴκτου καὶ σπλάγχνων τοιαῦτα κεκτῆσθαι δείγματα. Χριστιανοῖς [P. 469] δ' οὖσιν ἡμῖν, καὶ νῦν μάλιστα χρῄζουσι τῆς ὁμοίας πρὸς Θεοῦ τυγχάνειν συμμαχίας, ἀπείρηταί τε καὶ παραλέλυται.

Ε'. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλ' ὥσπερ κάλω ῥαγέντος καὶ δόγματα τῆς Ἐκκλησίας ἀνατέτραπται, καὶ θεῖοι Πατέρων κανόνες συγκέχυνται καὶ πεπάτηνται. Δι' ἃ δὴ καὶ αὐτὸ τοῦ ναοῦ τὸ κάλλος ἠκρωτηρίασται, καὶ ἐς τὸ ἔδαφος ἔῤῥιπται· δεικνύντος οὑτωσὶ προφανῶς τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τῶν φαινομένων τὴν τῶν οὕτω παρανομουμένων ὑπερβολὴν, καὶ οἷον τὴν μέλλουσαν προαναφωνοῦντος καὶ ἀπειλοῦντος ἐκδίκησιν. Καί μοι δοκεῖ διὰ τοῦτ' ἄνευ σεισμοῦ καὶ περικλονήσεως γῆς γεγενῆσθαι τὸ πάθος τουτί.

A latronum licentia utendo; nunc se Cantacuzeni copias auxiliarias simulando. Sane ut ut erat, laborabant urbes, et cum omnibus Romanis pessime agebatur. Nihil enim jumentorum, nihil pecorum miserrimis Thracibus reliqui erat; nihil ex bubus aratoribus, quorum opera agricolæ, perrupto terræ gremio, quotidianum et necessarium parant faucibus vectigal. Cum itaque **748** ex eo terra inculta remansisset, et colonis omnino vacua, ac prorsus (ut ita dicam) fera, Cantacuzenum imperatorem, regiones illas circumeuntem, non mediocris flagellabat pecuniæ inopia; nec minor Byzantios, cum imperatrix Anna nihil circa rerum administrationem opportune statuere aut posset aut vellet; sed sacrarum imaginum ornamenta licen-B tius detraheret, et alia venderet, alia ad aurificem mitteret, specie quidem, ut in usus publicos impenderet; at maxima ex parte, ut in rem suam converteret.

IV. Hæc porro cum faceret, ne tum quidem ab vexandis iis abstinebat, qui illustriores erant, aut rei familiaris copia abundare videbantur. Quocirca et eos, qui ad magnum celeberrimumque S. Sophiæ templum, inviolati jamdiu perfugii privilegiis ornatum, confugissent, avellebant heu crudeliter ac totis viribus in carcerem et in quamlibet (ut ita dicam) Oblivii arcem detrudebant. Coacti itaque miseri (etenim ingeniosum quiddam esse necessi-C tatem ferunt) ad Galatæum castellum confugiebant, ipsa videlicet calamitate suapte illud sibi providente, præsidium firmum et sacram quamdam ancoram et inviolatum vere perfugium. Atqui et Barbaris et Græcis, et omni terræ ac mari, et omnibus imperiis ab omni ævo moris fuit, ut misericordiæ et affectus talia apud se haberent exempla. A nobis vero, qui et Christiani sumus, et nunc maxime simili numinis auxilio indigemus, illud interdicitur **749** atque abrogatur.

V. Quin imo, tanquam ruptis retinaculis, en ipsa quoque Ecclesiæ dogmata evertuntur, et sacra Patrum præscripta confunduntur ac pedibus subjiciuntur. Eam ob causam ipsa templi pulchritudo mutilata est et ad terram afflicta; Deo palam ita D significante, et evidentibus ostentis declarante, quam enormis foret ejusmodi impietas, futuramque ultionem quasi prænuntiante ac minitante: unde et factum puto, ut citra terræ tremorem et agitationem clades illa accideret.

CAPUT II.

Templum Sanctæ Sophiæ, qua parte orientem spectat, collapso hemisphærio dehiscit. Ejus cladis magnitudo verbis amplificata. Civium concursus et comploratio. Ipsorum nobilium, ac in primis feminarum in exportandis ruderibus pia sedulitas. Substructa ab imperatore Andronico fundamenta ruinam sistunt. Rei Byzantinæ status miserrimus. Lacedæmonii post Leuctricam, Romani post Cannensem pugnam, mulieribus aurum interdixere. Byzantini cur vestibus pullis passim uti cœperint. Deus hominum morbis lente medetur. Facilius ædificat quam destruit.

Α'. Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν ἤδη καὶ οὐρανὸς αἴθριος, περί που τὰ μέσα τῆς νυκτὸς, ὅτε πᾶσι μὲν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς βαθεῖς ληνοβατοῦσα κίρνησι τοὺς

I. Nocte enim jam fere media, cœlo sereno, cum silentium ipsum omnibus hominum oculis invergit ac veluti imprimit soporem altissimum;

cum et galli ad nocturnos cantus alas movere et ingenitas buccinas modulate inflare meditantur, e quatuor illis arcubus, cœlo pene dixerim æmulis, unus, orienti nempe obversus, procubuit, secum trahens et eadem ruina involvens, quæcunque hemisphærium superimpositum fulciebant: atque ita deleta sunt, quæ in bemate pulchra inerant et recondita; deletus est sacrarum imaginum nitor; et gratia illa ubique diffusa brevi evanuit, veluti flos in agro, aut rosa in horto, quando vel locusta vel improvisa eruca statim incurrerit. Illa vero, quæ columnas sacras vestiebat ac distinguebat, omne æmulum opus supergressa Phidiæ sculptura, effusa omnino et deleta est, minutissimis calculis exæquata. Conciones autem, et conventus, et quæ **750** solebant haberi illic diebus et noctibus perpetuis dialecticæ theologicæque disputationes, studium suum in silentium præ stupore verterunt. Et nunc theatrum illud universo orbi commune, jucundus omnis linguæ sermo, dulcissimum auribus quibuslibet murmur, inaspectum astat spectaculum, et quædam velut columna animata tragœdiam medio aere exhibet, totiusque orbis lacrymas ciet; et ore quasi per culmen superne diducto, soli et astris indignum facinus palam annuntiat; cœlum denique tantum non testem advocat, et prophetica illa Deo occinit: « Filii matris meæ pugnaverunt contra me: percusserunt me, vulneraverunt me; et superbia eorum, qui oderunt me, ascendit semper. »

II. Id cum ita accidisset, manante statim fama, et per totam urbem mane disseminata, major et clamor et luctus excitatus est, quam olim exstitit, cum Assyrius Nabuchodonosor, Solyma funditus eversa, Salomonici quoque templi magnificentiam diruit atque sustulit. Omnia itaque et tecta et fora et theatra deserebantur, omnibus ad illius cladis spectaculum confestim accurrentibus: et nemo erat cui aliud quidquam curæ impensioris esset, quod ab officio illo posset avocare. Circumfusi igitur et lamentati omnes, quantum par erat, mox inclinato corpore materiem et rudera exportabant; nec tum quisquam ex omnibus erat immunis; nec ibi divitem a paupere discerneres, nec illustrem ab obscuro, nec **751** servum a domino, nec nobilem ab operis mercenariis. Sed in eumdem ardoris impetum omnium pariter voluntas coalescebat. Mulierum tamen sedulitas multo major quam hominum in navanda opera fuit. Etenim illæ, utpote sexu ad uberem lacrymarum vim propensiore, largo demum fletu lateres ac lapides illos respergebant; humeris deinde imponebant, neutiquam tunc sollicitæ de sumptuosis vestimentis, quæ et lacerabat et pulvere opplebat tum confusa illa materia,

A ὕπνους ἡ τῆς νυκτὸς σιωπή, πρὸς δ' ᾠδὰς νυκτερινὰς ἀλεκτρυόνες τάς τε πτέρυγας κινεῖν καὶ τὰς ἐμφύτους σάλπιγγας ἀνοίγειν ἐμμελῶς μελετῶσι, καὶ τηνικαῦτα πέπτωκεν ἡ μία τῶν αἰθερίων φάναι τεττάρων ἀψίδων (6), ἡ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα βλέπουσα, συνεφελκύσασά τε καὶ συγκαθελοῦσα ἑαυτῇ καὶ ὅσον ὑπήρειδεν ὃ ἐπεκάθητο ἡμισφαίριον· καὶ συντέτριπται μὲν τὰ κρυπτόμενα κάλλη τοῦ βήματος. Συντέτριπται δ' ὁ τῶν θείων ἐκείνων κόσμος εἰκόνων· ἡ δὲ διὰ πάντων ἥκουσα χάρις ἔσβεσται ταχὺ, καθάπερ ἄνθος ἐν ἀγρῷ καὶ ῥόδον ἐν λειμῶνι, ὁπότ' ἀκρὶς καὶ κάμπη τις ἀδόκητος ἀθρόον ἐπιδράμοι. Ἡ δὲ τοὺς ἱεροὺς ἐκείνους κίονας περιελίττουσά τε καὶ ποικίλλουσα καὶ νικῶσα τὸ ἁμιλλώμενον ἅπαν Φειδίου λαξευτικὴ παντάπασιν ἐῤῥύη τε καὶ ἔσβεσται, λεπτότητα μιμησαμένη ψηφίδων. Πανηγύρεις B δὲ καὶ ξυναυλίαι καὶ ἅμιλλαι συνήθεις ἐκεῖ, λογικαί τε καὶ ἱεραὶ, παννύχιοί τε καὶ πανημέριοι, πρὸς ἀφωνίαν μετήνεγκαν τὴν σπουδὴν ὑπ' ἐκπλήξεως. Καὶ νῦν [P. 470] τὸ παγκόσμιον θέατρον, τὸ πάσης γλώττης τερπνὸν ἀφήγημα, ὁ πάσης ἀκοῆς γλυκὺς θόρυβος, ἀόρατον ἔστηκε θέαμα, καὶ στήλη τις οἷον ἔμψυχος δι' αἰθέρος ποιουμένη τὴν τραγῳδίαν, καὶ πάσης γῆς προκαλουμένη δάκρυα, καὶ ὥσπερ στόμα διὰ τῆς ὀροφῆς ἄνω διάρασα περιφανῶς ἡλίῳ καὶ ἄστρασι τὴν ἀδικίαν προσαγγέλλει, καὶ τοὺς οὐρανοὺς μονονουχὶ προσκαλουμένη μάρτυρας ἐκεῖνα δὴ τὰ τῶν προφητῶν περιᾴδει πρὸς Κύριον· « Υἱοὶ μητρὸς μου (7) ἐμαχέσαντό με· ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με· καὶ ἡ ὑπερηφανία τῶν μισούντων με ἀνέβη διὰ παντός. »

C Β'. Τούτων δ' οὕτω συμβεβηκότων, τῆς φήμης ἕωθεν ῥυείσης καὶ ἀνὰ πᾶσαν διαδοθείσης τὴν πόλιν, βοὴ καὶ θρῆνος ἠγείρετο μείζων (8) ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν πάλαι, ὁπότε Ναβουχοδονόσορ ὁ Ἀσσύριος, ἄρδην ἐξανδραποδισάμενος Ἱερουσαλὴμ, ὁμοῦ καὶ τὸ τοῦ Σολομωντείου νεὼ καθεῖλέ τε καὶ ἀφήρηται κλέος. Ἐκενοῦντο τοίνυν οἰκίαι πᾶσαι καὶ ἀγοραὶ καὶ θέατρα, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ πάθους ἀθρόον ἐξέθεον· καὶ οὐδεὶς ἦν, ὅτῳ προὐργιαίτερον ἕτερον ἦν τῶν ἁπάντων, ὃ τῆς σπουδῆς ἀπασχολῆσαι ταύτης ἂν δυνηθείη. Περιστάντες οὖν καὶ ἀπολοφυράμενοι πάντες ὁπόσον εἰκὸς, ἔπειτα κύψαντες ἐξεφόρουν τὴν ὕλην τῶν ἐρειπίων· καὶ ἦν οὐδεὶς τῶν ἁπάντων τέως ἀξυντελής· οὐδ' ἦν ἐκεῖ διακρίνειν D πλούσιον ἐκ πενήτων οὐδ' ἐξ ἀδόξων ἔνδοξον, οὐδ' ἐκ δεσπότου δοῦλον, οὐ μέντ' ἂν οὐδ' ἐκ βαναύσων εὐγενῆ. Ἀλλὰ πρὸς μίαν ἐπίσης ἀνεκίρνατο πάντων ἡ πρόθεσις ζήλου φοράν. Πολύ γε μὴν τῶν ἀνδρῶν ἡ τῶν γυναικῶν ὑπερεῖχεν εἰς τοὖργον σπουδή. Ἅτε γὰρ εὐπαθέστερον πρὸς δακρύων τὸ γένος φορὰν, πλουσίοις λοιπὸν τοῖς δάκρυσι ῥαίνουσαι τάς τε πλίνθους καὶ πέτρας ἐκείνας ἔπειτα ἐπετίθουν τοῖς ὤμοις, οὐδαμῇ περιλάμπρων ἐνδυμάτων ἐνταῦθα φροντίζουσαι, ῥηγνυμένων καὶ

Variorum notæ.

(6) Cantacuzen. lib. IV, cap. 4. DUCANG.

(7) Cant. cant. cap. I, v. 5, et cap. V, v. 7, et Psalm. LXXIII, v. 23. BOIVIN.

(8) Videtur Gregoras respexisse ad illa Gregorii Nazianzeni de Anastasiæ templo.

Οὐ τόσον, Ἀσσυρίοισιν ὅτ' ἤγετο τηλόθι πάτρης,
Λαὸς δουραλίης γῆν ἔκλαυσε μέγαν. BOIVIN.

κόνεως πληρουμένων ὑπό τε τῆς πολυμιγοῦς ἐκείνης ὕλης ὑπό τε τῆς ἐξ ἀλλήλων καὶ δι' ἀλλήλων συνεχοῦς τε καὶ ἀγχιστρόφου περιφορᾶς. Εἶπεν ἄν τις πηγὰς ἀφιέναι δακρύων τὴν ὕλην ἐκφορουμένην ἐκείνην· οὕτω κατὰ ποταμοὺς ἐχώρει τότε δάκρυα πασῶν ἐκεῖ γυναικῶν, ἐνδόξων ὁμοῦ καὶ ἀδόξων, καὶ οὕτω μακροῖς ἀνεμίγνυτο θρήνοις ὁ ζῆλος ἐκείνων καὶ ἡ σπουδή, ῥᾳστώνης οὐδεμιᾶς δυνηθείσης διακόψαι τὸν δρόμον καὶ τὴν συνέχειαν, ἐφ' ὅλοις ἐγγύς που νυχθημέροις τριάκοντα.

Γ'. Ἐλέγετο μέντοι πρὸς τῶν πολλῶν, ὡς εἰ μὴ προϋπάρχειν συνέβαινε τὰς πρὸς ἕω κρηπῖδας καὶ τὰ ἐρείσματα, ὁπόσα πρὸς Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως (9) πάλαι ἀνῳκοδόμηνται πάνυ τοι φιλοτίμως, κἂν πολλαπλάσιον ἐγεγόνει [P. 471] τὸ πτῶμα καὶ τῶν γε ἀνιάτων ἓν ἦν. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον καὶ τὸ θέρος ἐν τούτοις ἐτελεύτα.

Δ'. Κακῶν δ' ἀνακωχή τις οὔτ' ἦν, οὔτ' ἠλπίζετο· ἀλλ' ἐφ' ἑτέροις ἕτερα διηνεκῶς ἐπέῤῥει, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον ηὔξε καὶ προὔβαινε. Ἥ τε γὰρ γῆ παντάπασιν εἰπεῖν ἄσπορός τε καὶ ἀγεώργητος ἐλείπετο· τῶν τ' ἐπιτηδείων μακρά τις ἐπεπόλαζε σπάνις διὰ τὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλων πολεμίων ἐφόδους· καὶ ἅμα χρημάτων πόρος ἦν οὐδεὶς οὐδαμόθεν, οὔτε τοῖς πένησιν ἐννοῆσαι δι' ἐργασίας ἡστινοσοῦν, οὔτε τοῖς ἄρχουσιν, ὅθεν ἔρανόν τινα δασμολογοῦντες ἀργυρολογήσουσι. Καὶ ἦν ἰδεῖν κενουμένας τὰς πόλεις, καὶ τοὺς μὲν ἐς ἀλλοδαπὴν μετοικοῦντας, τοὺς δ' ἐν ἀπογνώσει μένοντας.

Ε'. Καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν πάλαι χρυσοφορεῖν τὰς γυναῖκας ἔπαυσαν, καὶ ἅμα οἱ τὸ τῆς πάλαι Ῥώμης διοικοῦντες ἀξίωμα, ψηφίσμασί τε καὶ δόγματι δημοσίοις καὶ ἀσαλεύτοις ἑκάτεροι· οἱ μὲν διὰ τὸ ἐν Λεύκτροις ὑπὸ Θηβαίων σφίσι γενόμενον πάθος, ὁπότε δὴ μικροῦ τὴν πᾶσαν ἔκειρεν ὁπλιτικὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης Ἐπαμεινώνδας ἐκεῖνος, Βοιωταρχῶν τηνικαῦτα· οἱ δὲ δι' Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον ὁπότε περί τε Κανύσιον πεδίον καὶ Ἀφείδιον ποταμὸν τοῖς κατὰ Ῥωμαίων μακροῖς ἐκείνοις τροπαίοις τελευταῖον τοῦτ' ἐπιθεὶς καὶ συγκλείσας τὴν μυριάριθμον ἐκείνην Ῥωμαίων κατηγωνίσατο στρατιάν· ὡς τοῖς πλουσίοις ἐκείνοις αἵμασι βαφῆναί τε ποταμοῦ τὸ ῥόθιον, καὶ ἄνευ ὕδατος, αἱμάτων ἔχειν ἄνωθεν εἶναι δοκεῖν τὰς πηγάς.

Ϛ'. Νῦν δ' ὥσπερ ἐξ ἑνός τινος αὐτομάτου κηρύγματος, διαδραμόντος ἁπάσας πόλεις Ῥωμαίων, μήτε μηδένα ἀνδρῶν μήτε γυναικῶν μηδεμίαν λαμπροφορεῖν, ἀλλ' ὁμόσε πάντας ἑλέσθαι μελαίναις ἐσθῆσι ξυνεπεπτώκει κεχρῆσθαι, οὓς μὲν λύπης ἕνεκα προϋπαρξάσης ἅπαξ, οὓς δὲ διὰ τὰς κοινὰς καὶ δημοσίους κῆράς τε καὶ συμφορὰς τῶν ὁμοφύλων· ὡς μὴ πόλει καὶ πολιτείᾳ τὰ Ῥωμαίων ἐοικέναι πράγματα, ἀλλ' ἀμαυρά τινα καμνόντων εἴδωλα εἶναι, καὶ πόῤῥωθεν μονονοὺ προαναφωνοῦντα ἀλλήλοις τὴν ἔνδον τῆς ψυχῆς φλεγμονήν, ὅσην ἑκάστῳ δαψιλῶς χορη-

tum continua et crebro iterata ab aliis ad alios per manus translatio. Dixisses materiam illam, quæ exportabatur, lacrymarum fontibus scaturire: adeo tunc torrentium instar ibant omnium quæ erant illic mulierum, illustrium simul et ignobilium, lacrymæ: adeo ingenti luctu mistus erat illarum zelus et officiosa diligentia: siquidem illos cursus et continuos labores nulla potuit mollities interrumpere, perpetuis ferme triginta diebus et noctibus.

III. Cæterum a plerisque dictitabatur, nisi orientem versus occurrissent fundamenta et moles, quas jampridem imperator Andronicus magnifice admodum substruxerat, futuram multo majorem ruinam, atque illud vulnus insanabile exstiturum fuisse. Porro hæc ita se habuerunt; ac in iis æstas consumpta est.

IV. Malorum autem remissio nulla neque erat, neque sperabatur; sed perpetuo alia ex aliis affluebant, ingravescebantque et provehebantur in pejus. Nam et terra seminibus omnino pene fraudabatur, et inculta remanebat, et rerum ad victum **752** necessariarum magnam quamdam inopiam induxerant hostium alias aliorum incursiones; nec parandæ alicunde pecuniæ ratio ulla a pauperibus excogitari poterat, quamcunque illi artem exercerent: nec erat magnatibus, unde corrogata aliqua stipe pecuniam cogerent; et urbes videre erat desolatas, aliis peregre abeuntibus, aliis domi desperata salute remanentibus.

V. Olim quidem Lacedæmonii mulieribus edixerunt, ut gestare aurum desinerent, nec non ii qui veteris Romæ imperium administrabant, consultis utrique et decretis publicis, iisque inconcussis: illi propter Leuctris acceptam a Thebanis cladem, cum robur Spartæ militare totum fere excisum est virtute illius Epaminondæ, qui tum Bœotis imperabat: hi vero, eo quod Annibal Carthaginiensis in Cannensi agro, apud Aufidum flumen, magnis illis, quas de Romanis reportaverat, victoriis novissima adjecta, coactas in unum locum innumerabiles Romanorum copias ita profligavit, ut largo cruore tinctis fluctibus, non ex aquæ sed e sanguinis fontibus derivari amnis videretur.

VI. Nunc vero, quasi edicto aliquo totas Romanorum urbes suapte pervagato, sic usu venit, ut nullus vir, nulla mulier veste candente, sed omnes pulla uterentur; alii dolore aliquo semel præcepto, alii communem ac publicam vicem et suorum civium infortunia dolentes; ita ut non civitati reive publicæ simile esset Romanum imperium, sed obscura quædam **753** simulacra luce carentium esse viderentur, quæ e longinquo sibi invicem quasi prædicarent intimum animi dolorem; eum nempe, quem unicuique non desinit cumulate ex-

Variorum notæ.

(9) Atque hinc discimus a quo exstructi fuerint muri illi obnitentes quatuor majoribus pilis sustinentibus hemisphærium, de quibus egimus in *Constantinop. Christ.* lib. III, sect. 36. DUCANG.

[illegible] praesens Romanorum infelicitas. Nimirum publicis et privatis Romanorum rebus divina justitia sic ferme medetur, ut illi medici, qui non praesentissimis efficacissimisque cauteriis utuntur, sed lenibus, et curationem in longum ducunt. Haud tamen multo quam illud molestius videtur; non intelligentibus pleraque divina ac benigna Providentiae consilia, quando illa poenitendi spatium iis largitur, qui gravissime deliquerint. Etenim hominibus quidem multo facilius est propria aedificia diruere, quam construere: Deo autem, [illegible]

γεῖν [illegible] Ῥωμαίων [illegible] τῶν ἰατρῶν ἐκείνοις, ἐπάγοντος τοῦ Θεοῦ τοῖς κοινοῖς τε καὶ ἰδιάζουσι Ῥωμαίων πράγμασι τὴν ἰατρεύουσαν δίκην, οἳ μὴ τῇ ὀξυτάτῃ καὶ δραστικωτάτῃ χρῶνται καυτηρίᾳ, ὅτι μὴ τῇ [illegible]

CAPUT II.

[illegible]

λοις ἄλλα τῶν τε ὁμοφύλων καὶ ἀλλοφύλων, παρα πλησίαις καὶ μείζοσιν ἐντετυχηκότων ἄλλοτ' ἄλλως ἄλλων περιστάσεσι βιαίων καὶ δυσανταγωνιστικωτέρων μάλα πραγμάτων.

Γ'. Ὅμως ἐπεὶ τοῖς τῆς προνοίας ἀποῤῥήτοις πελάγεσι τὸ τῶν τοιούτων λόγων ἐπαφήκαμεν σκάφος, φέρε τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδῶμεν, μιᾶς τινος τῶν Καντακουζηνοῦ μακρῶν ἐς Βυζαντίους ἐπιστολῶν ποιησάμενοι μνήμην, τοῦ τε μήκους ὑφαιρούμενοι τὰ πλεῖστα, τοῦ ἐπαχθοῦς εἵνεκα, καὶ ἅμα τὸ ἀκαλλὲς τῶν λέξεων πῇ μὲν μικρὸν ὑπερείδοντές τε καὶ ἀνεγείροντες, τοῦ εὐπρεποῦς εἵνεκα τῶν ἀκούσειν μελλόντων, πῇ δ' ἐῶντες, διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐναργεστέραν τῶν λεγομένων δήλωσιν.

τοῦ Θεοῦ· τὴν δὲ θείαν ἐκείνην ἔλλαμψιν, κτιστήν. Ἐπεὶ δὲ κτιστὴν εἶναι λέγει τὴν θείαν ἔλλαμψιν ἐκείνην, καὶ ὑφειμένην εἶναι λέγει πάντως. Οὐκοῦν δύο λέγει καὶ αὐτὸς θεότητας, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην. Φανερὸν οὖν ὡς πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων τὴν ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ἡμῶν κατηγορεῖ θεότητα. Τοῦτο δέ ἐστιν ἀληθῶς δι' ὃ ἡμῶν κατηγορεῖ, ὅτι τὸ θεῖον καὶ ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο φῶς, ὃ κτιστὸν εἶναί φησιν αὐτὸς, ἄκτιστον εἶναι πρεσβεύομεν ἡμεῖς, καθάπερ οἵ τε θεοφόροι Πατέρες καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ κατὰ τοῦτο λάμψας, καὶ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τοῦτο καλέσας, ἐδίδαξαν ἡμᾶς. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ δούλη καὶ κτιστή. Μόνη γὰρ αὕτη παντὸς μᾶλλον ἀβασίλευτος καὶ ἀήττητος, καὶ χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος ἐπέκεινα. Οὕτως οὖν ἡμεῖς ἕνα κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν μιᾷ θεότητι σέβομεν Θεὸν, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν μόνην ἄκτιστον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ περὶ τὴν οὐσίαν θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα, τὴν δύναμιν, τὴν θέλησιν, τὴν ἀγαθότητα, τὸ φῶς, τὴν ζωὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ὡς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ἐλλάμψεως, καὶ ἁπλῶς πάσης δυνάμεως καὶ ἐνεργείας θείας. Ὁ δὲ Ἀκίνδυνος ἀθέσμως εἰς κτιστὰ καὶ ἄκτιστα τὸν ἕνα Θεὸν διχοτομεῖ, καὶ εἰς δύο θεότητας ἑτεροφύλους, καὶ ὄντως ὑπερκειμένην τε καὶ ὑφειμένην τὴν μίαν κατατέμνει θεότητα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὑπερκειμένην λέγων, ὡς μόνην κατ' αὐτὸν ἄκτιστον θεότητα· τὸ δὲ φῶς ἐκεῖνο, ὑφειμένην ὡς κτιστὴν θεότητα. Ποιεῖ δὲ κτιστὴν ἐντεῦθεν καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἡ ἔλλαμψις κτιστὴ, ἄκτιστον αὐτὸ οὐκ ἔστι. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἄλλων πονηρῶν αἱρέσεων, αἷς ἐντεῦθεν περιπίπτει, ἡ τοῦ νῦν γράμματος συντομία οὐ χωρεῖ. Καθάπερ δὲ ὁ Σαβέλλιος, ἐν τῷ μὴ διαφέρειν λέγειν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, μὴ ἔχειν Υἱὸν τὸν Πατέρα ἐδογμάτιζεν, οὕτως ὁ Ἀκίνδυνος, ὅταν λέγῃ μηδὲν διαφέρειν τὴν θείαν ἐκείνην ἔλλαμψιν καὶ ἐνέργειαν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔχειν φησὶν ἐνέργειαν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ τοῦτο λέγων, μετὰ τοῦ Μεσσαλιανὸς εἶναι, καὶ ἀναιρεῖ τελέως τὸν Θεὸν, ἑαυτὸν ἄθεον ὑπάρχοντα δεικνύς. Τὸ γὰρ μὴ ἔχον ἐνέργειαν οὐδαμῶς ἐστι κατὰ τοὺς θεολόγους. Διὰ τοῦτο τὸ θεῖον ἐκεῖνο καὶ προσκυνητὸν στόμα τοῦ τρισμακαρίστου καὶ ἁγίου μου αὐθέντου καὶ βασιλέως, διὰ τοῦ συνοδικοῦ φησι τόμου ὡς εἰ καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος θεωρίας ἀνέδραμον ἐν τῷ Θαβὼρ οἱ τοῦ Κυρίου μύσται, χάριν καὶ δόξαν εἶδον θείαν, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν τὴν χορηγοῦσαν τὴν χάριν. Καὶ γὰρ ἴσμεν ἐκείνην, ὑπὸ τῶν θείων λογίων μεμυημένοι, ἀμέθεκτον, ἄληπτον, ἀόρατον, καὶ αὐταῖς ταῖς ὑπερκοσμίοις καὶ ἀνωτάτω δυνάμεσι. Νῦν δ' οἱ καταφρονήσαντες καὶ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ ἁγίων, καὶ τοῦ ἐκ Θεοῦ βασιλέως ἡμῶν ἐκείνου καὶ τῆς συνοδικῆς ἐξετάσεώς τε καὶ ἀποφάσεως, καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ φρικωδεστάτων δεσμῶν καὶ ἀναθεματισμῶν, ἡμᾶς μὲν οὕτως εὐσεβῶς φρονοῦντας, καὶ τοὺς ἡμῖν ὁμοφρονοῦντας ἀποκηρύττουσιν, Ἀκίνδυνον δὲ καὶ τοὺς οἷος αὐτὸς, τἀναντία δυσσεβῶς φρονοῦντας, συνηγοροῦσι καὶ στηρίζουσι, παντὶ τρόπῳ, κοινωνοὺς ἔχειν καὶ συλλειτουργοὺς σπουδάζοντες. Hanc epistolam puto primordium ac primum velut fundamentum fuisse initæ ab Augusta cum Palama adversus patriarcham societati. Boivin.

προφέροντας Παύλου· Εἴ τις εὐαγγελίζοιτο (λέγοντος) ὑπερόρια τῆς ἐκείνου διδασκαλίας, εἶναι ἀνάθεμα, κἂν ᾖ τῶν οὐρανίων τις ἀγγέλων· μηδὲ γὰρ εἶναι πρὸ ἡμῶν, ἄλλο τι Θεοῦ προτιμᾷν (παραπλήσιον γὰρ ἂν εἴη τουτὶ, ὥσπερ ἂν εἴ τις τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὴν δεξιὰν ἀποκόπτειν ἐβούλετο)· ἀλλὰ πάντα κάτω ῥιπτοῦντας πρὸς αὐτὸν μόνον βλέπειν· ἀγριαίνουσα ἤδη καθ' ἡμῶν ἑωρᾶτο, καὶ πολὺν ὠδίνουσα τὸν θυμὸν, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ τοὺς παρακαθημένους ὑπηχοῦντας εἶχε καὶ σφόδρα ἐπικροτοῦντας κολακικώτερον τρόπον. Διὸ καὶ κακῶς μὲν ἀφίει (33), κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν, ἔγγραφον τὴν ἐμὴν ἀπαιτοῦσα γνώμην ἐν τῷ αὐτίκα, ὡς ἂν βεβαιότερον ἀντιλέγειν ἔχοιεν οἱ ταύτης ὁμόφρονες.

B ϛʹ. Καὶ τοῦτ' ἔστιν, ὃ καὶ τὴν ἐμὴν πρὸς ἀνάγκας ἴσως ἀντιῤῥήσεων ἤνεγκε γλῶτταν, ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ μάλα τοι σφόδρα γενναίως ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆς δεδομένης εὐσεβείας ἵστασθαι παραινοῦντος τοὺς προσιόντας, καὶ μηδ' ἄχρι στιγμῆς ταῖς τηνικαῦτ' ἐπιπολαζούσαις καινοφωνίαις ἐγκλίνειν, μεμνημένους τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν παραινέσεων· καὶ ὅσα ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, ἐς τὰς ὁμοίας ἐμπεπτωκὼς περιστάσεις τῆς Ἐκκλησίας, διέξεισιν· « Ἡμεῖς, λέγων (34), οἱ καὶ μέχρι τῆς τυχούσης κεραίας καὶ γραμμῆς τοῦ Πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν ἕλκοντες οὔποτε δεξόμεθα (οὐ γὰρ ὅσιον) οὐδὲ τὰς ἐλαχίστας πράξεις εἰκῇ σπουδασθῆναι τοῖς ἀναγράψασι, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος μνήμῃ διασωθῆναι· ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνήματα καὶ C παιδεύματα τῆς τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς, διασκέψεως· ὥστε τὰ μὲν φεύγειν, τὰ δ' αἱρεῖσθαι, οἷον κανόσι τισὶ καὶ τύποις τοῖς προλαβοῦσιν ἑπόμενοι παραδείγμασι· » καὶ ὅσα ὁμοίως ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ πίστεως ἔφασκε λόγῳ, φείδεσθαι παραινῶν καὶ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων ἐκείνων, ἃ λέξεσι μὲν οὐκ ἐμφέρεται τῇ θείᾳ Γραφῇ, διάνοιάν γε μὴν αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἐγκειμένην τῇ Γραφῇ διασώζει.

ζʹ. Ὥσπερ δ' οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον εἶναι δοκεῖ δύνασθαι συνορᾷν ἀσφαλῶς τὸ δίκαιον, εἴ τις ἐν λιμένι καὶ γαλήνῃ καθήμενος ἡσυχῇ τῶν ἐν πελάγει [P. 484] κύμασι καὶ πνεύμασι προσταλαιπωρούντων D ἀγρίοις τοὺς πόνους ἐξετάζειν ἐθέλοι, οὐδ' αὖ τὸ βίαιον τοῦ χειμερίου ψύχους, εἴ τις ὥρᾳ θέρους βούλοιτο κρίνειν ὁποῖον καὶ ὅσον· οὕτω καὶ εἴ τις ἀγώνων τοιούτων ἄπειρος ὢν, ἔπειτ' ἐξ ἡσυχίας ὁρμώμενος κρίνει τοὺς ἀγῶσι μακροῖς ἐναθλοῦντας ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Πρόχειρον γὰρ ἔχει πρὸς λοιδορίας τὴν γλῶτταν, ὅτι μὴ πέπεικέ τις δρῶν καὶ λέγων, μηδὲ τὸ πᾶν τῆς νίκης ἐξείργασται· πρὸς τὴν παροῦσαν ἡσυχίαν καὶ οὐ πρὸς τὴν τότε βίαν παραμετρῶν τῶν πραγμάτων καὶ λόγων τὰ τέλη, ὡς ἔοικεν·

A tis[1] eum anathema esse, qui præterquam ipse docuisset, evangelizaturus foret, etiamsi cœlestium angelorum unus is esset; nec enim officii nostri esse, aliud quidquam Deo anteferre; perinde quippe illud sit, ac si quis sinistra manu dextram amputare cupiat; sed omnibus infra habitis, in eum solum intueri oportere: tum vero illa in me 770 efferari visa est, et multam iram parturire; idque eo maxime, quod qui assidebant ei accinerent, et immodica adulatione applauderent. Idcirco

Dimittitque superbe, additque haud mollia jussa,

meam ut sententiam confestim scripto traderem efflagitans, quo possent firmius contradicere ii, qui cum ea sentirent.

B VI. Atque illud videlicet necessitatis fuit, quod et me ipsum ad contradicendum impulit, cum obvios quosque, ut religionis sibi traditæ fundamentis insisterent magno animo nonnunquam et alicubi hortarer, atque ut ne puncto quidem tenus ad eas, quæ tum gliscebant, opinionum novitates declinarent, sed ut evangelicas et apostolicas admonitiones reminiscerentur, et quæ magnus theologiæ doctor Gregorius disseruit, cum in similia religionis tempora incidisset. « Nos (inquit) cum accuratam Spiritus diligentiam ad quemlibet apicem, ad quamlibet virgulam trahamus, nunquam dederimus (neque enim fas est) vel in minimis actis recensendis, eorumque memoria ad præsens usque tempus C conservanda, temere elaborasse eos, qui scripserunt; sed eo ut nos haberemus monimenta et documenta, quibus in similium rerum tractatione, si unquam incideret occasio, uteremur: ita ut præterita exempla tanquam regulas et archetypos nobis proponendo, hæc quidem fugeremus, illa vero eligeremus; » et quæ pariter magnus Basilius disputavit in ea, quam de fide scripsit, oratione, parcendum monens iis quoque nominibus et verbis, quæ in sacra Scriptura diserte quidem et expresse non exstant, vim autem eam 771 ipsam retinent, quæ Scripturæ inest.

VII. Quemadmodum autem non omnino videtur ille sanum facere posse judicium, qui, cum in portu ac tranquillitate ipse placide sedeat, eorum D labores velit expendere, qui pelagi fluctibus et sævissimis ventis conflictentur, nec de hiberni frigoris vi, is qui velit, quæ et quanta sit, æstivo tempore judicare; ita nec ille, qui ejusmodi certaminum expers antehac ex ipso mox tranquillitatis sinu prodeat, judicaturus de iis qui labores pro veritate maximos pertulerint. Est enim illius lingua ad criminandum prona, eo quod agendo dicendoque non persuaseris, nec plenam victoriam reportaveris. Nimirum ille præsenti tranquillitate, non illorum temporum iniquitate, factorum dicto-

[1] Gal. I, 8.

Variorum notæ.

(33) Hom. *Iliad.* I, 25. BOIVIN.

(34) Gregor. Nazianz. orat. I. BOIVIN.

rumque exitus metitur; nec potest intelligere, non eamdem esse rationem et opportunitatem certaminis et placidæ quietis, hiemis et æstatis, portus denique et sævientium pelagi fluctuum. Enimvero prorsus manifestum est, mutato contentionum tempore, incorruptum quoque de eventu testimonium et conveniens rebus judicium tolli. Idem certe (ut mihi videtur) illis martyribus, qui veritatis testimonium olim perhibuerunt, coronam eo detraxerit, quod cum ii totum patientiæ curriculum confecissent, nec tyrannos ad credendum compulerint, nec iis incredulis caput præciderint, nec vitam violento fato ademerint. Hæc cum ita se habeant, nec me æquum est reprehensione dignum videri, quod quæ recte dixerim, ea illi, quæ contrarium **772** sentiebat, non persuaserim vera esse: sed illi potius succensendum est, quod mihi recte dicenti haudquaquam crediderit. Nam dicendi quidem potestas penes me est; facta ipsa pendent ex manu præpotenti. Ego vero ab omni longe reprehensione absum, quatenus non successit mihi ex sententia, nec prout animo ad optima propenso cupiebam. Non enim, ut veritatis hostes pugnis impetamus, pacis ratio suadet; sed ut blandis moribus et mitibus alloquiis eos ambiamus.

VIII. Non est igitur criminandi, sed admirandi potius locus, quod cum ex facili possemus solo silentio imperatoriam benevolentiam redimere, præmia magnifica proponentem, tamen et mentem immotam retinuimus, et simul intra consueti officii limites perstitimus incorrupta animi moderatione. Placendum enim existimavimus non tam hominibus, quam Deo, qui occulta perspicit. Illi quippe testes exsistunt eorum duntaxat, quæ palam fiunt, et aliquando possunt decipi, si qui fructum improbitatis obvolvant specie et colore virtutis. Deus vero illis ipsis, qui actiones antecedunt, motibus cordis examinis sui vestigia imprimit, et justitiæ tribunal in ipsis figit cogitationum radicibus, ubi specie et fuco celari non potest, si quis illic adnasci velit improbitatis fetus.

IX. Hæc cum ita accidissent, domi deinceps sedendo, quoad exsilii damnaremur, noctu pariter et interdiu exspectabamus. Et ad exitum fortassis perducta essent **773** ea, quæ in nos deliberata fuerant, nisi interim accidisset, ut Byzantii Cantacuzenus potiretur; quod et ipsum planius statim expositури sumus.

οὐκ εἰδέναι δυνάμενος, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν καὶ δύναμιν ἀγῶνος καὶ ἡσυχίας καιρὸς, καὶ χειμῶνος καὶ θέρους, καὶ πρός γε ἔτι λιμένος καὶ διαποντίου κλύδωνος. Εὔδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὅλοις, ὡς ἀμειβομένης τῆς τῶν ἀγώνων ὥρας συναναιρεῖται καὶ ἡ τῆς ἀποβάσεως ἀκριβὴς μαρτυρία καὶ τὸ προσῆκον τοῖς πράγμασι δίκαιον. Ὁ δ' αὐτός μοι δοκεῖ καὶ τὸ στεφανοῦσθαι τοὺς πάλαι τῆς ἀληθείας μάρτυρας ἀναιρεῖν, ὅτι πάντα τὸν τῆς ἀθλήσεως ἀνύσαντες δίαυλον οὔτε πεπείκασι τοὺς τυράννους, οὔτε μὴ πείσαντες οὐκ ἀνεῖλον τὰς σφῶν κεφαλὰς, οὐδὲ τοῦ παρόντος βιαίως ἐξήνεγκαν βίου. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, οὔκουν οὐδ' ἐμὲ λοιδορίας ὑπεύθυνον ἡγεῖσθαι δίκαιον, ὅτι καλῶς εἰπὼν ἥκιστα πέπεικα τὸ τῆς γνώμης ἐκείνης ἀντίθετον· ἀλλ' ἐκείνῃ μέμφεσθαι δίκαιον μᾶλλον, ὅτι μοι καλῶς εἰπόντι ἥκιστα πέπεισται. Τῶν μὲν γὰρ λόγων ἐγὼ κύριος· τῶν δὲ πράξεων ἡ δυναστεύουσα χείρ. Πάσης δ' ὑπέρτερον λοιδορίας τίθησι τὸ μὴ κατὰ γνώμην ἅμα καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φερομένην ὁρμὴν ἀπαντῶν. Οὐ γὰρ πὺξ ἐνάλλεσθαι κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν ὁ τῆς εἰρήνης παραινεῖ λόγος· ἀλλ' ἡμέρῳ τε ἤθει καὶ πραείαις γλώττης ἀγκάλαις αὐτοῖς προσιέναι.

Η'. Οὐ μέμφεσθαι τοίνυν, ὅτι μὴ θαυμάζειν ἄξιον μᾶλλον, ὅτι παρὸν ἡμῖν ἐκ τοῦ ῥᾴστου σιγώσης γλώττης βασιλικὴν εὐμένειαν πρίασθαι, μακρὸν τὸ φιλότιμον τῶν χαρίτων ὑπισχνουμένην, οὔτε κλονουμένην διάνοιαν ἐκτησάμεθα, καὶ ἅμα τῶν ὅρων (35) τῆς εἰθισμένης ἐς τὰ χρήσιμα τάξεως ἔνδον ἐμείναμεν, ἀκήρατον συντηροῦντες τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀνθρώποις ἀρέσκειν ἐκρίναμεν δεῖν, ὅσον τῷ τῶν ἀδήλων ἐπόπτῃ Θεῷ. Οἱ μὲν γὰρ τῶν δρωμένων ἐς τοὐμφανὲς καθίστανται μάρτυρες μόνων, οὓς καὶ παραλογίσασθαι ἔξεστιν ἐνίοτε, εἴ τις τοὺς τῆς κακίας καρποὺς τοῖς τῆς ἀρετῆς ὑποτίθησι σχήμασί τε καὶ χρώμασι. [P. 485] Θεὸς δ' ἐν αὐτοῖς πρὸ τῶν ἔργων τοῖς τῆς καρδίας κινήμασιν ἐρείδει τὰ τῆς ἐξετάσεως ἴχνη, καὶ τὸ βῆμα τῆς δίκης ἐν αὐταῖς συγκροτεῖ τῶν λογισμῶν ταῖς ἀρχαῖς· ἔνθα χώραν οὐκ ἔχει σχῆμα καὶ χρῶμα καλύπτειν, εἴ τι κακίας ἐκεῖ παραφύεσθαι βούλοιτο βλάστημα.

Θ'. Τούτων δ' οὕτω συμβεβηκότων, οἴκοι λοιπὸν καθημένοις τὴν καταψηφισθεῖσαν ἡμῶν ἐξορίαν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπῆει καραδοκεῖν. Καὶ τάχ' ἂν εἰς ἔργον τὰ καθ' ἡμῶν μελετώμενα προὐβεβήκει, εἰ μὴ Καντακουζηνῷ μεταξὺ Βυζάντιον ἑλεῖν ἐγίγνετο· ὃ δὴ καὶ λέξων εἰμὶ σαφέστερον.

CAPUT VIII.

Cum Phaceolato clam agitur de introducendo in urbem Cantacuzeno. Phaceolatus, aucto stipatorum suorum numero, rem aggreditur. Cantacuzenum urget. Diem condicit. Urbis portas noctu reserat. Cantacuzeni incruentus ingressus. Palatio exclusus in proximo diversatur. Annus et dies captæ ab eo urbis. Augusta, infirmis viribus, ferox et contumax: Galatæos auxilio vocat. Æquissimas pacis conditiones proterve respuit. Galatæorum triremes duæ suppetias ei veniunt. Repelluntur. Cantacuzenus alteram et tertiam legationem mavult mittere, quam vim facere. Eosdem legat, qui biennio ante ad eum missi venerant.

Variorum notæ.

(35) Vide supra lib. XII, cap. 6, sect. 4. BOIVIN.

Jubet meminisse, quæ tum prædixerit. Legati re infecta redeunt. Cantacuzeni mira clementia. Milites eo inscio palatium oppugnant. Maritimam partem capiunt. Revocantur. Annæ anxietas. Legatio superba. Extremum discrimen. Pacem oblatam vix tandem accipit.

Α'. Ἐπεὶ γὰρ (36), ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, ἔνοπλον ἔχειν φρουρὰν συγκεχώρηται τῷ Φακεωλάτῳ, τὴν τῶν Λατίνων διὰ τὴν προγεγονυῖαν σκανδάλου πρόφασιν δεδιότι αὐθάδειαν, προσεληλυθέναι συνέβη τινὰς τουτῳί, οἷς λάθρα ἐσεφοίτα γράμματα ἐκ Καντακουζηνοῦ, μηχανήσασθαί τινα τρόπον, ὃς ἂν ῥᾳδίαν ποιήσηταί οἱ τὴν ἐς Βυζάντιον εἴσοδον· οἷς ἐπαγγελίαι μακραὶ συνεπλέκοντο χρημάτων ἅμα καὶ τιμῶν· τούτοις οὖν προσεληλυθόσι καὶ προσεταιρισαμένοις αὐτὸν, καὶ ἀνακαλύψασι τὴν τῶν μελετωμένων δύναμιν, συνάρασθαί σφισι καὶ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο πάσῃ χειρὶ καὶ σπουδῇ.

Β'. Καὶ δὴ λοιπὸν ἑτέραν πλείω τῇ προτέρᾳ δυνάμει προσειληφὼς (ἐν ἐξουσίᾳ γὰρ ἦν αὐτῷ, πρὸς τῆς βασιλίδος πρότερον τὸ συγκεχωρηκὸς εἰληφότι, διὰ τὴν προειλημμένην τῶν Λατίνων πρόφασιν, ὁπόσην ἂν εὐποροίη φρουρὰν ἑαυτῷ πορίζεσθαι), ὅλος τῶν ἔργων ἐγίγνετο. Παρὰ γὰρ ἑκόντων τῶν συνειδότων ταξιάρχου καὶ στρατηγοῦ φροντίδα λαβὼν ἠξίου μὴ περὶ ὅσα διατριβὴν ἔχει χρόνιον τρίβειν τὴν σπουδὴν, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ ἔργου κεφάλαιον ἐμβαλεῖν, καὶ ἐν βραχεῖ μετὰ τῆς ἐνούσης ἰσχύος τὸν ὅλον ἀναῤῥῖψαι κίνδυνον· καὶ μάλιστα νῦν, ἐρημίας ἀντιπάλων ὅπλων μακρᾶς ἐπιπολαζούσης ἤδη τῇ πόλει. [P. 486] Μηνύει τοίνυν τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ τὴν ὅλην τῆς ἐγχειρήσεως πρόθεσιν, οὐ πάνυ τοι πόῤῥω τοῦ Βυζαντίου τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ· καὶ ἅμα κελεύει, σπουδῇ παρελάσαντα σὺν ἐπιλέκτοις ὀλίγοις ἱππεῦσιν, ὡς μὴ κατάφωρον τοῖς ἀντιθέτοις τὸ δρᾶμα γένοιτο, περὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἐς ῥητήν τινα ἑσπέραν ἡσύχοις ποσὶν ἐφεδρεύειν, καραδοκοῦντα τὴν ἔνδοθεν ἀναμόχλευσιν τῶν πυλῶν.

Γ'. Ἄρτι δὲ περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς γενομένης, ἐν ᾧ τῆς ὥρας μάλιστα τῶν τε ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι, τὰς ἑσπερίους σβεννύοντες δᾷδας, τῇ τῶν ὕπνων ἡγεμονίᾳ τὸ τῶν βλεφάρων ἐκδιδόασι στάδιον, καὶ πᾶσαι τῆς πόλεως αἱ ὁδοὶ παντὸς ἐρημίαν ἔχουσιν ὄχλου, μεταπέμπεται τούς τε συνειδότας τῶν Βυζαντίων ἱππέων καὶ ἅμα τῶν συγγενῶν τοὺς οἰκειοτάτους, καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν πεζικὴν ἐκείνην φάλαγγα, ἣν εἰς φυλάκων καὶ φρουρῶν εἰρήκειμεν εἶναι τάξιν αὐτῷ· ξὺν οἷς ἅπασι, πλείους τῶν ἑκατὸν γενομένοις, ἐς πύλην ἀπιὼν, ἣ Χρυσεία καλεῖται (37), ταύτην τε ἀνεμόχλευσε καὶ ἅμα ἐκεῖθεν ἀρξάμενος πάσας ὁμοίως ἀνεπέτασε, διϊὼν ἄχρι τῶν βασιλείων ἐγγύς.

Δ'. Τοῦ μέντοι τείχους ἐντὸς γενόμενος καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν οἰκείων ὅπλων, αἵματος ἐμφυλίου παντάπασι καθαράν τε καὶ ἀμιγῆ τῆς προνοίας τὴν εἴσοδον διατετηρησάσης, ἠρέμα τε καὶ ξύν γε ἀνηκούσῃ τάξει παρῄει μέχρι καὶ ἐς τὰς βασιλείους πύ-

I. Phaceolato, ut supra diximus, Latinorum protervìam, ob novissimam illam offensionem, pertimescenti, armatos circa se satellites habere permissum fuerat. Quod cum ita esset, aliqui eum adeunt, quibus clam a Cantacuzeno litteræ venerant, ac in iis magnæ pecuniarum simul et honorum promissiones, si qua ratio excogitaretur, qua facilis ei in urbem ingressus pateret. Ili, inquam, ad istum accedunt : eum sibi socium adjungunt : consilii sui rationem aperiunt : atque eos ipse omni opera et studio adjuturum se pollicetur.

II. Exinde priori satellitum turbæ alia ampliore adjecta (poterat enim ille, data semel ab imperatrice licentia ob illam quam diximus rationem, tot adjungere sibi custodes, quot ei commodum futurum esset) totus in exsecutione negotii erat. Volentibus ergo conjuratis ducis et præfecti munere suscepto auctor fuit, ne in eas res, quæ longioris moræ essent, opera insumeretur; sed ut in id, quod caput erat, statim incumberetur, et tota quamprimum alea cum ea quæ aderat hominum manu jaceretur; præsertim cum magna jam esset armatorum in urbe paucitas. Quamobrem Cantacuzeno imperatori, non longissime ab urbe commoranti, totam indicat suscepti negotii rationem; et simul jubet paucis cum equitibus, iisque 774 selectis, ne id quod agebatur adversarii deprehenderent, diligenter progredi, et condicto vespere circum urbis muros tacito gradu insidiari, atque exspectare, quoad portæ, revulsis introrsum claustris, patefierent.

III. Nocte itaque, circiter primam vigiliam, quo maxime tempore homines plerique, nocturnis facibus exstinctis, oculos suos somno regeudos committunt, cum omnino civibus vacuæ sunt urbis viæ omnes, arcessit ille tum equites Byzantinos, quotquot conscii erant, tum eos cognatorum, quibuscum erat illi arctissima conjunctio; tum illam præterea peditum manum, quos ad custodiam et præsidium datos habuisse eum circa se diximus. Cum his omnibus, qui quidem plus quam centum erant, ad illam portam abit, quæ Aurea vocatur, eamque reserat; et inde ducto initio omnes pariter recludit, ad ipsum prope palatium.

IV. Imperator in urbem cum suis copiis intromissus (hanc autem ejus ingressum divina Providentia sanguinis omnino purum et expertem servavit) pedetentim et composite ad palatii usque portas progreditur, illucescente jam aurora. Eas

Variorum notæ.

(36) Conferendus ad hoc caput Cantacuzenus, lib. III, cap. 97 et 99. DUCANG.

(37) Novo vocabulo : nam χρυσῆ semper appellatur a scriptoribus Byzantinis : quæ quidem porta tum erat obstructa seu ἀπῳκοδομημένη, uti scribit Cantacuzen. d. cap. 99, quod et infra indicat his verbis, διώρυττον τὴν χρυσῆν πύλην, etc. DUCANG.

offendit clausas : simul summis in mœnibus stantes propugnatores armaque infesta conspicit. Quamobrem cessim redit, et signa convertit. Tum pro aliis quibuscunque aggeribus et castris illas, quæ e regione palatii sitæ sunt, altas ædes ex-tempore eligit, ac in iis interim diversari, et quid facto opus sit considerare **775** statuit. Erat dies ille Februarii tertius anni sexies millesimi octingentesimi quinquagesimi quinti. Et imperator quidem Cantacuzenus in eo erat.

V. Imperatrix vero Anna, intra illam arcem conclusa, cum suos labores palam videret ad nihilum recidisse, ne sic quidem volebat sero saltem intelligere quid expediret, tametsi nec armorum intus copiam haberet, nec militum satis ad præsidium, sed missis clam hominibus et populum Byzantinum in imperatorem instigabat, magnifica videlicet promissa auribus ingerens; et Latinorum militum cohortes Galata arcessebat, telorumque et machinarum quantum ad bellicum usum satis futurum esset. Quin etiam imperatori Cantacuzeno postulanti, ut arcem sponte et cum bona gratia traderet, si partiri cum eo imperium, etiam victa, et præire cum filio vellet in iis omnibus rebus, quæ honorem cum reverentia et cultu conjunctum eis pro imperatoria dignitate afferrent, nempe in acclamationibus, et quoties una consistendum aut sedendum esset, aut ubicunque rationi consentaneum foret (etenim id ipsum sibi ab initio fuisse propositum) : id, inquam, postulanti Cantacuzeno, simulque ne ita tempus frustra tereret, neve periculum ab obsidione evidenter imminens exspectaret roganti, illa Scythicum, ut aiunt, responsum dabat, et probris legatos perfundi ex muro jubebat, ac ne primoribus quidem auribus dicta admitti sinebat.

VI. Primo vespere, cum homines lucernis accendendis vacant, Galatææ triremes duæ expeditæ, **776** Latinis militibus armisque plenæ, ad littus appelluntur; duorum alterum facturæ, sive, omnibus copiis in arcem introductis, imperatricem adjuturæ, sive eamdem, cum liberis simul et pecunia abreptam, illinc abducturæ. Sed illorum adventum odorati ii qui circa Cantacuzenum erant, multis arcubus circumsepto aditu, eos statim abigunt; atque inde extra arcem, idonea militum manu admota, excubias agere incipiunt.

A λας, αὐγαζούσης ἤδη τῆς ἕω. Κἀπειδὴ κεκλεισμένας τε εὗρεν αὐτὰς καὶ ἅμα ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων φρουρὰν ἐθεᾶτο καὶ ὅπλα πολέμια, ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρει καὶ ἀνεζεύγνυε, καὶ ἀντὶ χάρακος ἄλλου καὶ στρατοπέδου ἐς τοὺς ἄντικρυ τῶν βασιλείων ὑψορόφους οἴκους (38) σκηνῶσαί τε ἐξ αὐτοσχεδίου κέκρικε δεῖν τηνικαῦτα καὶ ὅ τι χρὴ ποιεῖν διασκέψασθαι. Ἦγε δ' ὁ Φεβρουάριος τηνικαῦ α τρίτην ἡμέραν (39) τοῦ ,ϛωνε' ἔτους. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Καντακουζηνὸς ἐν τούτοις ἦν.

Ε'. Ἡ δὲ βασιλὶς Ἄννα, τῆς ἀκροπόλεως ταύτης ἐντὸς συγκλεισθεῖσα (40), καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρῶσα τὴν ἑαυτῆς σπουδὴν τελευτῶσαν εἰς ἀπραξίαν, οὐδ' οὕτω μεταμανθάνειν ἔγνω τὸ δέον ὀψὲ γοῦν, καὶ ταῦτα μήθ' ὅπλων εὐπορίαν ἐντὸς κεκτημένη, μήτε
B στρατιωτῶν πλῆθος εἰς φρουρὰν ἀποχρῶν· ἀλλὰ πέμπουσα κρύφα τόν τε δῆμον ἠρέθιζε τῶν Βυζαντίων κατὰ τοῦ βασιλέως, μεγάλων ἐλπίδων τὰς σφῶν ἐμπιπλῶν ἀκοάς· καὶ ἅμα Λατινικὰς στρατιωτῶν ἐκ Γαλάτου (41) μετεπέμπετο φάλαγγας, καὶ ὅσα ἐς βελῶν καὶ μηχανημάτων ἀντιπάλων ἀρκέσουσι χρείαν. Ζητοῦντί γε μὴν τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ, διδόναι τὴν ἀκρόπολιν μετ' εἰρήνης ἑκοῦσαν, εἰ βούλοιτο κοινωνεῖν τε τῆς βασιλείας αὐτῷ καὶ [P. 487] μετὰ τὴν ἧτταν, καὶ ἡγεῖσθαι μετὰ τοῦ υἱέος ἐν ἅπασιν, ὁπόσα τιμὴν σὺν αἰδοῖ τε καὶ κόσμῳ φέρει σφίσι βασιλικῶς, ἔν τε εὐφημίαις καὶ ἀναστάσεσι καὶ καθέδραις καὶ ὅσα μετὰ τοῦ πρέποντος ἔποιτο λόγου (τοιαύτην καὶ γὰρ εἶναι τούτῳ τὴν τῆς γνώ-
C μης ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν), καὶ μὴ μάτην οὕτω τρίβειν τὸν χρόνον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁλώσεως περιμένειν πρόδηλον κίνδυνον· ἡ δὲ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν εἰπεῖν ἀντεδίδου ῥῆσιν (42) ὕβρεσί τε πλύνειν τοὺς ἀγγελιαφόρους ἐκέλευεν ἐκ τοῦ τείχους καὶ μηδ' ἄκροις ὠσὶ προσίεσθαι τὰ λεγόμενα.

ϛ'. Ἄρτι δὲ τῆς ἑσπέρας ἐληλυθυίας, καὶ περὶ λύχνων ἀφὰς τῶν ἀνθρώπων ἀσχολουμένων, κατέπλευσαν ἐς αἰγιαλὸν δύο ταχυναυτοῦσαι τριήρεις ἐκ τῶν Γαλάτου, πλήρεις στρατιωτῶν τε καὶ ὅπλων Λατινικῶν, δυοῖν θάτερον ἐν νῷ διαπράξασθαι ἔχουσαι, ἢ τῇ βασιλίδι συμμάχους ἔσεσθαι, τοῦ πληρώματος ὅλου παρεισελθόντος ἐντός, ἢ παισί τε καὶ χρήμασιν ὁμοῦ συναρπάσαντας ἀπάγειν αὐτήν. Ἀλλὰ
D τὸν ἐπίπλουν αἰσθόμενοι σφῶν οἱ περὶ τὸν Καντακουζηνὸν σφᾶς τε ἀπήλασαν τὴν ταχίστην, τόξα πολλὰ περιστήσαντες, καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἔξωθεν τέως ἐν φυλακῇ ἐποιοῦντο, τὴν ἱκανὴν ἐπενεγκόντες στρατιάν.

Variorum notæ.

(38) Cantacuzen. ἐπὶ τὴν Πορφυρογεννήτου κατέλυσεν οἶκον. Ex quibus Porphyrogennetæ ædis sitam docemur. DUCANG.

(39) Capta igitur Constantinopolis a Cantacuzeno 3 Febr. anno mundi juxta Græcos 6855, Christi 1347, indict. 15. Idem Cantacuz. cap. 100 extremo. DUCANG.—Cantacuzeno, *Hist.* lib. III, cap. ult. is dies est Februarii 7. Ait quippe se ab Anna Augusta admissum esse in palatium Februarii die 8. Constat autem admissum fuisse postridie quam ingressus in urbem fuerat. BOIVIN.

(40) Infra πῦρ καὶ φρυγάνων φακέλλους ὑφῆψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει Βλαχερνῶν τῆς ἀκροπόλεως πύλην. Cantacuzen. cap. 100. τὸ ἐν Βλαχέρναις φρούριον vocat, de quo copiose egimus in *Constantinopoli Christ.* lib. II, sect. 5, n. 7. In eo igitur palatio tum morabatur Anna imperatrix. DUCANG.

(41) Idem habet Cantacuz. cap. 99. DUCANG.

(42) Proverbium, quo rursum infra cap. 31 utitur. Id est, conviciis *respondere*. DUCANG.

Ζ'. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, πολιορκεῖν ἐς τὴν ὑστεραίαν αἱρούμενοι, καὶ τὴν τῆς νίκης κρίσιν τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέπειν, οὐ μάλα γέ τοι ἀρεστὰ τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ προθυμεῖσθαι ἐδόκουν. Ἀλλὰ τὸν αὐτῷ συνήθη τρόπον κἀνταῦθα τηροῦντι, καὶ χωρὶς αἵματος ἐμφυλίου τὰ κατὰ γνώμην τελεῖν οἰομένῳ βέλτιον εἶναι, καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἐπῄει πέμπειν πρεσβείαν, καὶ ἀναμιμνήσκειν τὰ πρότερα, ὅθεν τε ἤρξατο καὶ ὅποι πεπόρευται, καὶ ὅπως ἐς τοιοῦτον ταυτὶ κατηνέχθη τὸ πέρας, ἐς ὁποῖον αὐτὸς ἀεὶ προὔλεγέ τε καὶ διεμαρτύρετο, κρύφα τε καὶ ἐς προὖπτον, καὶ γράφων καὶ πρεσβευόμενος. Προσκαλεσάμενος οὖν τὸν τῶν Φιλίππων ἀρχιθύτην, καὶ ὅσοι ξύν γε αὐτῷ πρὸ δυοῖν που (43) τοῖν ἐνιαυτοῖν πρέσβεις πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης ἐπέμφθησαν ἐς Διδυμότειχον ὄντι αὐτῷ, διεξῄει τοιάδε·

Η'. « Πάλαι μὲν ὁ Κύριος, ἀγανακτῶν ἐπὶ τῷ ἠγαπημένῳ τῶν Ἰουδαίων λαῷ, οὓς πρότερον διὰ Μωσέως τὸν νόμον διδοὺς διεμαρτύρετο, λέγων· « Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω· καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου· » τοὺς αὐτοὺς κἀπὶ τοῖς ἐλέγχοις τῶν ὕστερον παραβάσεων διεμαρτύρατο, διὰ Ἡσαΐου λέγων· « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ αὐτὸς [P. 488] ἐγὼ τήμερον, ὑμᾶς προσκαλεσάμενος μάρτυρας τῶν πάλαι μοι πρὸς ὑμᾶς λεχθέντων καὶ δι' ὑμῶν πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα, ἀναμνῆσαι τῶν εἰρημένων ἀρτίως ἔκρινα δεῖν, καὶ πρέσβεις ὑμᾶς ἐμοὶ πρὸς ἐκείνης τότε πεμφθέντας πρέσβεις τοὺς αὐτοὺς ἐκείνῃ πρὸς ἐμοῦ νῦν ἤδη πεμφθῆναι. Ἴστε πάντως, ὅτε πρεσβεύσοντες ἥκετε, ὅσα ὑμῖν εἶπον ἀπαγγεῖλαι τῇ βασιλίδι· ὡς ὁ Θεὸς, δίκαιος ὢν, καὶ δίκαια κρίνειν οἶδε, καὶ σὺν δίκῃ τὰς τῶν πραγμάτων ἀποβάσεις ποιεῖσθαι· ὃ τοίνυν σύνηθες τῷ Θεῷ ποιεῖν τοῖς τε ἀδικοῦσιν ὁμοῦ καὶ ἀδικουμένοις, τοῦτο καὶ νῦν ἐλπίζω κἀπὶ τοῖς νῦν ὄψεσθαι πράγμασι. Καὶ τί δεῖ πρὸς εἰδότας πάντα διεξιέναι καθ' ἕκαστα; Ἴστε γὰρ ὡς, οὐ μάντις ὢν, προὔλεγον τὴν τῶν ἐμῶν ἐπιβούλων φθορὰν καὶ τὴν ἐμὴν ἐς Βυζάντιον ταύτην εἴσοδον· ἀλλὰ πρὸς τὸν τῆς δίκης ἔφορον καὶ ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν ἀφορῶν, κἀκείνῳ προσανατιθῶν τὰς ἐμοὶ πρὸς ὑμῶν ἐπενηνεγμένας ἀδίκως ἐπιεικῶς συμφορὰς, ἤλπιζόν τε καὶ προὔλεγον τὰς ἐκβάσεις ἐν ὑμῖν ἀκροαταῖς. Διὰ δὴ ταῦτά μοι καὶ ἀξιοχρεώτερον ἔδοξεν, ὑμᾶς καὶ οὐχ ἑτέρους διαμαρτύρασθαι καὶ πρέσβεις εἰσπέμψαι τῇ βασιλίδι, ἵνα συνείραντες τὰ πρότερα τοῖς παροῦσι καὶ τά γε προειρημένα μετὰ τῶν ἐκβάσεων παραινέσητε τοὺς τῆς δίκης αἰδεῖσθαι θρόνους, καὶ μὴ περαιτέρω Θεομαχεῖν, καὶ Θεοῦ κρίσιν δικαίαν πειρᾶσθαι συγχεῖν, καὶ τοῖς ἀδυνάτοις οὑτωσὶ προδήλως ἐπιχειρεῖν, ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν τε παίδων καὶ ἑαυτῆς. Ἐγὼ γὰρ τῆς αὐτῆς ἔχομαι γνώμης ἀεί· καὶ δυνάμενος ὅπλοις καὶ δυνάμεσιν ὁμοῦ τῇ ἀκροπόλει εἰρώσα-

A VII. Ac alii quidem omnes postridie in obsidionem incumbi, et victoriam armorum judicio permitti volebant. Imperatori autem Cantacuzeno non admodum placere videbatur id, quod illi cupiebant. Enimvero huic, suum morem tum quoque retinenti, et absque civium sanguine perficere ea quæ decrevisset satius ducenti, visum est alteram et tertiam mittere legationem, et anteacta in memoriam revocare, unde scilicet cœpissent et quorsum recidissent; atque ut eo tandem deducta essent, quo ipse prædixerat, clamque et palam tam litteris quam legationibus testatus fuerat. Arcessito itaque Philipporum pontifice, et iis omnibus, qui cum illo circiter biennium ante legati ab imperatrice Anna venerant, tum cum ipse Didymotichi B versaretur, in hunc modum disserit:

VIII. « Olim Judæis, populo dilecto, Deus iratus: quos per Moysen jam antea, cum legem traderet, testes advocaverat his verbis: « Attende, cœlum, et loquar; et audiat terra verba ex ore meo [1]: » eosdem **777** postea, cum sequentis ævi delicta argueret, per Isaiam testatus est: « Audi, cœlum, et auribus percipe, terra: filios genui et exaltavi; ipsi autem spreverunt me [2], » etc. Eodem modo et ipse vos hodie testes adhibeo, ac eorum quæ olim vobis dixi, quæve imperatrici Annæ per vos significavi, commonefaciendos esse nunc demum puto; et legatos ab ea ad me tunc missos ad eam jam nunc mittere decrevi. Meministis certe ea quæ, C cum legati ad me venistis, vobis mandavi ut imperatrici renuntiaretis: Deum scilicet justum esse, proinde et justa esse illius judicia, et rerum eventus ab eo juste ordinari; quod soleret igitur Deus rependere tam iis qui injuriam inferrent, quam iis qui paterentur, id et in præsentibus negotiis exhibitum iri sperare me. Quid porro necesse est a me singula commemorari vobis, haud nescientibus? Scitis quippe, me, non quia vaticinandi peritus forem, vobis prædixisse et meorum insidiatorum tristes exitus, et hunc meum in urbem ingressum: sed quia ad exploratorem et insomnem divinæ justitiæ oculum respicerem, et calamitates, quas mihi per summam injuriam inferebatis, illi relinquerem ulciscendas, ideo et spem aluisse, et vobis audienD tibus futuros rerum exitus prænuntiasse. Eapropter melius facturum esse me existimavi, si non alios, sed vosmet ipsos testarer legatosque ad imperatricem mitterem, ut priora cum præsentibus et prædicta cum eventis componendo eam hortemini, ut justitiæ tribunal vereatur, ac ne ultra Deo pugnet, neu **778** justum Dei judicium confundere conetur, neu denique ea quæ majora sunt quam ut perfici possint, in liberorum et sui ipsius perniciem sic palam aggrediatur. Ego enim in eadem usque persto sententia; et cum possim armis ac

[1] Deut. XXXII, 1. [2] Isa. I, 2.

Variorum notæ.

(43) Vide Cantacuz. lib. III, cap. 75. BOIVIN.

viribus brevi tam arcis, quam eorum omnium, qui in arce sunt, potiri, tamen voluntate ab eo consilio abhorreo.

IX. Hæc fatus eos dimittit. Illi abeunt; omnia in unum conferunt, et a capite usque repetita imperatrici renuntiant; nihil autem proficiunt; sed ubi eam majori furore inflammatam vident, perculsi recedunt. Quod postquam imperator accepit, et Augustam in duritie sibi constare, eamdemque tam in dictis quam in animo acerbitatem retinere didicit, neque ulla priorum cladium effectum esse, ut quid expediret certo perspiceret; statim quidem rei eventum belli legibus et obsidioni permittere voluit; mox se iterum continuit, et felicioribus clementiæ consiliis quid agere oporteret statuendum reliquit.

X. Id iis, quos secum habebat, militibus et ducibus non placuit. Postera igitur die clanculum ipsi inter se arcem derepente adoriri, antequam imperator sentiat, constituunt: ac paulo post meridiem sublatis signis circumfusi alii telis missilibus rem agunt; alii ignem manibus prætendentes et virgultorum fasciculos eam arcis portam succendunt, quæ ad Blachernarum templum spectat; statimque **779** irrumpit armata multitudo. Capta in hunc modum maritima arcis parte, direptisque habitatorum facultatibus, nondum milites impetum illum noxium sistere statuebant; sed erant jamjam oppugnaturi superiorem quoque arcis partem, totamque illuc aperte translaturi flammam hostilem. Ac fortasse obsidionis simul et ignis vim etiam illa pars statim experta esset, nisi impetum illum immoderatum imperator, missis qui reprimerent, cohibuisset. Et hæc quidem ita ferme se habuerunt.

XI. At imperatrix Anna totam illam noctem maxima trepidatione traduxit. Primo autem mane, convocatis iis quos habebat secum, cœpit quid agendum esset consultare; tum de communi omnium sententia visum est, eos mittere qui dextram jungerent, ac non modo delictorum veniam non petere (id enim, quia illius animo durities et fastus penitus inoleverant, indignum esse duxit et minime decorum), sed etiam magna quædam et inaudita jurato promittenda stipulari multo cum fastu; ac præter alia postulata insolentiæ plena totam auctoritatem repetere, partiri vero nolle. Ac ne in parvis longius immoremur, cum intempestivæ illæ spes irritæ fuissent, vereretur que illa, ne in præcipiti constitutis jam rebus suis, etiam invito Cantacuzeno aliorum manu periret, quotquot ab ea gravius aliquid passi fuerant, ad benignas impera-

A σθαι τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐν βραχεῖ τὴν θέλησιν οὐκ ἔχω συνᾴδουσαν. »

Θ'. Ταῦτ' εἰπὼν προὔπεμπεν αὐτούς. Οἱ δὲ ἀπελθόντες καὶ πάντα συνείραντές τε καὶ ἀπαγγείλαντες ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς Ἄννῃ τῇ βασιλίδι ἤνυσαν οὐδὲν π΄ἔον, ἢ ὅτι πρὸς πλείονα κακίαν ἀναφλεχθεῖσαν ἰδόντες κατεπλάγησάν τε καὶ ἀνεχώρησαν. Ἐπεὶ δὲ ταῦθ' ὁ βασιλεὺς ἠκηκόει, καὶ ὡς τῆς αὐτῆς ἀεὶ σκληρότητος ἡ βασιλὶς ἔχεται ἔγνω, καὶ τὴν αὐτὴν οἱ ταύτης λόγοι μετὰ τῆς γνώμης τηροῦσι βαρύτητα, καὶ οὐδὲν τῶν προτέρων ἀτυχημάτων παρέσχεν αὐτῇ τὸ λυσιτελοῦν ἀπλανῶς ἰδεῖν, ὥρμησε μὲν τὰ πρῶτα πολέμου νόμῳ καὶ πολιορκίᾳ δοῦναι τὴν τοῦ πράγματος ἔκβασιν· ἔπειτα ἐπέσχεν αὖθις, καὶ B πρὸς τὴν ἀμείνονα τῆς πρᾳότητος τύχην τὸ τῶν πρακτέων ἀνετίθετο βούλευμα.

Ι'. Ἀλλ' οὐκ ἤρεσκε τοῦτο τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις καὶ στρατηγοῖς. Ὅθεν τῆς ὑστεραίας ἐπιούσης (44) ἐν παραβύστῳ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς αὐτοὶ ποιοῦνται συνθήκας, αἰφνίδιον ἐπιθέσθαι τῇ ἀκροπόλει, [P. 489] πρὶν αἰσθέσθαι τὸν βασιλέα. Καὶ δὴ μικρὸν ὕστερον ἢ κατὰ μεσημβρίας εἶναι τὸν ἥλιον, τῶν σημείων ἀρθέντων, κύκλῳ περιστάντες οἱ μὲν τοῖς ἑκηβόλοις ἐχρῶντο βέλεσιν· οἱ δ' ἐν χεροῖν ἀνειλημμένοι πῦρ καὶ φρυγανίων φακέλλους ὑφῆψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει τῶν Βλαχ:ρνῶν τῆς ἀκροπόλεως πύλην· καὶ ἅμα εἰσέῤῥει τὸ πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν. Κἀπειδὴ τὸ παράλιον οὕτω τῆς C ἀκροπόλεως μέρος ἑάλω, καὶ οἱ στρατιῶται τὰς τῶν οἰκητόρων οὐσίας διήρπασαν, οὐ λήγειν ἔτι τῆς βλαπτούσης ἐκείνης ὁρμῆς ἐνενόουν· ἀλλ' ἔμελλον ἤδη πειρᾶσθαι καὶ τῶν ἀνωτέρω τῆς ἀκροπόλεως μερῶν καὶ ὅλον ἐκεῖσε λαμπρῶς τὸ πολέμιον πῦρ ἐνεγκεῖν. Καὶ τάχ' ἂν ἁλώσεως ἔργον ὁμοῦ καὶ πυρὸς κἀκεῖνα ἐγίγνετο παραχρῆμα, εἰ μὴ κεκώλυκε πέμψας ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ὁρμῆς ὑπερβάλλον. Καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη ἔσχεν.

ΙΑ'. Ἡ δὲ βασιλὶς Ἄννα ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν φόβων τὴν νύκτα πᾶσαν ἐκείνην διήνεγκεν. Ἅμα δ' ἕῳ προσκαλεσαμένη τοὺς ἀμφ' αὐτὴν περὶ τῶν πρακτέων συνδιεσκέπτετο· καὶ κοινῷ συνεδόκει ψηφίσματι, πέμψασθαι δεξιάν, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις συγγνώμην ζητεῖν (σμικροπρεπὲς γὰρ D ἐκείνῃ νενόμισται τοῦτο καὶ ἥκιστα εὔδαιμον, σκληρότητι καὶ ὀφρύϊ συντετηκυίας γνώμης), ἀλλ' ἐπαγγελίας ἐνόρκους περὶ μεγάλων καὶ ξένων πραγμάτων, ὑπερηφανίᾳ κεκομψευμένας μακρᾷ, ὁπόσαι ξὺν γε τοῖς ἀωρίαν μακρὰν ἐπισυρομένοις ζητήμασιν ἄλλοις καὶ τὸ μὲν μοναρχεῖν ἀπῄτουν, τὸ δὲ συνάρχειν ἀπελέγοντο. Καὶ ἵνα μὴ ἐν μικροῖς μακρὸν ἀναλίσκωμεν λόγον, ἀστοχήσασα τῶν ἀκαίρων ἐκείνων ἐλπίδων, καὶ δείσασα μή, ἐπὶ ξυροῦ τῶν πραγμάτων αἰωρουμένων αὐτῇ, καὶ ἄκοντος τοῦ Καντακουζηνοῦ παραπόληται πρὸς τῶν ἄλλων, ὅσοι πρὸς

Variorum notæ.

(44) Postridie quam Cantacuzenus in urbem fuerat intromissus. BOIVIN.

αὐτῆς ἐπεπόνθεισαν τὰ ἀνήκεστα, πρὸς τὰς φιλανθρώπους ἐνέτυχε τοῦ βασιλέως συμβάσεις, συνάρχειν ἅμα καὶ προεδρεύειν.

A toris conditiones descendit, ut collegam quidem eum pateretur, ipsa tamen præcederet.

CAPUT IX.

Quicunque in palatio vincti tenebantur, liberi omnes dimissi, solo patriarcha excepto, cujus res altius repetuntur. Ejus apud Annam auctoritas summa. Palamas, ob novas opiniones, non quia Cantacuzeno faveret, in vincula conjectus. Ut patriarcha Augustam a se alienaverit. Ut hæc adversus eum cum Palamitis conspirarit. Episcopis dies indicitur ad abrogandam patriarchæ dignitatem. Interim Anna ægrotat. Convalescit. Diem episcopis rursum indicit. Tabellas, per quas officii admonetur, a confessore oblatas, rumpit. Ipsum, minacibus verbis correptum, domo exigit. Patriarcha absens et inauditus damnatur. Synodum mensa sumptuosa et immodesti risus excipiunt. Ea ipsa nocte Byzantium captum. Cantacuzenus, ne aut Annæ aut ejus filio incommodet, palatio cedit. Domicilium sibi constituit circa Alexii triclinium. Qualem se erga patriarcham gesserit. Eum monasterio primum includit; deinde Didymotichum ablegat. Ea omnia Gregoras aliis relinquit accuratius narranda. Ipse ad propositum redit.

[P. 490] Α'. Καὶ ἀνοιχθέντων ἤδη τῶν βασιλείων (45), ἐξεχέοντο κατὰ πλῆθος οἱ δέσμιοι, ὅσοι τε τῶν εὖ γεγονότων καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων. B Μόνῳ δ' Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ, τῆς ἀξίας τέως ἐξωσθέντι, ἐξιέναι οὐκ ἐνῆν· περὶ οὗ καὶ διαλαβεῖν ὀφείλοντας ἔνια, πρὶν ἐνταυθοῖ κατεληλυθέναι τοῦ λόγου, καὶ ἄκοντας ἡμᾶς ὁ τῶν ἄλλων σφόδρα παρέσυρεν εἱρμός.

Β'. Ἐξ' ὅτου γὰρ Ἄννα ἡ βασιλὶς τὴν ἑαυτῆς πρὸς Καντακουζηνὸν ἐξεπολέμωσε γνώμην, συνεργῷ τε ἅμα καὶ πιστοτάτῳ ἐκέχρητο τῷ πατριάρχῃ τούτῳ συμβούλῳ πρὸς ἃ πάντα κρύφα τε καὶ ἐς τοὐμφανὲς δρώμενα ἦν· καὶ νῦν μὲν αὐτὴ τῆς ἐκείνου γνώμης ὁλοσχερῶς ἐξήρτητο, νῦν δὲ τῆς ἑαυτῆς ἐξαρτώμενον εἶχεν ἐκεῖνον· καὶ συνελόντι φάναι, φρόνημα ἓν ἀμφοτέροις ἦν ἐν ἅπασι, τοῖς τε ἄλλοις, δηλαδὴ καὶ οἷς ὁ Παλαμᾶς ἐδογμάτιζε καινοτέροις καὶ ἀήθεσι πάνυ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ. Καὶ δεῖγμα C τοῦ λόγου σαφὲς, ἃ τοῖς τὸν ἡσύχιον ἐν Ἄθῳ τῷ ὄρει βίον ἀσκοῦσιν ἔπεμπεν αὐτὴ γράμματα ξύν γε τῷ πατριάρχῃ κατὰ τοῦ Παλαμᾶ· τά τε οἰκεῖα ταύτης φημὶ καὶ ὅσα ὁ ταύτης υἱὸς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτῆς προστασσόμενος ἔγραφεν· οἷς τά τε ἄλλα ἐνεγέγραπτο καὶ δὴ καὶ ὡς ἥκιστα χρῆναι νομίζειν, εἱρκταῖς καὶ φρουραῖς ἐνέχεσθαι Παλαμᾶν διά γε δὴ τὸ Καντακουζηνῷ τὴν γνώμην τίθεσθαι, ὅτι μὴ διὰ τὸ ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ περιϊόντα θεοτήτων ἀκτίστων διδάσκειν ἀπειράκις ἀπείρων ἐσμὸν, κατ' ἀλλήλων διϊσταμένων (εἶναι γάρ φησι τὰς μὲν ὑπερκειμένας καὶ νοητάς· τὰς δ' ὑφειμένας καὶ ὁρατάς), καὶ τοιαῦτα ἄττα βλασφημοῦντα συγχεῖν καὶ ταράττειν τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν.

Γ'. Διετέλει γε μὴν ἡ τοιαύτη παρ' ἀμφοτέροις D ἀκμάζουσα σύμπνοια καὶ ὁμοφροσύνη, τῷ τε πατριάρχῃ δηλαδὴ καὶ τῇ βασιλίδι, πρὶν δι' ἀκριβοῦς γε [P. 491] τῆς πείρας ἀπογνόντα τὸν πατριάρχην τῆς τῶν κοινῶν σωτηρίας πραγμάτων ἄρξασθαι παραινεῖν αὐτῇ τὰ συνοίσοντα, καὶ βουλευτὴν καθίστασθαι περὶ ξυναλλαγῶν καὶ σπονδῶν πρὸς τὸν Καντακουζηνόν. Ἀφ' οὗ δὲ τοιαύτην ἔγνω συμφέρον βαδίζειν ὁδὸν, παραχρῆμα καθ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν βασιλίδα ἐξέμηνε. Καὶ τοῦτ' ἦν ἀρχὴ καὶ κατάλυσις πρώτη συμπνοίας τε καὶ ὁμοφροσύνης ἐκείνης, καὶ

780 I. Jam itaque apertis palatii portis, magno agmine effusi ruere ii qui vincti antea tenebantur, quotquot sive nobiles sive alterius cujuscunque conditionis erant. Uni patriarchæ Joanni, sua tum dignitate dejecto, exire non licuit: de quo, antequam nostra oratio huc processisset, quædam dicere debuimus; cæterarum autem rerum series ab eo argumento nos invitos longissime abduxit.

II. Imperatrix Anna, ex quo animum hostilem in Cantacuzenum induerat, hoc ipso patriarcha, ad ea omnia, quæ sive clam sive palam agerentur, adjutore simul et fidissimo consiliario usa fuerat: et modo quidem hæc ex illius, modo iste ex hujus sententia totus pendebat: atque, ut paucis absolvam, unus utrique animus erat, tum in omnibus aliis rebus, tum adversus ea dogmata, quæ Palamas nova et inusitata in sanctam Dei Ecclesiam invehebat. Id certo indicio constat: nempe ex litteris, quas contra Palamam sive Anna ipsa cum patriarcha, sive matris jussu Joannes imperator, ad montis Atho monachos scripsit: quibus litteris tum alia inerant, tum ne quis vinculis custodiisque ideo Palamam coerceri existimaret, quod is animum ad Cantacuzenum adjecisset; sed quod idem, immodeste huc illuc vagando, divinitatum æternarum, earumque inter se dissidentium (alias enim supereminentes et intelligibiles, alias humiliores visibilesque esse dictitat) infinite infinitum examen doceret exsistere, et talia 781 quædam exsecranda proferendo Dei Ecclesiam confunderet ac perturbaret.

III. Et ea quidem voluntatum consensio et concordia non prius ambos inter, patriarcham dico et imperatricem, vigere desiit, quam ille, post accuratam experientiam desperata reipublicæ salute, cœperit huic ea suadere, quæ profutura essent, auctorque exstiterit gratiæ reconciliandæ et pacis cum Cantacuzeno faciendæ. Ex quo autem utilius esse statuit eam sequi viam, ex eo repente in se ipsum quoque imperatricem exacerbavit. Et hæc fuit mali origo ac prima labes, quæ conjunctionem illam concordiamque dissolveret: hoc fuit vulnus,

Variorum notæ.

(45) Februarii die quarta, si Gregoræ credendum; octava, si Cantacuzeno; quem minime certe probabile est erravisse in eo die assignando, quo imperii sedem invasit. Boivin.

quod nec fomenta nec ligamina ulla admitteret. A Augusta igitur omnes ex eo artes animo versare, ut patriarchæ pontificatum abrogaret, omnia secum volvere ac revolvere consilia, denique ad id, quod sibi propositum erat, nihil invenire efficacius, quam si opinionum illarum et impiarum vocum, quas impensissime antea repudiarat, cum Palamæ sectatoribus demum particeps facta, amicos eos sibi redderet, et ipsis adjutoribus uteretur adversus istum acerrimis.

IV. Primum igitur domo, tanquam carcere, ita eum includi jubet, ut a nemine adiri possit: tum pontificum cœtus diu noctuque in eumdem cogit et instigat: tandem episcopis edicit, ut postridie conveniant ad eum gradu dejiciendum. Ei vero rei B moram nox attulit, inducta in fauces gravi inflammatione, quæ interitum repentinum minabatur. Atque inde usque per triduum mortis terrores illam **782** circumsteterunt, et ejus judicium perturbarunt. Etenim perseverantissima Dei clementia cohibebat adhuc supremæ iræ tela, et mulieris differebat exitium; atque ad pœnitendum animo furenti spatium largita his tantum incommodis et difficultatibus leviter adumbrabat pœnam reservatam. Cum autem quartus dies ægram confirmasset et erexisset, suum illum priorem animum in patriarcham denuo recepit, et ad priora rursus consilia rediit. Sex intercesserant dies, cum episcopis iterum edicit, ut iisdem de rebus acturi postridie C conveniant.

V. Sole recens orto, ad eam propere accurrit vir monasticæ et tranquilliori vitæ addictus; cui illa subinde ad se ventitanti arcana conscientiæ aperire consueverat. Hic tabellam porrigit, aitque se, summo mane egressum, eam ante fores casu offendisse: nescire autem, a quo et quorsum jacta esset. In ea quæ legebantur, hæc erant: Primo horrendæ exsecrationes in virum illum religiosum, et pœnarum gravissimarum denuntiationes (earum scilicet, quæ et animæ et corpori diuturni ac intolerandi doloris acrem sensum afferunt), si metu ille aut quacunque alia ratione deterritus supprimeret ac D tradere imperatrici eam tabellam recusaret. Deinde ad ipsam imperatricem oratio convertebatur; et hæc ferme erat vis verborum: « Nisi desieris pugnare et bellum inferre sacrosanctis Ecclesiæ dogmatis, non poteris facere, quin et tuam auctoritatem **783** labefactes, et tuæ ipsa gloriæ exitium confles atque moliare. » His imperatrix auditis, stomachari et acutioribus exclamationibus in hominem acerbe invehi, eique gravissimas pœnas minari, si unquam in palatio posthac cernatur. Tabella deinde rupta magno cum spiritu, ea quam

νόσημα, μήτε μάλαγμα μηδὲν μήτε καταδέσμους οὐδένας παραδεχόμενον. Πᾶσαν μὲν οὖν ἐκεῖθεν ἡ βασιλὶς ἐπίνοιαν στρέφουσα κατὰ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως (46), καὶ πάντας ἐφ' ἑαυτῆς κυλίουσά τε καὶ ἀνακυκλοῦσα λογισμούς, οὐδὲν ἀνυσιμώτερον εὕρισκεν ἐς τὴν τοιαύτην πρόθεσιν, πλὴν τοῦ δογμάτων ἐκείνων, ὧν ἐξ ὅλης ἀπεωθεῖτο πρότερον τῆς ψυχῆς, καὶ ἀθέσμων φωνῶν τοῖς περὶ τὸν Παλαμᾶν κοινωνήσασα φίλους ἑαυτῇ καταστήσασθαι, καὶ συμμάχοις σφίσι χρήσασθαι θερμοτέροις κατ' αὐτοῦ.

Δ'. Πρῶτον μὲν οὖν ἀπρόϊτον ὡς ἐν εἱρκτῇ τῷ οἴκῳ συγκεκλεῖσθαι τοῦτον ἐπέταττεν· ἔπειτα συνόδους ἐπισκόπων νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἤθροιζέ τε καὶ ὥπλιζε κατ' αὐτοῦ. Τὴν γοῦν ὑστεραίαν ὁρισαμένη ποτὲ πρὸς τὴν ἐκείνου καθαίρεσιν ἀθροισθῆναι τοὺς ἐπισκόπους ἐπέσχεν ἡ νὺξ ἐκείνη, φλεγμονὴν τῷ λαιμῷ δεινὴν ἐπενεγκοῦσα, θάνατον ἀπειλοῦσαν πάνυ τοι σφόδρα αἰφνίδιον. Καὶ ἦσαν ἐντεῦθεν ἄχρι τριῶν ἡμερῶν οἱ τοῦ θανάτου φόβοι κυκλοῦντες καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ταράττοντες λογιζόμενον. Τὸ γὰρ τοῦ Θεοῦ μακρόθυμον ἐπεῖχεν ἔτι τὰ τῆς τελευταίας ὀργῆς βέλη, καὶ τὸν τῆς γυναικὸς ἀνεβάλλετο ὄλεθρον, πλὴν ὅσον τὴν ἀπειλὴν ἐν τοιούτοις ἀῤῥωστήμασί τε καὶ πράγμασιν ἀμυδρῶς ἐζωγράφει, μεταμελείας καιρὸν μαινομένῃ ψυχῇ παρεχόμενον. Ἐπεὶ δὲ ἡ τετάρτη ῥᾷονά τε ἐπεπράχει καὶ ὑπεραχεῖν παρεσκευάσε, τοὺς προτέρους αὖθις ἀνεκαλεῖτο κατὰ τοῦ πατριάρχου τρόπους, καὶ ἐς τὰ πρότερα ἐπαλινδρόμει βουλεύματα. Ἓξ μεταξὺ παρεῤῥύησαν ἡμέραι, καὶ τὴν ὑστεραίαν αὖθις ὁρισαμένη τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἐπέταττεν αὖθις ἀθροίζεσθαι.

Ε'. Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς ὑπερκύψαντος, σπουδῇ ταχίνας ἧκεν αὐτῇ μοναδικὸν καὶ ἡσύχιον ἄγων βίον ἀνήρ, ᾧ σύνηθες φοιτῶντι συχνότερον ἀκούειν τὰς μυστικὰς τῶν λογισμῶν ἐξαγορεύσεις αὐτῆς. Καὶ δέλτον ἐγχειρίζων ἔλεγεν αὐτῇ, πρὸ τῶν θυρῶν εὑρεῖν αὐτομάτως ἐξιόντα αὐτὸν ὀρθριαίτερον, ἀγνοοῦν ὅστις ὁ ῥίψας εἴη, καὶ ὅτου χάριν. Τά γε μὴν ἐγγεγραμμένα [P. 492] εἶχε πρῶτον μὲν ὅρκους φρικώδεις κατὰ τοῦ πνευματικοῦ ἐκείνου ἀνδρὸς καὶ κολάσεων δεινῶν ἀπειλάς, ὅσαι ψυχῇ καὶ σώματι μακρὰν ἐπιφέρουσι καὶ ἀφόρητον τὴν δριμύτητα, εἰ βουληθείη διὰ δειλίαν, ἢ δι' οἱονδήτινα τρόπον, συστεῖλαι καὶ ἑκὼν μὴ ἐθελῆσαι δοῦναι τῇ βασιλίδι τὴν δέλτον. Ἔπειτα ἔστρεφε τὸ τοῦ λόγου πρόσωπον ἐς τὴν βασιλίδα. Καὶ ἦν ἡ τῶν λεγομένων δύναμις τοιαύτη. « Εἰ μὴ παύσῃ μαχομένη καὶ πόλεμον ἐγείρουσα κατὰ τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, οὐκ ἂν φθάνοις φθείρουσα τὴν σὴν αὐθεντίαν καὶ τὸν τῆς οἰκείας δόξης ὄλεθρον αὐτὴ ἑαυτῇ δημιουργοῦσα καὶ ἐξυφαίνουσα. » Τούτων αὐτήκοος ἡ βασιλὶς γεγονυῖα ἐχαλέπηνέ τε καὶ ὀξύτερον ἀνεβόησε, λοιδορουμένη σφόδρα τἀνδρί, καὶ ἀπειλοῦσα τὰ μέγιστα τῶν δεινῶν, εἰ τῶν βασιλείων

Variorum notæ.

(46) De qua Joannis patriarchæ Constantinopolitani abdicatione Cantacuzen. lib. III, cap. 99; *lib.* IV, *cap.* 5. DUCANG.

ἔνδον ὀφθείη τοῦ λοιποῦ. Κἄπειτα διαῤῥήξασα τὴν δὲ τὸν ξὺν πολλῷ τῷ θυμῷ τὴν προκειμένην ᾔει κατὰ τοῦ πατριάρχου σκοπόν· καὶ συνεκάλει τοὺς ἐπισκόπους, καὶ ὅσοι τῆς τοῦ Παλαμᾶ φατρίας ὑπῆρχον, λῆρον ἡγησαμένη τὰ ἠκουσμένα.

Ϛʹ. Ὅθεν ἀπεκλείοντο μὲν αἱ πύλαι τῶν βασιλείων ἅπασιν, ὅσοι τῷ πατριάρχῃ συνηγοροῦντες εἶεν· ἀπεκλείετο δ' ὁ πατριάρχης αὐτὸς παῤῥησίας ἁπάσης καὶ τῆς ἐς τὴν σύνοδον ἐκείνην τῶν ἐπισκόπων ἀπαντήσεως. Καὶ οὕτως ἐρήμῃ χρησάμενοι δίκῃ καθαίρεσιν ἔγγραφον ἐποιήσαντο κατ' αὐτοῦ, δι' οὐδὲν ἕτερον αἴτιον, ἢ ὅτι τὸν Παλαμᾶν ὁμοῦ ταῖς αὐτοῦ καινοφωνίαις ἀναθέματι καθυπέβαλλε, καὶ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου κατέλυε Τόμον ὑστερογενέσιν ἑτέροις Τόμοις. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἐν τούτοις ἡ βασιλὶς ἀνηλωκυῖα περὶ δύσιν ἡλίου τρυφῶσαν παρετίθει τράπεζαν καὶ χλιδῶντα συμπόσια τοῖς ἐς τὴν τοῦ πατριάρχου καθαίρεσιν ἀγωνισαμένοις· καὶ γέλωτές τινες οὐ μάλα εὐσχήμονες καὶ χαρμόσυνα διηγήματα πανταχόθεν τὴν εὐωχίαν ἐκείνην συνεκρότουν τε καὶ ἐθώπευον. Ἄρτι δὲ περὶ τὰς τῶν ὀρνίθων ᾠδὰς τῆς νυκτὸς γενομένης ἐκείνης, πάντα ἐς τοὐναντίον τὰ τῆς χαρᾶς ἐκείνης ἀντέστραπται. Ἑσπέρας γὰρ ηὐλίσατο ἀγαλλίασις, καὶ εἰς τὸ πρωῒ κλαυθμός. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον

Ζʹ. Τῷ δὲ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ, τῶν βασιλείων ἐντὸς γενομένῳ, προσήκων τόπος ἥκιστα ἦν εἰς καταμονήν· καὶ ταῦτα μήπω μηδὲ τῆς συζύγου παρούσης, ἀλλ' ἐν Διδυμοτείχῳ διατριβούσης ἔτι. Οἷς μὲν γὰρ ἁρμόττουσαν ἔχειν ἐνῆν οἰκήμασι δίαιταν βασιλεῖ, ταῦτα προκατέχουσαν οὐκ ἐξέστησεν Ἄνναν τὴν βασιλίδα ξύν γε τῷ παιδὶ καὶ βασιλεῖ Ἰωάννῃ, οὐδ' ἐμποδὼν ἐγεγόνει τὴν προτέραν σφᾶς ἐν τούτοις ἔχειν ἀνάπαυσιν· ἀλλ' ὥσπερ σφίσι τῶν βασιλικῶν πρωτείων ἐξεκεχωρήκει λαμπρῶς ἔν τε καθέδραις καὶ εὐφημίαις, οὕτω κἂν ταῖς οἰκήσεσιν ἐπεπράχει. Αὐτὸς δ' ἐν τοῖς [P. 495] περὶ τὸν Ἀλεξίου τοῦ πάλαι μέγιστον τρίκλινον ἐρειπίοις μᾶλλον ἢ οἰκήμασιν εἰπεῖν δέδωκε φέρων οἰκεῖν ἑαυτόν.

Ηʹ. Ἰωάννην γε μὴν τὸν πατριάρχην, δέσμιον τηνικαῦτα παρόντα τοῖς βασιλείοις εὑρὼν, οὐδὲ μιᾶς ἠξίωσε προσαγορεύσεως. Διώκτην γὰρ αὐτοῦ καταστάντα, καὶ θερμὸν ἐξ ἀρχῆς πολέμιον, οὔτ' εὖ δρᾷν εἶχε, τῆς καρδίας ἥκιστα προθυμουμένης ὁμαλὸν πρυτανεύειν οὐδέν· οὔτ' αὖ τοῖς αὐτοῦ κακοῖς κακὰ προστιθέναι κέκρικεν ἕτερα δεῖν· πλὴν ὅτι ταῖς τοῦ Παλαμᾶ πειθόμενος εἰσηγήσεσι τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει προσεπῆγε καθαίρεσιν (47), καὶ ἅμα ἐν τῇ τοῦ θείου Βασιλείου μονῇ (48) προστεταχὼς ἀπενεχθῆναι τέως ἐς Διδυμότειχον ἐκεῖθεν ἐξόριστον μετ' ὀλίγον αὐτὸν ἐπεπόμφει.

Θʹ. Καὶ ταυτὶ μὲν, ἰδίας καὶ πολυτελεστέρας δ.ό-

A instituerat via patriarcham aggredi pergit: ac ea quæ audierat floccifaciens episcopos convocat, et quotquot Palamitæ factionis erant.

VI. Præcludebantur itaque palatii fores illis omnibus, qui patriarchæ defensionem susceperant: eratque ipsi patriarchæ præcisa omnis dicendi licentia, et ad illius synodi episcopos interdictus accessus. Ita sententiam in eum absentem et inauditum scripsere, nullam aliam ob causam, nisi quod Palamam simul et ipsius nova dogmata anathemate perculisset, et scriptum pro eo Tomum posterioribus Tomis rescidisset. In his consumpto illo die, imperatrix circa solis occasum sumptuosam B mensam apponit, et epulum dat lautissimum iis, qui, ut patriarcha dignitate spoliaretur, operam navaverant: ac risus quidam non adeo modesti et fabellæ festivæ undecunque convivium illud adornarunt et permulserunt. At illa ipsa nocte, circa gallicinium, omnis ea lætitia in mœrorem versa est. Vespere enim demorata est exsultatio, et ad matutinum fletus [1]. Et hæc quidem ita se habuerunt.

VII. Imperatori autem Cantacuzeno, palatium ingresso, locus minime idoneus erat, 784 in quo habitaret; idque, etsi nondum adesset uxor, sed adhuc Didymotichi commoraretur. In qua enim C ædium parte versari imperatorem conveniens erat, ab ea imperatricem Annam haud movit, quæ cum filio Joanne imperatore ibi habitare occupaverat; neque impediit, quo minus ii sedem illic ut antea haberent. Sed ut imperatoriis prærogativis aperte iis cesserat, tam in sessionibus quam in acclamationibus, ita et in ipsis habitationibus cessit: Ipse vero ad illas, quæ circa maximum Alexii veteris triclinium occurrunt, ruinas potius quam ædes se contulit et habitatum ivit.

VIII. Joannem autem patriarcham, qui tum in palatio vinctus astabat, obvium cum habuisset, nulla allocutione dignatus est. Ei enim, qui se persequi instituisset, et ab initio hostis acerrimus D exstitisset, nec poterat benefacere, voluntate minime propensa ad benigne consulendum; nec illius malis alia addere mala visum est; nisi quod suadenti Palamæ obsecutus episcopalem dignitatem iterato illi ademit, et cum in divi Basilii monasterium interim transferri eum jussisset, Didymotichum inde paulo post exsulatum misit.

IX. Et hæc quidem, tametsi peculiari fusiorique

[1] Psal. xxix, 6.

Variorum notæ.

(47) Scripserat, puto, Gregoras, τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει τὴν τῆς ἱερωσύνης προσεπῆγε καθαίρεσιν, id est, Episcopalis dignitatis abrogationi etiam sacerdotii abrogationem adjecit. Boivin.

(48) Id silet Cantacuzenus. De hoc monasterio egimus in Constantinop. Christ. lib. iv, sect. 6, n. 12. Ducang.

A quibus facillimum est vitam agere omnis periculi expertem, ultro ipsi nobis multiplices metus, veluti retia quædam, nectimus? Scis quippe nos infinitos labores, cum magnis multisque et proximis morti periculis conjunctos, exhausisse, ut patri tuo securitatem redimeremus. Itaque et gemellorum Jovis liberorum, et quotquot unquam Orestæ et Pyladæ charitatis fraternæ exemplis longas seculorum ætates impleverunt, minor profecto laus fuerit, si quis velit cum illorum rebus nostras conferre. Hæc patri tuo pericula, has mortes Anna imperatrix, nullo colore, nullo probabili prætextu ei infensa, perpetuo usque conflabat. Ego vero et frater meus Manuel multas ab ea litteras clam accepimus; per quas illa, quovis jureju-
B rando interposito, possessiones nobis pecuniariosque reditus, parentibus vero vinctis libertatem pollicebatur. Sed nos justitiæ tribunal revereri et intra limites immotos fixa tenere vestigia maluimus, quam vilioris **800** emolumenti gratia perpetuos conscientiæ stimulos admovere. Enimvero salutis meæ causa teque et patrem tuum prodere (ut hoc loco sileam et aliam cognationem, quæ periculorum socia et particeps erat) perinde illud fuit, ac si mei causa me ipsum prodidissem, et sanguinis mei conservandi studio meum sanguinem ultro effudissem. Adeo ejusmodi cogitationem ænigmati similem esse statuebam; adeo nulla a me solutio reperiebatur, quæ consiliorum meorum firmas rationes vel minimum labefactaret. At ea
C quæ per illud tempus cavi ego ne admitterem, ea ipsa nunc in te et in totam cognationem tuam video a patre tuo admissa esse: imo et in omnes prorsus milites ac duces, qui magnos illos labores sive foris sive domi decurrerunt; atque in eos ipsos, qui carceris ærumnas pertulere. Non enim simplex fuit ea, quæ tum incidit miseris calamitas, neque in breve tempus duravit; sed multiplex et varia, et in longum temporis spatium diffusa. Quamobrem etsi gravia fuere ea mala, quibus ipsi nos ultro tum injecimus, graviora tamen illa sunt, quibus nunc inviti a parente tuo et indigni subjicimur. Nam qui beata pro libertate certabamus, miseram servitutem diutinis illis laboribus
D cursibusque imprudentes permutavimus. Quos nempe ut salutis nostræ insidiatores acerrimos vitabamus, eos nobis parens tuus dominos volens et libens destinaverat. Quasi vero nos tot labores consulto pertulissemus, ut eorum, qui nos persequebantur, gladios jugulis nostris citius quam illi vellent **801** admoveremus, atque ut eam perciperemus demum mercedem, quæ ipsis fugæ ærumnis eo esset acerbior, quod illis quidem temporibus præclaræ spes cupiditatem nostram alebant; nunc vero ipsam quoque spei suavissimam auram tuus nobis pater aperte eripuit. Neminem enim puto esse, qui pignoribus firmis cavere nobis possit, non curaturam esse Annam imperatricem, ut omnes cita morte statim puniamur, qui parenti

tuo superstites futuri sumus. Age igitur, quandiu sumus nostri juris, præclarum facinus concipe, meisque tui et mei causa consiliis obsequere, quo nos turpe et ignobile periculum sic propulsemus. Totius imperii parte ablata, proprium tibi parare imperium enitare, quod parenti quidem tuo, dum is victurus est, subjiciatur; eo autem mortuo, peculiare sit et firmum tibi salutis præsidium. Duorum enim alterum nobis inde futurum est, ut aut securi salutarem fortunam consequamur, aut præsentis vitæ calamitatibus quam celerrime liberemur; quibus interesse tolerabile iis duntaxat esse existimo, qui non ingratum illud et miserrimum putant, solem habere ignominiæ suæ testem perpetuum. » Hæc Joannes Asanes Matthæo sororis suæ filio in hunc fere modum suasit, sui et illius, item cognatorum et amicorum securitati prospiciens.

τῶν ἐλπίδων γλυκείας αὔρας ὁ σὸς ἡμῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀφήρηται πατήρ. Εἶναι γὰρ τῶν ἁπάντων οἶμαι μηδένα, ὃς ἂν ἐνέχυρα παρέχεσθαι δύναιτο, μὴ θάνατον εἶναι ταχύπουν εὐθὺς τὰ πάντων ἡμῶν ἐπιτίμια πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης, οἷς δήπουθεν ἐξέσται ζῆν μετά γε τὴν τοῦ σοῦ πατρὸς ἀπαλλαγήν. Φέρε τοίνυν, ἕως ἡμῶν αὐτῶν ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, γενναῖόν τι δρᾶσαι προθυμήθητι, ταῖς ἐμαῖς ὑπὲρ σοῦ καὶ ἡμῶν πειθόμενος συμβουλαῖς, ἵν' οὑτωσί πως τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀκλεᾶ κίνδυνον ἀποκρούσασθαι δυνηθῶμεν. Μέρος γὰρ τῆς ὅλης ἀρχῆς ὑφελόμενος οἰκείαν σαυτῷ περιποιήσασθαι προθυμήθητι βασιλείαν, ζῶντι μὲν ὑπήκουσαν τῷ σῷ πατρὶ, τελευτῶντι δὲ, ἰδιότροπον ἐσομένην σοι τοῦ ζῆν καταφύγιον ἀσφαλές. Δυοῖν γὰρ ἐντεῦθεν ἡμῖν ἔσται θάτερον, ἢ τὴν σώζουσαν ἐκ τἀσφαλοῦς κατακτήσασθαι τύχην, ἢ τῶν τοῦ παρόντος ἀπηλλάχθαι τὴν ταχίστην βίου δυσχερῶν· οἷς συνεζηκέναι, [P. 594] μόνοις εἶναι φορητὸν ἐκείνοις οἶμαι, οἷς οὐκ ἄχαρι φαίνεται οὐδὲ σφόδρα κακόδαιμον, μάρτυρας τῆς αἰσχύνης διὰ βίου τὰς τοῦ ἡλίου κεκτῆσθαι αὐγάς. » Ἀλλ' ὁ μὲν Ἀσὰν Ἰωάννης τοιάνδε τινὰ διεξῄει τὴν συμβουλὴν πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν Ματθαῖον, ἑαυτῷ τε κἀκείνῳ καὶ συγγενέσι καὶ φίλοις προμνώμενος τὸ ἀκίνδυνον.

III. Matthæus vero ex sorore nepos his illum excepit: « Iidem **802** et me semper circumstant metus noctu pariter et interdiu, o bone; et quemadmodum illæ Persarum navales copiæ Eretriam olim Artemisiumque circumsidebant, ita animum meum multa diversaque cogitationum agmina undique obsident, quasi insulam onerariæ aliquæ naves ac triremes terrorum plenæ et curarum gravissimarum, quæ piratico veluti impetu appulsæ advehant nobis præsagia evidentis infelicitatis. Parturio itaque, et eos qui inde oriuntur dolores perfero; parere autem, et id quod angit excutere haud possum, patrias reveritus naturæ leges, quæ nec in iis quidem, quæ sunt manifesto justa, filios parentibus adversari sinunt. Ac tibi quidem sæpenumero arcanum illud aperire volui; obsecundantem vero linguam minime habui. Etenim illa, statim atque cordis fetum educere in lucem inceperat, nervis quasi resolutis impetum remittebat, cum eam patris reverentia, veluti torpor aliquis prævalens, graviter constrictam haberet. Atque ita mihi, quæ animo agitaveram, ad nihilum rursus recidebant, et facillime subvertebantur. Quod si de aliis quibuscunque rebus ageretur, ac non totum illud periculum, in quo sumus, ad vitam pertineret, eo illud magis neglexissem, quod non solum a cæteris plerisque nihil distare me existimem; sed etsi intelligentiam a natura ita comparatam haberem, ut magnitudine sua æthereos axes attingere et cœlestibus tabernaculis hospes excipi videretur, facillime eam ego paternæ auctoritatis pedibus subjecissem. **803** At nunc, ut et ipse planiori utar oratione, quadam veluti porta a te, qui secundum a patre locum apud me obtines, patefacta, quoniam vita omnibus hominibus chara est, et multi sæpe, subitis periculis circumstantibus, supremam induerunt potestatem, quasi salutis

Γ'. Πρὸς ὃν ὁ ἀδελφιδοῦς Ματθαῖος ἠμείβετο τάδε· « Κἀγὼ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ περιστοιχίζομαι φόβοις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ὦ βέλτιστε· καὶ ὥσπερ τῶν Περσῶν ἐκείνων αἱ ναυτικαὶ δυνάμεις Ἐρέτριαν πάλαι καὶ Ἀρτεμίσιον περιεληλυθυῖαι συνεῖχον, οὕτω τὴν ἐμὴν καρδίαν παντοδαποὶ κυκλοῦσιν ἀεὶ χοροὶ λογισμῶν, ὥσπερ νῆσον φορτίδες τινὲς καὶ τριήρεις, φόβων γέμουσαι καὶ φροντίδων μακρῶν, αἳ τῆς μελλούσης ἡμῖν, ὥσπερ ἐξ ἐφόδου λῃστρικῆς, κατάγουσαι φέρουσι μνήμας προφανοῦς κακοδαιμονίας. Ἐξ ὧν ὠδῖνας μὲν ἔχειν ἔνεστι, καὶ τὰς ἐντεῦθεν ὑπομένειν ἀλγηδόνας· τίκτειν δ' ἥκιστα ἔνεστι, καὶ ἀποσκευάζεσθαί πως τὸ λυποῦν, ὑφορωμένῳ τοὺς πατρίους τῆς γενέσεως νόμους, οἳ μηδ' ἐς τὰ προφανῆ συγχωροῦσι δίκαια πατράσιν υἱέας ἀντινομοθετεῖν. Καί σοι πολλάκις ἐγὼ τὸ ἀπόρρητον βουληθεὶς ἐξειπεῖν τὴν μαιευσομένην ὅμως οὐκ εἶχον γλῶτταν. Ἀρχομένη γὰρ πρὸς φῶς ἐξάγειν τὸ τῆς καρδίας ἔμβρυον τοὺς τόνους εὐθὺς παρελύετο τῆς ὁρμῆς, καθάπερ ὑπὸ νάρκης τινὸς ἐνδυναστευούσης σφοδρῶς πεδουμένη, τῆς τοῦ πατρὸς αἰδοῦς δηλαδή· καί μοι τὰ τῆς γνώμης ἐς τὸ μηδὲν αὖθις ἐχώρει, καὶ κατεστρέφετο ῥᾷστα. Εἰ οὖν περὶ ἄλλων ὁτωνδήποτε πραγμάτων ὁ λόγος ἦν, καὶ ἥκιστα περὶ τὸ ζῆν ὁ πᾶς ἡμῖν ἐκινδυνεύετο φόβος, παρὰ τοσοῦτον ἠμέλησα ἄν, παρόσον μὴ ὅτι τῶν πολλῶν οὐδὲν αὐτὸς διαφέρειν οἴομαι, ἀλλ' εἰ καὶ σύνεσιν εἶχον ἐκ φύσεως οὑτωσὶ κεχορηγημένην, ὡς διὰ μέγεθος αἰθερίων ψαύειν δοκεῖν ἀντύγων, καὶ οὐρανίαις τισὶ ξενοδοχεῖσθαι σκηναῖς, ῥᾷστα ἂν ἔγωγε φέρων ὑπέζευξα ταύτην ποσὶ τῶν τοῦ πατρὸς βουλημάτων ποσί. Νῦν δ' οὖν, ἵνα καὶ αὐτὸς πλατυτέρῳ χρήσωμαι λόγῳ, σοῦ καθάπερ τινὰ θύραν ἡμῖν ἀνοίξαντος, ὃς καὶ δευτέραν μοι σώζεις τάξιν πατρὸς, ἐπειδὴ πᾶσι φίλον ἀνθρώποις τὸ ζῆν, καὶ πολλοὶ πολλάκις, ὑπὸ τῶν ἀθρόων περιστάντων κινδύνων, τὴν βασίλειον, ὥσπερ τινὰ φρουρὰν, περιεζώσαντο δύναμιν, ἀσυν-

τες μὲν, ἀναγκαίως δὲ, οὔκουν αἰτιώμενος ἔμοιγε τις ξὺν δίκῃ πάντως αἰτιῷτο ἂν, εἰ καὶ αὐτὸς, ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἐλαυνόμενος φόβων, ἐς τὴν τῶν ἐρυθρῶν ὑποδημάτων ἀντίληψιν καταφεύγοιμι. Ὅμοιον γὰρ ἂν ποιοίη τις ἐνταυθοῖ, τὰ τοιαῦτ' εὐλαβούμενος, ὥσπερ ἂν εἰ χειμῶνι μεγίστῳ [P. 505] περιπεσὼν ἐν πελάγει μέσῳ καὶ κύμασιν, ἐν οἷς τῆς ὁλκάδος συμβὰν οὑτωσί πως ῥαγείσης ἐξὸν αὐτῷ σανίδος ἐπειλημμένον τινὸς διαποντίους μὲν ἔχειν κινδύνους, ἔχειν δ' ὅμως ὁμοῦ καὶ τὰς ἐλπίδας τοῦ ζῆν αἰωρουμένας, ὥσπερ ἀπὸ λεπτοῦ τινος καὶ ἀραχνώδους ὑφάσματος, ὁ δ' ἀφειδῶν παντάπασιν ἑαυτοῦ πυθμέσιν ὑποβρυχίοις ὑδάτων ἐθελοντὴς ἑαυτὸν παραπέμπῃ. Τοῦτο δὲ παραπληξίας ἔγγιστ' ἂν εἶναι δόξειε τοῖς ὅσοι καλῶς τὰ τοιαῦτα βούλονται κρίνειν. Τὰ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς τινος ἀνάγκης ἐπιόντα δεινὰ συγγνώμην σαφῆ τοῖς πάσχουσι νέμει. Οἷς δ' ἀπὸ γνώμης ἰδίας εἰς τὰς τῶν δεινῶν ἐμπίπτειν ἔπεται λαβυρίνθους, μεγάλη τις χορηγεῖται νέμεσις, παρ' οἷς σχολὴ τὰ τοιαῦτα φιλοτιμότερον σκέπτεσθαι. Ἐγὼ δ' ἵνα τι καὶ βαθύτερον φθέγξωμαι, οὐδὲ τῆς πατρικῆς ὑπερόριον γνώμης ὂν εὑρίσκω τουτί. Αὐτὸς γάρ μοι τοὺς τοιούτους προεζωγράφησε τρόπους ἐν ἑαυτῷ, ὁπότε συνελαθεὶς καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν περιστάντων κινδύνων εἰς τοῦτο προήχθη τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ὥσπερ εἰς ἀσφαλείας ἀκρόπολιν· ὡς νῦν γε δυοῖν θάτερον ἐλπίζειν ἔσεσθαί μοι πρὸς τοῦ πατρὸς ἔψεται· ἢ γὰρ, ὡς μιμησάμενον τὴν ἐν ἀπόροις εὐπορίαν αὐτοῦ, τὸν υἱὸν ἐπαινέσειεν ἄν πως ἐμέ· ἢ εἰ λοιδορεῖσθαί μοι ἐπιχειροίη, λάθοι ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ περιφανῶς λοιδορούμενος ἢ ἐμοί· ὡς μηδ' ἔχειν παρ' οὐδέσιν Ἑλλανοδίκαις (76) τὸ συγκεχωρηκὸς ἐμοὶ τῆς ἐγχειρήσεως ἐπεξιέναι. »

A præsidium; nolentes quidem illi, sed cogente necessitate: non jure omnino succenseat mihi aliquis, si et ipse, similibus actus terroribus, ad purpureos calceos capessendos confugero. Nam qui hoc rerum statu nolit id committere, perinde is faciat, ac si medio in mari tempestate maxima fluctibusque circumventus, fracta etiam hæc inter casu aliquo navi, cum præsto ei sit tabula, qua arrepta maris quidem pericula patiatur, at spem salutis, velut tenui aliquo araneæ filo pendentem, retineat, suæ tamen omnino salutis oblitus in profundos aquarum gurgites ultro se immittat; quod quidem æquis rerum æstimatoribus insaniæ proximum esse videatur. Quæ enim calamitates occulta quadam necessitatis vi invehuntur, eæ B illis qui patiuntur, excusationem certam tribuunt. Qui vero in mala, tanquam in labyrinthos, sciens prudensque inciderit, eum gravis manet reprehensio apud illos, quibus ista studiosius vacat expendere. Mihi vero, ut et aliquid dicam solidius, non multum id a paterno instituto videtur abhorrere. Ipse enim mihi hunc morem in se præscripsit, tum cum is quoque, circumstantibus periculis compulsus, ad illa **804** imperii insignia, tanquam ad fortunæ perfugium processit. Quamobrem duorum alterum licet mihi sperare a patre. Aut enim, ut suæ in expediendis rebus difficillimis solertiæ imitatorem filium fortasse ille me laudaverit; aut si ad conviciandum aggrediatur, sibi ipse palam C imprudens magis conviciabitur quam mihi: nec quia id ausus fuerim, licebit ei apud ullum justum judicem pœnas a me expetere. »

Δ'. Ταῦτ' εἰπὼν καὶ αὐτὸς τὸν μὲν θεῖον ξυνδιαφέρειν παρήγγειλε τὴν ἐγχείρησιν, καὶ τοῖς ἑκασταχοῦ στρατιώταις ὁμιλεῖν τὰ εἰκότα· αὐτὸς δὲ τὴν τῆς Ὀρεστιάδος κατειληφὼς ἀκρόπολιν ὅλην ἐκεῖθεν ὠχύρου τὴν πόλιν, καὶ πρὸς ἔργα παρεσκευάζετο, ἐκδημαγωγῶν τε καὶ μαλακοῖς τισι λόγοις ἐξιδιούμενος τὰ στρατόπεδα.

IV. Hæc locutus avunculo præcipit, ut secum huic molitioni struendæ incumbat, et cum militibus, quacunque occurrerint, ac prout par fuerit, colloquatur. Ipse Orestiadis arce occupata, totam inde urbem munit; tum captando benevolentiam, et blandis verbis exercitus sibi divinciendo, ad opus se accingit.

CAPUT III.

Cantacuzenus anxius et consilii inops. Uxorem Irenen ad filium legat. Hic obviam matri procedit. Irene eum frustrata Orestiadem clam ingreditur. Matthæus eo reversus matrem salutat. Obsequium pollicetur. Rogat, ut se metu liberet. Matris oratio. Quantam apud filium vim habuerit. Irene Byzantium redit. Filii Andronici mortem luget.

[P. 506] Α'. Ταῦτ' οὐκ ἦν ἀκούοντι ἠρεμεῖν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἀθυμίαις ἐνασχολεῖν, καὶ συντήκειν συχνὰ τὸ θυμούμενον τῆς ψυχῆς, πάλαι διανειμαμένῳ τοῖς μὲν υἱέσι τὰς ἀνελευθέρους τοῦ βίου τύχας, τῷ δὲ γαμβρῷ Παλαιολόγῳ τὰς τοῦ βασιλείου κράτους διαδοχάς. Διὸ καὶ αὐθημερὸν ἐξιέναι πάνυ τοι προθυμούμενος, ὅμως ἐπεῖχεν ἔτι, καὶ ἐνεκαρτέρει τῷ τῆς γνώμης βουλευτηρίῳ. Καὶ μέντοι καὶ ἥκιστα μάλα τοι ἀρεστὸν ἐδόκει, δυοῖν ἕν γέ τοι δρᾷν ἐκ τοῦ παραχρῆμα. Οὔτε γὰρ ἄνευ ὅπλων ἐκ Βυζαντίου πρὸς γνώμην ἰέναι ἐθάῤῥει, ταῖς τῆς φιλοτιμίας ἄρτι

D I. His pater auditis nequaquam quiescere, sed totum se mœrori dare; idemque iram suam subinde comprimere et concoquere ea ratione, quod liberis suis servilem fortunæ conditionem, genero autem Palæologo imperii successionem jampridem assignasset. Itaque ea ipsa die egredi valde cupiens tamen se continuit, et secum tacite deliberare perstitit. Neutrum certe ei placebat statim facere. Neque enim sine armis Byzantio exire, et in ipso ambitionis æstu fluctuantem animum adoriri; nec rursus cum armis exercitibusque illuc conferre se

Variorum notæ.

(76) Ἑλλανοδίκης est proprie *judex justus, incorruptus, et* (ut Pindarus Olymp. ode 3 loquitur) ἀτρεκής. Wolfius. *apud ullum Græciæ judicem*, quod mutavimus. Boivin.

audebat. Ita enim sopitos adhuc, et velut sub cinere latentes, in animo adolescentis motus furiatum iri magis, quasi **805** flamma ad cœlum usque ventilata, affectibus duobus ambitione et metu perturbatos.

II. Demum ei satius visum est Irenen mittere imperatricem, quæ mulier altæ mentis, eademque ad res tractandas cum natura sua tum ipso usu mire habilis, mollibus quibusdam et ad persuadendum accommodatis, maternis denique dictis filium aggredi una omnium maxime sciebat. Itaque hæc egreditur. Ille matri, cum esset apud urbem Pamphilum, obviam procedit magna fiducia, festinatque eam, antequam Orestiadem pervenerit, in ipso itinere alicubi foris deprehensam convenire, et viæ causam longe ab urbe sciscitari. At illa, hujus festinationem callide frustrata, furtim in urbem Orestiadem, antequam filius sensisset, irrepserat.

III. Matthæus, postquam in via id quod acciderat audivit, ac se occultioribus matris consiliis circumventum certo cognovit, postridie et ipse Orestiadem venit; matrem, ut par est, salutat: simul se, quidquid illa jusserit, dicto audientem fore pollicetur, modo omnem sibi metum ex animo revellat; matrem quippe eam esse, quæ animum timore suspensum, et futuri terrore concussam filii amantissimi mentem, firmare optime sciret. Hæc vero filium, benigna quadam majestate exceptum, prorsus regie alloquitur, et hanc habet orationem:

IV. « Ego, inquit, mi fili, proverbium illud: Semper Africa aliquid fert **806** novi, laudo quidem, sed non absolute, quia nec absoluta est ejus pronuntiati sententia. Etenim de universo terræ et maris orbe cum id dici oporteret, de sola Libya pronuntiatum est; quæ pars cum exigua sit, totius orbis rempublicam vix repræsentat. Illa nempe rerum novarum affluentia, quæ Libyæ tribuitur, ad solas pertinet animalium monstrosorum formas, et rerum aliarum species, ad nostras provincias propter longinquitatem rarius commeantium, peculiare autem aliquid in se habentium, qualia nobis incognita in illa dura et immani regione nascuntur. Totius vero orbis novitates situ, viriditate, gaudio, tristitia, gloria, infamia, morbo, sanitate, vita, morte, atque, ut paucis absolvam, virtute, vitio, mutationibus denique ac omnigenis et infinitis variationibus, res humanas usque distinguunt. Et mirum sane, quod cum tot nova idem hic orbis pariat, utrumque tamen ei inesse credatur, atque ita hominum mentes deludat, ut aliis semper flo-

A διανηχομένην ἀκμαῖς· οὔτε μεθ' ὅπλων αὖ ἐκεῖ διαβαίνειν καὶ στρατοπέδων. Ἐκμῆναι γὰρ ἂν οὑτωσὶ μᾶλλον πρὸς αἰθερίους φλόγας ὡς ἐν σποδιᾷ καθευδούσας ἔτι τὰς ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ νεανίσκου κινήσεις, ὑπὸ δυοῖν ὀχληθείσας παθῶν, φιλοτιμίας ὁμοῦ καὶ δειλίας.

Β'. Καὶ μὲν δὴ λοιπὸν ἐκπέμπειν ἐδόκει βέλτιον Εἰρήνην (77) τὴν βασιλίδα, βαθείαις τε χρωμένην ταῖς τῆς συνέσεως αὔλαξι καὶ ἅμα οἰκονομικὴν ἐς τὰ μάλιστα οὖσαν ἔκ τε πείρας καὶ φύσεως, καὶ μαλακωτέρους τινὰς ξὺν τῷ πιθανῷ, καὶ ὅλως εἰπεῖν μητρικοὺς τῷ παιδὶ κομίζειν εἰδυῖαν λόγους. Ἐξιούσης τοίνυν αὐτῆς, ἐπειδὴ περὶ Πάμφιλον ἐγεγόνει τὴν πόλιν, πρὸς ἀπάντησιν αὐτὸς ἐπορεύετο μάλα τεθαῤῥηκὼς τῆς μητρὸς, καὶ ἅμα ἐπειγόμενος κατὰ B τὴν πορείαν, πρὶν ἐς Ὀρεστιάδα ἀφικέσθαι τὴν μητέρα, ἔξω που προκατειληφέναι, καὶ τὸν τῆς ἀφίξεως πόῤῥωθεν πυθέσθαι σκοπόν. Ἡ δὲ τοὺς ἐκείνου σοφῶς παρακρουσαμένη δρόμους ἔλαθεν ἐντὸς Ὀρεστιάδος παρεισπεσοῦσα, πρὶν αἰσθέσθαι τὸν υἱόν.

[P. 507] Γ'. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν ὁ Ματθαῖος ἠκηκόει τὸ δρᾶμα, καὶ βαθυτέραις ἔγνω σαφῶς τῆς μητρὸς κατασοφισθεὶς ἐπινοίαις, ἐς τὴν ὑστεραίαν καὶ αὐτὸς τῇ Ὀρεστιάδι ἐπιδεδήμηκε, καὶ τῇ τε μητρὶ τὴν προσήκουσαν ἀπεδίδου προσκύνησιν καὶ ἅμα πρὸς ἅπαν τὸ κελευόμενον ὑπισχνεῖτο παρέχειν ὑπείκοντα ἑαυτὸν, εἰ δέος ἅπαν ἐξέλοιτο τῆς ἐκείνου ψυχῆς, μήτηρ τε οὖσα καὶ ψυχὴν καλῶς εἰδυῖα θερα- C πεύειν ἀμφιῤῥεπῶς ταλαντευομένην ὑπὸ δειλίας, καὶ φόβῳ τινασσομένην τοῦ μέλλοντος γνώμην υἱοῦ φιλομήτορος συνιστᾷν. Ἡ δὲ μάλα βασιλικῶς προσειποῦσα καὶ μετά τινος ἐπιεικοῦς μεγαλοπρεπείας δεξιωσαμένη τὸν υἱὸν τάδε διέξεισιν·

Δ'. « Ἐγὼ (φησὶν) ὦ παῖ, τὴν παροιμίαν, τὴν Ἀεί τι Λιβύη (78), φάσκουσαν, φέρει καινὸν, ἐπαινῶ μὲν, οὐ τελέως δέ· διότι μὴ τέλειον ἔχει τὸ τῆς ἀποφάνσεως δόγμα καὶ ψήφισμα. Περὶ γὰρ ὅλης γῆς καὶ θαλάττης ἀποπεφάνθαι προσῆκον, ἡ δὲ περὶ μόνης Λιβύης τὸ δόγμα ἐξήνεγκε, μικροῦ τινος μέρους οὔσης αὐτῆς, καὶ βιαίαν ἐχούσης τὴν μίμησιν πρὸς τὴν τῆς ὅλης γῆς ἀριστοκρατίαν. Λιβύης μὲν γὰρ ἡ καινότης ζώων τε μόναις τερατομόρφοις ἰδέαις ὁρίζεται καὶ πρός γε ἔτι τῶν ἐκεῖθεν διὰ μῆκος ὁδοῦ D σπανίως παρακομιζομένων ἐς τὰ ἡμέτερα ἤθη πραγμάτων ἄλλων, ἰδιοτροπίαν τινὰ κεκτημένων, ὁπόσα ξενίζοντα φύεται παρὰ τῇ σκληρᾷ καὶ ἀνημέρῳ ἐκείνῃ γῇ. Τῆς δὲ πάσης γῆς ἡ καινότης μαρασμῷ καὶ χλόῃ καὶ χαρᾷ καὶ λύπῃ μερίζει τὸν βίον διηνεκῶς, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίᾳ, καὶ νόσῳ καὶ ὑγιείᾳ, καὶ θανάτῳ καὶ ζωῇ, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ, καὶ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσι παντοίαις τε καὶ μέτρον ἅπαν ἐλαυνούσαις. Καὶ θαῦμα μὲν, πῶς ταῖς κοινοποιΐαις ταύταις ἄμφω κεκτῆσθαι δοκεῖ, καὶ παίζει τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας, καὶ τοῖς μὲν ἀνθεῖν ἀεὶ

Variorum notæ.

(77) Cantacuzen. lib. IV, cap. 8. DUCANG.

(78) Est hoc initium epistolæ ad Chrysoloram scriptæ. Unde suspicor longam hanc orationem non ab Irene Augusta, sed a Gregora fuisse lucubratam. Vide Indicem epistolarum Gregoræ. BOIVIN.

δοκεῖ, καὶ τοὺς τῆς τύχης πόδας ἕκαστον ἐπ' ἀσφαλοῦς ἐρείδειν· τοῖς δὲ μηδὲν κεκτῆσθαι βέβαιον μηδ' ἀσφαλές. Βραχεῖα γάρ τις ὥρα πολλάκις καὶ μία ῥοπὴ διαστήματος χρονικοῦ μεταβάλλει πρὸς τοὐναντίον ἅπαν, καὶ ῥίπτει πολλὰ τῶν ἑστάναι δοκούντων εἰς ἔδαφος· καὶ αὖ πρὸς ὑπερήφανον ἐνίοτε τύχην ἀνάγει τὰ ἀφανῆ. Θαῦμα δὲ, πῶς ἀμιγὲς οὐδὲν οὐδ' αὐτοτελὲς τῶν ἁπάντων εὑρίσκεται παντάπασιν οὐδαμῆ, οὔθ' ἃ τῶν ἀγαθῶν, οὔθ' ἃ τῶν φαύλων εἶναι νομίζουσιν ἄνθρωποι· ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων διηνεκῶς πολέμια καὶ μαχόμενα σύντροφόν πως ἔχει τὴν βλάστην, καὶ μίαν δήπου τινὰ τὴν εἰς φῶς προενεγκοῦσαν μητέρα προΐσχεται· καὶ τὰ τὴν ἄσπονδον ἔχθραν πρὸς ἄλληλα κεκτημένα ξένας τινὰς ἐν ἀνθρώπου θύει ψυχῇ τὰς σπονδάς· καὶ οὔτε βίον ἄλυπον ὄντα παρ' οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ὁρῶμεν, [P. 508] οὔτε λύπην παντάπασιν ἀτερπῆ· ἀλλ' εἶναι συμβαίνει καὶ λύπην αἰτίαν χαρᾶς, καὶ αὖ μητέρα λύπης χαράν. Ταῦτα μὲν εἶναι συμφυᾶ πως, καὶ ἐγκατῳκοδομημένα τοῖς πράγμασιν, ἡ πεῖρα ξυγχωρεῖ συνιέναι ταῖς συνετωτέραις ψυχαῖς· τὸ δὲ μεγέθη καὶ σμικρότητας τούτοις διδόναι, τοῦτο δ' οἶμαι δήπουθεν ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχειν ἕν. Ὃς γὰρ μεγάλοις ἐφίεται πραγμάτων ὕδασιν ἐγκυβιστᾷν, ἀνάγκη τούτῳ καὶ μεγάλους ὑφίστασθαι τῶν κινδύνων τοὺς κλύδωνας· ᾧ δὲ βραχυτέροις ἐνδιαιτᾶσθαι νομίζεται ἀποχρῶν, τούτῳ δὲ καὶ μετριωτέραις κεχρῆσθαι ταῖς λύπαις τοῦ βίου χρεών. Βασιλεία τοίνυν ἐν τοῖς τοῦ βίου πράγμασι μέγιστον εἶναι χρῆμα νομίζεται τύχης καὶ, ἵν' εἴπω, τὸ κράτιστον τῆς εὐδαιμονίας ὕψος. Τὸ δὲ μικροῖς τισιν ὀβολοῖς ὁρίζεσθαί τῳ τοῦ βίου τὴν εὐπορίαν καὶ τριβωνοφορεῖν, καὶ ἱκανὸν εἶναι ὃ τῇ φύσει τὸ ἀναγκαῖον μόνον χαρίζεται, τοῦτο δὲ κακόδαιμον φαίνεται, καὶ τούτων ἑνὸς, οἷς ὁ πλεῖστος ὄχλος καταρᾶται. Ὧ δ' ἑκατέροις τοῖς βίοις ἐν πείρᾳ γενέσθαι τετύχηκεν, ἄρχεσθαι μᾶλλον οὗτος ἢ βασιλεύειν ἕλοιτ' ἂν οἶμαι μάλα προθύμως, καὶ πένητα μᾶλλον τρίβειν βίον, ἢ ὃς μυρίαις περιστοιχίζεται δόξαις καὶ χρήμασιν· εἰ δ' οὖν, λεγέτω τις παρελθὼν, πῶς Ἀλέξανδρος ἐκεῖνος ὁ μέγας, ὁ μέχρις Ἰνδῶν τὰ τῆς Εὐρώπης διαβιβάσας ὅπλα, τὸν εὐτελῆ τοῦ Διογένους πίθον καὶ τὴν διεῤῥωγυῖαν ἀμπέχεσθαι μᾶλλον ἐσθῆτα ποθεῖν ὡμολόγει, ἢ τὴν τῆς ὅλης Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης ἔχειν ἀρχὴν, καὶ τὸν Βαβυλώνιον ἐκεῖνον περιβεβλῆσθαι πλοῦτον· ὅθεν καὶ τὸ πολὺ τῆς ῥᾳστώνης χεθὲν Δαρείῳ καὶ Πέρσαις ὄνειρον ἔδειξεν εἶναι σαφῶς τὰς δοκούσας εὐδαίμονας τύχας τοῦ βίου. Οὐδὲν γὰρ οὕτω μεστὸν ὑποψίας καὶ ἀπιστίας, ὡς βασιλεία καὶ δυναστεύουσα χείρ. Ὧ μὲν γὰρ βασιλεύεσθαί πως τετύχηκεν, ἕνα μόνον οὗτος δέδιε, τὸν βασιλέα· φαίην δ' ἂν, οὐδ' αὐτὸν, εἰ τὰ δίκαια φυλάττειν, ὅστις ποτ' ἂν ᾖ, ἐθέλει, καὶ τὴν λαχοῦσαν μοῖραν στέργειν τοῦ βίου. Ὧ δὲ βασιλεύειν ἔξεστιν, οὗτος μετὰ τῶν ἐμφανῶν ἐχθρῶν πλείους ἔχει καὶ τοὺς κρύφα τὰς πλείους συσκευάζοντας τῶν ἐπιβουλῶν. Οὐκ ὀκνήσω δ' εἰπεῖν, ὡς καὶ αὐτοὺς ἀεὶ δέδιεν, ὁπόσοι φυλάκων ἔχουσι τάξιν αὐτῷ, καὶ περίεστι τρέμειν ἀεὶ, καὶ Ταντάλειον, τ. . .

A rere, et fortunæ vestigia stabili fundamento quisque figere videatur, aliis nihil firmi habere, nihil certi. Fugax enim hora sæpe et momentum temporis multa, quæ stare videbantur, omnino in contrarium vertunt et ad terram affligunt: atque ad summum fortunæ splendorem obscura quandoque evehunt. Mirum vero, quomodo nihil usquam sincerum, nihil ab omni parte perfectum inveniatur eorum omnium, quæ seu bona seu mala esse homines arbitrantur: sed res, sibi invicem æternum inimicæ et pugnantes, velut **807** coalescant, et unius quasi matris sinu editas se in lucem profiteantur: et ea, quæ odium implacabile inter se exercent, inusitata quædam fœdera in hominum animis feriant; ac neque vitam tristitiæ immunem B cuiquam contingere videamus, nec tristitiam jucunditatis prorsus expertem; sed esse soleat et lætitiæ origo tristitia, et rursus tristitiæ mater lætitia. Et hæc quidem esse rebus insita quodammodo atque infixa intelligentiores quique sciunt, experientia nempe edocti. At ut illa ipsa vel augeantur vel minuantur, id ego existimo penes nos esse ut plurimum. Qui enim se in magnas negotiorum undas gestiat immergere, eum necesse est magnos subire periculorum fluctus; cui vero minoribus interesse satis fuerit, eum oportet moderatioribus affici vitæ molestiis. Regia certe dignitas in hac vita maximum esse fortunæ donum existimatur, et summus, si fas dicere, felicitatis C cumulus. Contra paucis obolis metiri copiam omnem rei familiaris, et veste uti trita, et satis habere id quod naturæ solas res necessarias suppeditat, id et miserum videtur, et eorum unum, quæ vulgi maxima pars detestantur. Qui vero utramque vitæ conditionem expertus est, is multo libentius pareat quam imperet, et vitam trahere inopem malit, quam quæ infinitis honoribus opibusque stipata sit. Sin minus, prodeat aliquis doceatque nos, quomodo Alexander ille Magnus, cujus auspiciis arma Europæ **808** ad Indiam usque penetrarunt, vile Diogenis dolium habitare, et ejusdem lacera veste indui, optatius sibi esse confessus sit, quam Asiæ et Europæ totius imperium possidere, et Babyloniis divitiis cumulari: D quarum effusa abundantia Dario et Persis ostendit, merum esse somnium ea quæ conditionem vitæ beatiorem facere existimantur. Enimvero nihil est ita suspicionis et diffidentiæ plenum, ut principatus et potestas summa. Nam quem alteri subditum esse fortuna voluit, is unum duntaxat pertimescit, imperatorem videlicet; sed ne hunc quidem (ausim dicere), si jura, quicunque tandem ille sit, velit servare, et ea quæ contigit sibi fortuna contentus vivat. At cui imperare datum est, is præter apertos hostes, complures alios habet, qui multas ei clanculum insidias struant. Nec verebor illud affirmare, timeri ab eo semper etiam ipsos stipatores; ita ut ei perpetuo contremiscendum et Tantalea, ut aiunt, vita agenda sit. Hæc

cogitans, mi fili, benevolæ matris consiliis pareto, et aliorum sententiæ cave ne accedas, qui, ad propriam utilitatem omnia referentes, te ipso tanquam larva quadam utuntur, quoad, ubi ex sententia sibi successerit, ipsi deinde tibi per fraudem exitium afferant repentinum; nec sic fere consulas rebus nostris, ut ii qui nos persecuti sunt. Nam coorta semel tempestate, nihil omnino inter nos illosque erat, quod in concordiam reduceret. Sanguinis autem vinculum, quo nos tecum jungimur, nihil est quod dissolvat. Qua enim quæso
809 ratione persuaderi possit cognatis visceribus, ut se invicem dilacerent; quorum arcanam compactionem solus novit, qui ea inter se irruptis quibusdam et adamantinis vinculis colligavit? Aut quid nobis parentibus tuis sub sole et cœlo suave esse possit absente te? Atque hæc maxime res est, quæ me nunc tuo cum patre vivam ad tumulum adigit, quod istarum, quas animo aluisti, cogitationum nos ipsi causa fuerimus. Ecquid porro aliud parentibus morte omni acerbius esse possit, præter ruinam liberorum, et eorum quidem bonorum; quorum vel sola recordatio efficit ut ii vivant, et eorum animæ viridissimum florem largitur? Tu vero paulisper, si vis, exspecta, quoad pater ipse sis. Tum expertus probe scies, quantam sub imis visceribus flammam alat parentum in liberos amor. Mihi certe verba nunc desunt, quibus id possim tibi penitus persuadere, antequam ipse eorum quæ dico experientiam nactus sis. At tu matris lacrymas ne despice; nec te hujus longi itineris capiat oblivio, quod ego tui causa citius quovis homine expedito conficere et accelerare studui; ne scilicet te ipsum cæcis periculis irretires, et fumum fugiens in ignem incideres, periculique umbram cavens, quæ in incerto futuri metu verteretur, in abrupta te præcipitia palam atque ultro mitteres; cujusmodi malum longe gravius est quam quæ nolentibus accidunt, qualia nos, ut scis, per illud sexennium vexati pertulimus; ne denique ejus, quam tum effugi, mortis tecum particeps propter
810 te quodammodo fierem. Sane quibus nolentibus calamitas supervenit, eos manet venia quædam, miserationi conjuncta. Quibus autem temeritate sua accidit, ut malorum fontes sibi ipsis foderent, iis indignari eo magis æquum est, quod ne eos quidem sibi relinquant, qui jure et merito miserturi sint. Quod si mihi multa in medium proferas veterum exempla, quæ te ad similes casus metuendos compellant, atque inter cætera id, quod de Martio illo, qui Romæ olim bellum intulit, narratur; ei nempe matris lacrymas in tantum fraudi fuisse, ut a quibus coronari eum oportebat, ab iis densissima lapidum grandine obrutus infelicissime obierit; postquam de illo vera audiveris, meliorem certe sententiam amplecteris. Præciderat sibi ille omnem defensionem: nullam sibi in posterum spem veniæ reliquerat. Aderat igitur suimet ipse accusator, et in ejus conscientia stimuli

A δὴ λεγόμενον, βόσκειν βίον. Ταῦτ' ἐννοῶν, φίλτατε, πείθου μητρὸς εὐνοούσης βουλαῖς, καὶ μὴ γνώμαις ἑτέρων συμφέρεσθαι δίδου, οἳ πρὸς ἓν δὴ μόνον τὸ οἰκεῖον σκοποῦντες συνοῖσον προσωπείῳ τινὶ κέχρηνταί σοι, μέχρις ἂν τὸ βουλόμενόν σφισι κατωρθωκότες αὐτοῖς, ἔπειτα καὶ σοὶ τὴν τοῦ βίου σχεδιάσωσιν ἐπιβούλως ἀπαλλαγήν· μηδὲ παραπλήσια τίθει τοῖς διώκτοις ἡμῶν τὰ ἡμέτερα. Παρόσον [P. 509] γὰρ ἐκείνων καὶ ἡμῶν τὸ συνάγον εἰς ὁμόνοιαν ἦν τῶν ἁπάντων μετὰ τὴν ζάλην οὐδὲν μεταξὺ, παρὰ τοσοῦτον ἡμῶν τε καὶ σοῦ τὸ τὴν τοῦ αἵματος ἕνωσιν διιστῶν τῶν ἁπάντων ἔστιν οὐδὲν μεταξύ. Τί γὰρ ἂν εἴη τὸ πεῖσαι δυνάμενον σπλάγχνα φύσεως ὑπ' ἀλλήλων τε καὶ δι' ἀλλήλων ῥήγνυσθαι· ὧν τὴν ἀπόρρητον σύμπηξιν μόνος οἶδεν ὁ ξυνδήσας ἀλύτοις τισὶ καὶ ἀδαμαντίνοις

B δεσμοῖς; Ἢ τί τῶν ὑφ' ἡλίῳ καὶ ἀέρι πάντων ἡδὺ γένοιτ' ἂν τοῖς γονεῦσιν ἡμῖν, σοῦ μὴ παρόντος; ὡς νῦν γε τοῦτ' ἔστιν ὅ με μάλιστα ζῶσαν μετὰ τοῦ σοῦ κατάγει πατρὸς εἰς πυθμένας ᾅδου, ὅτι σύ γε ἡμῶν ἕνεκα τοιούτους ἔθρεψας ἐν σεαυτῷ λογισμούς. Τί δ' ἄλλο τῶν πάντων εἴη θανάτου παντὸς γονεῦσι πικρότερον, ἢ τέκνων καταστροφὴ, καὶ τέκνων ἀγαθῶν· ὧν ἡ μνήμη καὶ μόνη τούτοις δημιουργεῖ πνοὴν καὶ τὸ θάλλειν ἐκ περιουσίας χαρίζεται τῇ ψυχῇ; Ἀνάμεινον δ', εἰ βούλει, μικρὸν, μέχρις ἂν καὶ αὐτὸς τέκνων γένῃ πατήρ· καὶ τότε διὰ τῆς πείρας εἴσῃ καλῶς, ὁπόσην οἱ τεκόντες τοῦ φίλτρου τὴν φλόγα βόσκουσιν ἐν μέσοις τοῖς σπλάγχνοις ὑπὲρ τῶν τέκνων. Νῦν γὰρ οὐκ ἔχω, τίσι χρησαμένη

C λόγοις πείθειν ἄν σε δυναίμην τελέως, πρὶν εἰς τὴν τῶν λεγομένων σε πεῖραν ἀφῖχθαι. Μὴ δὴ παρίδῃς δάκρυα μητρὸς, μηδὲ μόχθον ἐν λήθῃ ποιήσῃς τοσαύτης ὁδοιπορίας, ὁπόσην ἐγὼ διανῦσαι καὶ συντεμεῖν τάχιον ἢ κατὰ πάντα εὔζωνον ἄνδρα προτεθύμημαι διὰ σὲ, ἵνα δήπου μὴ σεαυτὸν ἀτεκμάρτοις περιβάλῃς κινδύνοις, καὶ καπνὸν φεύγων εἰς πῦρ ἐμπέσῃς, καὶ σκιὰν φυλαττόμενος ὑποψίας, ἐν ἀδήλῳ μέλλοντος φόβου καλινδουμένην, εἰς κρημνοὺς ἀποτόμους περιφανῶς συνωθήσῃς σαυτὸν ἑκοντὶ (ὃ τοῦ ἀκουσίου πάθους ἐστὶ μακρῷ χαλεπώτερον, ὁποῖον καὶ ἡμῖν τὸν ἑξαέτη χρόνον ἐξεγένετο πάσχειν ἐκεῖνον ἐλαυνομένοις, ὥς γε οἶσθα) καὶ ὃν διέφυγον τότε θάνατον, τούτου σὺν σοὶ διὰ σέ πως παραπολαῦσαί μοι γένηται. Οἷς μὲν γὰρ ἀκουσίοις ἔπεισι

D τὰ δεινὰ, συγγνώμη τις εἴωθεν οἴκτῳ συγκεκραμένη συνεξακολουθεῖν. Οἷς δ' ἐξ ἰδίας ἀβουλίας συμβαίνει πηγὰς ἀνορύττειν κακῶν ἑαυτοῖς, τοσοῦτον νεμεσᾶσθαί σφισιν εἰκὸς, ὅσον οὐδὲ τοὺς ἐλεήσοντας καταλιμπάνουσιν ἑαυτοῖς ξύν γε λόγῳ τῷ πρέποντι. Εἰ δέ μοι πολλὰ τῶν πάλαι πρὸς μέσον ἄγεις ὑποδειγμάτων, ὁπόσα πρὸς τοὺς ὁμοίους σε φόβους ἐνάγουσι, καὶ ξύν γε τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ Μάρκιον ἐκεῖνον, τὸν τῇ πάλαι στρατηγήσαντα Ῥώμῃ ποτὲ, ἐς τοσόνδε τὰ μητρὸς ἔσφηλε δάκρυα, ὡς μυρίαις ὑφ' ὧν στεφανοῦσθαι ἐχρῆν καλυφθέντα λίθων βολαῖς θανεῖν δυστυχῶς, ἀλλὰ τἀληθῆ περί γε τἀνδρὸς ἐκείνου μαθὼν τὴν ἀμείνω κρίσιν ἕλοιο ἄν. Πάσης γὰρ ἐκεῖνος ἀποκλείσας ἑαυτὸν ἀπολογίας, καὶ θύραν οὐδεμίαν συγγνώμης ταῖς ἐπιούσαις καταλελοιπὼς ἐλπίσιν,

αὐτὸν ἑαυτῷ κατήγορον ἐκ τοῦ σύνεγγυς εἶχε, καὶ πολλὰ ταῖς τοῦ συνειδότος [P.510] σκηναῖς αὐλιζόμενά οἱ παραπέπηγε κέντρα. Τὰς γὰρ πλείστας Ῥωμαίων χώρας καὶ πόλεις θᾶττον ἢ λόγος ἀφελόμενος τὰς μὲν τοῖς ἐναντίοις ἐχαρίσατο, τὰς δ' ἐξηνδραποδίσατο καὶ κατέσκαψε χεῖρον ἢ τὰς Θήβας Ἀλέξανδρος. Καὶ διὰ τοῦτο Μάρκιος εὔελπις ἥκιστα ἦν, οὐδὲ πάροδον ὅλως εἰς πίστιν εἶχον ταῖς Ῥωμαίων ψυχαῖς αἱ Μαρκίου συνθέσεις· οἵ τε Ῥωμαίων αὖ πολέμιοι φρικώδεσιν ὅρκοις αὐτὸν προκατειληφότες, ἔπειτα μέγαν ἐξ ἀσθενοῦς ταῖς οἰκείαις ξυμμεμαχηκότες δυνάμεσιν ἐπεπράχεσαν· ἃς βραχύ τι παρακρούσασθαι διὰ τὰ μητρὸς δόξας δάκρυα ἔλαθεν εἰς τοὺς ἐσχάτους ὀλέθρους ὠλισθηκώς. Σὺ δ' οὔτε βλάβην τοῖς Ῥωμαίων οὐδεμίαν παρέσχες πράγμασιν, οὔθ' ὅρκοις οὐδέσι δέσμιον σεαυτὸν προκατέστησας. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα προκατειληφυῖα λαμπρῶς ἡ τῆς ἐμῆς ἀφίξεως ἀνεχαίτισεν αὕτη σπουδή· ὡς εἶναί σοι μηδὲν ἐμποδὼν τῶν ἁπάντων ταῖς μητρικαῖς παραινέσεσι πείθεσθαι. Ἔπειθ' ὁρᾷς καὶ εἰς ὅσον μὲν βραχύτητος ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ συνεστάλη, εἰς ὅσον δὲ πενίας τὰ Ῥωμαίων ἐῤῥύη πράγματα· ὡς μηδὲ λέγειν θαῤῥεῖν φειδοῖ τῆς τῶν ἀκουσομένων αἰδοῦς. Ὅμως ἐξ ἑνός γέ του δηλώσω σοι τρόπου. Ἴσασι μὲν γὰρ τῶν Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων οἱ πλεῖστοι τὸν πλοῦτον πρὸ τῆς συγχύσεως καὶ τῶν διωγμῶν ἐκείνων, ὁπόσος τοῖς σοῖς γονεῦσιν ὑπῆρχεν ἡμῖν, ἔν τε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθων καὶ μαργάρων πολυτελείᾳ, ἔν τε ποίμναις καὶ βουκολίοις καὶ μυριάσι παντοίων θρεμμάτων καὶ βοσκημάτων. Ἴσασι δὲ καὶ τῶν παρεστώτων οἱ πλείους τὸ τῶν ἡμετέρων πλῆθος ἀποθηκῶν, αἳ τοῖς ἐκ γῆς παντοδαποῖς γεννήμασιν ὑπερεξεχέοντο, καὶ τὰ ταμιεῖα ἐκεῖνα, ὁπόσα βρίθοντα κομιδῆ τοῖς ἐτησίοις καρποῖς τε καὶ θησαυροῖς ἐστενοχωροῦντο. Τῆς δὲ καθ' ἡμέραν ἑκάστην τραπέζης τὴν ἀφθονίαν καὶ πολυτέλειαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην ὅσοι μετεῖχον ἐκείνης καὶ παραπέλαυον, ἴσασιν ἅπαντες, τά τε ἄλλα καὶ ὡς οὐδ' ἄχρι καὶ ἐς τὸ τοῦ δεκάτου μέρος ἐκείνης ἀνήκειν τὰ τῆς βασιλικῆς ἡμῖν τραπέζης δύναται τήμερον. Οὕτως ἀσθενῶς ἔσχε, καὶ ἐς τοσοῦτον ἔῤῥει καὶ κατενήνεκται δυστυχίας τὰ Ῥωμαίων πράγματα προφανῶς· ὡς ἐξεῖναι σκοπεῖν σε, γλυκύτατε, τί καταλελοιπὼς τῷ πατρὶ καὶ τοῖς γε ἀμφ' αὐτὸν ὁμοῦ καὶ σὺν αὐτῷ, τί ποτ' ἂν λάβοις αὐτὸς ἰδίᾳ πρὸς εὐπορίαν σοί τε καὶ τοῖς γε ἀμφὶ σὲ στρατιώταις. Οὔτε γὰρ ἄνευ ὅπλων καὶ στρατιωτικῶν δυνάμεων δυνατὸν βασιλείαν συνίστασθαι, καὶ μάλιστα τὴν ἐκ νεωτερισμοῦ· οὔτε χρημάτων ἄνευ, τό γε μεῖζον εἰπεῖν, ὅπλα καὶ στρατιωτικὰς εἰκὸς ἀθροίζεσθαι δυνάμεις. Στρατιωτῶν γὰρ ἄνευ ἐνίοτε μεγάλα καὶ καθ' αὐτὸν ἰσχύοντα πάντες ἴσασι τὸν χρυσὸν, καὶ πάσης [P.511] Ἑλεπόλεως μείζω. Πρὶν γὰρ αἰσθέσθαι τοὺς πλείους, εὑρίσκεται πολλάκις ῥᾳδίως, προδεδομένη τοῖς πολεμίοις ἡ πόλις διὰ χρυσόν. Οἶσθα δ' αὖ καὶ ὅσος ἐκ τῶν στρατοπέδων τοῖς ἄγουσιν ὄχλος μετὰ κινδύνων ἕπεται, μήτε πολέμων παρόντων, μήτε μισθῶν διδομένων αὐτοῖς. Οἷς γὰρ ὁρίζεσθαι τὸν βίον ἐν τῷ μισθοῦ στρατεύεσθαι ἔπεισι, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὸν μὲν πόλεμον

A plures infixi penitus insidebant. Plerosque agros et urbes Romanis cum ademisset, idque summa celeritate, partim hostibus concesserat, partim diripuerat, et pejus, quam Thebas Alexander, vastaverat. Idcirco minimum erat Martio bonæ spei; neque illius pactiones apud Romanorum animos aditum ullum habebant ad fidem acquirendam. Romanorum vero hostes eumdem horrendis juramentis primum obstrinxerant, deinde suis viribus adjutum ex humili magnum effecerant. Itaque ille propter matris lacrymas cum eos aliquantulum **811** visus esset elusisse, in ultima mala imprudens delapsus est. Tu vero nec detrimenti quidquam rei Romanæ attulisti, nec te ullis juramentis præpedivisti. Ista enim omnia plane antevertit et B inhibuit adventus mei celeritas; ita ut nihil quidquam tibi obstet, quominus matris exhortationibus pareas. Vides præterea, quam in angustum contracta hujus imperii magnitudo, quo inopiæ redacta sit Romana res. Vereor equidem dicere, ut audientium pudori parcam. Tamen id tibi una re declarabo. Norunt Romanorum et Barbarorum plerique, quantæ nobis parentibus tuis opes, ante confusionem temporum et calamitosam illam fugam, in auro fuerint, in argento, in gemmis et margaritis pretiosissimis, in gregibus et armentis, denique in infinita quorumlibet altilium pecorumque vi. Norunt etiam plurimi ex iis, qui hic adsunt, quot apothecas omni genere earum rerum, quas C terra gignit, redundantes; quæ horrea, annuis fructibus et acervis gravida et coarctata, habuerimus. Jam de lautitia et magnificentia mensæ quotidianæ, qui ejus participes nobiscum fuerunt, ii sciunt cum alia, tum nec ad decimam partem pristinæ illius magnificentiæ posse progredi eos sumptus, qui in mensam imperatoriam hodie a nobis fiunt, usque eo debilitatæ, eo calamitatis lapsæ sunt ac demersæ palam res Romanæ. Potes nunc, dulcissime, expendere, quid et patri, et iis quos secum ac circa se habet, **812** relinquens, quidnam seorsum ipse tandem habiturus sis, quod et tibi et tuis militibus sit satis. Nec enim sine armis militaribusque copiis constituere imperium sibi quisquam potest, præsertim si id per novas res D quærat: nec, quod majus est, arma militaresque copiæ videntur parari posse sine pecunia. Nemo scilicet hoc nescit, ipsum per se aurum multa sine militibus posse, imo majorem quam tormentum ullum murale vim habere: et compertum sæpe est, urbem propter aurum, antequam plerique sensissent, nullo labore hostibus proditam fuisse. Scis denique, quantum molestiæ et periculorum ab exercitibus redundet in duces, cum nec bellum geritur, nec stipendia persolvuntur. Nam qui rem fortunamque omnem sibi in stipendiis positam esse intelligunt, eos necesse est et bellum multo malle quam pacem, et pacem multo quam bellum pejorem arbitrari. Iis siquidem bellum non solum accipiendi stipendii, sed et prædæ per vim agendæ

occasio fit, unde et parabilium epularum copia affluit. Contra pax eorum etiam, quæ quis parta habet, effusio quædam est. Tu vero utraque re, militibus et pecunia scilicet, statim destitutus facere non poteris, quin te ipsum perdas potius, quam imperatoriam tibi auctoritatem asseras. Mihi igitur credere si velis, quæ et mater sum, et te diligo magis, quam tute ipse te, tuas mihi res committito, paulisperque exspecta quoad celerrime ad parentem tuum reversa, et ut securus sis efficiam, et ut opulentus evadas summa deinde cura provideam »

πολλῷ τῆς εἰρήνης ἡγεῖσθαι βελτίω, τὴν δ' εἰρήνην πολλῷ χαλεπώτερον τοῦ πολέμου χρῆμα. Ὁ μὲν γὰρ πόλεμος σὺν τῷ μισθῷ καὶ βιαίας ἁρπαγῆς καθίσταταί σφισιν αἴτιος ἀφ' ὧν ἀφθονία τραπέζης ἀμόχθου προτίθεται· εἰρήνη δὲ τοὐναντίον ἄφθονος καὶ τῶν ὄντων δαπάνη καθίσταται. Σὺ δ' ἀμφοτέρων ἐστερημένος ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ἂν φθάνοις φθείρων σεαυτὸν, βασίλειον σεαυτῷ περιποιούμενος κράτος. Ἢν γοῦν ἐμοὶ πείθεσθαι θέλῃς, τῇ μᾶλλον ἢ σὺ σαυτὸν ποθούσῃ μητρὶ, ἐμοὶ τὰ σὰ προσανάθου, βραχὺ περιμείνας, ἕως ἂν τὴν ταχίστην ἐς τὸν σὸν ἐπανιοῦσα πατέρα, ξὺν τῷ ἄφοβον εἶναί σε, καὶ τὰ τῆς εὐπορίας ἐκεῖθεν ἐν μεγάλῃ σοι ποιήσωμαι προμηθείᾳ.

V. Hæc locuta imperatrix Irene animum filii 813 mollivit, et dicto audientem prorsus effecit. Itaque, cum et cætera omnia, quæ præterea instabant, intra non multos dies præclare ordinasset, Byzantium quam diligentissime rediit: ubi Andronici filii sui comperto interitu, diebus luxit compluribus. Et hæc quidem ita ferme procedebant.

Ε'. Ταῦτ' εἰποῦσα καὶ τὴν τοῦ Υἱοῦ μαλάξασα γνώμην ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, καὶ σφόδρα τοῖς οἰκείοις πειθόμενον δείξασα λόγοις, καὶ τἄλλα πάνθ', ὁπόσα ἐπὶ τούτοις χρεὼν, οὐ μάλα συχναῖς ταῖς ἡμέραις καλῶς διαπραξαμένη, τάχιστα ἐς Βυζάντιον ἐπανήει κἀνταῦθα τὴν τοῦ υἱέως μεμαθηκυῖα τελευτὴν Ἀνδρονίκου λίαν ἐφ' ἱκαναῖς ἐπένθησεν ἡμέραις. Καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη ἐφέρετο.

CAPUT IV.

Cantacuzenus Didymotichum proficiscitur, ut motus componat ab uxore jam sopitos. Joannes patriarcha, ne rebus novis faveat, Byzantium inde transfertur. Moritur non longo post. Ejus elogium. Provinciæ Matthæo Cantacuzeno assignata a patre. Cantacuzeni imperatoris oratio ad filium. Reditus in urbem.

1. Post Arcturi ortum imperator, Byzantio egressus, Didymotichum venit: ut eos tumultus, quos ab imperatrice Irene jam sopitos fuisse diximus, componeret, et res in meliorem statum verteret. Hinc autem ille ante omnia Joannem patriarcham ejecit, et Byzantium, ut in palatio vinctus custodiretur, misit, ne et ipse favens novis rebus, quæ illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicæ detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potitus, et decimo post exaugurationem mense mortuus. Erat porro vir ille statura non adeo procera; vultus conformatione plane honesta ac liberali; item lingua in dicendo expedita. In sacris canonibus et in legibus, quæ ad forenses causas pertinent et quotidianos civilium negotiorum casus explorant, versatissimus jam inde ab adolescentia fuit. At idem Græcis litteris non admodum erat instructus; sed extremo tantum digito eas attigerat. Hunc autem defectum vis naturæ excellens supplebat. Indole enim memoriaque adeo præstabat, 814 ut quæcunque legisset, ea memoriter, per integrum duarum aut trium horarum spatium, fideliterque recitaret. Quamobrem multa singulis diebus festis convenientia, ad populi congregati multitudinem erudiendam, cum ex sacris Scripturis excerperet, om-

Α'. Μετὰ δὲ τὰς τοῦ Ἀρκτούρου ἐπιτολὰς ἄρας ἐκ Βυζαντίου ὁ βασιλεὺς ἧκεν ἐς Διδυμότειχον, συμβιβάσων καὶ ἀποκαταστήσων οὓς ἡ βασιλὶς, ὡς εἴρηται, Εἰρήνη θορύβους ἔφθη κατευνάσασα. Καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκὼς (79) Ἰωάννην ἐν τοῖς Βυζαντίου [P. 512] ἀρχείοις δέσμιον ἐπεπόμφει φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναράμενος καὶ αὐτὸς μεγίστης καὶ δυσεφίκτου τοῖς δημοσίοις γένηται πράγμασι βλάβης αἴτιος. Ὃς καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, πέντε καὶ ἑξήκοντα γεγονὼς ἐγγὺς ἔτη· πατριαρχεύσας μὲν περί που τὰ τεσσαρεσκαίδεκα (80)· ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθαίρεσιν μῆνας δέκα. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ἡλικίαν οὐ πάνυ εὐμήκης· τὴν δὲ τοῦ προσώπου ἰδέαν πάνυ εὐσχήμων· τήν τε γλῶτταν ἀκώλυτον ἔχων ἐν τῷ λέγειν· καὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν καὶ νόμων, ὅσοι κατὰ τὰς δίκας ἐγγυμνάζουσι τὰς ἀναφυομένας ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ὑποθέσεων, πάνυ τοι ἠσκημένος ἐκ νέου. Τῆς γε μὴν Ἑλληνικῆς παιδείας οὐ πάνυ τοι σφόδρα μετέσχε, πλὴν ἢ ὅσον ἄκρῳ δακτύλῳ γεύσασθαι. Ἀνεπλήρου δ' ὅμως τὸ ἐκεῖθεν ἐλλιπὲς ἡ τῆς φύσεως ὀξύτης. Οὕτω γὰρ εὐφυής τε καὶ μνήμων ἦν, ὡς δύνασθαι λέγειν ἀπὸ στόματος, ὅσα ποτὲ προανεγνώκει, μέχρι καὶ ἐς διάστημα δυοῖν καὶ τριῶν ἀσφαλῶς ὡρῶν. Διὰ δὴ τοῦτο κἀκ τῶν θείων Γραφῶν ἐρανιζόμενος τὰ ταῖς ἑκάσταις τῶν ἑορτῶν ἐς διδασκαλίαν τοῖς ἠθροισμένοις ὄχλοις κατάλληλα δη-

Variorum notæ.

(79) Cantacuzenus lib. IV, cap. 3, Didymoticho, ubi morbum cum aliqua mentis alienatione contraxerat, in urbem adduci præcepisse scribit, quo a medicis curaretur, ex eoque postmodum decessisse. Ita dissident invicem Cantacuzenus et Gregoras, uterque pro libito, seu potius.... DUCANG.

(80) Vide adnotata ad lib. X, cap. 7, sect. BOIVIN.

μουσίᾳ διῄει πάντ' ἀπὸ στόματος ἀποτάδην, ὥσπερ ἀπὸ βιβλίου, μηδαμῇ ποτε μήτε γλώττης ἐνιαχοῦ διὰ λήθην ἀκροσφαλοῦς γινομένης, μήτε τῆς διανοίας ὑστεριζούσης κατὰ τὴν τῶν λεγομένων πρόοδον· ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἁρμονίᾳ καὶ λύρᾳ, συνηχούντων ἐς τὸ πάνυ τοι εὐφυὲς καὶ ἀπεξεσμένον ἀμφοῖν.

Β'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ἰδίᾳ παρειληφὼς ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ τὸν υἱὸν, λόγων τε πειθοῖ καὶ πατρικῶν ἀβύσσοις παραινέσεων, λογισμῶν τε ἐκείνων ὑπέρτερον, ὁπόσοι πλήρεις τῶν μελλόντων ἦσαν φόβων, ἔπραττε καὶ ἅμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος μέρος (81) ἡγεῖσθαι διὰ βίου παρεῖχεν, οἱονεί τινα σατραπικὴν καὶ αὐτόνομον ἡγεμονίαν, πρός τε τὸ ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως καὶ ἅμα τῶν ὑποπτευομένων φόβων ὡς ποῤῥωτάτω ζῶντα διατελεῖν. Τὸ δὲ ἦν, μῆκος μὲν, ὅσον τὸ ἐκ Διδυμοτείχου πρὸς ἄνεμον ζέφυρον ἀποκλῖνον, ἄχρι που τῶν τῆς Χριστουπόλεως ἔγγιστα προαστείων· εὖρος δ', ὅσον τὸ ἐκ θαλάττης εἰς Ξάνθειαν ἀνιὸν τὸ πολίχνιον, καὶ ὅσα μικρὸν ἐπέκεινα κεῖται χωρία. Παρασήμοις γε μὴν τοῦ μεγέθους συμβόλοις κεχρῆσθαι ἐπέτρεπεν, ὅσα βασιλείας μὲν εἰσιν ἥττω, ἀξιωμάτων δ' ἁπάντων ἄλλων ἐπέκεινα· παρήγγελλέ τε, καθάπερ εἰκόνα καὶ ἀφορμήν τινα μείζονος εἶναι νομίζειν τοῦτ' ἐξουσίας ».

[P. 513] Γ'. « Σοὶ μὲν γὰρ εὐφυῶς, » φησὶν, « ἄρχοντι, καὶ ξύν γε τῇ προσηκούσῃ προνοίᾳ ταυτὶ τὰ μέτρια τῶν ὑπηκόων διοικοῦντι πράγματα, ἐξέσται δήπου καὶ μείζονός ποθ' ἡγεμονίας ἐπειλημμένῳ πρὸς τὸ ἄμεινον ἄγειν· καὶ ἅμα οἷς ἀφορᾷν περιγίνεται πρὸς σὲ, καὶ τοῖς γε σοῖς ὁπώσποτε φιλοῦσιν ἐγκαλλωπίζεσθαι προτερήμασι, καὶ τούτοις δ' αὖ βεβαίας λελείψεται κτᾶσθαι προσδοκίας ἐπὶ σοὶ, ὅσαι τῆς ἀγαθῆς φλεβὸς ἀποῤῥέουσαι βίον προμνῶνταί σφισιν εὐδαίμονα. Οὐδεμία γὰρ ἐῤῥᾳθυμημένη καὶ ἀνανταγώνιστος ἀρετὴ λαμπρῶν ἀξιοῦται γερῶν, ὁπόσα περιφανεῖς βραβεύει στεφάνους. Ἐπεὶ καὶ σύνεσιν ἀνδρὸς καὶ γνώμην ἡγεμονικὴν οὔτ' ὄψις, οὔτε μαντικοί τινες τρίποδες, εἴ τινες εἶεν χρηστηριαζόμενοι, τοῖς πολλοῖς οὑτωσὶ προσημαίνειν δύνανται, ὡς ἡ ἐπὶ τῆς χρείας καὶ τῶν καιρῶν ἀναλάμπουσα πεῖρα τῶν τε λόγων καὶ πράξεων. Πολλοῖς γὰρ ἐξ ἀπειρίας ὁ φανταστικὸς νοῦς μεγάλας ὑποτίθησι πλάττων εὐτυχίας τε καὶ μακαριότητας, καθάπερ αἱ ζωγράφων χεῖρες τοὺς τύπους τοῖς χρώμασι, παίζουσαι κατὰ τὸ βουλόμενον τῆς ψυχῆς. Ἡ δ' ἐκ τῶν πραγμάτων πεῖρα, οἷον ἔμψυχος διδάσκαλος καθισταμένη, μέγαν ἐντίθησι νοῦν, καὶ σωφρονέστερον εἰς ἁρμονίαν προδείκνυσι βίου τὸν ἄνθρωπον. Ἐγὼ δέ σε καὶ φραγμὸν οἱονεί τινα τίθημι τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς καὶ ἐπικρατείας, ὡς ἐξεῖναί σοι, δίκην προβλῆτος ἀναδεδειγμένῳ, τὰς οἷον ἐξ ἀχανοῦς πελάγους τῶν Τριβαλλῶν τρικυμίας σεαυτῷ μὲν ἀφορμὰς λαμπρῶν διδόναι τρο-

nia continenti oratione publice sic pronuntiabat, quasi de scripto; ut nec lingua vitio memoriæ uspiam titubaret, nec in progressu orationis mens tardius assequeretur ea, quæ dicebantur; sed, quasi in symphonia aut in lyra, apte prorsus et æquabiliter ambæ concinerent.

II. Hæc cum ita se haberent, filium illic imperator privatim convenit: rationum vi et paternis admonitionibus altiorem facit iis suspicionibus, quæ futuri metu plenæ eum angebant: simul Romani imperii partem recisam, regendam ei quandiu victurus sit assignat, quasi satrapicum quemdam et nemini subditum principatum, nempe ut tutior jam et firmior ab iis quæ formidabat, periculis quam longissime deinceps viveret. Patebat porro ea provincia, in longum quidem, a Didymoticho zephyrum versus ad Christopolitana proxime suburbia; in latum autem, a mari ad oppidulum Xanthiam, et paulo ulterius. Sed et iis insignibus majestatis uti permisit, quæ supremo quidem imperio essent inferiora, cæteris vero quibuscunque altiora dignitatibus; præcepitque, ut illud imaginem quasi et occasionem esse duceret majoris potestatis.

III. « Tibi enim, inquit, si **815** sapienter imperes, et ea, qua decet, prudentia modicam hanc provinciam administres, licebit fortasse, majoris aliquando imperii potito, tuas res provehere in melius, simulque iis qui intuentur in te, et honores tuos solent utcunque sibi gratulari, spes in te certas, bono scilicet fonte derivatas, et beatam vitam spondentes, integrum erit collocare. Quæ enim virtus otiosa est et nihil habet cum quo luctetur, ea præmiis magnificis et illustribus palmis non donatur. Nimirum hominis intelligentiam, et animum illum imperio dignum, nec visio ulla, nec vaticini tripodes, si consulantur, ita populis declarant, ut ea, quæ in usu et occasionibus elucet, dictorum factorumque experientia. Ac multis quidem, quia sunt rerum rudes, animus imaginum plenus magnas objicit, sed fictas, felicitates et beatitudines, ut pictorum manus ad libitum ludentes quidlibet coloribus exprimunt. Usus autem rerum, veluti magister vivus, multum intelligentiæ infundit, et homines in vita sapienter instituenda cautiores præstat. Ego vero nostri imperii nostræque ditionis murum quasi quemdam statuo te, ut possis, rupis instar constitutus adversus fluctus ex Triballis tanquam ex immani profundo effervescentes, tibi quidem tropæorum illustrium occasionem paratam habere, nobis autem securitatem præstare. Hinc fiet in primis, ut magna tibi ab omni Romanorum genere laudum seges

Variorum notæ.

(81) Τῶν κατὰ Χαλκιδικὴν πόλεων præfecturam datam Matthæo filio indicat Cantacuzenus lib. IV cap. 10. DUCANG.

tribuatur, commune **816** illud in omnes beneficium conferenti. Etenim rerum a principibus gestarum gloria ab animis subditorum suum omne pretium revera sortitur. Nempe hi, quandiu ipsis bene est, divinos principibus honores impertiri solent. Ubi autem male rem gerunt, contraria prorsus facere haud verentur, quavis fortunæ mutatione eos facillime mutante. Illud vero non ignoro, queri posse te de nobis, qui id gratificemur, quod minime gratum esse debeat, et voluptatis guttulam dantes ærumnarum maria in te tota effundamus. Siquidem ea per nos loca habiturus es, quæ flamma hostilis quotidie depopulatur, quæ diu et noctu grassantibus barbaris non minus patent, quam nostræ regiones. Quas enim terras pervadendo invias ac desertas facere haud desinunt, a mari quidem, piraticæ ex Asia Persarum copiæ, a terra autem apertæ clandestinæque Triballorum incursiones et infesti exercitus, eas nos tibi possidendas assignamus, quas æternum certamen et periculum capiti, quasi Tantaleum aliquod saxum, impendens verius dixeris, quam providentis animi beneficium. Et erunt quidem omnino justæ expostulationes tuæ, si ista nobis objicere volueris, mederi autem non admodum facile erit. Nec enim nobis, quamvis cupientibus et multum sollicitis, aliud paratum erit, quod in locum eorum, quæ data fuerint, substituamus. Vides quippe in summas angustias adductum esse Romanum imperium, et inviam pene ac feram nobis pro omnibus patere solam Thraciæ regionem, urbes autem, **817** quæ generis Romani reliquias conservent, paucissimas circumstare, suburbiis et ipsas, vestibulisque ad urbium ornatum requisitis, destitutas; longinquis præterea finibus, et vastis solitudinibus interjectis, a se invicem distantes; quales patentissimo in campo numerosissimaque stipula, post messem et falcem, sparsæ et numerabiles spicæ. Omitto intestinam tragœdiam, quam civium sibi invicem infestorum discordia exhibuit; qua factum est, ut habitatorum potius simulacra nunc quam habitatores esse videantur. Adeo res nostræ in præsenti afflictæ sunt; adeo civiles illi et implacabiles tumultus, ab inimicis meis excitati, non solum maximam iis, qui nequiores erant, opportunitatem dederunt, ut licentiæ et contumaciæ assuescerent, sed et externorum in nos hostium potentiam plane confirmarunt. Undenam scilicet, nisi inde, Triballus in nos tantus crevisset; qui fluvii instar exundans, et limites suos longe prætergressus, effusis fluctibus partem imperii Romani jam inundavit, partem inundaturum se minitatur? Nimirum ille, longo terræ intervallo a nobis divisus, eo audaciæ processit, eas vires collegit, ut nostros agros illius exercitus perpetuo incursent et subitis irruptionibus vastent impune; telorum autem stridorem ad nostras aures facile perferat, nulla alia re *fortem se* in vincendo exhibens, nisi quod ex Romanorum calamitatibus consilium capit et vires. Quem

pugnaculis, et omnibus munitionibus, quibus protecti fuerant, amisissent; cum et metus esset, ne Byzantii, facta irruptione, navim onerariam ipsis cum hominibus comprehenderent, ac eorum, qui in triremibus erant, plerosque vulnerarent; funes convellunt, et convocatis triremibus, quæ sibi ad navim abducendam subsidio sint, fracti admodum et lacrymabundi abeunt. Non tamen ad suum statim portum appellunt : sed usque donec sol occidat in alto commorati, jactis ancoris, mortuos colligunt, et receptos vulneratos curant. Vespere, cum eos qui in castello essent, suorum cladem statim persentire, tumultumque inde oriri, furiosumve ullum clamorem in castellum penetrare, ac relictorum ibi hominum animis perturbationem metumque afferre, vix jam facile erat, extra fines suos deferuntur, ac mortuos sepeliunt. Demum animis timore gravi oppressis, ad portum suum applicant, ab armis discedi vehementissime cupientes, discessumque iri sperantes.

Ϛ'. Ἀλλ' ὀψὲ τὰς ἐλπίδας ἀπάτην οὔσας μεμαθηκότες ἔπεμπον μὲν πρεσβείαν ὑπὲρ εἰρήνης ἐς βασιλέα, συνῆγον δ' οὖν καὶ συμμάχους ὁπλίτας ἔκ τε τῶν οἰκείων καὶ τῶν ὅθεν δήποτε φίλων καὶ συγγενῶν· καὶ ἀποτυγχάνοντες τῆς εἰρήνης εἰς χρονιώτερον ἤδη παρεσκευάζοντο πόλεμον, χρήματά τε ἀπαριθμούμενοι καὶ συνεισφέροντες· οὐδὲ λόγους ὅμως συνήθους ὀφρύος ἀφιέναι ἠμέλουν μεστούς.

VI. Tandem ubi spes suas deceptas vident, legatos ad imperatorem mittunt, qui de pace agant; iidemque nihilominus auxiliares copias cogunt, tum ab suis, tum undecunque ab amicis et cognatis. Pace non impetrata, **854** bellum diuturnius apparant; pecunias dinumerant et contribuunt : neque interim vocibus parcunt solitæ arrogantiæ plenis.

CAPUT IV.

Cantacuzenus (Orestiade) reversus bellum terra et mari apparat. Advocata concione, Byzantios negligentiæ arguit : pecuniam in classem contribui jubet. Pecunia promittitur. Ingens omnium ardor. Exactiones Latini suas naves subducunt. Auxilia et pacis arbitros arcessunt. Rhodiorum legati de pace; legatione irrita domum redeunt. Galatæorum pretiosam supellectilem, quorumdam etiam uxores ac liberos, rogati secum exportant. Byzantii coactis undique navibus classem instruunt. Obsident et obsidentur.

[P. 538] Α'. Ἄρτι δὲ τοῦ φθινοπώρου μεσοῦντος ἀφικνεῖται καὶ βασιλεὺς ἐς Βυζάντιον, στρατόν τε ἐπαγόμενος ἠπειρώτην καὶ ἅμα ναυπηγήσιμα ξύλα παραγγέλλων, τὰ μὲν ἐξ ὄρους ἤδη τμηθέντα, τὰ δ' ἔτι τεμνόμενα, φέρειν· καὶ ἠθροίζετο ναυπηγῶν (96) καὶ τεκτόνων πλῆθος ἅπαν ἐς τὸ περὶ τὸν τοῦ Βυζαντίου ἱππόδρομον νεώριον (97). Ὀψὲ γὰρ ἔγνωσαν κακῶς βουλευσάμενοι Βυζάντιοι περὶ τὴν ἔξω τειχῶν συσκευὴν τῶν νεῶν· καὶ ἡ τοῦ φθάσαντος πάθους ἀπειλὴ συνετωτέρους ἐπεποιήκει πρὸς τὴν τῶν δρωμένων ἑξῆς ἐπανόρθωσιν.

I. Medio statim autumno Byzantium adveniens imperator terrestres copias secum adducit : simul navalia ligna convehi jubet, quæ in monte partim jam erant cæsa, partim adhuc cædebantur : convenitque omnis fabrorum et operariorum turba in illud navale, quod est apud Byzantinum Hippodromum. Sero enim tandem intellexerant Byzantii, fecisse se imprudenter, cum extra muros naves fabricandas censuissent; et acceptæ cladis terrore ad errata corrigenda cautiores in futurum evaserant.

Β'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοὺς Βυζαντίους ἐς ἐκκλησίαν καλέσας ἀνεμίμνησκεν, ὅτι « Τῶν ἐνεστώτων δεινῶν τούτων ὑμεῖς πάντως ὑμῖν αὐτοῖς αἴτιοι, καὶ οὐκ ἄλλος τῶν πάντων οὐδείς. Μέμνησθε γὰρ, ὅπως τὸν πέρυσι χρόνον ἐνταυθοῖ συνεληλυθότες ἐπηγγείλασθε πάντες, χρήματά τε καὶ ὅπλα συνεισενεγκεῖν οἰκο-

II. Postera die, convocatis ad concionem Byzantiis, « Præsentium, inquit, malorum ipsimet prorsus vobis auctores exstitistis, non alius quisquam ex omnibus. Meministis enim, quid anno superiore, hoc eodem loco congregati, promiseritis; nempe ad apparandam constituendamque classem pe-

Variorum notæ.

(96) Ut naves constructæ sint a Græcis, narrat etiam Cantacuzenus pag. 144. DUCANG.

(97) Quod Ἑπτάσκαλον videtur vocare Cantacuzenus. Unde colligere licet, navale Hippodromi et Heptascalum illud unum idemque esse. Nam in Heptascalo constructas naves scribit, quas in Neorio Hippodromi Gregoras. Vide *Constantinop. Christ.* lib. I, sect. 17. DUCANG.

cuniam vos et arma, propter principalis ærarii penuriam, de domo quemque contributuros, ut et amicis chari et hostibus metuendi essemus. Deinde domum omnes cum abiissetis, nemini vestrum curæ fuit, quidquam facere earum rerum, quas propriæ utilitatis causa facturos vos promisissetis : sed verba vestra in ignotos aeris tractus auræ statim distulerunt. At nunc, cum ob oculos posita intuemini ea, quæ illorum temporum negligentia nobis invexit, in **855** ipso saltem articulo, periculis jam instantibus, et capiti cum violenta quadam et inevitabili necessitate impendentibus, quid vos facere oporteat considerate. Videtis quippe in maritimis civitatibus, atque in hac maxime urbium principe, si quis ex hostibus imperium maris invadat, statim cuique imminere præsens vitæ periculum; nisi quis plane velit liberam vitam ærumnosa et Tantalea quadam permutare, pecuniisque et prædiis, imo uxoribus et liberis ipsis multari. Duorum enim alterum consequatur necesse est; ut aut vita, aut iis rebus vivus spolietur, et copiosum sibi diu noctuque poculum fellis ipse misceat. Agedum, vestrum mihi animum indicare ne pigeat, ut et ipse intelligam, num vos prioris negligentiæ pœniteat. Nam quemadmodum oves, si pastorem sequi detrectent, si ei adversentur et contrariam viam ire velint, non dubium est quin statim perituræ sint, in præcipitia et voragines aut in medios lupos delapsæ; pari ratione si imperatoribus ducibusve subditi haud obsequantur, si repugnent, si obluctentur, ab exitio et ultimis calamitatibus non longe certe abfuerint. »

III. His Byzantii auditis plura addere imperatorem haud passi consurgunt; pacem cum Latinis una omnes voce repudiant; suam illam priorem negligentiam damnant, pollicenturque se, quidquid habeant, id omne ultro pro virili contributuros, vel si liberos publicæ utilitatis causa mutare pecunia **856** oporteat. Et hæc quidem ita se habuerunt, et ad sua quisque discesserunt. Magna deinde et ambitiosa contentione bellum apparari cœptum : atque in construendis navibus, in missilibus tormentis majoribus minoribusque fabricandis, in legionibus denique seu navalibus seu terrestribus mercenario milite complendis, acre studium exstitit. Pecunia itaque ad hos sumptus deficiente, exigebantur a Byzantiis quædam volentibus, plurima valde invitis. Mittebantur item per urbes et agros Thraciæ, qui pecuniam in communes illos necessariosque usus corrogarent.

IV. Latini vero aliquot onerarias, quæ valli instar portum eorum implebant, postquam Byzantiorum ballistis submergi et confringi viderunt, om-

θεν, διὰ τὴν τῶν βασιλικῶν πρυτανείων σπάνιν, πρὸς κατασκευὴν (98) καὶ σύστασιν ναυτικῆς δυνάμεως· ἵνα τε τοῖς μὲν φίλοις ὦμεν ποθεινοὶ, τοῖς δ' ἐχθροῖς φοβεροί· ἔπειτ' οἴκαδε πᾶσιν ἀναχωρήσασιν οὐκ ἐμέλησεν οὐδενὶ περὶ οὐδενὸς ὧν ἐπηγγείλασθε δρᾷν ἐπὶ τῷ σφῶν αὐτῶν ὠφελίμῳ· ἀλλ' αὖραί τινες τοὺς ὑμετέρους λόγους ἀέρος κόλποις ἀδήλοις ἐξαπίνης διεμερίσαντο. Νῦν οὖν πρὸ ὀφθαλμῶν κείμενα βλέποντες ἃ προυξένησεν ἡμῖν ἡ τότ' ἀμέλεια σκέψασθε, τί δεῖ δρᾷν, ἐπὶ ξυροῦ λοιπὸν τῶν κακῶν ἱσταμένων καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῖν αἰωρουμένων ἐς τὸ βίαιόν τε καὶ ἄφυκτον. Ὁρᾶτε γὰρ, ὡς ἐν ταῖς ἐπιθαλαττίοις πόλεσι, καὶ μάλιστα πασῶν τῇ βασιλίδι ταύτῃ τῶν πόλεων, ἂν τὸ θαλαττοκρατεῖν ἀφέληταί τις τῶν πολεμίων, τὸν περὶ τοῦ ζῇν εὐθὺς ἐπεκρέμασε κίνδυνον, ἣν μή τις ἐθέλῃ προφανῶς ἐλευθέρου βίου βαρυδαίμονα καὶ Ταντάλειον οἷον ἀλλάξασθαι, καὶ ζημιωθῆναι μὲν χρημάτων καὶ οἰκιῶν, ζημιωθῆναι δὲ γυναικῶν καὶ παίδων αὐτῶν. Δυοῖν γὰρ ἕψεται θάτερον, ἢ τῆς κεφαλῆς ἢ τῶν τοιούτων στέρεσθαι ζῶντα καὶ πολλαπλοῦν τὸν τῆς πικρίας κρατῆρα κερνᾷν νύκτωρ ἅμα καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτὸς ἑαυτῷ. Φέρε οὖν τὸν ὑμέτερον ἐμοὶ δηλοῦν [P. 539] μὴ κατοκνήσητε τρόπον, ἵνα γνῶ καὶ αὐτὸς, εἰ τῆς προτέρας κατέγνωτε ἀμελείας. Ἀνάλογον γάρ ἐστιν, ὡς καθάπερ ποιμένι παντὶ, εἰ μὴ τὰ πρόβατα ἕπεσθαι βούλοιτο, ἀλλ' ἀντιβαίνοι καὶ τὴν ἐναντίαν ἰέναι ἐθέλοι, οὐκ ἄδηλον ἂν εἴη, ὡς ὅσον οὔκ ἤδη τεθνήξεται, κρημνοῖς καὶ φάραγξι καὶ λύκοις περιπεσόντα, οὕτω καὶ βασιλεῦσι καὶ ἡγεμόσιν ἀνδρῶν, ἣν μὴ σύνδρομα ᾖ τὰ τῶν ὑπηκόων, ἀλλ' ἀντιβαίνῃ καὶ ἀντιπράττῃ, οὐ πόῤῥω γ' ἂν εἶεν ὀλέθρου καὶ δεινῶν τῶν ἐσχάτων. »

Γ'. Τούτων αὐτήκοοι γεγονότες Βυζάντιοι οὐκέτι πλείω συνείρειν εἴων τὸν βασιλέα· ἀλλ' ἀναστάντες μιᾷ φωνῇ πάντες ἀπείπαντο μὲν τὴν τῶν Λατίνων εἰρήνην, κατέγνωσαν δ' ἑαυτοὺς τῆς πρὶν ἀμελείας, ἐπαγγελίας τε ἔδοσαν, ἐθελοντὰς συνεισφέρειν εἰς ἐράνου φορὰν τὰ προσόντα, καὶ παῖδας αὐτοὺς εἰ δέοι χρημάτων ἀλλάττεσθαι κοινῆς ὠφελείας ἕνεκα. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον, καὶ ἀπηλλάττοντο εἰς τὰ ἴδια ἕκαστοι. Πολλὴ δέ τις ἐντεῦθεν ἐφαίνετο περὶ τὴν ὅπλισιν ἡ φιλοτιμία, καὶ ὀξεῖά τις ἦν ἡ σπουδὴ περί τε κατασκευὴν νεῶν καὶ πετροβόλων μηχανημάτων μεγάλων τε καὶ μικρῶν καὶ μισθοφορικοῦ στρατοῦ, ὅσοι τε ἐς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις καὶ ὅσοι ἐς τὰς πεζικὰς ἀρκέσουσι φάλαγγας. Ὅθεν χρημάτων οὐκ ὄντων εἰς τὴν δαπάνην, ἐπράττετο πρὸς Βυζαντίων ἔνια μὲν παρ' ἑκόντων, τὰ δὲ πλεῖστα παρὰ σφόδρα ἀκόντων. Ἐξεπέμποντο δὲ καὶ οἱ τὰς Θρᾳκικὰς ἀργυρολογήσοντες πόλεις καὶ χώρας τῆς κοινῆς καὶ ἀναγκαίας ταυτησὶ χρείας εἵνεκα.

Δ'. Ἐνίας γε μὴν οἱ Λατῖνοι τῶν ὅσαι προτειχίσματος δίκην ὁλκάδες τὸν οἰκεῖον ἐπλήρουν λιμένα καταγνυμένας τε καὶ δυομένας ὁρῶντες ὑπὸ τῶν

Variorum notæ.

(98) Vide Cantacuzen. *Histor.* lib. IV, cap. 5 et 6. BOIVIN.

Βυζαντίων πετροβόλων μηχανημάτων τάχιστα πάσας ἐκεῖθεν ὡς πορρωτάτω μετήνεγκαν· καὶ ἦν λοιπὸν τὰ ἐν τῷ λιμένει τείχη σφῶν βοηθείας καὶ σκέπης παντάπασιν ἔρημα. Ὅθεν ἔπεμπον μὲν ἐν Γεννούᾳ, ἔπεμπον δ' ἐν Ῥόδῳ τοὺς ἢ βοήθειαν ἐκεῖθεν ἄξοντας ἢ τοὺς τὴν εἰρήνην πρεσβεύσοντας. Γέννουα μὲν οὖν ἰδίους ἔχουσα θορύβους καὶ γείτονας μάχας ἀπείπατο πέμπειν βοήθειαν. Ῥόδιοι δ' ἐκπέμπουσιν εὐθὺς μίαν τριήρη μετὰ τῶν τὴν εἰρήνην πρεσβευσόντων· οἳ πολλὰ μὲν εἰπόντες, ἐπεὶ ἐληλύθασι, πολλὰ δ' ἀκηκοότες, τῶν σπουδαζομένων ἤνυσαν οὐδὲν, ἅτε οὐκ ἐπαγγειλάμενοι μήτε τοῦ ληφθέντος ἐν τῇ μάχῃ τόπου τῶν προτέρων ὁρίων ἐπέκεινα μήτε τῆς γενομένης ἄλλης ὑπὸ σφῶν ζημίας ἀπόδοσιν. Ὅθεν καὶ ἀπῄεσαν αὖθις ἐς Ῥόδον ἄπρακτοι· πλὴν ὅτι πολλὰ τῶν πολυτελῶν κειμηλίων καὶ χρημάτων οἱ ἐν τοῖς Γαλάτου ἐνθέμενοι τῇ Ῥοδίᾳ τριήρει ἐς Ῥόδον δι' αὐτῶν ἔπεμπον, δεδιότες περὶ τοῦ μέλλοντος. Ἦσαν δ' οἳ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ἐξέθεντο διὰ τὸ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον.

A nes quamprimum inde transtulere. Ex illo autem eorum mœnia, qua portum respiciunt, indefensa prorsus et nuda erant. Miserunt itaque Genuam, et ad insulam Rhodum, qui vel auxilia vel legatos pacis auctores exstituros inde accirent. Ac Genua quidem, eo quod propriis motibus vicinisque bellis laboraret, mittere auxilia recusavit. Rhodii vero unam statim triremem mittunt cum legatis de pace acturis. Hi cum venissent, multa dixere, multa item audivere: eorum autem, quæ facere studebant, nihil perfecerunt; quando neque id loci, quod ultra pristinos limites in bello occupaverant, restituturos esse se pollicebantur, neque damni quidquam a se illati resarturos. Rhodum

B itaque **857** redeunt infecta re, nisi quod multa ex pretiosa supellectili et ex thesauris, Rhodiæ triremi futuri metu imposita, Galatæi Rhodum per eos miserunt. Fuere etiam qui uxores liberosque imposuerint, quid futurum esset incerti.

[P. 540] Ε'. Ἐπεί γε μὴν αἵ τε ἐν Βυζαντίῳ καὶ ἀλλαχῇ ναυπηγούμεναι τριήρεις συνεσκευάσθησαν ἤδη τῷ βασιλεῖ, μεγάλαι μὲν ἐννέα, μονήρεις δὲ καὶ διήρεις πλείους, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐν Βυζαντίῳ πλουσίων φιλοτιμότερον εἰς τοὔργον διατεθέντες λέμβους στρατιώτιδας καὶ ἀκάτια συνεσκευάσαντό τε καὶ ἐξώπλισαν ἐξ οἰκείας δαπάνης, μετάπεμπτοι γίνονται καὶ ὅσαι κατ' ἄλλας τῶν ὑπηκόων ἦσαν πόλεων· ὧν αἱ μὲν καιροῦ λαμβανόμεναι νύκτωρ ἀπῄεσαν ἐς τὸν τῶν Βυζαντίων λιμένα, μόλις λανθάνουσαι τὰς Λατινικὰς τριήρεις, αἳ διηνεκῶς ἐπιτηροῦσαι καὶ παραφυλάττουσαι πόῤῥωθεν ἐκώλυον τὸν εἴσπλουν ἐκείνων, αἴθριοι διανυκτερεύουσαι τὸν χειμέριον χρόνον ἐκεῖνον. Ἐνταῦθα γὰρ τὸ ναυτικὸν ἐκεῖνο πελάγιον ἀεὶ δειπνοποιεῖσθαί τε καὶ ἀριστοποιεῖσθαι καὶ καθεύδειν οἱ τριηράρχαι ἠνάγκαζον· ὡς συμβαίνειν ἐντεῦθεν, πολιορκεῖσθαι μὲν Βυζαντίους ἐκ θαλάττης ὑπὸ Λατίνων, πολιορκεῖσθαι δ' αὖ ἐξ ἠπείρου Λατίνους ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ εἶναι δεσμίους ἐξ ἑκατέρων ἑκατέρους καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀλλήλους.

V. Cum vero eas triremes, quæ Byzantii et alibi constructæ erant, paratas jam haberet imperator, magnas quidem novem, moneres autem ac biremes plures, et Byzantinorum divitum multi, navata ambitiosius opera, militares lembos et naviculas comparassent ac propriis sumptibus armavissent, arcessitæ etiam eæ omnes quæ in aliis imperii urbibus erant. Harum aliæ, oblata occasione, noctu Byzantinum in portum evasere, postquam Latinas

C triremes ægre fefellissent, quæ perpetuo speculantes insidiantesque e longinquo, et hiberno illo tempore sub dio pernoctantes, ab ingressu eas arcebant. Ibi enim nauticas illas copias in alto semper fluctuantes et cœnare, et prandere, et dormire triremium præfecti cogebant. Hinc fiebat, ut mari quidem Byzantii a Latinis, terra autem Latini a Byzantiis obsiderentur; ac sic utrique ab utrisque et a se invicem hi atque illi vincti tenerentur.

CAPUT V.

Byzantii e portu in altum provehuntur; rudes plerique et inexercitati. Hostium navem onerariam incendunt. Latinorum anxia deliberatio. Omnes cedendum esse statuunt. Solus navarchus refragatur. Instructa suorum classe Byzantinam exspectat, consilium ex re capturus.

Α'. Ἄρτι δὲ τοῦ ἔαρος ἐπιλάμποντος, καὶ τῶν τε ἀγρίων πνευμάτων τὴν χειμερίαν ἐκείνην αὐλητικὴν τρεψαμένων ἐς τὸ καθεύδειν, καὶ μακρᾶς ὁμοῦ τῆς γαλήνης ἐπιχωριαζούσης τοῖς κύμασιν, ἐπεὶ πάντα ἦν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης ἀπηρτισμένα καὶ οὐδὲν τῶν ἐς μάχην ἀνηκόντων ἐπιτηδείων τοῖς Βυζαντίοις ἐλείπετο, παρεσκευάζοντο πρὸς ἀναγωγὴν ἑκατέρωθεν αἱ τριήρεις, ἔκ τε τῶν ἐντὸς Βυζαντίου φημὶ νεωρίων καὶ ἔτι οὗπερ ἔφθημεν εἰρηκότες ναυστάθμου, πρὸς ὃν ἐξ αὐτοσχεδίου βιασθεῖσι τοῖς ναυάρχοις ἐν ἀρχαῖς τῆς μάχης καταπεφευγέναι ξυμπέπτωκε, παρὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ (99), δηλαδὴ ἐκβολὰς ἔνθα καὶ τὸ τοῦ θαλαττίου κέρως ἀνα-

D I. Vere statim affulgente, ubi asperiores venti sua illa hiberna sibila sopiverunt et magna in mari tranquillitas exstitit, Byzantii, perfecto omni terrestri navalique apparatu, nulla re ad bellum necessaria deficiente, naves **858** provehere in altum parant ab utroque loco; nempe et ab iis navalibus, quæ intra urbem sunt, et ab illa quam supra memoravimus statione, ad quam coacti ex improviso navarchi sub initium belli confugerant; ab ostiis dico fluminis, et ab ultimo sinus Ceratini recessu. Et eæ quidem naves, quæ Byzantio profectæ sub vesperam in altum delatæ sunt, debebant saltem aliquantulum temporis modicæ sui

Variorum notæ.

(99) *Barbysæ*, seu *Barbyssi*, vulgo *Chartarici*, de quo Gyllius lib. II, cap. 3, *De Bosporo Thrac.* BOIVIN.

exercitationi dare, ac primum inter se decertare, et remigationis periculum separatim facere. Nec enim mari omnes remisque assueverant, sed lignatione plerique ligoneque redolebant. At illæ progressæ remos inhibent, non admodum composite aut militari ordine, sed temere maximam partem inæqualiterque remigantes, et a recto cursu aberrantes.

II. Cum vero nox jam adesset et hæ juxta littus ante orientales Byzantii muros constitissent, venti tum coorti a terra tumultum apud naves fecerunt ac paululum eas perturbare visi sunt. At secundam circiter noctis vigiliam triremis expedita, quæ paulo ante speculatum missa fuerat, summa festinatione accedit, nuntiatque maximam Latinorum onerariam plenis velis ab Hellesponto profectam advenire. Statim itaque navarchi magna cum fiducia nautis ac vectoribus, illis ut remigent, his ut capessant arma, inflatis classicis dant signum. Diligentiore **859** itaque navigatione provecti onerariam quam celerrime circumveniunt, et contrahi vela imperant. At illi parere initio nolunt, sed pugnam ac bellum ineunt. Mox iidem densis undique telis obruti, cum liceret militibus facta irruptione eos trucidare, cedunt inviti, et manus tendendo misericordiam exposcunt. Sed eos nihil illa juvit supplicatio : siquidem nautæ aliquot de triremi onerariam incendere occupant, et quidquid hominum intus erat comburunt, ita ut flamma ad multam noctem per mare sursum sublata reluxerit.

III. Dum isti in his occupantur, Latini inter se deliberant, magno curarum æstu fluctuantes, et extremum salutis suæ discrimen tantum non ob oculos positum intuentes. Alii itaque omnes tutius esse statuebant mari excedere et castellum tutari : nec enim posse se præ hominum paucitate in duo bella distrahi, terra simul marique infesta : pugnam quippe adversam utramque potius, quam alteram secundam fore. Solus navarchus constanti ac generosæ animi præsentia omnium adversatus est sententiis : animadversam enim a se et improbatam fuisse imperitiam Romanæ classis, quæ superiori die nequaquam secundum militarem legem et solvisset et ad portum appulsa esset; eapropter non longe a meliori spe abesse se. Cum igitur virium maxima pars aut omnes potius vires in mari sitæ essent, in eo aiebat oportere, si non omne, at potissimum **860** studium ponere.

A παύεται ἄκρον (1). Αἱ μὲν οὖν ἐκ Βυζαντίου περὶ δείλην ὀψίαν ἐκπλεύσασαι, δέον καιρόν τινα δοῦναι γυμνασίᾳ μικρᾷ γοῦν, καὶ ἀνθαμιλλήσασθαι πρότερον πρὸς ἀλλήλας, καὶ πεῖραν τῆς εἰρεσίας ποιήσασθαι καθ' ἑαυτάς· μηδὲ γὰρ εἶναι πάντας ἐν συνηθείᾳ θαλάττης καὶ κώπης, ἀλλ' ἀπόζοντας τοὺς πλείους δενδροτομίας τε καὶ σκαπάνης· αἱ δὲ μικρὸν προβᾶσαι σχάζουσι τὰς κώπας, οὐ μάλα σὺν τάξει καὶ κόσμῳ στρατηγικῷ, ἀλλ' ἐν ἀκοσμίᾳ τὸ πλεῖστον, καὶ ἑτεροζυγοῦσαν τὴν εἰρεσίαν ποιούμεναι, καὶ τοῦ εὐθέος παραγομένην.

[P. 541] Β'. Ἐπεὶ δὲ καὶ νὺξ παρῆν ἤδη καὶ αὗται παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἦσαν ὁρμοῦσαι πρὸ τῶν ἑῴων τοῦ Βυζαντίου τειχῶν, ἐπῄει ἐξ ἀπογείων πνευμάτων θόρυβος ταῖς ναυσὶ καὶ διαταράττειν ἐδόκει μικρόν. Περὶ δὲ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἧκεν σὺν σπουδῇ πρὸς αὐτὰς ἡ πρὸς κατασκοπὴν ἐκπεμφθεῖσα
B πρὸ βραχέος ταχυναυτοῦσα τριήρης, Λατινικὴν ὁλκάδα μεγίστην ἀγγέλλουσα πλήρεσιν ἱστίοις ἐξ Ἑλλησπόντου ἀναγομένην· καὶ ἅμα οἱ ναύαρχοι πολλῷ τῷ θαῤῥοῦντι τοῖς τε ναύταις καὶ ἐπιβάταις, τοῖς μὲν ἐπὶ τὴν εἰρεσίαν, τοῖς δ' ἐπὶ τὰ ὅπλα χωρεῖν ἐσήμαινον τῇ σάλπιγγι. Σπουδαιότερον μὲν οὖν τὸν ἔκπλουν ποιησάμενοι τάχιστα τὴν ὁλκάδα περιεκύκλουν, καὶ τὴν ὀθόνην καθέλκειν (2) ἐκέλευον. Ἡ δ' οὐχ ὑπήκουε τὰ πρῶτα, ἀλλὰ μάχης ἥπτετο καὶ πολέμου. Ἐπεὶ δὲ τά γε βέλη κατὰ πλῆθος πανταχόθεν ἐπῄεσάν σφισι, καὶ περιῆν τοῖς ὁπλίταις εἰσπηδῶσι φονεύειν σφᾶς, ἐνέδοσάν τε ἄκοντες καὶ χεῖρας ὤρεγον εἰς οἶκτον παρακαλοῦντες. Ἀλλ'
C ὤναντο τῆς παρακλήσεως οὐδέν· ἐπεὶ φθάσαντες ἔνιοι τῶν ναυτῶν ἐκ τῆς τριήρους τήν τε ὁλκάδα ὑφάπτουσι καὶ τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐμπιπρῶσι (3), καὶ ἡ φλὸξ ᾔρετο πελάγιος ἐπὶ πολλῇ τῇ νυκτί.

Γ'. Τούτων δ' ἀσχολουμένων περὶ ταῦτα, ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐβουλεύοντο οἱ Λατῖνοι, πολλὴν τρικυμίαν ἔχοντες λογισμῶν καὶ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους σφῶν αὐτῶν μονονοὺ πρὸ ὀφθαλμῶν ἱσταμένους ὁρῶντες. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἀσφαλέστερον εἶναι ἐψηφίζοντο, καταλιπόντας τὴν θάλατταν φυλάττειν τὸ φρούριον· μηδὲ γὰρ δύνασθαι δι' ὀλιγανδρίαν πρὸς δύο μερίζεσθαι μάχας, ὁμοῦ κατὰ σφῶν ἐπιούσας ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης· θᾶττον μεντἂν ἑκατέρων ἀποτυχεῖν, ἢ μιᾶς τινος εὐμενοῦς πειραθῆναι. Μόνος δ' ὁ ναύαρχος μετὰ σταθεροῦ καὶ γενναίου
D τοῦ τῆς ψυχῆς παραστήματος ταῖς πάντων ἀντέλεγε ψήφοις. Κατασκέψασθαι γὰρ ἔφασκε καὶ καταγνῶναι τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου πολλὴν ἀπειρίαν, ἀναγομένου τε καὶ καταίροντος τῇ προτεραίᾳ μὴ κατὰ νόμους στρατηγικούς, καὶ οὐ πόῤῥω διὰ ταῦτα χρηστῶν εἶναι ἐλπίδων. Τῆς γοῦν πλείονος μοίρας, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς κράτους ἐν τῇ θαλάττῃ κειμένου, εἶναι ἔφασκε δεῖν ἐνταῦθα, εἰ μὴ τὴν πᾶσαν, τὴν γοῦν πλείονα θεῖναι σπουδήν.

Variorum notæ.

(1) De marino illo *Cornu*, seu *Ceratino sinu*, multa Gyllius ibid., lib. I, cap. 5. BOIVIN.

(2) *Quod vulgo dicimus*, *baisser le pavillon*. Idem *Gregoras lib.* v prioris Historiæ, cap. 4, οὔπω διεπέτασε τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμενεν ἠρεμοῦσα, ubi interpres, *velis nondum expansis* : mox, τότε καὶ αὐτὴ διαπετάσασα τὰς ὀθόνας, λαμβάνει τὴν πορείαν. DUCANG.

(3) Cantacuzenus rem aliter narrat, lib. IV, cap. 11, pag. 734 et 735. BOIVIN.

Δ'. Ὅθεν μεγάλας μὲν ἐννέα τριήρεις, μονήρεις A δὲ πλείστας, ἐπιλέκτων ἐμπλήσας ὁπλομάχων ναυτῶν, καὶ τριηράρχους ἐπιστήσας τοὺς μάλα ἀρίστους, καὶ μικρὸν τοῦ λιμένος προβὰς, ἵστατο περιμένων ἐν τάξει τὸν τῶν Βυζαντίων ἐπίπλουν, δυοῖν ἔχων ἐν νῷ διαπράξασθαι θάτερον· εἰ μὲν κατὰ νόμους ὁρῴη στρατηγικοὺς ἐπιόντας ἐπ' αὐτὸν, πρύμναν τε κρούσασθαι καὶ τῶν νεῶν ἐκπηδήσαντας ἐντὸς γενέσθαι τοῦ φρουρίου πλησίον ἑστῶτος· εἰ δ' οὖν, ὁμόσε χωρεῖν ἐς τοὺς πολεμίους.

IV. Itaque ille triremes magnas novem, et moneres quamplurimas, nautarum armatorum delectu complet; trierarchos præficit præstantissimos; tum paulo ultra portum progressus, Byzantiorum adventum instructa acie illic stat exspectans, duorum ille alterum facturus: si eos quidem secundum bellicæ artis præcepta procedere adversus se videat, puppim retroacturus, relictisque navibus in castellum proximum introiturus; sin minus, ad pugnam proditurus.

CAPUT VI.

Terra et mari ad pugnam itur. Quid Byzantinæ classi obfuerit. Quo ordine naves processerint. Notatur trierarchorum culpa. Byzantii omnes subito metu perculsi; in mare desiliunt. Clades maxima. Justum Dei judicium. Latinorum navarchus rei miraculo obstupescit. Vacuis navibus potitur. Byzantinæ classis altera pars in eamdem calamitatem incidit. Terrestrium copiarum trepidatio non minor. Latinorum æquitas et clementia.

[P. 542] Α'. Ἐπεὶ δ' ἡμέρας γενομένης ὁμιχλῶ- B δές τι καταῤῥέον ἐκ πελάγους πνεῦμα τὸ θαῤῥεῖν ἀφῄρει τοὺς Βυζαντίους, ἐνθαρσέστερος ὁ τῶν Λατίνων ἐγίγνετο ναύαρχος. Συνῄεσαν δ' ὅμως ἔξωθεν μὲν αἱ πεζικαὶ τῶν Ῥωμαίων φάλαγγες μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων θυρεῶν (4) καὶ παντοδαπῶν φρυγάνων, ὅσα τροφὴ τῷ πυρὶ καθίσταται πρόχειρος· προὐφαίνετο δὲ καὶ ὁ στόλος ἤδη κάμπτων τὴν τοῦ Βυζαντίου βορείαν ἄκραν, ἔνθα πύργοι τε δύο ἀνῳκοδόμηνται λίθων λευκῶν καὶ ἀπεξεσμένων ἐς τὸ τῆς ἁρμονίας εὐφυὲς, καὶ ἅμα Δημητρίου τοῦ μάρτυρος ἵδρυται ἱερόν (5). Ἔδοξε δ' αὐτοῖς ἐπίμοχθος ἡ καμπὴ διὰ τὰς ἐκεῖ γινομένας ἀεὶ θαλαττίους ἕλικάς τε καὶ οἷόν τινας λαβυρίνθους, κατὰ τὴν παρ' Ἕλλησιν ᾀδομένην Σκύλλαν καὶ Χάρυβδιν, ἣν ἐκεῖνοι κατὰ τὸν πορθμὸν εἶναί φασιν, ὃς μεταξὺ τοῦ C τε Ἰταλικοῦ Ῥηγίου καὶ τῆς Σικελικῆς κεῖται Μεσσήνης. Ἔσφηλε δ' αὐτοὺς ἐς τὰ μάλιστα τότε καὶ τὸ μὴ ἀνάλογον ἔχειν ἐν τοῖς τῶν νεῶν κοιλώμασι κάτω τὴν ψάμμον (6)· ὅπερ εἴωθε τοῖς ἐπὶ θάλατταν ἀεὶ ναυστολοῦσιν ἔρεισμα γίνεσθαί τε καὶ εἶναι τοῦ πλοῦ καὶ θεμέλιος κράτιστος.

I. Die exorto nebulosus quidam ventus a mari ingruit. Ea res ut Byzantiis fiduciam ademit, ita Latinorum navarcho animos addidit. Convenerant tamen extrinsecus pedestres Romanorum cohortes cum clypeis multis et magnis, item cum omni fomitum genere, quotquot scilicet prompta ignis nutrimenta sunt. Apparebat autem et classis, quæ boreale jam circumvehebatur Byzantii promontorium; ubi turres duæ ædificatæ sunt lapide albo, ad concinnam solidæ structuræ speciem expolito: quo etiam loco templum divo Demetrio positum occurrit. Visus vero ipsis iniquus hic flexus ob eos qui illic semper exsistunt, maris vortices et quosdam quasi labyrinthos, quales illæ a Græcis decantatæ Scylla et Charybdis, quas in illo freto, quod est inter Italicum Rhegium et Siculam Messanam, sitas esse dicunt. Obfuit autem illis tunc plurimum, quod in carinis idoneam saburræ **861** vim non haberent; quæ res iis qui navibus mare quotidie percurrunt, fulcimentum esse solet et firmissimum navigationis fundamentum.

Β'. Δέον οὖν κατὰ μέτωπον στήσαντας τοὺς τριηράρχους τὰς ναῦς ἀντιπρώρους ταῖς τῶν πολεμίων ναυσὶ καὶ ἀπὸ μόνης τῆς πρώτης ἐκπλῆξαι θέας αὐτοὺς, οἱ δὲ τῆς προσηκούσης ἐκπεπτωκότες γνώσεως, μίαν παρὰ μίαν κάμπτοντες τὴν ἄκραν ἐκείνην ὑπέφαινον. Πρώτη μὲν οὖν ἡ ναυαρχὶς ἐδείκνυτο, σχολῇ κατιοῦσα καὶ βιαζομένη μάλα πλησίον τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι τῆς γῆς· καὶ μετ' ἐκείνην ἀπ' D οὐρᾶς ἑτέραν δίκην ὁρμαθοῦ καὶ σειρᾶς ἐχομένας ἀλλήλων ἐς μῆκος· πρύμναν τε πρώρας ἄλλης ἐχομένην καὶ οὕτως ἀμοιβαδὸν ἁπάσας καὶ παραλλὰξ ἑτέραν ἑτέρας ἐξηρτημένας καὶ στοιχηδόν πως πλεούσας, ἕως προσέσχον τῷ αἰγιαλῷ τῷ ἐκ διαμέτρου καὶ κατ' εὐθεῖαν τοῦ Λατινικοῦ κειμένῳ φρουρίου, ἀπέχουσαι τῆς γῆς ἡμιπλέθρου μεῖον (7). Εἰ μὲν οὖν κἀνταῦθα γενόμεναι τὰς πρώρας ἐπὶ με-

II. Debebant certe trierarchi ita naves collocare, ut obversis in frontem proris vel primo adspectu hostem perterrerent. At ii, mente alienati, singulas inter flectendum promontorium ostendebant. Prima conspiciebatur navis prætoria, lente se ipsam movens et proxime oram littoris navigare magna vi contendens. Tum altera et altera a tergo subibant; D serie quadam et veluti catena cohærentes illæ inter se longum in tractum, singulæ singularum puppim prora contingentes: et sic omnes, invicem alternisque aliæ ex aliis nexæ, continenti quodam ordine navigantes procedebant; donec ad littus illud, quod est e regione Latini castelli eique rectis lineis opponitur, appulsæ sunt, minus semijugeri spatio a terra distantes. Quod si illic saltem proras Latinis in frontem objecissent, atque ita confi-

Variorum notæ.

(4) Nostri *pavesade* vocant. DUCANG.

(5) De qua S. Demetrii æde et illius situ copiose egimus in *Constantinop. Christ.* lib. IV, sect. 6, n. 33. DUCANG.

(6) *Saburram* . . . . DUCANG.

(7) Cod. ms. ad marginem, Σημείωσαι ὅτι τὸ πλέθρον ἐστὶ πηχέων ρκγ' DUCANG.

gendi tempus exspectassent, bene, opinor, habuisset. Imo si littorali illa navigatione non interrupta processissent simili modo usque ad extremum freti, ubi videlicet et alias naves stetisse diximus, atque illinc cum cæteris reversæ contra hostem servato ordine provectæ essent, bene sic quoque (opinor) habuisset. Sed aliam Deus mentem pavore injecto attulit, et repente vices mutavit vanisque eorum dictis ac minis fortuna exitus contrarios dedit.

A τώπου τοῖς Λατίνοις ἵστασαν, περιμένουσαι τὴν ὥραν τῆς προσβολῆς, εὖ ἂν οἶμαι εἶχεν· ἢ τό γε βέλτιον, [P. 543] εἰ μὴ διακόψασαι τὸν παράλιον ἐκεῖνον πλοῦν προὐχώρουν ὁμοίως ἄχρι τῆς ἐσχατιᾶς τοῦ πορθμοῦ, ὅπη δηλαδὴ καὶ τὰς ἄλλας εἰρήκειμεν ἵστασθαι, κἀκεῖθεν ὁμοῦ ταῖς ἄλλαις ἐπαναστρέψασαι τὸν ἐπίπλουν ἐν τάξει κατὰ τῶν πολεμίων ἐποιοῦντο, καὶ οὕτως εὖ ἂν οἶμαι εἶχεν. Νῦν δὲ ἀλλ' ἑτέραν ὁ δαίμων ἔδωκεν ἔννοιαν καὶ δειλίαν· καὶ μετήνεγκεν ἀθρόον καὶ περιέστησεν ἐς τοὐναντίον τὰς τῶν καυχημάτων καὶ ἀπειλῶν ἀποβάσεις ἡ τύχη.

III. Nam **862** quos oportebat heroice, sicut promiserant, pugnare; ii contra trepidi, nemine obsistente, nullo nec stricto gladio nec vibrato in eos telo, versi in fugam omnes ex tabulatis bini statim ternique fœde et confuse subjectum in mare desiliebant. Ac ii quidem, qui nare didicerant, abjectis armis ægre in terram evadebant. Plerique autem armorum pondere deprimebantur. Et videre erat (miserum sane spectaculum) in gurgite palpitantes, terribiles illos et arrogantia elatos bellatores, piscium cancrorumque instar sibi invicem tenaciter inhærentes, ut emergere haud possent, sed in posteram diem a fortuna reservarentur, piscibus convivatoribus suis epulum ipsi daturi. Adeo facta injuria auctores injuriæ ex fortibus imbelles reddit: adeo heroici spiritus hoc ipso, quod se adversus Deum contumacius erigunt, infelicia exsistunt fortunæ ludibria.

Γ'. Δέον γὰρ ἡρωϊκῶς κατὰ τὰς ἐπαγγελίας ἀγωνίσασθαι, οἱ δ' ὑπότρομοι γενόμενοι (8), μηδενὸς ἀντιπράττοντος, μήτε ξίφους γυμνωθέντος, μήτε B βέλους ἐπ' αὐτοὺς ἀκροβολισθέντος, ἔφευγον ἅπαντες, τῶν καταστρωμάτων ἐξαίφνης σύνδυό τε καὶ σύντρεις ἐκπηδῶντες ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ κατὰ τῆς ὑποκειμένης θαλάττης· ὧν οἱ μὲν διανήχεσθαι εἰδότες, ῥίπτοντες τὰ ὅπλα, μόλις ἐς γῆν ἐξέπιπτον· οἱ δὲ πλείους τῷ βάρει τῶν ὅπλων κατεδύοντο. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινὸν, ἀσπαίροντας ἐν τῷ βυθῷ τοὺς φοβεροὺς καὶ μετεώρους ἐκείνους ὁπλίτας, δίκην ἰχθύων καὶ καρκίνων, καὶ ἀλλήλων ἐχομένους ἀπρὶξ καὶ ἀναδῦναι μὴ δυναμένους, ἀλλὰ ταμιευομένους ἐς τὴν ὑστεραίαν ὑπὸ τῆς τύχης ἑστιάτορας αὐτοὺς τοῖς ἑαυτῶν δαιτυμόσιν (9) ἔσεσθαι ἰχθύσιν. Οὕτως ἀνάνδρους τὸ ἀδικεῖν ποιεῖ τοὺς ἀνδρείους, καὶ παίγνιον δυστυχὲς τὰ ἡρωϊκὰ δεικνύει φρονήματα τὸ Θεοῦ κατεπαίρεσθαι.

IV. Nimirum ii, quia ante pugnam diu noctuque, lingua contumeliosissimum viduis pupillisque Byzantinis bellum inferentes, quovis hoste pejora perpetraverant, tabularumque et palorum ad classis usum comparandorum nomine totas et domos everterant et opes diripuerant, ac in ejusmodi facinoribus spiritus illos Martios jam tum consumpserant; ideo præter opinionem fluctibus marinisque gurgitibus absorpti præclaras illic spes subito sepeliverunt, atque ex orbe hoc terrestri in humidum et in profundas aquas translati sunt. Delictorum quippe conscientia oppressam mentem habebant, et pupillares illas (ut par est) preces **863** miserabilesque lacrymas reminiscebantur. Quamobrem et manibus ad arma tractanda quasi ebriis, et pedibus ad movendum corpus vacillantibus torpebant. Animo autem fracto ac vulnerato bene sperare haud poterant: ipso tum exitu edocti, cum iis nihil proderat, non oportere in armis bonam spem collocari, nisi æquitas adsit cum recta pietatis ratione conjuncta. Quæ enim juste facta sunt, ea sola animi robur firmum sus-

C Δ'. Ἐπεὶ γὰρ πρὸ τῆς μάχης, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀεὶ στρατευόμενοι πολλῷ τῷ τῆς γλώττης ὑβρίζοντι κατὰ τῶν Βυζαντίων χηρῶν καὶ ὀρφανῶν, πάντων πολεμίων ἔδρων οὗτοι τὰ χείριστα, καὶ προφάσει διὰ τὰς ναῦς σανίδων καὶ στυππίων ὅλας ἀνέτρεπον οἰκίας, καὶ ὅλας οὐσίας ἠνδραποδίζοντο, κἀν τοῖς τοιούτοις προανηλώκεσαν τῆς ἀρεϊκῆς ἀνδρείας τὸν ὄγκον ἐκεῖνον, ἔλαθον κύμασι καὶ βυθοῖς θαλαττίοις νῦν ἐνταυθοῖ τὰς γενναίας θάψαντες ἐλπίδας ἀθρόον καὶ τοῦ ἠπειρωτικοῦ τὸν ὑγρὸν καὶ ὑποβρύχιον ἀλλαξάμενοι βίον. Τῷ γὰρ ἡμαρτηκότι τοῦ συνειδότος βρίθοντας ἔχοντες λογισμοὺς, καὶ ἀναμιμνησκόμενοι δεήσεων ἐκείνων ὀρφανικῶν, ὡς ἔοικε, καὶ δακρύων ἐλεεινῶν, ὥσπερ μεθυούσας εἶ- D χον τὰς χεῖρας πρὸς ὅπλα καὶ ἀκροσφαλεῖς πρὸς κινήσεις τοὺς πόδας, καὶ ἅμα τεθραυσμένην τὴν διάνοιαν ἐς τὰς πρὸς τὸ κρεῖττον ἐλπίδας, ἔργοις τοῖς τηνικαῦτα μανθάνοντες, ὅτε μηδὲν σφισιν ὄφελος ἦν, μὴ εἶναι χρεὼν ἐν τοῖς ὅπλοις τὰς χρηστὰς ἀνέχειν ἐλπίδας, ἢν μὴ παρῇ τὸ δίκαιον μετὰ τῆς τοῦ εὐσεβεῖν εὐθύτητος. Μόνοις γὰρ τοῖς σὺν δίκῃ δρωμένοις τὸ δυνάμενον τῆς ψυχῆς ἀσφαλῶς ἐρείδε-

Variorum notæ.

(8) Hanc Græcanicarum navium cladem multis etiam narrat Cantacuzenus d. cap. 11 extr. DUCANG.

(9) Interpretatus sum, *piscibus convivatoribus suis epulum ipsi daturi*; id quod Gregoras ipse, ni fallor, sensit. Homeri Scholiastes, ad hunc *Odysseæ* ζ, 621 versum:

Δαιτυμόνες δ' ἐς δώματ' ἴσαν θείου βασιλῆος, δαιτυμόνας interpretatur ἑστιάτορας: et vim utramque significandi, *convivam* nempe et *convivatorem*, ei vocabulo competere docent lexicographi. Tamen apud Gregorium Nazianzen. orat. 58 ἑστιάτωρ et δαιτυμὼν opponuntur: imo et apud Gregoram ipsum, Hist. lib. XXIII, pag. 582, lin. ult. BOIVIN.

ταί τε καὶ τὸ θάῤῥος ἐν περιστάσεσιν ἀκλόνητον ἔχει. Καὶ γὰρ εἰ κατὰ τῶν ἀλλοτρίων τὰ τοιαῦτα γινόμενα τῶν ἀδικημάτων εὐθύνεται πρὸς τοῦ κοινοῦ δεσπότου Θεοῦ, πολλῷ [P. 544] μᾶλλον εἰ ὁμόφυλον εἴη τὸ ἀδικούμενον.

Ε'. Τὸ δὲ ξένον ἐκεῖνο θέαμα βλέπων ὁ τῶν Λατίνων ναύαρχος πόῤῥωθεν τὸ μὲν πρῶτον διηπορεῖτο καθ' ἑαυτὸν, καί τινα ἐνόμιζεν εἶναι ὑπόκρισιν καὶ δραματουργίαν· ἔπειτα ἔγνω θεομηνίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα σαφῆ· καὶ ἡσυχῆ παρακελευσάμενος ἐρέττειν τὸ τῆς ἡγεμονίδος πλήρωμα προῄει παραγγείλας ἕπεσθαι καὶ τὰς ἄλλας τριήρεις κατόπιν. Ἐπεὶ δ' ἐλθὼν κενὰς τὰς Ῥωμαϊκὰς τὸ παράπαν εὗρε τριήρεις, ἀναδησάμενος εἷλκέ τε πάσας ἠρέμα καὶ ὑπέστρεφεν ἄγων ἐς τὸ τῶν Λατίνων ἐπίνειον πλὴν ὅσαι διήρεις τε καὶ μονήρεις καὶ λέμβοι πλήθους ἕνεκα διαδρᾶσαι τὴν ἅλωσιν ὑπερόριοι τῶν κινδύνων ἐγένοντο.

ϛ'. Τούτων δ' ἐς τοῦτο τύχης κατενεχθεισῶν, ἐφαίνοντο ἐπιπλέουσαι ἤδη καὶ ὅσαι παρὰ τὰς ἐκβολὰς, ὡς εἰρήκειμεν, ἵσταντο πάλαι τοῦ ποταμοῦ τριήρεις μέγισται μὲν τρεῖς, μείους δὲ παμπληθεῖς. Ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσην γενόμεναι τὴν πορείαν ἐρήμους ἀνδρῶν ἑλκομένας εἶδον ὑπὸ τῶν πολεμίων τὰς ὁμοφύλους νῆας, ἔστησαν ὥσπερ τινὶ νάρκῃ πεδηθεῖσαι καὶ μὴ δυνάμεναι μήτε πρόσω μήτ' ὀπίσω ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, ἕως τοῖς ὁμοίοις ταῖς ἄλλαις περιέπιπτον καὶ αὗται κακοῖς. Ἦν γὰρ ἰδεῖν εὐθὺς καὶ τούτων ἅπαν τὸ πλήρωμα, τριηράρχους ὁμοῦ καὶ ναύτας, κατὰ κεφαλῆς ἐς θάλατταν πίπτοντας τὸν ὅμοιον τοῖς προπεπονθόσι τρόπον, πρὶν ἢ γεγυμνωμένον θεάσασθαι ξίφος καὶ πρὶν πολεμίας αἰσθέσθαι τινὸς ἀπειλούσης βοῆς.

Ζ'. Διενείματο δ' ὁμοίως τὸ τῆς δειλίας ἐκείνης δεινὸν καὶ ὅσοι παρὰ τὸν αἰγιαλὸν καὶ τοὺς πύργους ἦσαν ἑστῶτες. Μεστὰ γὰρ ἦν ἅπαντα ὄχλων παντοδαπῶν, οὐ μόνον τά τ' ἔνδον πυλῶν καὶ ὅσα τῶν ἐκτὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τὰς ἐπάλξεις πλῆθος ἀνδρῶν ἀριθμὸν πάντα νικῶν ἦν· ὧν οὔτε σαλπιγκτής ἦν τις, οὔτε τι κύμβαλον, οὔτ' οὐδὲν ὁπόσα εἴωθεν ἐν πολέμοις εὐθαρσοῦς παραστήματος γίνεσθαι παρακλητικὰ, λήθης μακρᾶς τινος τῶν ἐν τούτοις χρησίμων, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν καὶ ὅπως, ἐπιπλανηθείσης τέως καὶ διανεμηθείσης τὰς Ῥωμαίων ψυχάς. Ἀλλὰ πλὴν τοῦ ἀναπνεῖν ἄντικρυς εἶναι πάντες ἐδόκουν νεκροί· συνωθούμενοί γε μὴν ὑπ' ἀλλήλων ἐν τῇ πρὸς τὰ ἔνδον φυγῇ συνέπιπτόν τε καὶ συνεπάτουν ἀλλήλους, καὶ ταῦτα καὶ αὐτῶν τῶν πολεμίων ἑστηκότων, καὶ θεωμένων ἀτενῶς, καὶ σφόδρα πρὸς τὸ τοῦ δράματος ἐκπεπληγμένων παράδοξον· ὥστε καὶ δέον σκιρτᾷν ἐκείνους ὑπὸ τῆς μεγάλης εὐτυχίας ἐκείνης, τῶν δὲ καὶ ἠλέουν ἔνιοι τοὺς πάσχοντας, καὶ στῆναι παρεκελεύοντο, καὶ σφᾶς αὐτοὺς οἰκτείρειν τῆς δαιμονιώδους ἐδόων ταυτησὶ συμφορᾶς, καὶ μὴ μάτην οὕτω προδιδόναι [P. 545] θανάτῳ, διώκοντος μηδενός. Οὕτως ἀνυπέρβλητον τὸ τῆς συμφορᾶς ἐκείνης πάθος, καὶ μηδὲν καταλελοιπὸς τῶν ἐφ' ὁμοίοις πάλαι παραδειγμάτων, ἁμιλλᾶσθαι ῥᾳδίως τούτῳ παρατιθέμενον.

A tentant, et fiduciam circumstantibus periculis inconcussam faciunt. Nam si ejusmodi injurias, etiam alienigenis factas, communis omnium dominus Deus ulciscitur, multo magis, si sit ejusdem gentis id, quod injuriam passum est.

V. At rei insolentiam e longinquo animadvertens Latinorum navarchus ambigere primo secum, et quamdam esse id simulationem fabulæque actionem putare: deinde agnoscere furorem esse illum evidentem irati Numinis. Tum eos qui prætoriam navim complebant, placide ut remigarent hortatus, progreditur, sequi jussis et aliis a tergo triremibus. Postquam advenit, et penitus vacuas naves Romanas offendit, religatas omnes sensim trahens et ad Latinorum navale adducens revertitur, exceptis iis B triremibus, moneribus et lembis, qui præ multitudine antequam caperentur fuga elapsi extra periculum jam erant.

VI. Cum hæ in eam calamitatem incidissent, cernebantur subeuntes jam et eæ triremes, quæ pridem, ut diximus, ad ostia fluvii stabant, maximæ quidem tres, minores autem longe plurimæ. Eæ **864** medio in cursu, vacuas hominibus trahi ab hostibus suorum naves ubi viderunt, stetere quasi torpedine aliqua constrictæ, ut nec progredi ultra possent, nec vela retrorsum dare, donec ipsæ in similia mala inciderunt. Nam et quidquid in illis hominum fuit, eos omnes videre erat confestim, trierarchos pariter et nautas, volvi in caput, ruentes in mare, eodem modo atque eos qui idem ante C passi fuerant, antequam nudatum ensem aspicerent, aut clamorem ullum hostium minacem audirent.

VII. Pervadebat autem pariter ille terror et eos omnes, qui juxta littus ac turres stabant. Erant enim omnia omni hominum genere plena: nec modo intra portas et extra, sed et summis in mœnibus multitudo erat quovis numero major; in qua nec tubicen quisquam, nec cymbalum ullum erat, neque quidquam eorum quæ solent in bello præsentis animi robur excitare. Scilicet earum rerum, quæ tum utiles fuissent, magna quædam oblivio Romanorum animos, nescio unde et quomodo, invaserat et corruperat; ac respiratione excepta D mortui plane omnes esse videbantur, trudentes alius alium, dum in interiora fugiunt, procidebantque et se invicem proterebant; idque cum hostes ipsi starent intentique spectarent, et ad rei miraculum valde obstupescerent; ita ut quos ob magnum illum successum exsultare oportuit, ex iis nonnulli calamitosos illos miserarentur, et stare juberent, obtestarenturque, ut in **865** illa clade a sinistro aliquo genio immissa ipsos sui misereret, neve ita temere vitam proderent, nemine persequente. Adeo malum illud modum omnem excesserat; adeo eorum, quæ unquam in pari causa acciderunt, nihil erat, quod cum isto collatum facile posset contendere.

CAPUT VII.

Latini castelli obsidio soluta. Obsidentium fuga et pavor. Latini victoria moderate usi; pacem petunt. Legati ab urbe Genua missi veniunt. Eorum interventu Galatæi, quanquam victores, iniquas pacis leges subeunt. Imperatoris, in summas angustias adducti, animus fortis et invictus.

I. Cum classem eo compulsam viderent ii, qui ad Latinorum castellum e longinquo ac superiori de loco oppugnandum missi fuerant, Byzantini milites, et quicunque auxilio vocati fuerant Thraces ac Persæ, ad tria hominum millia, eodem et ipsi terrore perculsi, relictis et clypeis et armis et machinis, palantes inordinatique fugerunt, cum nemo esset, qui hostile aut atrox quidquam mutiret: nec prius substitere, quam fluvio celerrime trajecto libere respirare cœperint.

II. Ac illius quidem furoris divini causas alii alias proponebant atque statuebant. Ego vero eas aliis enumerandas relinquam, orationemque ad alia convertam. Unum tamen hoc addo, si forte audaciores Latini tunc exstitissent, et maximo illo improvisoque successu elati fugientes Byzantios, et a se invicem fœdissime proculcatos, ad portas usque persecuti essent, parum abfuturum fuisse quin illic penitus profligaretur variorum et omnis generis hominum multitudo. Sed iram suam Deus continuit Latinosque induxit, ut victoria moderate uterentur, ac non aliorum adversos casus rei a se bene gestæ fructum putarent, qui ad tropæum **866** illud insperatum nihil prorsus nec militaris operæ, nec solertis machinamenti contulissent: sed opus Dei esse statuerent, humanam diligentiam futilem declarantis, et eorum qui se ipsos magnifice efferre non dubitant, arrogantiam merum esse mimum ostendentis. Miserunt itaque statim ad imperatorem, qui pacem itidem ut antea, sed non iisdem conditionibus, denuo exposcerent.

III. Nondum toti quatuor ex eo dies effluxerant, cum triremis una expedita, ad Galatæum castellum appulsa, legatos ab urbe Genua advexit, qui Byzantiorum voluntati per omnia ultro satisfacerent; ac restituerent quidem quidquid Latini, propriis limitibus propagatis, ex agro Romano occupassent; deinde rependerent ad plenum, quidquid damni Byzantiis intulissent, persolutisque insuper plus quam centum millibus, pacem pristinam impetrarent: jurarent denique horribilissimum jusjurandum, se nunquam ad ejusmodi novas res moliendas abductum iri; sed eorum memores, quæ sibi præter spem evenissent, moderatiores fore in posterum. Cum autem ii legati advenissent, magnosque illos et inopinatos accepissent suorum successus, tum quoque interposuere se, et ut pax illa turpis fieret curavere; qualem et Peloponnesios, Antalcida regnante, pridem cum Persis pepigisse accepimus, classem veritos Atheniensium, qui maris tum aperte potiebantur.

Α'. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τοῦτο τύχης τὸν στόλον συνελαθέντα βλέποντες οἱ πόῤῥωθεν πολιορκεῖν ἀφ' ὑψηλοῦ τὸ τῶν Λατίνων φρούριον ἐκπεμφθέντες στρατιῶται Βυζαντίων τε καὶ ὅσοι κατὰ συμμαχίαν ἐκλήθησαν Θρᾷκες ἅμα καὶ Πέρσαι, χιλιάδες οὐ μείους τῶν τριῶν, τοῖς ὁμοίοις καὶ οὗτοι δεινοῖς περιέπιπτον, καὶ θυρεοὺς ἐκείνους καὶ ὅπλα καὶ μηχανήματα καταλιμπάνοντες ἔφευγον σποράδες τε καὶ ἀσύντακτοι, μηδενὸς ὄντος τοῦ πολέμιόν τι καὶ ἄγριον γρύζοντος· καὶ οὐ πρότερον ἔστησαν, πρὶν σπουδῇ τὸν ποταμὸν διαβάντες ἐλευθέριόν τι ἀνεπεπνεύκεσαν ἤδη.

Β'. Τῆς μέντοι θεομηνίας ταυτησὶ τὰς αἰτίας ἄλλοι ἄλλας ἐτίθεντό τε καὶ ἐψηφίζοντο. Ἐγὼ δ' ἑτέροις ταύτας ἀπαριθμεῖν ἀφεὶς τὸν λόγον ἐφ' ἕτερα τρέψομαι· τοῦτο μόνον προσθεὶς, ὡς εἰ θρασύτερον ἴσως οἱ Λατῖνοι τότε διετίθεντο, καὶ τῷ παρὰ προσδοκίαν πᾶσαν μεγίστῳ ἐπαρθέντες εὐτυχήματι τουτωῒ Βυζαντίους φεύγοντας καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀκλεῶς καταπατουμένους ἄχρι πυλῶν ἐδίωκον, ὀλίγου ἂν ἐδέησε πλῆθος ἐκεῖ διαφθαρῆναι παντοίων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων. Ἀλλ' ἐπέσχε Κύριος τὸν θυμὸν αὐτοῦ, καὶ μέτρια σφᾶς εὐθὺς ἐπεπείκει φρονεῖν, καὶ μὴ τὰς ἀλλοτρίας τύχας ἴδια νομίζειν ἑαυτῶν εὐτυχήματα, μηδὲν ἐς τὸ παράλογον τοῦτο τρόπαιον ὅλως ἔνοπλον εἰσενεγκόντων ἔργον ἢ συνετὸν μηχάνημα, ἀλλ' ἄθυρμα σαθρὸν Θεοῦ τὴν ἀνθρωπίνην δεικνύντος σπουδὴν καὶ γέλωτα σαφῆ τὴν τῶν μεγαλοφρονεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς οὐκ ὀκνούντων ὀφρύν. Ἀλλὰ καὶ πέμψαντες εὐθὺς ἐς βασιλέα τὴν προτέραν αὖθις ὁμοίως ἐζήτουν εἰρήνην, εἰ καὶ μὴ ἐφ' ὁμοίαις ταῖς συμφωνίαις.

Γ'. Ἀλλ' οὔπω τέτταρες ὅλαι παρῆλθον ἐκεῖθεν ἡμέραι, καὶ κατέπλευσεν ἐς τὸ τοῦ Γαλάτου φρούριον ἐκ Γεννούας ταχυναυτοῦσα μία τριήρης, πρέσβεις ἄγουσα τοὺς πάντα τελέσοντας ἀσμένως, ἃ πρὸς βουλήσεως εἴη Βυζαντίοις. Καταλῦσαι μὲν, ὅσον δηλαδὴ τοὺς οἰκείους παρεκβαλόντες ὅρους οἱ Λατῖνοι παρακατέσχον τοῦ τῶν Ῥωμαίων τόπου· ἀποδοῦναι δὲ καὶ ἣν ἐπήγαγον Βυζαντίοις ζημίαν ἐς τὸ ἀνενδεές· [P. 546] καὶ ἅμα προσθέντας χρήματα τυχεῖν τῆς προτέρας εἰρήνης ὑπὲρ τὰς ρ' χιλιάδας· καὶ ὅρκους ἔπειτα δοῦναι φρικωδεστάτους ὑπὲρ τοῦ μηκέτι πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπενεχθῆναι νεωτερισμούς· ἀλλὰ μεμνημένους τῶν παρ' ἐλπίδα συμπεπτωκότων σφίσι μετριωτέρους εἶναι τοῦ λοιποῦ. Ἐπεὶ δ' ἐλθοῦσι κἀκείνοις τὸ μέγα τοῦτο καὶ παρὰ πᾶσαν ἔγνωσται προσδοκίαν τῶν ὁμοφύλων εὐτύχημα, μέσοις τε γεγονέναι δυοῖν ξυνεπεπτώκει καὶ τὴν αἰσχρὰν ἐκείνην εἰρήνην παρασκευάσαι ποιήσασθαι, ὁποίαν καὶ Πελοποννησίους ἐπὶ Ἀνταλκίδου πάλαι πρὸς Πέρσας συνθέσθαι ἀκούομεν, δέει τῆς ναυτικῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως ἐν τοῖς τότε χρόνοις περιφανῶς θαλαττοκρατούντων.

Δ'. Τούτων δ' οὕτω ξυνηνεγμένων, οὐκ ἔκρινε δεῖν ὁ βασιλεὺς, ἀναπεπτωκὼς διὰ τύχης ἀγνωμοσύνην, ἀπογνώσει δοῦναι τῶν λογισμῶν τὰς ἡνίας καὶ τὸ τῆς γνώμης κράτος, ἅτ' εἰς ἀποριῶν ἐσχατιὰς τῶν πραγμάτων ἐληλαμένων. Ὅ τε γὰρ ναυτικὸς στόλος, χρήματα πάντα μικροῦ συνελὼν, ὑπ' ἐχθροῖς ἐγεγόνει· ἥ τ' ἐλπὶς τῶν ἐτησίων προσόδων, εἰ μὴ τὸ πᾶν, ἀλλ' οὖν τὸ πλεῖστον ἐκκέκοπται μέρος.

A IV. Hæc cum ita accidissent, imperator nec fortunæ iniquitati **867** succumbendum, nec ideo desperationi mentis regimen animique robur prodendum esse censuit, quod in summas angustias adductæ res essent. Nam et classis, quæ pecuniam omnem ferme exhauserat, in hostium potestate erat; et spes annuorum redituum, si non omnino, at maxima ex parte præcisa erat.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΗ'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

—

CAPUT PRIMUM.

Cantacuzenum res adversæ non frangunt. Classem reparat. Vectigalia imposita auget; nova imponit. Isidori patriarchæ falsa prædictio, tristitia, morbus, obitus. De eligendo ejus successore deliberatur. Qualem patriarcham Palamitæ voluerint. Callistus ex Atho monte arcessitur. Gregoras blanditiis, largitionibus, promissis frustra tentatus. Etiam patriarchalem dignitatem oblatam repudiat. Imperatorem et Augustam officii admonet. Callistus cur promotus. Ejus viri inhumanitas, in ipsos mortuos sævientis. Cantacuzeni politica prudentia. Consilium de cogenda synodo. Palamæ tergiversationes. Episcopi novum patriarcham Massalianismi accusant. Variorum criminum ab eo vicissim accusantur. Veniam dant et accipiunt.

[P. 547] Α'. Ἄλλου μὲν ἴσως ἂν τινος ἦν (10), τοσούτῳ πελάγει συμφορᾶς ἀδοκήτου συνειλημμένου, τὴν ταχίστην ἀπειρηκέναι· βασιλεύοντι δ' ἀπαγορεύειν ἐν τοῖς τοιούτοις οὐ μάλα ἐνῆν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς παρατάξεσι τῶν πολέμων ὁ στρατηγὸς τὰ πεπονηκότα καὶ τρεπόμενα μέρη τῆς φάλαγγος τοῖς ἀνακλητικοῖς τῶν σαλπίγγων οὐκ ἐᾷ διαῤῥήγνυσθαί τε καὶ τελέως ἑκόντας τοῖς πολεμίοις παρασχομένους τὰ κράτη τῆς νίκης ἀπαγορεύειν, οὕτω καὶ οὗτος οὐκ εἰς ἀπογνώσεις ἔβλεψε καὶ ῥᾳστώνην αἰσχύνης μεστήν· ἀλλὰ νῦν μὲν ἕτερα ἐφ' ἑτέροις ἐπινοῶν διετέλει τῶν ἐπιχειρημάτων· νῦν δὲ τάς τε νενεουλκημένας ἐκ παλαιοῦ τῶν νεῶν καθελκύσας ἐπεσκεύαζέ τε καὶ μετεσκεύαζε πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν χρείαν· ἄλλας τε καινὰς κατεσκεύαζε πλείους καὶ μείζους τῶν πρὶν, ξύλων ναυπηγησίμων συχνῶς ἐξ ὄρους κομιζομένων ὅλῃ σπουδῇ. Ἐπεὶ δὲ καὶ χρημάτων ἐν τούτοις ἔδει, οἵ τε συνήθεις φόροι πρὸς αὔξην ἀνή-

B **869** I. Alius fortasse, tanta calamitate præter opinionem oppressus, animum statim despondisset. At imperator nequaquam inter hæc desperabat; sed quemadmodum dux, in præliis conserendis, laborantes et inclinatas partes exercitus, dato receptui signo, non sinit perrumpi, nec patitur integram hostibus victoriam ultro deferentes animo prorsus concidere; ita hic quoque non desperatione aut turpi ignavia relanguescebat; sed modo consilia alia ex aliis excogitabat, modo eas naves, quæ jampridem in navalibus repositæ **870** erant, in mare trahebat, reficiebatque, et ad urgentem necessitatem accommodabat; item alias novas construebat, easque plures ac majores quam antea, navalibus lignis crebro et omni diligentia ex monte convectis. Quoniam vero pecunia in his

C opus erat, solitorum vectigalium modus auctus; tum nova quædam subinde instituta, cum ad eas

Variorum notæ.

(10) Gregoras initio hujus libri ea repetit, quæ in fine superioris jam dixit. Itaque aut prima hæc, aut illa ultima recidenda sunt. BOIVIN.

res facile excogitandas necessitas ipsa plurimum valeret.

II. Is fuit rerum status, cum Isidorus patriarcha gravi morbo corripitur. Erat autem illud ventris profluvium juge ac diuturnum, adversus quod nec manus nec ars medicorum quidquam poterat: tametsi primo accessu non admodum violentus invaserat hic morbus, sed sensim et paulatim atque (ut ita dicam) pedetentim procedere visus fuerat, et hominum exspectationem quasi ludificarat. Enimvero, ut plerique aiebant, natus erat ex tristitia, quam tacitus pudor pepererat. Scilicet vir ille propriis somniis intentus omnia dicta et facta inde auspicabatur, divinum eum afflatum vocans: his perpetuo gloriabatur, et palam mentiri nihil eum pudebat. Quin et imperatori pariter, et aliis quibuslibet, quædam quasi vaticinia et oblatas divinitus visiones referebat; in quibus fuit et Galatici Latinorum castelli, in adverso littore positi, excidium; quod illi affirmabat certo et constanter prænuntiatum a Deo fuisse. Itaque his confisus imperator, antequam classem prorsus instructam haberet, pugnam acceleravit. **871** Cum igitur ille funestissimæ cladis auctor præcipuus Romanis fuisse videretur, omnibus exprobrantibus, non audebat fixis oculis aut imperatorem, aut intelligentia præditum quemquam aspectare; sed in profundos verecundiæ suæ recessus semet ipsum abdebat. Quamobrem diuturna inde ægritudine confectus, postquam intima ipsius substantia morbo consumpta est, ex hac vita excessit.

III. Mox deliberatione ab aliis instituta, quisnam ejus sedem ac dignitatem excepturus esset, magno et inflammato studio a Palamitis certatum, ne quis promoveretur, nisi qui percussor et temulentus foret, omnisque eruditionis perinde expers, ut illi, qui a ligone et bidente sub vesperam redeuntes iracundum et ferinum quemdam morem domum referunt. Id vero agebant, ut iis facillimum esset quovis persecutore sæviorem illum opponere iis qui pie et recte de Deo sentirent, et a communione Palamæ penitus abhorrerent. Aliis itaque alium proponentibus, horum suasu ex monte Atho accessitur unus ex Palamæ amicis, nomine Callistus. Huic ob vecordiam ac dementiam ingenium erat omnium immitissimum. Quamobrem eorum, a quibus vocabatur, proposito ac studio omnino conveniebat.

IV. Tamen antequam is advenisset, visum est imperatori et Augustæ privatim ac sæpius me

γοντο καὶ ἅμα καινοί τινες ἐφ' ἑτέροις ἕτεροι ἐπενοοῦντο, τῆς ἀνάγκης τὴν εὐπορίαν τῶν εἰς ταῦτα ἐνθυμημάτων ῥᾷστα ἐφευρισκούσης.

Β'. Ἐν τούτοις δ' ὄντων τῶν πραγμάτων νόσῳ βαρείᾳ καὶ ὁ πατριάρχης Ἰσίδωρος ἁλίσκεται. Ἡ δὲ ἦν γαστρὸς κένωσις διηνεκὴς ἅμα καὶ πολυήμερος, πάσης χειρὸς καὶ τέχνης ἰατρικῆς ἀπρακτούσης ἐνταῦθα. Καίτοι τήν γε ἀρχὴν οὐ μάλα θρασυτέραν αὕτη τὴν ἔφοδον ἔδειξεν· ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν καὶ βάδην εἰπεῖν ἐπιχωριάζειν ἐδόκει, ὥσπερ παίζουσα τὰς τῶν πολλῶν ἐλπίδας. Ἦν γὰρ ἀπὸ λύπης ἐσχηκυῖα τὰς ἀφορμὰς (ὁ πολὺς τέως ἐκράτει λόγος), ἥτις ἐκ σιωπωμένης αἰσχύνης εἶχε τὴν πρόφασιν. Ἦν γὰρ τοῖς οἰκείοις ὀνείροις προσέχων ὁ ἄνθρωπος (11)· καὶ τοῦτ' ἔργον ἔχων ἁπάντων προϊστάμενον καὶ λόγων καὶ πραγμάτων ἐνθουσιασμὸν ὠνόμαζε· καὶ τούτοις διηνεκῶς ἐγκαλλωπιζόμενος ἐψεύδετο μὲν προφανῶς, οὐκ ᾐσχύνετο δέ· ἀλλ' ἦν ὡσαύτως τῷ τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις οἱονεὶ προφητείας τινὰς καὶ θεοπτείας ἄνωθεν ὑπαγγέλλων· μεθ' ὧν ἦν καὶ ἡ τοῦ πέραν Γαλατικοῦ φρουρίου καταστροφή, ἣν προδεδεῖχθαι διετείνετο τουτεῒ πρὸς Θεοῦ βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς· ὡς θαῤῥήσαντα καὶ τὸν βασιλέα ἐπὶ τὴν μάχην ταχῦναι, πρὶν τελέως τὴν τοῦ στόλου παρασκευὴν ἐξαρτύσαι. Ἐπεὶ οὖν αἴτιος τῷ γε μείζονι μέρει τῆς μεγίστης ἀπωλείας ἐκείνης ἔδοξεν οὗτος γενέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις καὶ ὠνειδίζετο πρὸς ἁπάντων, οὐκ εἶχεν ἑστῶσιν ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν οὔτε μὴν αὐτὸν βασιλέα, οὔτε τῶν ἄλλων ὅσοι ξυνέσεως ἦσαν μέτοχοι· ἀλλὰ κατεδύετο πρὸς πυθμένας ἰδίας αἰσχύνης. Καὶ οὕτω λοιπὸν νοσήσας ἐπὶ μακρὸν, καὶ οὕτω δαπανηθείσης τῆς ἔνδον οὐσίας αὐτοῦ, τῆς παρούσης μετέστη ζωῆς (12).

Γ'. Ἔπειτα ψῆφον προτιθεμένων ἄλλων, ὃς ἂν μετ' ἐκεῖνον τοῦ θρόνου διάδοχος γένηται, πολλή τις ἦν σπουδὴ καὶ διάπυρος τοῖς τοῦ Παλαμᾶ θιασώταις, μηδένα ποτὲ προβληθῆναι, ὃς μὴ πλήκτης καὶ πάροινος εἴη καὶ πάσης καὶ παντοίας παιδείας ἐς τοσοῦτον ἄμοιρος, [P. 548] ὅσον οἱ ἀπὸ σκαπάνης ἀμῶν (13) καὶ δικέλλης ὀψὲ τῆς ὥρας ἀπαλλάττοντες ζάκοτόν τι καὶ θηριῶδες ἦθος οἴκαδε φέρουσιν· ἵν' ἐνταῦθα ῥᾷστον εἴη σφίσι διωκτῶν ἁπάντων αὐτὸν καταστῆσαι βαρύτατον κατὰ τῶν εὐσεβεῖν αἱρουμένων καὶ τῆς τοῦ Παλαμᾶ κοινωνίας ἀπέχεσθαι πᾶσαν σπουδὴν ποιουμένων. Ἄλλων οὖν ἄλλους προβαλλομένων, μεταπέμψασθαι πείθουσιν οὗτοι τῶν τοῦ Παλαμᾶ φίλων ἐξ Ἄθωνος ἕνα, τοὔνομα Κάλλιστον· ᾧ πρὸς ἀπηνείαν ἐξ ἀνοίας ἅμα καὶ ἀπονοίας ἡρμόσθαι τὴν φύσιν πάντων μάλιστα ξυνεβεβήκει, καὶ εἶναι μηδὲν μηδαμῶς τῷ σκοπῷ καὶ τῇ σπουδῇ τῶν προσκεκληκότων ἀπᾴδοντα.

Δ'. Πρίν γε μὴν τοῦτον ἰέναι, ἰδίᾳ ἐμὲ καὶ συχνὰ παραλαμβάνουσιν ἐπῄει βασιλεῖ τε καὶ βασιλίδι θυ-

Variorum notæ.

(11) Vide adnotata infra ad lib. XXI, cap. 6, sect. 8. BOIVIN.

(12) Isidorus patriarchatum iniit anno Chr. 1347. Sedit annos duos, menses septem et dies *quindecim*, ut constat ex codice ms. quo usus est Phil. Labbeus. Vide *Apparatum Histor. Byzant.* pag. 37. Ergo patriarcha esse desiit an. Chr. 1349 exeunte. BOIVIN.

(13) Sic supra lib. III, cap. 5, sect. 6. BOIVIN.

πείαις παντοίαις περιϊέναι· καὶ χρημάτων ἐπαγγελίαις καὶ χορηγίαις ἀφθόνοις τῶν γε ἄλλων καὶ ἃ τῶν ἐν βίῳ καλῶν καὶ τιμίων ψυχαῖς ἂν εἴη φιλοδόξοις κατ' ἔφεσιν πειρᾶσθαί με πείθειν καὶ ἄγειν ἐς τὸ σφισι βουλόμενον· ὧν τὰ μὲν ἤδη ἐχορηγεῖτο, τὰ δ' ἔμελλεν. Ὤοντο γὰρ δι' ἑνὸς ἐμοῦ γε εὐθὺς, εἴ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν, καὶ ὅπη διαιτῷντο, πάντας ἑτέρους, ὁπόσοι ἀνθίστανται πρὸς ὁπόσα τῷ Παλαμᾷ βλασφημεῖται καινὰ καὶ ἔκφυλα δόγματα, προσάξεσθαι. Ἀλλ' ἦσαν ἄρα πάντως ἄνθρακες οἱ τῶν ἐλπίδων ἐκείνοις θησαυροί. Τὸ γὰρ ἀνενδεὲς ἐμὲ τῶν ἀναγκαίων καὶ ἡ τἀληθοῦς ἐκλογὴ λήρους ἔπειθ' ἡγεῖσθαι τὰ λεγόμενα.

A accire, et omni adulationis genere, atque etiam pecuniarum pollicitatione ambire. Ac ii quidem conati **872** sunt flectere me, et ad ea quæ vellent adducere, liberali largitione cum aliarum rerum, tum earum præsertim, quæ, quia pulchræ sunt ac pretiosæ, animis gloriæ cupidis plurimum blandiri possunt. Quarum rerum aliæ jam dabantur, aliæ postea datæ fuissent. Putabant videlicet mea unius opera statim adjunctum iri ipsis reliquos omnes, quicunque ii forent, et ubicunque degerent, qui novam et insolentem blasphemi Palamæ doctrinam impugnarent. Quas autem illi spes conceperant, eæ non aurum sed paleæ erant. Nam quod rebus necessariis non carerem, et veritatem ultro profiterer, idcirco mihi facile persuadebam vana esse et frivola quæ illi loquerentur.

Ε'. Ὃ δ' ἁπάντων μάλιστα τὴν ἐλπίζουσαν γνώμην ἐστήρικτο καὶ ἀνακεκρᾶσθαί σφισι δι' αὐτό τινα ἡδονὴν ταῖς ἐλπίσιν ἐποίει, τὸ τῆς πατριαρχείας ἀξίωμα ἦν· ὃ δώσειν αὐτίκα μάλα μοι ἐπηγγέλλοντο, τῆς χρείας διωθουμένης σφοδρότερον καὶ τοῦ καιροῦ προκαλουμένου τὸν προστησόμενον ἀπαραίτητα. Ἤκουόν γε μὴν ἐξ ἐμοῦ τἀναντιώτατα πάντα. Πρῶτον μὲν γὰρ καθηπτόμην ὁμαλῶς πως αὐτῶν περὶ ὧν ἡμῖν ὑπισχνοῦντο, πῶς οὐκ ὀκνοῦσι τοῖς αὐτοῖς ἐγχειροῦντες, ἃ πολλάκις εἰποῦσι καὶ ἀποτυχοῦσιν ἀκριβῶς ἐγνωκέναι ξυμπέπτωκεν, ὡς πηλοῦ καὶ κόνεως οὐδὲν ἐμοὶ διαφέρειν δοκεῖ τὰ τοιαῦτα, καὶ ταῦτα νῦν, ὅτε πίστεως ἄρνησις ἀπαιτεῖται. Ὡς γὰρ ἐν κακοῖς εὐτυχεῖν δυστύχημα μέγιστον, οὕτως ἐν κακοῖς ἀδοξεῖν τῶν εὐτυχημάτων τὸ κράτιστον. Ἔπειτα ἔλεγον, ὡς βασιλεῦσιν οὖσι χρεὼν μὴ τὰ καθήκοντα νόμιμα ἑκόντι παραδιάγειν ὁμοῦ καὶ τῶν ἱερῶν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας κιγκλίδων ἐλαύνειν ἤθει τοιούτῳ, ἥκιστά τινος φειδοῦς ἢ κολάσεως μεσιτευούσης καὶ ὑφαιρούσης τὴν τοῦ κράτους ἀσέλγειαν· ἀλλ' ἰατροῖς μᾶλλον γίγνεσθαι πάνυ προθύμως καὶ ἅμα κολασταῖς [P. 549] τῶν ἀθέσμων σάλων καὶ ἐκτροπῶν, εἴ γε βουλομένοις εὐσεβεῖν εἴη. Τὸ μὲν γὰρ ἄξιον θρήνων μακρῶν καὶ ἐς τὸ μέλλον μνήμης ἐκ τῶν ὀψιγόνων πρὸς ἀπέχθειάν τε καὶ ὕβριν ἀνατρεχούσης ὁλοσχερῶς (ἐῶ γὰρ ὡς ἐγνωσμένης ἤδη μεμνῆσθαι τῆς ἀϊδίου φλογὸς ἐκείνης, ἣ τοῖς οὕτω βιοῦσιν ἠπείληται)· τὸ δ' ὑμνούσας γλώσσας ἀπαιτεῖ τῶν τε νῦν ὄντων τῶν τε γενησομένων ἀνθρώπων εὐσεβῶν καὶ ἅμα ψυχῆς ἀκήρατον εὐφροσύνην, ἣν μὴ τελευτῶσιν αἰῶσιν ἀκούομεν ἀπονενεμῆσθαι.

B V. Sed eorum animum exspectatione suspensum una res maxime confirmabat, ac ipsorum spei quadam voluptate admista blandiebatur. Ea erat patriarchalis dignitas, quam mihi statim collaturos se iidem promittebant, cum et necessitas gravior incumberet, et ut aliquis sine ulla cunctatione ei muneri præficeretur, res ipsa flagitaret. Tamen ii ex me contraria plane omnia audiverunt. Ac primum quidem super iis rebus, quas mihi promittebant, eos leniter objurgabam, quod ipsos non pigeret eadem rursus tentare, quæ cum frustra sæpe dixissent, evidentissimum foret, ejusmodi res apud me nihilum luto ac pulvere differre; præsertim hoc tempore, cum exigeretur fidei abjuratio. Enimvero sicut inter improbos felicem C esse maxima esset infelicitas, ita apud eosdem honoribus carere maximam esse felicitatem. Aiebam præterea non debere principes, quæ sapienter constituta essent, ea ultro transgredi, et sacrosanctis Ecclesiæ Dei **873** cancellis isto more excludere, ut nec moderatio ulla, nec examinis interpositi severitas potestatem insolentem coerceret. Quin imo oportere eos, si religiosi essent, medicos et castigatores promptissimos exsistere errorum ac depravationum sacris legibus contrariarum. Nam illud quidem deplorandum, memoriaque apud posteros odiosissima ac probrosissima dignum est (ut sileam flammas sempiternas, quas iis qui sic vivunt destinatas, cogitare licet ut jam decretas); hoc vero laudem et commendationem exigit D ab hominibus piis, qui nunc vivunt, quive unquam victuri sunt; et sinceram meretur animi voluptatem, qualem ævo immortali repositam esse credimus.

Ϛ'. Οὕτω τοίνυν ἡμῶν ἀπογνοὺς, ἐπεὶ τὸν ἤδη ῥηθέντα ἐξ Ἄθωνος ὄρους ἥκοντα ἤδη τεθέαται, εὐθὺς καὶ μὴ πάνυ τοι σφόδρα προθυμουμένων τῶν ἐπισκόπων τῆς τέως σωζομένης ἐπαρχίας (14), εἰς πατριάρχην προβάλλεται, δι' οὐδὲν ἕτερον ἐπισπεύσας τὴν αὐτοῦ προβολὴν, ἢ ὅτι πρὸς διωγμὸν ἄριστα ὁ ἀνὴρ ἐπεφύκει καὶ ὄργανον ἦν πρὸς τιμωρίας ἀπανθρώ-

VI. Sic ille successu desperato a nobis discessit. Deinde hominem supra memoratum, qui jam ex Atho monte advenerat, conspicatus, confestim nec admodum cupientibus episcopis ejus provinciæ, quæ tunc salva restabat, patriarcham eligendum proponit. Eum vero non aliam ob causam promovere festinavit, nisi quia ad exercendam persecu-

Variorum notæ.

(14) Sic infra cap. 3, sect. 3. Κἀπειδὴ Θρᾴκης ἐπέκεινα πλείων οὐκ ἦν ἐπαρχία Ῥωμαίοις, μόνους τοὺς Θρᾳκικοὺς εὐθὺς μεταπέμπεται ἐπισκόπους. Vide et lib. XXI, cap. ult., ubi de imperii finibus illo tempore valde angustis. BOIVIN.

tionem optime a natura comparatus vir ille pœnarum atrocium et immanium instrumentum erat quolibet carnifice inhumanius. Quippe omnis eruditionis expers, propensissimus erat ad supplicia decernenda et ad injuriam absque verecundia inferendam; item ad feriendum manu et baculo, iracundia effreni, sermonibus fœdis et minime convenientibus sive habitui, quem induerat, sive menti et instituto religioso, cujus se alumnum gloriabatur. Quin imo homines pios, quos multabat et persequebatur, quorum misereri **874** eum oportebat fame et siti et omnibus ærumnis enectorum, insepultos projici jubebat. Quod si qui naturæ similitudine commoti operam dedissent, ut illorum corpora humo tegerentur, novum illud crimen simili pœna rursum luebatur. Usque adeo tunc pejor causa adversus religionem invaluerat. Nam qui manere intra terminos traditæ a majoribus disciplinæ obstinassent, ii sine misericordia tectis, urbibus, templis exigebantur, et facile a quolibet comprehensi in vincula rapiebantur. Aliis veritis ne extrema paterentur, atque idcirco civilitatis colore versatili sanam doctrinam occultantibus, minæ intendebantur ipsis suppliciis graviores.

A πους καὶ θηριώδεις δημοσίων ἁπάντων ἀπανθρωπότερον. Πάσης γὰρ ὢν παιδείας ἀξύνετος μάλα τι ἐχώρει πρὸς τὸ κολάζειν καὶ ὑβρίζειν ἑτοίμως, καὶ πρός γε ἔτι χειρὶ καὶ βακτηρίᾳ πλήττειν, ἀπηχεῖ θυμῷ, καὶ λόγοις αἰσχροῖς καὶ σφόδρα ἀπᾴδουσιν ᾧ περιέκειτο σχήματι, καὶ οὕτινος ἥδετο εἶναι τρόφιμος ὅρους, καὶ ἥστινος πνευματικῆς πολιτείας. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ οὓς ἐκόλαζε καὶ οὓς ἐδίωκεν εὐσεβεῖς, δέον ἐλεεῖν λιμῷ καὶ δίψῃ θνήσκοντας καὶ πάσῃ ταλαιπωρίᾳ, ὁ δὲ καὶ ἀτάφους ἐῤῥίφθαι ἐκέλευε. Καὶ ἦν ἔγκλημα ἕτερον αὖθις τουτὶ πρὸς τιμωρίας ἔτι λοιπὸν τὰς ὁμοίας, οἷς τῇ γῇ κρύπτειν ἔργον ἦν τοὺς τοιούτους, καμπτομένοις τῇ τῆς φύσεως ὁμοιότητι. Ἐς τοσοῦτον κατὰ τῆς εὐσεβείας ηὐξήθη τότε τὰ χείρω. Ἠλαύνοντο γὰρ ἀφειδῶς, οἱ τοῖς B ὅροις ἐμμένειν φιλονεικοῦντες τῆς πατρίου νομοθεσίας, οἰκιῶν, πόλεων, ἱερῶν, ἀγώγιμοι δεσμωτηρίοις ἤγοντο εὐχερῶς· ἀπειλαὶ τοῖς ἄλλοις ἐκηρύττοντο μείζους τῶν ἔργων, ὅσοι δέει τοῦ μὴ τὰ ἀνήκεστα πάσχειν ἤθους χρώμασι πολυειδέσι δῆθεν κοσμικοῖς τὴν εὐσέβειαν ἔκρυπτον.

VII. Atque hæc grata subsidia erant imperatori, animum suum dissimulanti. Nam cum duæ res sint, quarum ope plerique principes conantur sibi mancipare quos volunt, earum alteram, quæ benignitatis speciem præfert et in persuadendo posita est, sibi tribuebat; alteram, cui inest nota crudelitatis, patriarchæ et Palamitis, ut ventis vela, permittebat. Plerosque scilicet fallere cupiens, nec ipse prorsus illa factitabat, nec licentia publicis decretis concessa fieri permittebat. At idem, quia facientibus non obsistebat, tacita quasi lege lata, quidlibet impune perpetrandi veniam iis prorsus dabat: ut ii, qui oleribus indigent, aquæ rivum aliunde ex occulto ac superiori de loco deducunt. Sic enim statuebat, quoties voluntas principis et rerum quotidianarum ratio idem suaderent, adessetque **875** opportunitas accommoda principis voluntati, toties principem debere ejusmodi rerum cursum concursu suo adjuvare: cum autem alio res vergerent, alio principis voluntas, tunc oportere eumdem, cæteris rebus neglectis, propriæ voluntatis rationem potius quam constitutarum regularum usum sequi. Quippe illud imperii esse, hoc vero servitutis. Absurdum porro esse, penes quem sceptrum imperatorium foret, eum ultro servire. His de causis, parum de aliis sollicitus, quæcunque ipse et Palamas fieri cuperent, ea exsequebatur. Una quippe erat ejus et Palamæ voluntas.

VIII. Attamen veritus vulgi convicia, quæ et circum fora liberrime jactabantur, et fidei tyrannicam violentamque oppressionem criminabantur, satius sibi fore credidit, procedente tempore concilium cogi, episcopis qui in Thracia essent convocatis; atque illic palam declarari, novam illam *doctrinam*, quam Palamas invexisset, non esse

Z'. Καὶ ἦν ταῦτα ἐφόδια τῆς τοῦ βασιλέως γνώμης, κρύπτεσθαι βουλομένης, ἀρεστά. Δυοῖν γὰρ ὄντοιν, δι' ὧν οὓς ἂν βούλοιντο προσάγεσθαι ἐγχειροῦσι τῶν ἡγεμόνων οἱ πλείους, ὃ μὲν ἐπιεικείας εἶχε σημεῖον, ἑαυτῷ ἔνεμε· λέγω δὴ τὸ πείθειν· ὃ δ' ἀπηνείας, τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς περὶ τὸν Παλα- C μᾶν ἐνεδίδου, καθάπερ ἀνέμοις ὁλκάδος ὀθόνην. Λανθάνειν γὰρ τοὺς πλείστους πειρώμενος, οὔτ' αὐτὸς ὁλοσχερῶς ἔδρα ταυτὶ, οὔτε δημοσίοις γραφαῖς παρεῖχε τοὐνδόσιμον. Ὅτι δὲ δρῶσιν αὐτοῖς οὐκ ἀνθίστατο, ἄντικρυς ἀνομοθέτητόν [P. 550] τινα νόμον τὸ δρᾷν ἀδεῶς ἐχαρίζετό σφισιν· ὥσπερ καὶ οἱ λαχάνων ἐν χρείᾳ γινόμενοι ῥύακα ἄνωθέν ποθεν ἐπαντλοῦσιν ὕδατος ἐξ ἀφανοῦς. Ἔλεγε γὰρ, ὡς ὅτε τὰ ἴσα φθέγγωνται ἥ τε τοῦ ἄρχοντος βούλησις καὶ ἡ τῶν ἐκ τύχης δρωμένων χρεία, μετὰ τοῦ εὖ ξυγκειμένου πρὸς τὴν τοῦ ἄρχοντος βούλησιν, τότε συμφέρεσθαι καὶ τὸν ἄρχοντα χρὴ τοῖς οὑτωσὶ φερομένοις· ὅταν δ' ἕτερον μὲν τὰ πράγματα δρόμον βαδίζῃ, ἕτερον δ' ἡ τοῦ ἡγεμόνος βούλησις, τότε χρὴ τὸν μέσον κἀκείνων παρατρέχοντα τῇ τῆς αὐθεντικῆς βουλήσεως χρείᾳ D μᾶλλον ἢ τῷ τῶν κειμένων κανόνων ἔθει συμφέρεσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ἡγεμονίας, τὸ δὲ δουλείας εἶναι σημεῖον· ἄτοπον οὖν δουλεύειν ἑκόντα, ᾧ τὰ τῆς ἡγεμονίας ἀνεῖται σκῆπτρα. Διὰ δὴ ταῦτα, μικρὰ τῶν ἄλλων φροντίσας, ἐπέραινε ὅσα αὐτῷ τε καὶ Παλαμᾷ πρὸς βουλήσεως ἦν. μία γὰρ ἦν αὐτῷ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν Παλαμᾶν ἡ βούλησις.

H'. Δεδιὼς δ' ὅμως καὶ τὰς τῶν πλείστων λοιδορίας, αἳ κἀν ταῖς ἀγοραῖς ἀνέδην ἐκαλινδοῦντο, τὸ τυραννικὸν καὶ βίαιον ἐγκαλοῦσαι τῆς πίστεως, βέλτιον ἐνόμισεν εἶναί οἱ, καὶ σύνοδον συγκροτῆσαι διὰ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης ἐπισκόπων προϊόντος τοῦ χρόνου, καὶ δεῖξαι ἐς προὖπτον τὰ καινοφανῆ τοῦ Παλαμᾶ μὴ αἰσχρῶς ἔχειν δόγματα· ὡς ἂν εἰς πολλοὺς γε-

μένης καὶ διασκιδναμένης τῆς τῶν τοιούτων ἐγκλημάτων λοιδορίας, ἢ ἀπιστῆται παντάπασι ἡ καινοτομία τῆς πίστεως, ἢ τό γε δεύτερον ἧττον λυπῇ, μὴ πρὸς ἕνα αὐτὸν ἀεὶ κινουμένων τῶν ὅλων γλωσσῶν, ἀλλ' ἐς πλείστους ἤδη μεριζομένων. Ἀλλὰ τοῦτό γε ἠνία τὸν Παλαμᾶν, ἥκιστα παῤῥησιάζεσθαι τοὺς τῆς αὐτοῦ κακίας ἐλέγχους βουλόμενον, ἀλλ' ἐπιβουλαῖς ἀεὶ καὶ διαβολαῖς ἀφθόγγοις τὰ τῶν διωγμῶν ἐκείνων εἴδη δι' ἄλλων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ἐξουσίαις, κρύφα ἐπιτελεῖν. Διὸ καὶ προφασισάμενος ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ᾤχετο φεύγων, νῦν μὲν εἰς Λῆμνον, νῦν δ' ἐκεῖθεν εἰς Θεσσαλονίκην· περὶ ὧν πλατύτερον εἰρήσεται προϊοῦσιν. Τέως δ' ἐκεῖνο ἐπαναλήψομαι.

A pravam ac fœdam; ut objectorum criminum calumniosa refutatione latius diffusa ac divulgata, vel prorsus haud crederetur innovatam fuisse fidei doctrinam, vel saltem minus isti dolendum esset, cum omnium linguæ non unum eum perpetuo petituræ, sed deinceps se adversus plurimos exserturæ essent. Verum id quidem Palamam angebat, utpote qui malitiam suam palam redargui minime vellet, sed insidiis et surdis obtrectationibus cum per alios, tum per principes, varia suppliciorum genera clanculum decernere cuperet. Quamobrem alia ex aliis prætexendo **876** aufugiebat, modo in insulam Lemnum, modo illinc Thessalonicam. Sed de his rebus fusius infra dicturi sumus. Nunc autem illud resumam.

Θ'. Πρὶν γὰρ ὅλους μετὰ τὴν χειροτονίαν τρεῖς B παριέναι μῆνας, τῶν ἐπισκόπων συνέβη ῥαγῆναι τοὺς πλείστους τῆς πατριαρχικῆς κοινωνίας, ὅσοι διομνύμενοι εἰσήγγελον εἶναι σαφῆ Μασσαλιανὸν αὐτὸν καὶ τῶν ἐν Ἄθωνι ὄρει πρὸ ἐτῶν οὐ μάλα συχνῶν φανερῶς ἁλόντων ἕνα· περὶ ὧν ἀνωτέρω (15) που τῆς ἱστορίας καὶ ἡμεῖς εἰρηκότες ἐσμέν. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἀνθιστάμενος εἰσῆγεν, ἐξ ἀντιπάλου ῥέων, διωμοσίαν καὶ ἀντεγκλήματα κατὰ τούτων ἑκάστου, τὸν μὲν τυμβωρυχίας διώκων, τὸν δὲ πορνείας, τὸν δὲ Βογομίλων αἱρέσεως, τὸν δὲ τοῦ τὴν ἱερωσύνην ὤνιον διδόναι [P. 551] καὶ ἀπεμπολεῖν εἰς ἄνδρας μάλα τοι σφόδρα αἰσχίστους, καὶ ἄλλους ἄλλων, καὶ γέγονε σχίσμα μέχρι καὶ ἐς πολύν τινα χρόνον, μέσος ὁ βασιλεὺς καταστὰς ἔπεισεν ἀλλήλοις ἀφεῖναι C τἀγκλήματα, λάθρα καθυφέντας ἃς κατ' ἀλλήλων γραφὰς καὶ λοιδορίας ἐξήνεγκαν φανερῶς, ἵνα μὴ προσθήκη καὶ τοῦτο γένηται τοῖς κατ' αὐτῶν ἐπενηνεγμένοις περὶ πίστεως παρ' ἡμῶν ἐγκλήμασιν. Οὕτω τοίνυν ἐν κακοῖς κακῶς καὶ αἰσχρῶς ἀλλήλοις σπεισάμενοι ξυνῆεσαν ἀλλήλοις λοιπὸν, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐπιβουλὰς καθ' ἡμῶν ἄλλας ἐπ' ἄλλας συῤῥάπτοντές τε καὶ ξυντιθέμενοι.

IX. Nondum tres toti post patriarchæ electionem menses effluxerant, cum plerique episcoporum ab ejus communione evulsi secesserunt, quotquot scilicet jurato denuntiaverant Massalianum cum re ipsa esse, ac unum exstitisse ex illis, qui ante annos non ita multos in monte Atho manifeste deprehensi fuissent; de quibus et nos supra in hac historia disseruimus. At ille repugnabat, et juramenta juramentis opponebat, atque illis singulis crimina vicissim objectabat, hunc de effossis sepulcris, illum stupri, alium de Bogomiliana hæresi, alium quod sacerdotium vendidisset et hominibus turpissimis nundinasset, alium denique alio crimine accusans. Cum autem schisma ob eam causam excitatum longo tempore durasset, imperator medium se interposuit, eisque persuasit, ut sibi invicem crimina objecta condonarent, desertis clanculum litibus et accusationibus, quas aperte suscepissent, ne ad crimina, quæ illis de fide a nobis objiciebantur, isthæc quoque accederent. Sic itaque concordia, ut inter malos, male et turpiter deinceps inita, reconciliati sunt, novasque ex eo quotidie insidias adversus nos struere et componere cœperunt.

CAPUT II.

Cantacuzenus Thessalonicam abit, Palæologum generum ei urbi præfecturus. Classis Veneta Genuitis infesta Byzantium advenit. Genuitarum arrogantia. Pontus Euxinus Byzantiis et Venetis per illos clausus. Quænam causæ Venetos coegerint Galatæ obsidionem cito deserere. Cantacuzenus admodum lætus Byzantium redit. Concilium convocare cogitat. Palamæ fiducia. Junioris Andronici et Isidori patriarchæ commemoratio in sacris per errorem omissa. Hominum sermones de ea re. Error postmodum correctus. Triremes Venetæ quatuordecim Ponti Euxini fauces obsident. Bellum Latinorum internecinum. Catalani socios se Venetis adjungunt.

Α'. Ἄρτι δὲ τῶν φθινοπωρίνων τοῦ ἡλίου τροπῶν D ἐν προθύροις αὐλιζομένων τοῦ ἔτους (16), τριήρεσι καὶ μονήρεσιν ἄρας ἐκ Βυζαντίου ὁ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς ὁμοῦ τῷ ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρῷ Παλαιολόγῳ τῷ βασιλεῖ ἀπῄει ἐς Θεσσαλονίκην, ἄρχειν ἐκεῖ καταστήσων αὐτόν. Καὶ τηνικαῦτα κατέπλευσαν ἐς Βυζάντιον (17) Βενετικαὶ τριήρεις τρεῖς καὶ τριάκοντα κατὰ τοῦ Γαλατικοῦ φρουρίου τῶν Γεννουϊτῶν, μάχης τε ἀρξάντων αὐτῶν ἐκ πολλοῦ καὶ ἀπει-

I. Jam converso ad autumnale æquinoctium cursu, in ipso anni ingressu sol versabatur, cum imperator Cantacuzenus, triremibus ac moneribus **877** conscensis, solvit Byzantio, Palæologum imperatorem eumdemque generum secum Thessalonicam ducens, atque ejus urbis principem eum constituturus. Eo tempore Byzantium advenerunt triremes Venetæ tres et triginta, ut Genuitarum, qui primi bellum indixerant et Venetis exitium

Variorum notæ.

(15) Lib. XIV, cap. 7. BOIVIN.

(16) Mense Septembri, anno mundi 6859 ineunte. BOIVIN.

(17) Bizar. De bello Veneto, lib. II. BOIVIN.

minabantur, Galaticum castellum oppugnarent. Quippe isti Genuitæ, elati frivolo illo successu navalis pugnæ, quam cum Byzantiis parum memorabilem gesserant, jam animo suo minime moderabantur, sed totius maris imperium somniabant. Ac primo Pontum Euxinum, ut quæstuosum, sibi vindicantes, non solum Byzantiis imperioso fastu maximaque audacia interdicebant, ne circum Mæotidem et Tanain Chersonemve navigantes, aut reliquam Scytharum maritimam oram, quæ esset ultra Istrum, circumvecti negotiarentur, nisi ubi licentiam a se accepissent; sed et Venetos ipsos eorumdem locorum commercio arcebant; et jam fere meditabantur, plurimis triremibus Ponti fauces obsidere, atque in Sarapidis fano tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui intra vel extra Euxinum commeaturi essent.

II. Ea res irritavit ac perturbavit animos cum aliorum omnium, quorum vita omnis maritima esset, tum maxime Venetorum, qui pecuniis et navibus longe superiores erant. Igitur hi, cum et imperatorem habituros se socium adjutoremque incepti sui sperarent, utpote ob acceptam **878** cladem et ignominiam cladi conjunctam iisdem iratum, armis (ut dixi) et triremibus instructi, oppugnatum illos venerunt. Quoniam autem nec imperator aderat, nec tempus opportunum erat, sic ut ipsis adjumento esse posset (nam hæc sub Arcturi ortum gesta sunt, cum et plurimi imbres nubibus effunduntur, et frigus immodicum jam ingruens affligit eos qui in armis sub dio, idque in mari, pernoctant), visum est ipsis pauculos dies permanere, ac postquam levibus pugnis vires ultro citroque tentatæ fuissent, domum retro navigare: eoque maxime, quod audierant novas triremes ab Genua proficisci jam in Eubœam et in Cretam atque in cæteras insulas, quæ Venetis tunc parebant. Etenim ex navibus quatuordecim Genuiticis, quas Venetæ triremes, cum huc venirent, duobus sinubus Aulide et Oreo juxta Eubœam concluserant, decem cum ipsis hominibus captæ fuerant; reliquæ quatuor furtim elapsæ periculum effugerant. Atque hæ quatuor, per absentiam Venetarum alio bello occupatarum, insulas Venetorum impune infestabant. Itaque hi magna diligentia et alacritate ad ulciscendum propulsandumque hostem redierunt. Et hæc quidem ita se habuere.

III. Cum autem sol, ab hiberno tropico conversus, antarctici poli viciniam deseruisset, Thessalonica rediit imperator, gaudio quasi lymphatus. Putabat videlicet jam se arcanis terroribus libera-

A λούντων σφίσιν ἀπώλειαν. Τοῖς γάρ τοι Γεννουΐταις τουτοισὶν, ἐπαρθεῖσι τῷ κατὰ Βυζαντίων ἐκείνῳ σαθρῷ προτερήματι τῆς ἀδόξου ναυμαχίας ἐκείνης, οὐκέτι καθεκτικῶς εἶναι τὴν γνώμην ἐνῆν· ἀλλ' ὀνειροπολεῖν ἐπῄει τὴν τῆς ὅλης θαλάσσης ἡγεμονίαν. Καὶ διασφετεριζόμενοι πρῶτον τὸν Εὔξεινον πόντον, διὰ τὰ ἐκεῖθεν κέρδη, οὐ μόνον Βυζαντίοις ἐπέταττον ἡγεμονικῶς ἤδη καὶ πολλῷ τῷ θράσει ῥέοντες, ἀπέχεσθαι τῆς Μαιώτιδος καὶ Ταναΐδος, ἔτι τε Χερσῶνος (18) καὶ ὅσα τῶν Σκυθῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον παραλίας ἐστὶ χωρία περιπλέοντας ἐμπορεύεσθαι, πλὴν ᾗ ὅπῃ ἂν ἐξ αὐτῶν τὸ ἐνδόσιμον εἴη· ἀλλὰ καὶ Βενετικοὺς αὐτοὺς τῆς ἐκεῖθεν ἀπήλαυνον ἐμπορίας, μελέτην ἔχοντες, ὅσον οὐδέπω καὶ τριήρεσι συχναῖς [P. 552] τὸν αὐχένα τοῦ Πόντου συγκλεισθέντες κατὰ
B τὸ τοῦ Σαράπιδος (19) ἱερὸν καταστῆσαι δεκατευτήριον τυραννικὸν καὶ βίαιον, εἴ τινες εἶεν βουλόμενοι τὸν Εὔξεινον πόντον εἰσπλεῖν τε καὶ ἐκπλεῖν.

Β'. Τοῦτο καὶ πάντας μὲν ἠρέθισε πρὸς ταραχὴν λογισμῶν, οἷς θαλάττιος ἅπας ἐστὶν ὁ βίος· πάντων δὲ μάλιστα Βενετικούς, χρήμασί τε καὶ ναυσὶ μακροῖς τισι μέτροις πλεονεκτοῦντας. Ἐλπίσαντες οὖν καὶ βασιλέα σύμμαχον ἕξειν καὶ κοινωνὸν εἰς τοὔργον, ἅτε διὰ τὴν ἧτταν ἐκείνην καὶ τὴν ἐκ τῆς ἥττης αἰσχύνην ἠρεθισμένον καὶ αὐτὸν πρὸς ὀργὴν κατ' αὐτῶν, ἧκον (ὡς ἔφημεν) ὅπλα καὶ τριήρεις ἄγοντες κατὰ σφῶν. Ἐπεὶ δ' οὔθ' ὁ βασιλεὺς παρῆν, οὔτε τῷ καιρῷ συμμάχῳ χρῆσθαι ἐνῆν (εἶναι γὰρ περὶ τὰς τοῦ Ἀρκτούρου συνέβαινε τοῦτον ἐπιτολὰς, ὅθ' ὑετοί
C τε καταῤῥήγνυνται μάλιστα πλεῖστοι καὶ ψύχος ἀταμίευτον ἤδη προτρέχον λυπεῖ τοὺς ἐν τοῖς ὑπαίθροις διανυκτερεύοντας ἐν θαλάττῃ καὶ ὅπλοις), ἡμέραις βραχέσι διέγνωσται σφισιν ἐγκαρτερήσασι, πεῖραν ἀκροβολισμῶν πολεμικῶν δόντας καὶ λαβόντας, οἴκαδε ἀποπλεῖν· καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τριήρεις ἑτέρας ἐπύθοντο ἀναχθείσας ἤδη ἐκ Γεννούας κατά τε Εὐβοίας καὶ Κρήτης καὶ ὅσαι Βενετικοῖς ὑπήκουον τότε. Τεσσαρεσκαίδεκα γὰρ οὐσῶν τῶν Γεννουϊτικῶν, ἃς ἀνιοῦσαι τῶν Βενετικῶν αἱ τριήρεις συνέκλεισαν ἐν Αὐλίδι καὶ Ὠρεῷ τοῖς κόλποις τοῖς ἐγγὺς Εὐβοίας, αἱ μὲν δέκα ἑάλωσαν αὔτανδροι· αἱ δὲ τέτταρες λαθοῦσαι τὸν κίνδυνον ἔφυγον. Αὗται τοίνυν αἱ τέτταρες, ἀδείας λαβόμεναι διὰ τὴν τῶν Βενετικῶν ἐκστρατείαν, πολλὴν ἐνεποίουν ταῖς Βενετικαῖς νήσοις τὴν
D βλάβην. Διὸ δὴ σπουδῇ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ ἀπέπλευσαν πρὸς ἐκδίκησίν τε καὶ ἄμυναν. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

Γ'. Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου μετὰ τροπὰς ὄντος χειμερινὰς καὶ τῶν ἀνταρκτικῶν ἀπηλλαγμένου γειτονημάτων, ἐπανῆκεν ὁ βασιλεὺς ἐκ Θεσσαλονίκης, ἐλυσσῶν ὅλος ὑφ' ἡδονῆς. Ἀπηλλάχθαι γὰρ ἤδη νενόμιστο [illegible]

Variorum notæ.

(18) Ejus nominis urbs in Chersoneso Taurica a geographis ponitur, eaque episcopalis sedes fuit. Vide adnotata ad pag. 509. E. Boivin.

(19) Interpretatus sum, *et jam fere meditabantur plurimis triremibus Ponti fauces obsidere, atque in Sarapidis fano tyrannicum violentumque portorium imponere iis qui*, etc. Videat lector an malit, *et jam fere meditabantur, magno triremium numero obsessis Ponti faucibus et Serapidis fano, tyrannicum violentumque portorium imponere iis qui*, etc. De Serapidis fano vide Gyllium lib. I, cap. 2, *de Bosporo Thracio*. Boivin.

φθόνων ἀποῤῥήτων, καὶ ἀπηρτῆσθαι καθάπαξ ἤδη πάσης ὑποψίας, ἐκ ποδῶν γενομένου τοῦ τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας τοῖς υἱέσιν ἀδεῶς αὐτὸν παραπέμπειν κωλύοντος. Καὶ τοῖς πράγμασιν εἶναι νομίσας εἰρήνην τε καὶ ἀσφάλειαν, τοῦ λοιποῦ πρὸς ἣν ἐπὶ νοῦν εἶχε τῶν ἐπισκόπων συστήσασθαι σύνοδον, ὑπὲρ τῶν τοῦ Παλαμᾶ δογμάτων, ὅλος ἠσχόλητο. Ἧκε γὰρ ἤδη καὶ ὁ Παλαμᾶς ἐκ Θεσσαλονίκης ἐς Βυζάντιον, παντοίαις ἀνεπτερωμένος ἐλπίσι, ῥᾷστα καὶ ξὺν οὐδενὶ πόνῳ τὰ κατὰ βούλησιν αὐτῷ ἐπαγγειλαμένου ἐπιτελεῖν, καὶ εἰ μυρία τῶν δημοσίων εἴη πραγμάτων ἀνθέλκοντα κύματα.

Δ'. Ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ἐνεστηκυίας, ἐν ᾗ ἔδει τῶν τῇ μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ὑπηρετουμένων ἕνα, ἐπ' ἄμβωνος ἀναβάντα, τῶν μὲν εὐσεβῶν βασιλέων καὶ πατριαρχῶν [P. 553] ἀνακηρύττειν τὰς μνήμας, τῶν δ' ἀσεβῶν ἀναθέματι παραπέμπειν καὶ ἀραῖς αἰωνίοις, γέγονέ τι τεράστιον ἀπροσδόκητον. Σεσίγηται γὰρ κατὰ λήθην παρασυρὲν οὑτωσί πως τοῦ τε νέου βασιλέως Ἀνδρονίκου τοὔνομα καὶ ἅμα τὸ τοῦ πατριάρχου Ἰσιδώρου. Ὃ καὶ σαφῶς οἰωνὸς ἔδοξεν εἶναι τοῖς ξυνετῶς στοχαζομένοις τῶν γενομένων καὶ φερομένων ἄλλοτ' ἄλλως πραγμάτων. Μηδὲ γὰρ εἶναι Θεῷ (φασὶ) δεδογμένον, ὡς ἔοικεν, ἐπ' ἐκκλησίας ὑμνεῖσθαι μήτε τὸν βασιλέα, πρῶτον τὴν τοῦ Παλαμᾶ πολύθεον πλάνην μετεωρίσαντα πρὸς ὑπερθέσεις καὶ ἀνεξέταστον λελοιπότα καὶ ἀδιόρθωτον, μήτε τὸν Ἰσίδωρον, πρῶτον εἰσενεγκόντα τοῖς πατριαρχικοῖς θώκοις αὐτὴν καὶ δημοσίᾳ ἀνακηρύξαντα λόγοις ἅμα καὶ πράγμασιν· ὥς γε καὶ ἡμῖν ἀνωτέρω που τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς καθήκουσι διείληπται τόποις. Ἐπεὶ δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀκουσθὲν Ἄννῃ τῇ βασιλίδι καὶ συζύγῳ ἐκείνου, πρὸς λύπην ἀφόρητόν τε ἔδοξε καὶ οὐ μάλα ἀνύποπτον, δίκαιον εἶναι τῷ βασιλεῖ νενόμισται Καντακουζηνῷ, τὴν ἐφεξῆς κυριακὴν ἡμέραν ἀθροισθῆναί τε τὸν λαὸν αὖθις καὶ μόνην τὴν τοῦ ὀνόματος ἐκείνου γενέσθαι ἀνάῤῥησιν. Καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πῃ ἔσχε· καὶ ὁ χειμὼν ἐν τούτοις ἐτελεύτα.

Ε'. Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου τοὺς ἠρινοὺς ἀμείβοντος κύκλους, καὶ τῇ γῇ ἐκ τῆς νέας χλόης εὐανθῆ καὶ ποικίλον τοῖς χρώμασι ἱστουργοῦντος χιτῶνα, καὶ δένδρα πάντα πρὸς ἀναβίωσίν τε καὶ παντοίων γένεσιν καρπῶν ἀφθόγγοις σάλπιγξι προσκαλουμένου, κατέπλευσαν ἐς τοὺς τοῦ Βυζαντίου λιμένας Βενετικαὶ τριήρεις τέσσαρες καὶ δέκα, Αἳ δὴ τὸν τοῦ Εὐξείνου πόντου διαζώσαντες αὐχένα τὰς ἐκ Μαιώτιδός τε καὶ Χερσῶνος καὶ τῶν ἐκεῖθεν κατιούσας χωρίων ἐξ ἐμπορίας Γαλατικὰς τριήρεις τῶν Γεννουϊτῶν ξυνελάμβανον. Ἄσπονδον γὰρ ἐπ' ἀλλήλους τέως τὴν μάχην θεμένους οὐκ ἦν ἠρεμεῖν, οὐ νύκτωρ, οὐ μεθ' ἡμέραν, οὐδ' ἐπὶ βραχὺ τῆς ὥρας· ἀλλὰ πάντας τόπους καὶ λιμένας διερευνᾷν, καὶ πᾶσι τρόποις ἐπιχειρεῖν, ὅθεν ἂν εἴη τὴν ἀλλήλων δρῶντας φθορὰν ὑπερτέρους τοῦ λοιποῦ καθίστασθαι. Εἰληφόσι (20) δὲ καὶ συμμαχίας ἐκ Κατελάνων καὶ Βυζαντίων, ἐγ-

tum solutumque 879 omni suspicione, postquam a conspectu removisset eum virum, qui ne imperii successionem liberis suis tuto transmitteret obstabat. Itaque pacata ac secura omnia arbitratus, in eo deinceps totus fuit, ut quod animo meditabatur, coacto episcoporum concilio, doctrinam Palamæ tueretur. Quippe et ipse Palamas Thessalonica Byzantium jam venerat, summa spe inflatus. Nam quæ is vellet, ea se Cantacuzenus facillime et nullo labore, quantumvis infinitis publicorum negotiorum fluctibus distractum, executurum esse promiserat.

IV. Ac jam dies aderat, in qua oportebat unum ex magnæ Ecclesiæ ministris, conscenso ambone, piorum imperatorum et patriarcharum memoriam publico præconio commendare, impios autem exsecrari ac diris devovere, cum improvisum quiddam et prodigii simile accidit. Nam silentio et oblivione nescio quomodo præteritum est imperatoris Andronici junioris nomen, item Isidori patriarchæ; quod manifestum omen esse visum est iis qui fortuita et alias aliter contingentia acute interpretantur. Etenim apparet, inquiebant, non placuisse Deo celebrari in ecclesia nec eum imperatorem, qui Palamæ, deos multos statuentis, errorem primus dilationibus sustentasset, ac neque examinandum neque corrigendum curavisset; nec illum Isidorum, qui primus eum ipsum errorem, in patriarchalem sedem illatum, dictis pariter et factis publice promulgasset: quemadmodum suo loco a nobis in hac historia 880 supra expositum est. Cum autem postridie imperatrix Anna, principis defuncti uxor, dolorem intolerabilem audita ea re concepisset, et suspicioni locus esse videretur, censuit Cantacuzenus imperator, die Dominica proxime secutura congregandum rursus populum, et unius Andronici nomen proclamandum. Atque hæc ita ferme se habuerunt. Et in his hiems desiit.

V. Vere ineunte, cum sol æquinoctium prætervectus novo gramine, velut florida et versicolori veste, terram obtexeret, omnesque arbores suscitaret, et ad omnigenos fructus producendos mutis vocibus provocaret, in Byzantinos portus Venetæ triremes quatuordecim delatæ sunt. Atque hæ, Ponti Euxini faucibus circumclusis, Galaticas Genuitarum triremes, ab mercatu redeuntes ex Mæotide et Chersone, aliisque illius tractus locis, comprehendebant. Nimirum internecino bello sibi invicem indicto, nec noctu nec interdiu, ne horæ quidem momento, quiescere poterant: sed omnem locum, omnes portus perscrutabantur, tentabantque omnia, ut conflato sibi invicem exitio superiores in posterum evaderent. Cum autem et Catelanos socios sibi Veneti adjunxissent, et Byzantios, ipsos quoque Genuitis ob superiores clades infensos,

Variorum notæ.

(20) Pro εἰληφότες. BOIVIN.

facilius ex eo illis fuit pugnam et bellum inire, in omnem et locum et portum et civitatem, et quacunque Genuitica natio resideret, effuse irruentibus.

κοτούντων σφίσι καὶ αὐτῶν διὰ τὰ φθάσαντα πταίσματα, εὐπετέστερον τῆς μάχης ἥπτοντο καὶ τοῦ πολέμου, κατὰ πάντων ἅμα χωρίων καὶ λιμένων καὶ πόλεων, καὶ ὅποιπερ ἂν εἶεν Γεννουϊτῶν γένος, ἀσχέτως ὁρμώμενοι.

CAPUT III.

Historiæ dogmaticæ exordium. Generalis concilii convocatio diu promissa. Palamæ auctoritas. Ejusdem malæ artes, publicum judicium metuentis. Quale tandem concilium haberi placuerit. Quot et cujus notæ episcopi adesse jussi.

881 I. Nunc quoniam ipse armorum apparatus bellum hoc magnum ac diuturnum fore pollicetur, laudem vero aut reprehensionem non inceptæ res merentur; sed censuræ auctoritas tum demum firma est, cum res ad exitum perductæ sunt; age, orationis cursum, hoc loco paulisper abruptum, ad alias res convertamus; quas quia nos ipsi in primis ea qua par erat, diligentia usque assecuti sumus et accurata cognitione percepimus, idcirco earum veram ac certam narrationem facile ad posteros transmittemus. Etenim si aliud quidquam, illud omnium maxime scio, atque ipso quotidianarum rerum usu edoctus sum, ita omnes sibi persuadere ac statuere, veritatis potissimam rationem esse debere in historia; quæ jam inde antiquitus robur et auctoritatem nacta futuris subinde hominibus facilem disciplinam proponit, ut ab iis qui antecesserunt, veluti quibusdam archetypis, utilia mutuentur; quæ autem sinistra et infausta, iis se omnino abstineant, si velint bene ac beate vivere. Sunt autem eæ res (de quibus dicturum me profiteor) ecclesiasticæ tempestates ac procellæ, quas miseris Romanis intulere principes incauti et imperandi rudes, novis Palamæ opinionibus et impia doctrina abrepti; perinde ac vasa levicula, quæ flumineis vorticibus correpta, et ad quaslibet oras temere et fortuito devoluta, vadis et rupibus modo his modo illis allisa franguntur. Qua quidem **882** de re viri multi, virtute, sapientia, vitæ integritate et orthodoxæ fidei sinceritate illustres, sæpius me convenerunt, et ut religioni periclitanti cætera omnia posthaberem, enixe hortati sunt. Quippe in aliis rebus, si quando scriptores aliquid dissimulent, ac nonnulla, ut amicis gratificentur, silentio prætereant, id quidem fortasse invidia cariturum condonatumque iri ab iis, qui istiusmodi amicitiis obnoxii et ad conviciandum minime natura sua proclives futuri sint: ubi autem periculum ad Deum pertineat, tum nos debere, cæteris rebus neglectis, hunc unum respicere; atque illud esse dogma et præceptum a parentibus traditum.

[P. 554] Α'. Ἐπεὶ δ' ἡ παρασκευὴ τῶν ὅπλων (21) μέγαν τε ἔσεσθαι τὸν πόλεμον ἐπαγγέλλεται, καὶ ἐς πλείονα διαρκέσοντα χρόνον, τοὺς δ' ἐπαίνους, ἢ τοὐναντίον, οὐκ ἀρχόμενα καρποῦται τὰ πράγματα· τελευτῶσι δ' ἐς τὰ μάλιστα τὸ κράτος ἕπεται τῆς κρίσεως, φέρε μικρὸν ἐπισχόντες ἐνταῦθα τοῦ λόγου τὸν δρόμον ἐφ' ἕτερα τρέψωμεν, οἷς τὰ μάλιστα παρηκολουθηκότες ἐς τέλος, ξύν γε ταῖς προσηκούσαις ἐπιστασίαις, ἀκριβῆ τὴν πεῖραν εἰλήφαμεν, ὥστ' ἔχειν ὑφηγεῖσθαι ἀσφαλῆ καὶ βέβαια τὰ τῆς διηγήσεως παραπέμπειν. Εἴπερ γάρ τι τῶν ἁπάντων ἕτερον, καὶ τοῦτο δ' ἐς τὰ μάλιστα πάντων εἰδέναι τετύχηκέ μοι, τῆς χρονικῆς ἀεὶ διδασκούσης με τῶν ἐν βίῳ περιόδου πραγμάτων πεπεισμένον ἅμα καὶ δεδογμένον εἶναι τοῖς ἅπασιν, ἀληθείας ἔχεσθαι δεῖν πρό γε πάντων τὴν ἱστορίαν, ἡγεμονικόν τι κράτος εἰληφυῖαν ἀρχῆθεν, ἄπονον διδασκαλίαν ἀνοίγειν τοῖς ἀεὶ ἐπιοῦσιν ἀνδράσιν, ὥσπερ ἐξ ἀρχετύπων τῶν φθασάντων, τά τ' ὠφέλιμα καρποῦσθαι περιφανῶς καὶ ὅσα φαυλιζομένας ἐκληρώσατο κῆρας καὶ τύχας ἁπάντων ὁλοσχερῶς ἀπέχεσθαι, οἷς ἂν πρὸς βουλήσεως ᾖ βίων αἱρεῖσθαι τοὺς κρείττους· εἶναι δὲ τοὺς τῆς ἐκκλησίας χειμῶνας καὶ κλύδωνας, οὓς ἡ τῶν ἀρχόντων ἁπλότης καὶ ἡ τοῦ ἄρχειν ἀπειρία τοῖς ἀθλίοις προὐξένησε Ῥωμαίοις, ξυναπαχθέντων ταῖς τοῦ Παλαμᾶ καινοφωνίαις καὶ ἀσεβέσι δόγμασι· καθάπερ τὰ κοῦφα τῶν σκευῶν, ἐπειδὰν ποταμίοις ξυναπαχθέντα ῥοθίοις πρὸς ἀδήλους καὶ ἀτεκμάρτους ἐσχατιὰς καταφέρηται, ῥαχίαις καὶ πέτραις ἄλλοτ' ἄλλαις ῥηγνύμενα. Περὶ ὧν πολλοί μοι πολλάκις προσεληλυθότες τῶν ἀρετῇ καὶ συνέσει καὶ καθαρότητι βίου καὶ πίστεως ὀρθοδόξου διαλαμπόντων δεύτερα τίθεσθαι τἄλλα με ξυνώθησαν ἅπαντα κινδυνευούσης τῆς εὐσεβείας· ἐχεμυθεῖν γὰρ ἴσως (22) ἐνίοτε πρὸς τἄλλα, διὰ φιλίαν χαριζομένους ἐνίους τοὺς γράφοντας ἄφθογγον γλώττης πάροδον, ἀνεπίφθονον εἶναι δοθήσεσθαι ἂν ἴσως πρὸς ἐνίων, ὅσοι φιλίαις τοιαύταις ἡττῶνται καὶ ἄλλως ἀστόργως ἔχειν πεφύκασι πρὸς λοιδορίαν· οὗ δὲ Θεὸς τὸ κινδυνευόμενον, τἄλλα παρατρέχοντας πρὸς αὐτὸν μόνον βλέπειν, πάτριον εἶναί δόγμα τε καὶ παράγγελμα.

II. Cum imperator quartum jam annum cos,

[P. 555] Β'. Τοῦ γάρ τοι βασιλέως τέταρτον ἤδη

Variorum notæ.

(21) Hoc loco Gregoras innuit se ad synodi Palamiticæ historiam scribendam accessisse circiter illud tempus, quo triremes Venetæ quatuordecim in Byzantinos portus delatæ sunt, nempe anno Christi 1351, vere ineunte. Aliunde tamen constat hunc librum, et novem deinceps continuos, ab eo scriptos fuisse an. Chr. 1352 mensibus Julio et Augusto, ut in Vita ejus observavimus. BOIVIN.

(22) Tota constructio perplexa et salebrosa est. Ἄφθογγον γλώττης πάροδον χαρίζεσθαι dithyrambum sapit. BOIVIN.

ἐτῶν ἐπαγγελίαις μετεωρίζοντος, οἷς ἐνετύγχανε ὁμιλῶν, ὡς βούλοιτο καθολικὴν σύνοδον συγκροτῆσαι, ἐν ᾗ, κατὰ τὸ κρατῆσαν πάτριον ἔθος, παρεῖναι δεῖ καὶ τοὺς ἑκάστοθεν τῆς οἰκουμένης πατριάρχας καὶ ἐπισκόπους, μετέωρον ἦν τὸ πλῆθος ἐλπίσι χρησταῖς αἰωρούμενον. Ἄρτι δ' ἐπιδημήσας ἐκ Θεσσαλονίκης ὁ Παλαμᾶς, ὡς εἴρηται, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ξυνετίθει τε καὶ ξυνέῤῥαπτε σκέμματα. Ὡς γὰρ ἔριον, καὶ εἴ τι τῶν κουφοτέρων, ἀστατεῖ καὶ ῥᾳδίως ἀνέμῳ παντὶ συμφέρεται, οὕτω καὶ οὗτος καθάπαξ ἁλόντα τῇ δυσσεβείᾳ ἦγέ τε καὶ ἔφερε μάλα ῥᾳδίως τὸν βασιλέα πρὸς τὸ βουλόμενον. Εἰδὼς οὖν, ὡς καθάπερ νυκτερίσι καὶ γλαυξὶ βλαβερὰν τὴν τοῦ ἡλίου λαμπάδα συμβαίνει γίγνεσθαι, καὶ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ἀσθενείας αὐτῶν ἀταλαίπωρον ἔλεγχον, οὕτω καὶ τὴν τῶν δογμάτων αὐτοῦ σαθρότητα μᾶλλον ἂν βλάψειεν ἢ ὠφελήσειε κρίσις δημοτελὴς καὶ θεατρικὴ πανήγυρις, συνεβούλευε βέλτιον εἶναι διωγμοῖς καὶ κολάσεσιν ἄλλαις ἐξαναλῶσαι τοὺς ἀντιπαραταττομένους, προφάσεσί τισι χρησάμενον, οἵαις πάλαι καὶ Ἰουλιανὸς καὶ ὅσοι κατ' ἐκεῖνον. Πᾶς γὰρ ὁ τὰ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ φανερωθῇ τὰ τῆς κακίας ἔργα αὐτοῦ.

Γ'. Τῷ δὲ, τὸ μὲν ἄντικρυς οὑτωσὶ καὶ ἀπαρακαλύπτως τῶν μακρῶν ἐκείνων ἐπαγγελιῶν καταψεύσασθαι, οὐκ ἀνεύθυνον εἶναι ταῖς τῶν πλείστων ἐδόκει γνώμαις, οὐδὲ λοιδορεῖν εἰωθυίαις γλώσσαις ἀνάλωτον· τὸ δὲ σκιάν τινα σχεδιάσαντας συνόδου πρότερον, προφάσεσιν ἔπειτα παντοδαπαῖς, ὁποῖαι τοῖς δυναστεύουσι ῥᾷστα καὶ κατὰ βούλησιν φέρονται, κολάζειν, τοῦτο δὲ τὴν ὕβρεως ἀκόλαστον κίνησιν θραύειν, οἶμαι, καὶ ἀμβλυτέραν ποιεῖν. Ἐκ δὴ τοιούτων ἀρχῶν καὶ σπερμάτων πονηρῶν ἀρξαμένοις πονηρὰ ξυνηνέχθη γίγνεσθαι κατὰ τὸ εἰκὸς τὰ γεώργια, καὶ ὠδίνουσιν ὄρος, κατὰ τὴν παροιμίαν, τεκεῖν ἐξεγένετο μῦν (23). Κἀπειδὴ Θρᾴκης ἐπέκεινα πλείων οὐκ ἦν ἐπαρχία Ῥωμαίοις, μόνους τοὺς Θρᾳκικοὺς εὐθὺς μεταπέμπεται ἐπισκόπους, καὶ τούτων οὐχ ἅπαντας, ἀλλ' ὅσους καὶ οἵους συλλήπτορας τῆς βουλήσεως ἤλπισεν ἕξειν, οὐ πλείους ἀριθμῷ τῶν δύο καὶ εἴκοσιν ὄντας (24)· καὶ τούτων δὲ τοὺς πλείους ἀντὶ τῶν ἐξωσθέντων ἀδίκως ὁσίων ἐκείνων ἀνδρῶν ξυνέβαινεν εἶναι, καὶ τὰ χειρόγραφα τῆς ἀσεβείας δόντας τῷ Παλαμᾷ· ὧν οἱ μὲν τῶν ἐξ ἀρότρου καὶ σκαπάνης (25) ὑπῆρχον ἀπαλλαττόντων ὀψὲ τῆς ἡμέ-

quorum consuetudine utebatur, promissis suspenderet, velle se dictitans generale concilium convocare, cui totius orbis patriarchæ et episcopi singuli more majorum interessent, pendebat vulgus exspectatione, et in spem bonam erigebatur. Palamas vero, qui (ut diximus) Thessalonica novissime advenerat, alia ex aliis excogitabat et machinabatur. Nam quemadmodum lana, vel si qua res levior, instabilis est et quolibet vento facile abripitur, ita hic quoque imperatorem, semel errore implicatum, agebat ferebatque ad arbitrium suum. Atque ut vespertilionibus et noctuis solis lumen noxium est, et quam debiles sint earum avium oculi facile arguit, ita hic, quoniam sciebat dogmatum suorum pravitati adversaturum magis, quam adjumento futurum esse publicum **883** judicium et magnam spectatorum frequentiam, idcirco exsiliis aliisque animadversionibus opprimi eos, qui contra obsisterent, melius esse dicebat, quibusdam usus rationibus, quales olim Juliano et cæteris Juliani similibus suppetebant. Etenim omnis qui male agit odit lucem, et non venit ad lucem, ut ne manifestentur mala opera ejus[1].

III. Cæterum si ita palam et aperte magnifica illa promissa fallerentur, plurimorum hominum judiciis obnoxium id et obtrectationi expositum videbatur. Quod si imaginem aliquam concilii fortuitam primum adumbrarent, deinde quibuslibet rationibus allatis, quales principibus in promptu sunt et ad libitum occurrunt, pœnas adversariis irrogarent, id videlicet effrenem insolentiæ impetum posse frangere ac retundere. Ab his principiis exorsi, atque his malis seminibus jactis, malos quoque, ut par erat, laboris sui fructus percepere, et ut fertur proverbio, montem parturientes murem pepererunt. Quoniam itaque præter Thraciam, nulla amplius Romanis provincia supererat, solos Thraciæ episcopos statim arcessit Cantacuzenus; nec eos quidem omnes, sed quot et quales consilii sui adjutores habiturum sese sperabat. Erant autem non plures quam duo et viginti: atque eorum plerosque constabat intrusos esse in locum hominum sanctissimorum, per injuriam expulsorum; eosdemque Palamæ erroribus propria manu subscripsisse; quorum alii plane agrestes erant, ut qui

[1] Joan. III, 20.

Variorum notæ.

(23) Apud Gregorium Cyprium sic proverbium effertur, Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν: quod est ambiguum. Gregoras ambiguo casu deceptus, ex nominativo accusativum fecit, et ὤδινεν ὄρος interpretatus est *montem parturiebat*, pro *mons parturiebat*. Apud Phædrum nulla ἀμφιβολία,

Mons parturibat, gemitus immanes ciens, etc.

apud Horatium nonnulla, *Parturient montes*, etc. *Montes* casus est ambiguus. BOIVIN.

(24) Subscripserunt tamen metropolitæ viginti septem; propria quidem manu, viginti quinque; duo autem διὰ γνωμῶν, seu per vicarios. Item episcopi septem. Vide pseudosynodum Palamiticam, editam a Combefisio in *Auctario noviss. Biblioth. Patrum Græc.* BOIVIN.

(25) Philotheus patriarcha *Antirrhet.* I (Cod. Reg. 1996 fol. 11 v.), pro episcopis, quos Gregoras ut agrestes et imperitos notaverat, sic respondet: Ἀλλὰ καὶ τὴν ἰδιωτείαν καὶ τὴν ἀγροικίαν ἐγκαλεῖς τῷ χορῷ τῶν τῆς ἐκκλησίας ποιμένων καὶ διδασκάλων τουτωνὶ, καὶ μηδαμῶς ἐνεῖναι τῷ καταλόγῳ φῄς ἕνα μηδένα τὸν εἰδότα γράφειν τε καὶ λογογραφεῖν σὺν ἐπιστήμῃ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν τόμον τὸν ἱερὸν ἀμαθῶς, ὡς ἂν αὐτὸς φαίης, καὶ μὴ κατὰ νόμους τῆς ὑπὸ σοῦ προσκυνουμένης ῥητορικῆς συντετάχθαι, μᾶλλον δ' οὐ κατὰ τὰς σὰς δόξας, καὶ τὰς καινὰς καὶ προσφάτους θεολογίας, ἢ γλωσσαλ-

ab aratro et ligone sub **884** vesperam redire soliti essent, ac vix prima litterarum elementa articulate enuntiare didicissent; alii non ita pridem sacrilegia admiserant, et se in lupanaribus identidem volutaverant; nec, ut ad eum dignitatis gradum eveherentur, aliud quidquam contulerant, nisi professionem ejus hæreseos, quam impius Palamas instituisset.

A ρας καὶ μόλις συλλαβίζειν εἰδότων τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖα· οἱ δὲ τῶν χθὲς καὶ πρώην ἱεροσύλων, κἂν χαμαιτυπείοις καλινδουμένων ὡς τὰ πολλὰ, καὶ μηδὲν πλέον προσεισενεγκόντων εἰς τὸν βαθμὸν, πλὴν τοῦ αἱρεσιώτας εἶναι συντίθεσθαι τῷ δυσσεβεῖ Παλαμᾷ.

CAPUT IV.

Gregoræ apud Cantacuzenum oratio. Orationis capita : Expostulatio et acris reprehensio. Synodus dici non debet, quæ fit præter ecclesiasticas regulas. Palamæ doctrina quas clades importaverit iis qui primi eam defenderunt, nempe Cantacuzeno et ejus matri. Quas Annæ Augustæ. Quas Cantacuzeno rursus; cui mors filii prænuntiata erat a Gregora. Vanæ hujus adhortationes. Hæretici difficillime corriguntur. Justum Dei judicium. Paterna bonitas. Anxius oratoris affectus. Amica obtestatio. Cantacuzenus ambigue respondet. Gregoræ verbis exacerbatur. Coacta synodo ulcisci eum statuit. Gregoras pro religione pugnaturus habitum monasticum induit. Vitæ aulicæ renuntiat.

I. Hæc cum ita se haberent, ego imperatorem privatim conveni; amicitiam nostram veterem in ipso orationis exordio commemoravi; quanta sollicitudine dignitati et animæ ejus, et diuturnæ cum ipsius tum liberorum conservationi providerem, commonefeci: deinde ad coarguendum solito more descendi, pro communi ecclesiarum pace et pro orthodoxa fide propugnans; eumque hortatus sum, ut maneret intra terminos a patribus constitutos, atque ut ne præfixam metam transiliret, neu hominibus adeo imperitis et inverecundis theologiæ mysteria proderet, sancta canibus, et porcis margaritas.

B [P. 556] Α'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, προσεληλυθὼς ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ τήν τε οὖσαν ἡμῖν ἐκ παλαιοῦ φιλίαν ἐκ προοιμίων διῄειν ἐγὼ, καὶ ὅσην τὴν πρόνοιαν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ποιοῦμαι τιμῆς καὶ ψυχῆς, καὶ εἴ τι πρὸς διαμονὴν καὶ σύστασιν εἴη βίου καὶ παίδων αὐτοῦ. Ἔπειτα πρὸς ἐλέγχους ἐχώρησα τοὺς συνήθεις, ὑπέρ τε τῆς κοινῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης καὶ εὐσεβείας ἀγωνιζόμενος, ἐν ὅροις μένειν τοῖς πατρίοις αὐτὸν, καὶ μὴ πηδᾷν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, μηδ' οὕτως ἀμαθέσι καὶ ἀσέμνοις ἀνδράσι τὰ τῆς θεολογίας προδιδόναι μυστήρια, τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, καὶ τοὺς μαργαρίτας τοῖς χοίροις.

II. Itaque sacras Scripturas cum mea ipsius oratione connectens: «Quid agis (inquiebam)? Ubi mens tua? Quid crabrones istos adversus religionem suscitas? Cur de Deo disputare eos permittis, qui ne vulgatissima quidem et passim obvia intelligunt? Quid Chalanæ turrim moliris, destitutus rebus ad eam absolvendam necessariis? Quid volare in cœlum cupis, pedes viator? Cur intra unius diei spatium theologos instituis, qui animas simplices pervertant, et indoctis doctoribus accitis concilia cogis tyrannica? Quid imbecillos illaqueare aranearum retibus **885** studes, ac si istud magnum et imperatore dignum facinus sit? Cur simiarum dialecticarum uberem proventum repente effundis, ut fabulæ olim Gigantas? Cur ipse supplicii tui flammam accendis? Cur suspiriorum et lamentorum messem liberis tuis coacervas? Cur eos volens instituis hæredes maledictionis prolatæ adversus

Β'. Τά τε οὖν ἐκ τῆς θείας Γραφῆς καὶ τὰ ἡμέτερα συνείρων, «Τί δρᾷς,» ἔφασκον, «ποῦ φρένες εἶ; τί σφηκίας ἐγείρεις κατὰ τῆς πίστεως; Τί τοὺς C μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν εἰδότας θεολογεῖν παρασκευάζεις; τί τὸν Χαλάνης οἰκοδομεῖν ἐπείγῃ, τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν οὐκ ἔχων; Τί πρὸς οὐρανὸν ἀνίπτασθαι, πεζὸς ὤν; Τί χειροτονεῖς κατὰ τῶν ἁπλουστέρων ψυχῶν θεολόγους αὐθημερὸν, καὶ ποιεῖς λογίων ἀμαθῶν τυραννικὰ συνέδρια; Τί τοῖς ἀραχνίοις ἐνδεσμεῖν προθυμεῖς τοὺς ἀσθενεστέρους, ὡς δή τι μέγα καὶ βασιλικὸν ἔργον δρῶν; Τί σχεδιάζεις διαλεκτικῶν πιθήκων ἀνάδοσιν, καθάπερ οἱ μῦθοι πάλαι τοὺς γίγαντας; Τί τῆς σῆς κολάσεως ἐκπυρσεύεις τὴν φλόγα; Τί τοῖς παισὶ γεωργεῖς στεναγμῶν καὶ πένθους ἀμάχυας; Τί κλῆρον ἑκὼν αὐτοῖς καταλείπεις τὴν τοῦ προπάτορος ἀράν; Τί τριβόλους καὶ κακίας ἐκβιάζῃ τὴν γῆν αὐτοῖς ἀνατέλλειν, καὶ δακρύων ἄμητον D τηλικαύτην; Τί δυστυχίας καὶ λύπας, ἐξὸν εὐθυμίας

Variorum notæ.

γίας, καὶ τὸ τῆς γνώμης αὐθέκαστον. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν πολύν τινα λόγον ᾔδειν τουτουσὶ τοὺς μακαρίους ποιουμένους τοῦ πράγματος, καὶ προὔργου τιθεμένους ταυτὶ, πολλοὺς ἄν σοι καὶ ταυτηνὶ τὴν σοφίαν σοφοὺς καὶ ῥήτορας καὶ λογογράφους τῶν προὐχόντων ἱερέων τούτων ὑπέδειξα, καὶ οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῖς ἑπομένων, Λουκᾶς τινας ἄλλους, καὶ Τιμοθέους, καὶ Ἀπολλῶς, εἰ δὲ βούλει, Διονυσίους καὶ Κλήμεντας, ὅσον τὰ ἐς λόγους φημὶ, καὶ τὴν ὑπὸ σοῦ θαυμαζομένην σοφίαν, ὑπὲρ τοὺς σοὺς δηλαδὴ μυσταγωγοὺς, Δημοσθένην τε καὶ Ἀριστείδην, καὶ τὸν παρ' ὑμῖν θρυλλούμενον Πλάτωνα· ἐπειδὴ τούτους αὐτὸς παρατρέχεις δι' ἑκούσιον ἄγνοιαν· καὶ ἔμαθες ἂν, ὡς οὐκ ἀπὸ σκαπάνης καὶ λατομίας, οὐδ' ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα, κατὰ τὰς σὰς λογογραφίας ἢ λοιδορίας, ἀλλ' ἀπὸ σοφίας ἐπὶ σοφίαν ἦλθον, τῆς καταργουμένης, τὴν ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργουμένην, τὴν πρώτην, τὴν ἄνωθεν, τὴν ἁγνὴν, τὴν εἰρηνικὴν, τὴν μεστὴν ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν κατὰ τοὺς ἐμοὺς θεολόγους, καὶ ἀπὸ τῶν θύραθεν μουσείων τε καὶ τοῦ βήματος, ἐπὶ τὴν ἱερὰν ταύτην σχολὴν, καὶ τὸ θεῖον βῆμα, καὶ τὰ ἄδυτα, καὶ τὸ μέγα καὶ ὑπερουράνιον ὄντως θυσιαστήριον. Νῦν δ' ὀλίγος αὐτοῖς τῶν λόγων τῆς ἔξω σοφίας ὁ λόγος. Ἴσασι καὶ γὰρ ὄντες ἁλιέων τε καὶ ἀγροίκων μαθηταὶ, ἐκείνων φημὶ τῶν ὑπὸ Χριστοῦ τῆς αὐτοσοφίας πρώτων κληθέντων εἰς ἀποστόλους, etc. BOIVIN.

καὶ δόξαν; Μνήσθητι ὅτι θνητὸς εἶ καὶ θνητὴν ἔλαχες φύσιν. Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. [P. 557] Εἰπὲ πῶς ἄλλαι μὲν αἱ τεττάρων ἤδη ἐτῶν ἐπαγγελίαι (26) ἕτερα δ' αὖ τὰ τέλη; Καθολικὴν μὲν γὰρ πεποιηκέναι σύνοδον τὰ τῆς σῆς ἐπαγγελίας ἦν, πατριαρχῶν ἁπάντων καὶ ἐπισκόπων κληθέντων· νῦν δ' οὐδὲ μερικοῦ τινος ἴχνη διασώζουσαν σχεδιάζεις βουλευτηρίου. Καὶ πρὶν μὲν ἐλπίδων ἴχνη διορθώσεως τῶν τοῦ Παλαμᾶ καινοφωνιῶν ἔβοσκον τὰς ἐκείνων ψυχάς· νῦν δὲ τυραννικὸν ὁρῶ σε βῆμα παρασκευάζοντα σὺν ἐν γωνίᾳ καθάπερ ἐν σπηλαίῳ λῃστῶν. Πῶς γὰρ εἴη ἂν σύνοδος, τῶν θείων τῆς Ἐκκλησίας κανόνων καὶ θεσμῶν ὑπερόριος οὖσα; Κανόνας γὰρ ἐκ μεταφορᾶς καλεῖσθαι ξυμπέπτωκε τοῦ τεκτονικοῦ καὶ κοινοῦ κανόνος. Ὥσπερ οὖν τῷ B τεκτονικῷ κανόνι πλατυτέραν ἔχειν τὴν χρείαν ἀνάγκη, κατὰ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν, καὶ ὅπηπερ ἂν εἶεν ἐνοικοῦντες ἄνθρωποι· ταῖς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἡγεμονίαις μερικάς τινας καὶ οἷον σπερματικὰς καὶ διαφόρους εἰπεῖν· οὕτω καὶ τοῖς τῆς ἐκκλησίας κανόσι καὶ τοῖς πολιτικοῖς νόμοις καθολικωτέραν ἔχειν ἀνάγκη τὴν χρείαν, καὶ ἄρχειν τῶν ἀρχόντων, καὶ ἡγεῖσθαι τῶν ἡγεμόνων. Σὲ δὲ τοὐναντίον δρᾷν ἐθέλοντα βλέπων δέδια μὴ ἐναντιούμενά σοι τὰ δρώμενα γένηται, καὶ τοῦ σκοποῦ παντάπασιν ἀντίπαλα. Ἐπεὶ καὶ οἰκοδόμος καὶ τέκτων, ἂν μὴ καθέτῳ καὶ στάθμῃ καὶ τοῖς τοιούτοις χρῶντες κανόσιν, οὐκ εἰς μακρὰν τὴν καθαίρεσιν ἴδοι ἂν τῶν δρωμένων, τοῦ τῆς ἁρμονίας κράτους οὐδαμῇ τὴν ἐπίστασιν τῶν ἔργων ἰθύναντος. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ C σὺ τοῖς τῆς ἐκκλησίας κανόσιν οὐχ ἕπῃ, ἴσθι καταλυθησόμενος ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, ἢ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἡγουμένου Θεοῦ, καὶ εἰ μὴ αὐτίκα μάλα, ἀλλ' οὖν οὐδ' εἰς μάλα μακράν. Οἶσθα γὰρ ὡς σὺ πρῶτος ἄνωθεν προστάτης γενόμενος τῆς τοῦ Παλαμᾶ δυσσεβείας ὁμοῦ τῇ μητρὶ τοῦ τοσούτου θορύβου τῇ ἐκκλησίᾳ κατέστης αἴτιος. Διὸ καὶ μηνίσαντος τοῦ Θεοῦ, τῆς εὐδαιμονίας καὶ δόξης ἐκείνης γυμνὸς κατελείφθης αἰφνίδιον, καὶ γέγονας εὐθὺς ὑπερόριος πατρίδος ἅμα καὶ γένους. Καὶ ἡ μὲν δὴ μήτηρ αἰσχίστην ἔτισε τοῦ βίου τελευτὴν, λιμῷ καὶ ψύχει δαπανηθεῖσα καί σου τοῦ φιλτάτου τὴν στέρησιν πικρὸν ἐντάφιον ἐνεγκαμένη· σὺ δὲ πολλοὺς καὶ ποικίλους ἀναμετρήσας βίου πλάνους κατά τε Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν καὶ Τριβαλλοὺς, D Περσικοῖς ἔπειτα καὶ σατραπικοῖς ὑπ' ἀνάγκης ἔθεσί τε καὶ δόγμασι κεκοινώνηκας, ὡς καὶ τοσοῦτον περὶ τὸ γένος ἀγνώμονα καταστῆναι καὶ οἴκτου παντὸς ἀλλότριον, ἐγκαταλειφθέντα σε πρὸς Θεοῦ, ὥστε καὶ τοὺς τῶν αἰχμαλώτων Ῥωμαίων νεκροὺς καὶ τῶν ἔτι κλαυθμυριζόντων βρεφῶν τὰ σώματα συμπατεῖν, καὶ ἀναλγήτως ἐπιβατεύειν, καὶ μηδὲ τὴν τὰ πάντα βόσκουσαν ἡλίου [P. 558] φλόγα αἰδεῖσθαι, μηδὲ τοὺς αἰθερίους τοῦ Θεοῦ κεραυνοβόλους πρηστῆρας, ὡς τὸ εἰκὸς, δειλιᾶν. Ἐπιλείψει με διηγούμενον τὸ τῆς χρο-

A primum hominem? Cur cogis terram eis tribulos et ærumnarum spinas germinare, et tantam lacrymarum amaritiem parturire? Cur infortunia et dolores, cum lætitiam et splendorem facile sit? Memento mortalem te esse et obnoxiam morti naturam sortitum. «Terribile est in manus Dei viventis incidere [1].» Jam illud velim dicas, quid sit quod per annos totos quatuor alia promiseris, alia ipso exitu præstes? Etenim tuum illud promissum fuit, coactum iri generalem synodum, in quam convocarentur omnes patriarchæ et episcopi. Quam vero nunc extemporariam cogis, ea ne minoris quidem alicujus curiæ imaginem repræsentat. Antehac spes saltem adumbratæ, de futura novarum Palamæ opinionum correctione, illorum animos alebant; B at nunc, ut video, tyrannicum tribunal tute ipse in angulo, et veluti in spelunca latronum, tibi constituis. Nam quæ a sacris Ecclesiæ regulis ac legibus longissime abest, an ea synodus esse ullo modo possit? Certe ecclesiasticas regulas metaphorice dictas constat a fabrili vulgarique regula. Quemadmodum igitur necesse est, ut regula fabrilis usum latiorem habeat, omni terræ et mari, omnibus habitatis regionibus accommodatum, item usus singulares, atque ut ita dicam minutos et multiplices, pro variis hominum ditionibus;
886 ita etiam necesse est ecclesiasticarum regularum et legum civilium usum ad universos pertinere, ut et imperatoribus imperent, et præpositis C præsint. Tu vero, quia contrarium videris velle facere, vereor ne ea, quæ futura sunt, contraria tibi accidant et scopo tuo plane opposita. Quippe architectus et faber, nisi perpendiculo et amussi aliisque similibus regulis utantur, ruere ea, quæ fecerint, videbunt non longo post, propterea quod operum structura ad solidæ coagmentationis leges non exacta sit. Quoniam igitur ipse quoque ecclesiasticas regulas non sequeris, scias te ab Ecclesia, vel potius a Deo, qui Ecclesiæ præest, subversum iri, si non statim, at nec post longissimas moras. Etenim (ut scis) primus tu, tua cum matre, Palamæ impietati patrocinatus, hujus tantæ, qua Ecclesia agitatur, perturbationis causa exstitisti. Itaque Deo irato, fortunis et honoribus illis tuis amissis, D nudus repente relictus es; statimque patria et cognatione procul exsulasti. Ac mater quidem, fame et frigore absumpta, et tuam charissimi filii absentiam passa, quæ morienti peracerba esse debuit, fœdissimo vitæ exitu pœnas dedit. Tu vero multos et varios viarum errores per Thraciam, per Macedoniam, per Triballos emensus, Persarum deinde satraparumque instituta et dogmata coactus participare, sic demum generis tui oblitus es, sic te, cum esses a Deo derelictus, ab omni 887 misericordia alienum exhibuisti, ut et Romanorum

[1] Hebr. x, 31.

Variorum notæ.

(26) Nempe Cantacuzenus, statim fere atque imperii sede potitus est, promisit se coacturum esse ejusmodi synodum. Boivin.

A ne, tanquam in retia, in illorum risum nostra sponte incurreremus. Deinde et in aliis omnibus rebus, si quis amori indulgens aliquando et certis casibus mentiri videatur, tamen ei (opinor) facile ignoverit, quisquis in similes casus inciderit atque ejusdemmodi experimentum fecerit. At ubi res, quæ in periculo versatur, Deus ipse est, illic si quis integumentis quibuscunque uti velit, cum puto omnium linguas ad conviciandum paratas et suapte quasi exsertas offensurum; atque etsi in cæteris omnibus rebus aliquis moderatissimus sit, tamen nisi adversus istum garrulus fiat, nisi totis linguæ **904** viribus hominem iratus insectetur, si ulli objurgationi parcat, mirer equidem ipse, nisi is, quisquis fuerit, sese in imas latebras et penitissimos B recessus præ pudore abditurus sit, vicinum semper importunum habiturus, stimulum ipsum conscientiæ. Cum igitur nobis, si mentiamur, tanta supplicii moles impendeat, eo magis hac in parte necesse est cætera negligere, atque in Deum solum intuentes vera dicere. Ad hæc nihil alioqui mirum, cum res humanæ alias aliter fluant et temere volvantur, nec determinatus sit earum cursus, eumdem hominem nunc felici exitu laborum fructum percipere, nunc insperata naufragorum fortuna conflictari. Quod cum ita sit, nec ipsi quidem jure reprehendemur, si in hoc opere, præcipua veritatis retinendæ cura suscepta, eosdem nunc laudibus extollimus, ubi id auditoribus fraudi esse non potest, nunc contrariam plane rationem sequi videmur.

Ε'. Ἔτι καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις προσκεῖσθαι χρεὼν ἐνταυθοῖ. Οἶμαι γὰρ τῶν ἁπάντων οὐδένα δικαίως ἐμοὶ νεμεσᾶν, εἰ περὶ Θεοῦ καὶ τῶν πατρίων τῆς ἀληθείας δογμάτων κινδυνευόντων ἀπὸ τοῦ ἴσου διαλεγοίμην τῷ βασιλεῖ, πάντας καθάπαξ ἀποκρουσάμενος κολακείας λόγους, καὶ μηδεμιᾷ τὸν τῆς διανοίας κάλαμον βάπτειν δειλίᾳ καὶ συστολῇ βουληθεὶς, μηδ' ὑφεῖναι μηδαμῇ τοῦ τόνου μέχρι τελευτῆς αὐτῆς. Κακοδαίμονα γὰρ ἐγὼ τὸν τοιοῦτον καλεῖν οὐκ ἄν ποτ' ὀκνήσαιμι, ὃς ἐν δευτέρῳ τῶν ἐνυπνίων τοῦ βίου τὰ θεῖα τιθέμενος οὔτε τοὺς τῆς δίκης αἰδεῖται θρόνους, οὔτε μὴν τοὺς αἰθερίους δέδιε Θεοῦ πρηστῆρας. Ἐν γὰρ τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων δογμάτων ἀγῶσιν αὐτὸν μόνον ἡγεῖσθαι δεῖν (35) βασιλέα, τοὺς δ' ἄλλους ἐπίσης ὁμοδούλους ἅπαντας, πλουσίους ἀναμὶξ καὶ πένητας, βασιλεῖς τε καὶ ἰδιώτας, καὶ ὅσοις τοῦ θιάσου καὶ τῆς χορείας ἐκείνης μετέχειν ὁπωσποτε συμπίπτει.

C V. Oportet etiam illud hoc loco ad ea, quæ dicta sunt, accedere. Neminem omnium puto justa indignatione mihi ob id posse succensere, quia de Deo et de patriis veræ fidei dogmatis in periculum adductis sic cum imperatore disputaverim, tanquam æqualis; idemque omni prorsus adulatione longe a sermonibus meis relegata, nunquam adduci potuerim, ut obsequentem ingenio calamum ullo metu, ulla formidine imbuerem, aut ab acri illa contentione vel minimum remitterem, etsi mors esset ipsa subeunda. Enimvero ego infelicem eum vocare nullus dubitem, qui hujus vitæ insomniis ita res divinas posthabeat, ut nec vindicis justitiæ **905** tribunal revereatur, nec Deum ipsum ætherii ignis turbinibus armatum extimescat. Quippe in D iis certaminibus, quæ de Deo et de divinis dogmatis instituuntur, Deum ipsum solum imperatorem, cæteros omnes pari jure conservos haberi oportet, divites promiscue et pauperes, reges et privatos, alios denique ejusdem illius thiasi et chori quacunque ratione participes.

CAPUT VIII.

Convocata synodo Cantacuzenus orationem habet, cujus hæc summa est: Idololatriam et hæreses a diabolo invectas. Eo impellente prodiisse Barlaamum, et Acindynum, et cæteros idem cum Barlaamo sentientes. Futurum se deinceps severiorem quam antea fuerit. Imperatoris munus et partes. Qua sententia Barlaamus damnatus sit, eadem istos quoque damnari. Denique æquum se utrisque fore jurejurando interposito promittit.

[P. 570] Α'. Ἑβδόμην μὲν οὖν ἦγε καὶ εἰκοστὴν ὁ Μάϊος μὴν, ἐν ᾗ συγκαλεῖν ἡμᾶς δεδογμένον γέ-

I. Aderat itaque dies Maii vicesimus septimus, quo nos imperator ad eam quam ipse synodum

Variorum notæ.

(35) Pro δεῖ. Boivin.

appellabat ex decreto convocaret. Atque ille rem usque a capite arcessens diabolum aiebat id ante omnia semper agere, ut bellum hominibus inferret, eam veluti præcipuam hæreditatem sortitum, ex quo, cum primo parente congressus, tropæum victor posuisset : Deum autem hominis naturam ideo accepisse, quia per eam voluisset salutares nobis vias indicare, quas quivis ingressus facile posset adversarium dejicere : deinde diabolum alio rursus conversum, quo Ecclesiam Dei et Ecclesiæ dogmata everteret, idololatriam cum hæresibus alias aliis invexisse : tum sub hæc sacrosanctas synodos coactas esse, et his Ecclesiæ morbis medicinam attulisse : postea in detrimentum constitutæ apud nos pacis, diabolo impellente, prodiisse hac nostra ætate Barlaamum, illum scilicet Latinismo imbutum et e Calabria profectum ; virum sane eruditum, sed cupidum altercandi, et qui inani gloriæ a pueritia usque studuisset : eum diversi generis pugna primum commissa, et ostentandæ eruditionis causa **906** suscepto certamine superatum, ægre illis palma cessisse, de quibus maximam laudem speravisset : itaque altero et velut subsidiario conatu cum Palama congressum de dogmatis disputasse, ac illi de duobus diis crimen objecisse, et quidquid ejusmodi fundamento superædificari consequens esset. Atque ut ne longius in his moremur, quæ notissima sunt, cuilibet licebit ex iis decretis, quæ super his rebus ab Ecclesia Dei et ab illius temporis patriarcha scriptis Tomis promulgata tunc fuerunt, quid constitutum sit intelligere. Cæterum postquam ille hinc abiit, quocunque tandem modo abierit, alius quidam, nomine Acindynus, illius in Palamam criminationes tuendas excepit, et a vobis pariter damnatus expulsusque est. Demum hi, quos nescio equidem quo nomine appellatos recte videbor nominasse, eadem ipsi quoque ac Barlaamus in divinum Palamam pronuntiant. Cujus rei credibile est causam esse eam clementiam, qua ego ad hanc diem usque usus sum. Sed faxo jam, ne amplius ii gaudeant. Quippe expergiscar ; et illam, quæ in pacis commodum data mihi a Deo est, potestatem ac jurisdictionem pro imperatoria auctoritate recipiam. Nam constare apud omnes arbitror, neminem omnium esse, cujus in his controversiis dirimendis priores sint partes quam meæ ipsius, utpote imperatoris. Quod si subditis jus dicere imperator non potest, ecqua porro futura est imperii felicitas? aut qua in re dominatus a servitute distabit, si de rebus cognoscendi jus uni non competat, ei nempe, qui imperium habeat, **907** et pro sua summa potestate possit eos quidem, qui nimis multa sibi arrogent, coercere ; aliis autem id, quod deest, ex æquo supplere?

γονε βασιλέα πρὸς ἣν ὠνόμαζε σύνοδον. Ἀρξάμενος δ' ἄνωθεν διεξῄει, πῶς διαβόλῳ προὐργιαίτατον ἀεὶ πολεμεῖν ἀνθρώποις (56) ὥσπερ τινὰ κλῆρον εἰληφότι λαμπρὸν, ἀφ' οὗ τῷ προπάτορι συμπλακεὶς ἐστήσατο τρόπαιον· καὶ δι' αὐτό γέ τοι Θεὸν ἐθελῆσαι τὴν ἀνθρωπείαν ἀναδεξάμενον φύσιν δι' αὐτῆς ὁδοὺς ἡμῖν ἀγαθὰς ὑποδεῖξαι, δι' ὧν ῥᾷστον ἂν εἴη τοῖς γε ἐθέλουσι τὸν ἀντίπαλον κατασείειν· εἶθ' ὅπως καὶ ὁ διάβολος, ἑτέραν αὖθις τραπόμενος, εἰδωλολατρείαν εἰσήνεγκεν ὁμοῦ ταῖς ἄλλοτ' ἄλλαις αἱρέσεσι, κατά τε τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας καὶ τῶν δογμάτων αὐτῆς· ὅπως τε θεῖαι καὶ ἱεραὶ κατόπιν συγκροτούμεναι σύνοδοι τὰ τοιαῦτα τῆς Ἐκκλησίας νοσήματα ἐθεράπευον· καὶ ἐπὶ τούτοις ὅπως καὶ ἐφ' ἡμῶν Βαρλαὰμ τὸν Λατινόφρονα, τὸν ἐκ Καλαβρίας ὁρμώμενον, ἤνεγκεν ἐπὶ πονηρῷ τῆς ἡμετέρας εἰρήνης, ἄνδρα σοφὸν μὲν, ἐριστικὸν δέ τινα καὶ κενοδοξίας ἡλικιώτην· ὃς ἐπεὶ τὰ μὲν πρῶτα συμβεβληκὼς ἑτέραν (57) καὶ περὶ σοφίας ἠγωνισμένος ἐπίδειξιν ἥττηταί τε καὶ τῆς νίκης οὐ μάλα ἀσμένως ἐκείνοις (58) παρακεχώρηκε, παρ' ὧν εὐδοκιμεῖν ἐδόκει μάλιστα, δεύτερον πάλιν τῶν δογμάτων τοῦ Παλαμᾶ συνεπλάκη, διθεΐας τε ἔγκλημα προστριβόμενος καὶ ὁπόσα τῷ τοιούτῳ ἐποικοδομεῖσθαι ἕπεται θεμελίῳ. Καὶ ἵνα μὴ διατρίβωμεν ἐπὶ τοῖς οὕτω προδήλοις, ἐξέσται τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν τότ' ἐπὶ τούτοις τομογραφηθέντων τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ τῷ τηνικαῦτα πατριαρχεύοντι ψηφισμάτων μανθάνειν τὸ καθεστώς. Ἐκείνου γε μὴν ὁπωσποτ' ἀπιόντος, ἕτερός τις διαδεξάμενος τὰς ἐκείνου κατὰ τοῦ Παλαμᾶ λοιδορίας, Ἀκίνδυνος ὄνομα, τὴν ὁμοίαν ἐκείνῳ καὶ αὐτὸς καταδίκην ὑφ' ὑμῶν εἰλήφει τε καὶ ἠλάθη. Εἶτ' ἀναστάντες, οὓς οὐκ οἶδα πῶς ὀνομάσας ὀρθῶς ἂν φάναι δόξω, τὰ αὐτὰ καὶ οὗτοι τῷ Βαρλαὰμ κατὰ τοῦ θείου φθέγγονται Παλαμᾶ. [P. 571] Ὧν αἴτιον τὴν ἐμὴν ἔπεισιν οἴεσθαι πρᾳότητα, ᾗ χρώμενος ἄχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον διετέλεσα. Ἀλλ' οὐ χαιρήσουσιν ἔτι διαγρηγορήσαντος ἐμοῦ καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ δεδομένην μοι χεῖρα καὶ κρίσιν ἔς γε τὸ τῆς εἰρήνης χρήσιμον ἀνειληφότος αὐθεντικῶς. Δῆλον γὰρ εἶναι τοῖς ἅπασιν οἶμαι, μηδένα τῶν πάντων εἶναι, ᾧ πρό γε ἐμοῦ, βασιλέως ὄντος, τὰς τοσαύτας ἰθύνειν προσήκει δίκας· ἢ ποῦ τῇ βασιλείᾳ τὸ εὔδαιμον φυλάττοιτο, τὸ κρίνειν οὐκ ἐχούσῃ τοὺς ὑπηκόους; ἢ τῷ ποτε διοίσει δεσποτεία δουλείας, τῆς κρίσεως τῶν πραγμάτων οὐκ ἐφ' ἑνὸς ἱσταμένης, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος καὶ δυναμένου μετ' ἐξουσίας αὐτοκρατορικῆς τοὺς μὲν τῆς πλεονεξίας κωλύειν, τοῖς δὲ τὸ ἐνδέον ἐπανισοῦν; Πολλοῦ μέντ' ἂν ἦν ἀξία δικαστικῆς βασιλεία κεχωρισμένη, εἰ δικάζοντος ἄλλου τὸ κελευόμενον ποιεῖν ἐχρῆν βασιλέα. Τούτου δ' οὕτως ἔχοντος ἐρέσθαι βούλομαι πρότερον ἐν βραχεῖ τουτουσὶ, δυοῖν θάτερον ἑλομένους ἁπλῶς ἀποκρί-

Variorum notæ.

(56) Hanc Cantacuzeni orationem confer cum procemio Tomi Palamitici, a Combefisio editi. BOIVIN.

(57) Philosophica scilicet, non dogmatica. BOIVIN.

(58) Gregoræ ipsi. Qua de re supra, lib. II, c. 10. BOIVIN.

νασθαι. Εἰ μὲν γὰρ τοῖς ἅπαξ δεδογμένοις κατὰ Βαρλαὰμ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ στέργοιεν, μηδὲν πλέον ἐρίζοντες, ὁμοφρονοῦντες ἔστωσαν ἡμῖν τοῦ λοιποῦ, καὶ κοινῇ τὸν Βαρλαὰμ ἀναθέματι παραπέμπωμεν. Εἰ δ' οὖν τοὐναντίον πρόδηλον, καὶ ὡς ὁμόφρονας ἐκείνῳ λοιπὸν τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ καταδίκης ἀξιοῦν καὶ αὐτοὺς ἡμῖν ἕψεται. Καὶ εἰ μὴ σὺν δίκῃ ταῦτα λέγω, τὴν μέσην ἰὼν ἀπαρεγκλίτως ὁδὸν καὶ μηδαμῆ τῷ ἑνὶ προστιθέμενος μέρει, ὄλεθρον εἴη Κύριος ἐπάγων ἐμοί τε καὶ παντὶ τῷ γένει τοὐμῷ προφανῆ· εἰ δ' οὖν, ἐλεγχέτω τις παρελθών, εἴ τι τοῖς ἐμοῖς λεγομένοις εὑρίσκοι διεφθορὸς καὶ ἥκιστα τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας ἐπισπεῦδον κατάστασιν.

A Esset profecto magni æstimandum officium judicis ab imperio separatum, si alio jus dicente parere imperatorem oporteret. Quæ cum ita sint, volo istos primum paucis interrogare, ut duarum rerum altera electa simplex mihi responsum reddant. Nimirum illi, si ea quæ ab Ecclesia Dei in Barlaamum semel decreta sunt rata habeant, ne amplius rixentur sed nobiscum de cætero consentiant; atque una voce Barlaamum anathema esse jubeamus. Si contrarium placet, evidens est illud consequi, ut eadem qua illum sententia condemnandos eos putemus, tanquam idem cum illo sentientes. Ego vero si non jure hæc dico, si mediam viam non sic teneo, ut neutro declinem, nec uni magis quam alteri parti faveam; Deus, precor, mihi et omni meæ stirpi certum exitium afferat; vel certe prodeat aliquis coarguatque me, si in iis quæ dixi deprehenderit aliquid, quod nec sincerum esset, nec ad concordiam Ecclesiæ quamprimum constituendam spectaret.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΪΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΘ'.

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUS NONUS.

CAPUT PRIMUM.

Imperator et Palamas totam rem uno die transigere cupiunt. Oratio apud synodum habita a Gregora. Cantacuzeni impatientia, lenitas. Palamas, ironice dicto offensus, obstrepit. Cantacuzenus Gregoram interpellat, et ut brevior sit admonet.

[P. 572] Α'. Ἐκείνῳ μὲν οὖν ἄλλα μεταξὺ παρενείραντι πλεῖστα, τὸν αὐτὸν ἐλαύνοντα δρόμον καὶ τρόπον, ἐνταυθοῖ που τὸν λόγον καταλελυκέναι συμπέπτωκεν, αὐθημερὸν βουλομένῳ τὴν ὅλην ὑπόθεσιν καταστήσασθαι. Τοῦτο γὰρ εἶναι τῷ Παλαμᾷ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ τὸ σκοπιμώτατον, ἐν βραχεῖ μακρῶν ἑαυτοὺς ἀπαλλάττειν ἐνθυμουμένοις πραγμάτων. Σιωπῆς τοιγαροῦν γενομένης, καὶ τῶν ἑταίρων ἁπάντων ἀφορώντων εἰς ἐμὲ καὶ [P. 573] λέγειν προτρεπομένων, ἐπεὶ τὸ συγκεχωρηκὸς ἐξ ἑκατέρων ἐγὼ τῶν μερῶν εἰλήφειν, ἔλεξα τοιάδε·

B 909 I. His ille cum et alia plurima interseruisset, similia et eodem tendentia, ibi ferme orationi suæ finem imposuit. Quippe ea ipsa die totam rem conficere cupiebat. Nimirum et Palamas et ipse imperator id maxime spectabant, ut magnis negotiis brevi defungerentur. Facto itaque silentio, cum socii in me omnes intuerentur, meque ad dicendum impellerent, ego ab utraque parte venia accepta sic disputavi:

Β'. « Ἐπειδήπερ, ὦ βασιλεῦ, καὶ πράξεως ἁπάσης καὶ λόγου παντὸς ἡγεῖται σκοπὸς (τούτου γὰρ ἐκτὸς καὶ λόγος ἅπας μάταιος καὶ πρᾶξις πᾶσα), πυθέσθαι πρότερον ἐχρῆν ἡμῶν τὸν τοῦ παρόντος συλλόγου σκοπόν· εἶτα τοὺς λόγους πρὸς ἐκεῖνον εἰσάγειν ἐκτεινομένους. Καὶ τοξότας γὰρ ὁρῶμεν οὐ

II. « Quandoquidem, o imperator, omnis actio omnisque oratio finem habet propositum (alioqui inutile utrumque fuerit), oportebat primum sciscitari ex nobis, quisnam esset huic concilio finis propositus: deinde ea afferre, quæ ad illum finem dirigerentur. Nempe et sagittarios et navium gu-

ernatores videmus non id tantum spectare, ut A vel jaculentur vel navigent, neque id unum velle; sed finem habere id, cujus causa et sagittarius jaculari et gubernator navigare instituit; quod absque eo inanis sit utriusque diligentia. Temere enim laborare quid prodest? quid naufragiis et hibernis fluctibus identidem jactari, nisi aliquam utilitatem, aliquod lucrum, nobis, tanquam scopum et finem, proponamus? Cæterum quoniam ex vestigiis quibusdam orationis tuæ deprehendimus, præsentis negotii finem eum esse, ut Ecclesiæ naufragia submoveantur, idcirco nos oportet orationis nostræ scopum hunc **910** habere et habenas eo flectere. Quippe cum huc non sponte nostra veniamus, sed acciti et minime volentes, necesse est nos, non quo voluntas nostra præcipit, sed quo B fortiorum manu et lingua compellimur, nostræ orationis cursum dirigere: item ostendere, quatenus imperatoribus parere vel oporteat vel non oporteat. Enimvero sapiens ille Salomon, postquam dixit, tria esse, quæ prospere vadant, et quartum, quod bene incedat; hoc ultimum de rege apud subditos concionante interpretatur. Nam quot et qualia, quo tempore et loco, apud quot et quales, in quocunque negotio dicere voluerit, ea omnia rex, quandiu et prout libuerit, commode præmeditabitur ante ipsum negotium; idemque, ubi negotium præsens urgebit, illa ipsa dicturus est, quæ et qualiacunque fuerit præmeditatus, neque ex auditoribus quisquam erit, qui possit inhibere: omnes C autem quodam quasi laudum concentu applaudent, et studio inter se certabunt, quis quemque adulatione prætergressurus sit. Quippe ille tunc se ipso torrentior quodammodo exsistet: et si qui tandem velint contradicere, eos ut imperitos prætervehetur; ac tametsi Socrates sit is, qui consurget, vel Plato, vel Pythagoras, tamen nihil quidquam obstabit, quominus miser vilissimi mancipii loco habeatur. Quod si quis non prius rem aggrediatur, quam præmeditatus sit, frustra certe erit præmeditatus; propterea quod orationis cursum imperator alio retrahet: atque ille parum aut nihil videbitur **911** distare ab eo, qui in aqua scribat, vel qui ventorum flabra retibus captet. Nam neque tempus dicendi ejusmodi erit, ut quæ D ille ante providerit opportuna futura sint; nec si provisa eloqui velit, longe aberit a naufragio; sed momento temporis omnia adversissima experturus est. His de causis, et propterea etiam, quod orthodoxorum episcopi ex omnibus orbis partibus non adessent, ubi quæstio esset de dogmatis in Ecclesia Dei plane inusitatis, nequaquam nos huc prodire, sed totam vitam tranquille domi sedendo traducere volebamus. Oportebat quippe in his ante omnia morem majorum atque privilegia salva

A τοῦτο καὶ κυβερνήτας οὐ πρός γε τὸ τοξεύειν ἢ πλεῖν τὸν σκοπὸν ἔχοντας μόνον, οὐδὲ τοῦτο βουλομένους ἁπλῶς· ἀλλ' οὗ ἕνεκα τό τε τοξεύειν ὁ τοξότης καὶ τὸ πλεῖν ὁ κυβερνήτης ἐνεστήσαντο· ὡς ἐὰν μὴ τοῦτό γε ᾖ, μάταιος ἀμφοῖν ἡ σπουδή. Τίς γὰρ ὄνησις μοχθεῖν εἰκῇ καὶ ναυαγίοις καὶ κύμασι χειμερίοις ὡς τὰ πολλὰ παραβάλλεσθαι, μή τινος ὠφελείας καὶ κέρδους τῷ σκοπῷ καὶ προθέσει προβεβλημένου; Ὅμως ἐπειδήπερ ἔκ τινων ἰχνῶν τῆς σῆς ξυνήκαμεν δημηγορίας, ἐκποδὼν τὰ τῆς Ἐκκλησίας γενέσθαι ναυάγια τὸν σκοπὸν τῆς παρούσης εἶναι σπουδῆς, πρὸς τοῦτ' ἀνάγκη καὶ τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸν σκοπὸν καὶ τὰς ἡνίας ἰθύνειν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ἥκομεν ἐθελονταὶ, ἀλλ' ἤχθημεν οὐ μάλα ἐθελονταὶ, καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη τὸν τοῦ λόγου δρόμον ἰθύνειν, οὐ B πρὸς ἃ τὸ βουλόμενον ἡμῖν ὑφηγεῖται, ἀλλὰ πρὸς ἅπερ ἡ τὸ κράτος ἔχουσα χεὶρ καὶ γλῶττα βιάζεται, καὶ δεικνύειν μέχρι ποῦ βασιλεῦσιν ὑπείκειν χρεὼν καὶ μέχρι ποῦ μὴ χρεών. Ὁ γάρ τοι σοφὸς Σολομῶν τρία φήσας ὑπάρχειν, οἷς εὐόδως ἔνεστι πορεύεσθαι, καὶ τὸ τέταρτον, ὃ καλῶς διαβαίνει, τοῦτ' εἶναι βασιλέα πρὸς ὑπηκόους δημηγοροῦντα ἀπεφήνατο. Ὅσα γὰρ ἂν ἐθέλοι λέγειν καὶ οἷα καὶ ὅτε καὶ ὅπου καὶ πρὸς οἵους καὶ ὅσους, χρείας ἐφεστηκυίας ἡστινοσοῦν, εὐόδως ἅπαντ' ἐξέσται βασιλεῖ μελετᾷν, ἐφ' ὅσον τε καὶ ὅπως ἂν ἐθέλοι, πρὶν ἐφεστηκέναι τὴν χρείαν· τοσαῦτα δ' αὖ τῆς χρείας ἐνστάσης καὶ τοιαῦτα λέξειεν, ὅσα δὴ μεμελέτηκε, κωλύειν μὲν ἥκιστα δυναμένου τῶν ἀκροατῶν οὐδενὸς, ἐπικροτούντων δὲ ἁπάντων τοῖς ὕμνοις ὁμοῦ C καὶ οἷον ἁμιλλωμένων σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους, ὅς ἂν παρελάσειε ταῖς κολακείαις τοὺς ἄλλους. Τηνικαῦτα γὰρ καὶ εὐροώτερός τις αὐτὸς ἑαυτοῦ γίνεται καὶ τοὺς ἀντιλέγειν ἐθέλοντας, εἴ τινές ποτ' ἄρ' εἶεν, ὡς ἀμαθεῖς παρατρέχει· κἂν Σωκράτης ᾖ, κἂν Πλάτων, κἂν Πυθαγόρας, μηδὲν εἶναι τῶν πάντων οὐδὲν, ὅπερ ἂν ἐν Καρὸς εἶναι κωλύσῃ μοίρᾳ (39) τετάχθαι τὸν δυστυχῆ· ὥστ' εἰ μελετῴη τις τῶν τοιούτων πρὸ τῆς πείρας, μάταιά τε καὶ ἄπρακτ' ἂν εἴη μεμελετηκὼς, τοῦ βασιλέως πρὸς ἕτερα τοῦ λόγου τὸν δρόμον ἀνθέλκοντος· καὶ μικρὰ ἢ οὐδὲν ἀπεοικέναι δόξει τῷ καθ' ὑδάτων γράφειν πειρωμένῳ, ἢ δικτύῳ θηρεύειν ἀνέμων πνοάς. Οὔτε γὰρ ὁ τοῦ λέγειν καιρὸς, ὧν μεμελέτηκεν, αὐτῷ παρέξει D τὸ καίριον, [P. 574] οὐθ' ἃ μεμελέτηκε λέγειν ἐθέλων μακρὰν ἐστήξει τοῦ ναυαγίου· ἀλλὰ πάσας ἐν ἀκαρεῖ τὰς κακοδαίμονας ἀναμετρήσει τύχας. Διὰ δὴ ταῦτα, καὶ πρός γε διὰ τὸ μὴ τοὺς πανταχόθεν τῆς οἰκουμένης ἐπισκόπους τῶν ὀρθοδόξων παρεῖναι, τῆς ζητήσεως οὔσης περὶ δογμάτων οὐδαμῇ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ συνήθων, ἥκιστα πρὸς βουλήσεως εἶναι συνέβαινε, παριέναι ἡμᾶς ἐνταυθοῖ· ἀλλ' οἴκοι καθημένους ἡσυχῇ τὸν ἅπαντα διαβιβάζειν βίον· χρεὼν γὰρ εἶναι, πρό γε τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐν τούτοις τὰ πάτρια ἔθη καὶ προνόμια σῶα καὶ ἀκλινῆ

Variorum notæ.

(39) De hominibus contemptissimis dici solet. Ita Achilles de Agamemnone apud Homerum,

Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα· τίω δέ μιν ἐν Καρὸς [illegible].

καθάπαξ τηρεῖσθαι, ὅπερ γέγραπται καὶ ὅπως πέ- A πρακται· καθὰ καὶ ὁ πολὺς τὴν θεολογίαν φάσκει Γρηγόριος (40)· « Ἡμεῖς καὶ μέχρι τῆς τυχούσης κεραίας καὶ γραμμῆς τοῦ πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν ἕλκοντες οὔποτε δεξόμεθα (οὐδὲ γὰρ ὅσιον) οὐδὲ τὰς ἐλαχίστας πράξεις εἰκῆ σπουδασθῆναι τοῖς ἀναγράψασι, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος μνήμῃ διασωθῆναι· ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνήματα καὶ παιδεύματα τῆς τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς, διασκέψεως. » Ἀλλὰ καὶ ἡ βίβλος τῶν πράξεων τῆς θείας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου, περὶ τῆς βραδυτῆτος τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων ἀπολογουμένη, τὴν τῶν ἐκ Βρεττανίας καὶ τῶν Ὠκεανείων ἐκείνων μερῶν, καὶ ὅσοι καθ' ἕτερα τῆς Εὐρώπης ἐκείνων κλίματα, συνδρομὴν ἐπισκόπων αἰτίαν τίθησιν· B « Ἀναγκαίου τοῖς ἅπασιν ὄντος, ἐξ ὅλης (φησὶ) τῆς κοινότητος, καὶ ἥκιστα μονομεροῦς, τὰ τοιαῦτα τελεῖσθαι· ἵνα τὰ τῇ θείᾳ καὶ ἀποστολικῇ πίστει πραττόμενα πάντες γιγνώσκοντες ὁμοφωνῶσιν ἀλλήλοις. » Καὶ ὁ θειότατος δ' ὁμοίως Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Πύῤῥον διαλέξει μὴ δύνασθαι καλεῖσθαι σύνοδόν φησι τὰ σημεῖα μὴ κεκτημένην· οὔτε γὰρ κατὰ νόμους καὶ κανόνας γενέσθαι συνοδικοὺς καὶ θεσμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς, οὔτε ἐπιστολὰς ἢ τοποτηρητὰς πρὸς τῶν ἄλλων πεμφθῆναι πατριαρχῶν· καὶ διὰ τοῦτο σκανδάλων διχονοίας τὴν οἰκουμένην πληρῶσαι. Ὅμως ἐπειδὴ καὶ ἄκουσιν ἐληλυθόσι δίδωκας, ἥντινα δήπου καὶ ἐδεδώκεις, χώραν τοῦ λέγειν, χρεὼν, καθάπερ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις τοὺς δρόμους τε καὶ περιδρόμους καθαίρουσι τῶν ἁμιλ- C λητηρίων ἵππων, ξύλων καὶ λίθων καὶ τῶν τοιούτων ἅπαν δεικνύντες ἐλεύθερον τοὔδαφος, οὕτω καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἀρξαμένων λέγειν, ἐπηρείας ἁπάσης ἐλεύθερον εἶναι δεῖν αἰτῶ τῶν λόγων τὸν δίαυλον. Ἀγάλματι γὰρ ἐοικέναι τινὶ καὶ τὸν λόγον συμβαίνει· καὶ ὥσπερ ἐκ κεφαλῆς ἐκεῖ τῆς πλάσεως ἀκωλύτου μέχρι ποδῶν ἐληλυθυίας, [P. 575] ὁρᾶται πρὸς τἀκριβὲς τὰ τῆς ἁρμονίας· καὶ θαυμάζεται μὲν, εἰ καλῶς τῷ τεχνίτῃ πέπρακται· εἰ δ' οὖν, αἰσχύνης ἀθλητὴς περιφανῶς ὁ πλάστης καθίσταται· οὕτω κἀνταῦθα τοῦ λόγου μηδενὸς ἐφεδρεύοντος, μηδὲ τὸ συνεχὲς ἀνασοβοῦντος ὥσπερ ἐκ λόχου μέχρι τελευτῆς αὐτῆς, ἐξέσται τοῖς παροῦσι κρίνειν ὀρθῶς, εἴτε κατὰ λόγους ἡμῖν ὁ λόγος ἔδραμεν, εἴθ' ὑπερ- D όριος γέγονε τοῦ τῆς ἀληθείας σκοποῦ. Ἔπειτα, εἰ καὶ τοῦθ' ἡμῖν ἐξείη μὴ σιωπῇ παρεληλυθέναι, τὰ τοῖς δικαίοις προσήκοντα βήμασι καὶ δόξωμεν ἀγνοεῖν, ἐπειδὴ σὺ σαυτῷ τὴν τοῦ κρίνειν ἐπιτετραφὼς ἐξουσίαν, ἃ τοῖς ἁπανταχῇ τῆς οἰκουμένης συνιοῦσιν ἐχρῆν τῶν ἐπισκόπων ὀρθοδόξοις, ὀμωμόκεις μὴ καπηλεύειν τὰς δίκας, ἐχρῆν μὴ προειλημμένον γοῦν εἶναί σε τοῖς τοῦ κατηγορουμένου δικτύοις, μηδ' αὐτοῦ σε πρόμαχον ἐκ πρώτης, ὅ φασι, γραμμῆς ἀπαρακαλύπτως καθιστάμενον, λέγειν ὁποῖα τοῦτόν γ' ἐχρῆν· ἀλλὰ τοὺς τὰς κατηγορίας προβαλλομένους πυθόμενον πρότερον, καὶ ἃς ὁ τὰγ-

A prorsus et immota servari, prout antea scriptum factumve esset; quemadmodum magnus theologiæ doctor Gregorius auctor est: « Nos (inquit) cum accuratam spiritus diligentiam ad quemlibet apicem, ad quamlibet virgulam trahamus, nunquam dederimus (neque enim fas est) vel in minimis factis recensendis, eorumque memoria ad præsens usque tempus conservanda, temere elaborasse eos, qui scripserunt; sed eo, ut nos haberemus monimenta et documenta, quibus in similium rerum tractatione, si unquam incideret occasio, uteremur. » Sed et liber actorum sacrosanctæ et œcumenicæ sextæ synodi tarditatem orientalium episcoporum sic excusat, ut ejus causam fuisse B dicat, quod Britanniæ et illorum Oceani tractuum, nec non aliarum Europæ regionum episcopi 912 simul convenerint: « Quoniam, » inquit, « necesse est ab omnibus ex tota Ecclesiæ universitate convocatis, non autem ab una parte, talia peragi; ut omnes ea, quæ circa divinam et apostolicam fidem acta fuerint, cognoscentes, secum invicem consonent. » Idem D. Maximus, in sua cum Pyrrho disputatione, non posse ait synodum vocari eam, quæ ipsa synodi insignia non habeat: neque enim factam eam secundum leges et canones synodales, statutave ecclesiastica; nec epistolas aut legatos ab aliis patriarchis missos fuisse: atque eam idcirco totum orbem implevisse scandalis dissensionis. Cæterum quia nobis, postquam inviti huc ve- C nimus, dicendi locum dedisti, quicunque tandem is datus est, oportet nos, ut fit in hippodromis (nam in iis, quacunque vel dirigendus vel circumflectendus certantium equorum cursus, operam dant, ut et lignis et lapidibus, et aliis ejusmodi obicibus, solum omne sit liberum ac vacuum), ita, inquam, nunc quoque, cum incipimus dicere, disputationis nostræ curriculum ab omni violentia liberum esse oportere censeo, et ut sit peto. Oratio nempe simulacri cujusdam instar est: atque ut in simulacro, si a capite ad pedes usque citra ullum impedimentum opus processerit, concinnitas partium ipsa penitus perspicitur, et admirationem quidem movet, si artifex scite fecerit; sin minus, ludibrio exponit eum, qui finxit: sic etiam D in hoc disputationis exordio, si nemo dolum meditetur, neque hinc usque ad finem quisquam 913 tanquam ex insidiis prosiliat, qui continuam verborum seriem interrumpat, poterunt ii qui astant recte judicare, utrum orationis nostræ cursus rationi consentaneus fuerit, an longe a vero fine aberrarit. Deinde (si et illud fas est silentio haud præterire, ne judicis justi officium ignorare videamur) quoniam tu potestatem tibi ipsi arrogasti judicandi de iis rebus, ad quas dijudicandas orthodoxos totius orbis episcopos convenire oportebat, idemque te incorrupte judicaturum esse

Variorum notæ.

(40) Gregor. Nazianz. orat. 1. Boivin.

juravisti, cavendum saltem tibi erat, ne illius reti- A bus præoccupareris, qui accusaretur, neu te ejus propugnatorem ab ipsis statim, ut aiunt, carceribus palam professus, ea diceres, quæ e re ejus essent, sed eos primum audire debueras, qui crimina objicerent; deinde et quidquid reus ipse, defendendi sui et diluendorum criminum causa, contradiceret et singulis responderet: tum denique sententiam tuam interponere, secundum canones et leges in his rebus jampridem ab Ecclesia receptos. Ego certe animum affectu præoccupatum absinthio similem statuo. Quemadmodum enim illud, tacta quocunque modo lingua, tam acrem, tam efficacem amaritudinis vim gustui adspergit, ut et longo tempore et multo dulcium saporum usu egeat ad priorem naturalis boni perceptionem: B idem etiam in judicibus animi præoccupati affectum scimus posse plerumque. Nam cum litigantium unus animum judicis præviis narrationibus iisque probabilibus, mature occupavit, **914** ita alte imprimitur, ita deletu difficilis est ejus mali labes, ut periculum sit, ne duorum alterum accidat; ut vel multam iniquam sufferat is qui posterior subit; qui et nonnunquam præter opinionem cogitur se ipsum defendere sceleris accusatum; vel plurimis contentionum fluctibus exhaustis, multis et variis gravium virorum, si quos reperiat, testimoniis productis, sero tandem et ægre admodum veritatem assequatur. Quod si in judice, quem quis semel præoccupaverit, ejusmodi morbus exsistit, quid de hoc Palama, quid de ejusdem thiasi C consortibus dici debet, qui totos annos, totos mensium dies, totas dierum horas tecum privatim colloquuntur, atque ejusmodi telas simul contexunt, simul nectunt, eo videlicet fine, ut valde acceleretur? quos ne nunc quidem in tanta spectatorum frequentia pudet suo more agere. Nam crebro surgunt, et furtim in aurem loquuntur, de iis credo rebus, quæ sæpius jam antea decretæ sunt, ne quid per imprudentiam effluat tibi e memoria hoc tempore, quo illis oportet robur firmissimum accommodari. Quid primum itaque, quid ultimum dixerit quisquam ex nobis, angustissimo temporis spatio circumclusus, in hac publici curriculi luce, omni inter nos consultandi facultate D ademptа, qua nos tamen hoc rerum statu maxime egebamus? Itaque et hæc ad eas quæ supra dictæ sunt, causa accedat, quamobrem intempestivum hoc certamen minime ingredi nobis placuerit. His proxima esto regularum et legum **915** ratio, quibus servitutem simul et dominatum omnem subesse toto terræ et maris orbe cum oporteat, nos te ordine inverso contra facere et concionari palam hic audivimus; et illam plane agnovimus Lesbiam structuram, quæ amussim ad lapides, non

A κλήματα ἔχων αὐτὸς ἀπολογίας καὶ λύσεις ἑκάστοις λέγων ἀντιτίθησιν, ἔπειτα τὴν σὴν ἐπάγειν σε κρίσιν, κατὰ τοὺς ἐν τούτοις κρατήσαντας πάλαι τῆς Ἐκκλησίας κανόνας καὶ νόμους. Ἀψινθίῳ γὰρ ἐοικέναι τὴν πρόληψιν ἔγωγε λέγω. Ὡς γὰρ ἐκεῖνο, τῆς γλώττης ὁπωσποθ' ἀψάμενον, τοσοῦτον ἐσχε τῇ γευστικῇ τὸ τῆς πικρίας δραστήριον, ὡς πολλοῦ τε ἅμα καιροῦ καὶ πολλῶν δεηθῆναι γλυκέων εἰς τὴν πρὶν τοῦ φυσικοῦ καθήκοντος ἀντίληψιν, οὕτω καὶ τοῖς δικασταῖς τὴν πρόληψιν ἴσμεν ὡς τὰ πολλὰ δυναμένην. Τῶν γὰρ δικαζομένων ἑνός τινος προειληφότος τοῦ δικαστοῦ τὴν διάνοιαν πιθαναῖς ταῖς προδιηγήσεσιν, οὕτω δευσοποιόν τε καὶ δυσαπόνιπτον γίνεσθαι τὸ πάθος ἐκείνῳ συμβαίνειν, ὡς δυοῖν θάτερον γίνεσθαι κινδυνεύειν· ἢ τὸ τῆς ζημίας παράλογον B ὑφίστασθαι τὸν ἐπιόντα καὶ κακούργων φεύγειν γραφὴν ἐνίοτε παραλόγως ἠναγκασμένον, ἢ πολλὰς ἀνατλάντα τρικυμίας ἀντιθέσεων καὶ πολλὰς καὶ διαφόρους εἰσενεγκόντα μαρτυρίας ἀξιοπίστων ἀνδρῶν, εἰ τύχοι, ὀψὲ καὶ μάλα μόλις τῆς ἀληθείας ἐπιτυγχάνειν. Εἰ δ' ἅπαξ προειληφότος ἐκεῖ τινος, τοιόνδε συμβαίνει τὸ νόσημα γίνεσθαι, τί ἄν τις φαίη περὶ τοῦ Παλαμᾶ τουτουῒ καὶ τῆς τοῦ θιάσου φρατρίας, ὅλους ἐνιαυσίους χρόνους καὶ ὅλας ἡμέρας μηνῶν καὶ ὅλας ὥρας ἡμερῶν ἰδίᾳ σοι προσομιλούντων καὶ τὰ τοιαῦτα συνιστουργούντων καὶ ὑφαινόντων ἐς τὸ τοῦ σφόδρα ἐπείγεσθαι ἐντελῶς, καὶ μηδὲ νῦν ἐν τοσούτῳ θεάτρῳ τὸ ἔθος που αἰδουμένων, [P. 576] ἀλλ' ἐγειρομένων συχνὰ καὶ λάθρα σοι πρὸς οὓς κοινολογουμένων περὶ τῶν προειρωθέντων (οἶμαι) πολλάκις, μὴ λάθῃ τι διαῤῥυὲν τῆς C μνήμης ἐπὶ καιροῦ νῦν, ὅτε μάλιστα ῥώμης ἐκείνοις πλείω χαρίζεσθαι δεῖ; Τί τοίνυν ἄν τις ἡμῶν εἴποι πρῶτον; τί δ' ἄν τις ὕστατον, ἐς τὸ τῶν βραχύτατον περιισταμένης τῆς ὥρας, ἐν οὕτω δημοσίῳ σταδίῳ, πάσης ὑφαιρουμένης συνδιασκέψεως, ἐνταῦθα μᾶλλον, εἴπερ που, τὴν χρείαν ἐχούσης; Προσκείσθω δ' οὖν καὶ τουτὶ τοῖς ἄνω λεχθεῖσιν, δι' ἃ δηλαδὴ τὸν ἄκαιρον ἀγῶνα τοῦτον ἥκιστα πάντων ἡμῖν πρὸς βουλήσεως ἦν εἰσιέναι. Ἐπὶ τούτοις ἔστω καὶ τὸ τῶν κανόνων καὶ νόμων δίκαιον, οἷς ὑπείκειν δέον δουλείας θ' ἅμα καὶ δεσποτείας ἁπάσης, ἐν ἠπείρῳ πάσῃ καὶ θαλάσσῃ, τὸ ἀντίστροφον ἐνταῦθα καὶ δρῶντα καὶ δημηγοροῦντα σαφῶς ἠκηκόειμέν σε· καὶ ἔγνωμεν τοῦτ' ἐκεῖνο, τὴν Λεσβίαν D οἰκοδομὴν, ἣ τοῖς λίθοις (41) τὴν τοῦ κανόνος προσάγουσα στάθμην, καὶ οὐκ ἐκείνῳ τοὺς λίθους, πάνυ σαθρὰς τοῖς χρωμένοις καὶ ἀβεβαίους παρεῖχε τὰς τοῦ μένειν ἐλπίδας ἄχρι καὶ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἑσπέραν. Καὶ μαρτυροῦσι τῷ λόγῳ πᾶσαι πόλεις καὶ πολιτεῖαι, ὅσαι τε τοῖς παλαιοτέροις κανόσι καὶ νόμοις ἁρμοττόμεναι διηνεκὲς καρποῦνται τὸ εὔδαιμον καὶ ὅσαι τῆς ἀνομίας ἐξορχουμένης αὐτῶν διηνεκέσι καὶ ταχείαις φθείρονται μεταβολαῖς. Ἔπειτα καὶ μὴ μεταίρειν ὅρια πατέρων δόγματα καὶ πολλ'

Variorum notæ.

(41) Sic D. Basilius ad nepotes cap. 6. Κατὰ τὴν Δωρικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποτὶ τὴν στάρτον ἄγοντας. Item Plutarchus, Πρὸς στάθμῃ πέτρον τίθεσθαι, μήτε πρὸς πέτρῳ στάθμην. Sensus est, *oportere se regulis, non regulas sibi submittere.* BOIVIN.

ἵδρειν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Μηδὲ γὰρ εἶναι σφᾶς τοὺς εἰρηκότας μᾶλλον ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Δῆλον δὲ ἐκ τῶν καθ' ἕκαστον ἂν εἴη τοῦτό γε μάλιστα. Τῶν γάρ τοι προφητῶν λεγόντων ἔστιν εὐθὺς ἀκούειν, οὐχ ὅτι « Τὰ καὶ τὰ φαμὲν ἡμεῖς· ἀλλὰ « Τάδε λέγει Κύριος· καὶ τὰ καὶ τὰ προστάττει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Εἶτ' ἐλθὼν ὁ γεννηθεὶς ἐκ Παρθένου Θεὸς Λόγος « Ἐγὼ (φησὶν) ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα πρὸς τοῦ Πατρὸς ἠκηκόειν (42)· » διδάσκων ἡμᾶς οὑτωσὶ, μὴ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν πατρίων κανόνων ἕπεσθαι δόγμασί τε καὶ ὅροις. Καὶ ἀρξάμενος οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀπὸ Μωσέως καὶ πάντων τῶν προφητῶν, διηρμήνευεν αὐτοῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ. Καὶ τῷ διαβόλῳ πάλιν, τοὺς λίθους ἄρτους ποιεῖν ἀναγκάζοντι καὶ τὰς τῆς γῆς ὑπισχνουμένῳ χαρίζεσθαι βασιλείας, οὐκ εἶπεν ὁ Θεὸς, « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· » ἀλλὰ τὰς τῶν πατέρων προβάλλεται ῥήσεις, « Γέγραπται, » λέγων, « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος· » καὶ δὶς καὶ τρὶς τὸ « γέγραπται » τίθησι πρὸς ἀκριβῆ νουθεσίαν ἡμῶν, τοῖς τῶν πατρίων ὅρων κανόσιν ἕπεσθαι διὰ πάντων ἄντικρυς παραγγέλλων. Καὶ περὶ τοῦ θείου δὲ ἐπαγγειλάμενος Πνεύματος, « Ἐλθὼν (φησὶν) ὁ Παράκλητος ἀφ' ἑαυτοῦ λαλήσει οὐδὲν, [P. 577] ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ. » Εἶτ' ἐλθὼν ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος, « Ἐγὼ παρέδωκα (φησὶ) τῶν ἐμῶν οὐδὲν ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀλλ' ὃ καὶ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ. » Καὶ πάλιν Τιμοθέῳ γράφων, « Σὺ δὲ μένε (φησὶν) ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης· τὰς δὲ βεβήλους καινοφωνίας παραιτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται (43) (φησὶ Κολοσσαεῦσι) παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ τις ᾖ, κἂν ἐγὼ Παῦλος. » Ὅρα ὁπόσην ἔχει τὴν ἰσχὺν τὰ τῶν πατρίων κανόνων ὅρια καὶ ὅσοις τισὶ τοῖς κλείθροις καὶ μοχλοῖς τοὺς ἀεὶ διαδόχους ἀσφαλίζεσθαι διαγέγονεν. Εἶτ' ἐλθόντες τῆς εὐσεβείας ἀθληταὶ καλῶς ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν τοὺς ἑαυτῶν ᾠκοδόμησαν ἀγῶνας καὶ τὰ μαρτυρικὰ παλαίσματα. Σὺ δ' εἰ μὴ καὶ τὴν τῶν κανόνων δουλώσαις ἐλευθερίαν, νόμος αὐτοῖς ἐκείνοις γινόμενος, ἀνίσχυρον λείπεσθαί σοι φάσκεις τὴν βασιλείαν, καὶ μηδὲν ἐνεῖναι ταύτῃ σεμνόν. Εἰ γὰρ ἅπερ ἄλληλα πέφυκε συνιστᾷν, ταῦτ' ἀλλήλων φαῖμεν εἶναι φθαρτικὰ, οὐδὲν ἔτι τούτων λελείψεται τῆς οἰκείας οὐκ ἐξιστάμενον φύσεως· καὶ τοῖς τοῦτο συγχωροῦσιν ἄνω ποταμῶν συμβήσεται χωρεῖν τὰς πηγάς. Οὐ γὰρ ᾧ τῶν πατρίων κανόνων καὶ γνωμῶν ἄρχειν βούλεταί τις, τὸ σεμνὸν τῇ βασιλείᾳ περιποιεῖ· ἀλλ' ᾧ τοῖς πατρίοις κανόσι καὶ νόμοις ὑπείκειν ἐθέλει· οὐχ ἕως ἂν σωφρονεῖν τις ἐθέλοι, ἄλλως ἔχειν συγχωρεῖν οὐδαμῇ ποθ' ἕλοιτ' ἂν οὐ-

A lapides ad amussim applicabat, adeoque illis, apud quos in usu erat, fluxas prorsus et infirmas spes afferebat, ut vix ad diem proxime sequentem immotam eam permansuram esse confiderent. Atque hæc, quæ dico, testantur vera esse omnes civitates, omnes respublicæ, cum eæ, quæ antiquis regulis et legibus obsequentes jugi quadam felicitate perfruuntur; tum illæ, quæ bacchante apud ipsas licentia continuis repentinisque mutationibus corrumpuntur. Deinde et illud sacro Ecclesiæ decreto cautum est, ne positi a patribus termini moveantur: neque enim magis eos, quam Spiritum sanctum, ea dixisse quæ dixerint. Idque ex singulis testimoniis plane constabit. Ac primum prophetas audire est dicentes, non quidem: « Hæc et ista
B nos dicimus, » sed: « Hæc dicit Dominus; hæc et ista jubet Spiritus sanctus. » Deinde genitus ex Virgine Deus Verbum cum advenisset: « Ego, inquit, a me ipso loquor nihil, sed quæcunque a Patre audivi; » atque ita docet, non nostris sed Patrum regulis, earumque præscriptis et definitionibus, obsequi nos debere. Item incipiens non a se ipso, sed a Moyse et omnibus prophetis 916 interpretabatur illis quæ de ipso erant. Rursus diabolo, panes ex lapidibus facere jubenti, et orbis terræ regna daturum se pollicenti, non dicit Deus: « Vade retro, Satana; » sed Patrum dicta opponit, et: « Scriptum est, ait, quia non in solo pane vivet homo [1]; » atque ipsum illud: « Scriptum
C est » bis terque usurpat, ut nos perfecte erudiamur, quos ille Patrum definitionibus et regulis per omnia obsequi aperte jubet. Sed et de Spiritu sancto promittens: « Cum, inquit, Paracletus venerit, non loquetur a semetipso, sed quæcunque audierit loquetur [2]. » Deinde D. Paulus apostolus veniens: « Ego, inquit, meum nihil vobis tradidi, fratres, sed quod et accepi a Jesu [3]. » Rursus ad Timotheum scribens: « Tu vero, inquit, permane in iis, quæ didicisti et credita sunt tibi: profanas autem vocum novitates devita. » Rursus: « Si quis vobis evangelizaverit, » inquit Colossensibus, « præter id quot accepistis, anathema esto, etsi angelus quispiam de cœlo sit, etsi ego Paulus [4]. » Vide quantam vim habeant
D termini a Patribus constituti, quot repagulis et vectibus coerceantur ii, qui perpetua successione eos excepturi sunt. Tum subsecuti religionis pugiles super apostolorum et prophetarum fundamento sua certamina suaque martyria pulchre ædificarunt. Tu vero, nisi regularum libertatem in servitutem redigas, nisi legem illis te ipsum

[1] Matth. IV, 10. [2] Joan. XVI, 13. [3] I Cor. XI, 23. [4] Galat. I, 8.

Variorum notæ.

(42) Non ea ipsa sunt verba, quæ leguntur apud Joannem cap. XIV, v. 10. Gregoras non hoc loco solum, sed et alibi passim, memoriæ nimis fidit. BOIVIN.

(43) Et hæc quoque Gregoras, fallaci memoriæ cofisus. Nam apud Paulum ad Galat. cap. I, versu octavo legitur: Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Versu autem nono, Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. B.ı ıx.

constituas, imperium tibi relinqui affirmas nullo robore subnixum, nulla majestate venerabile. At enim **917** quæ a natura ejusmodi sunt, ut se invicem sustenteut, ea si dixerimus a se invicem facile corrumpi, nihil jam horum supererit, quod intra naturæ suæ fines consistat. Hoc autem qui dederint, iis etiam fluminum fontes sursum versus referentur. Nam qui Patrum regulas et sententias potestati suæ subesse vult, is non hoc pacto efficit, ut imperio majestas salva constet; sed ita demum, si patriis institutis et legibus ultro ipse pareat; nec quisquam est qui, dum erit sanæ mentis, rem aliter se habere ulli unquam homini concessurus sit. Non enim illa robur et dignitatem imperio adimunt, imo stabiliunt. Nempe ea si rebus publicis et imperiis bonæ disciplinæ appetentibus ruinam important, nihil quidquam aliud stabililitatem dabit. Præterea, aliis omnibus demptis, quæ vel jam dicta sunt, vel postea dicturi sumus, quis tribunali illi confidat, in quo de iisdem rebus jura.ur simul et pejeratur, itidem fere ac si quis læva dextram sibi manum abscindens eo magis se eam conservare dicat. Atqui te illud scire et recente adhuc memoria tenere arbitror, quod ego apud te sæpius dictitavi, non facturum esse te medicinam iis morbis Ecclesiæ. Ecquo autem modo faceres, qui eorum auctor semper exsistis? Sed hoc quidem nondum. Nunc a capite usque repetens accuratius deinceps rem narrabo, in gratiam eorum, qui hic adsunt; ut ii omnes, singula suo loco posita observantes, narrationem facile assequantur. »

A δενί. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ κόσμιον ἀφαιροῦσι τὴν βασιλείαν, ἀλλ' ἐκεῖνοι τοῦτ' αὐτῇ βεβαιοῦσιν. Εἰ γὰρ οὗτοι πολιτειῶν καὶ ἀρχῶν εὐνομεῖν βουλομένων κατάλυσις, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι τῶν πάντων γένοιτο σύστασις. Ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξαιρουμένων, ἅ τ' ἔφθημεν εἰρηκότες καὶ ἃ προϊοῦσιν εἰρήσεται, τίς ἂν τοιούτῳ δικαστηρίῳ πιστεύσειεν, ἔνθα κατὰ ταυτὸν ὅρκοι τε ἅμα καὶ ὅρκων κατάλυσις γίνεται τῶν αὐτῶν, παραπλήσιον ὥσπερ ἂν εἴ τις, τῇ ἀριστερᾷ τὴν δεξιὰν ἀποκόπτων χεῖρα, σώζειν μᾶλλον ἔλεγεν αὐτὴν οὑτωσί. Καὶ μὴν εἰδέναι σε οἶμαι καὶ τοῦτο, καὶ διὰ μνήμης ἔχειν ἔτι χλοαζούσης, πολλὰ πολλάκις πρός σε μου φαμένου μὴ σὲ τὸν ἰατρεύσοντ' εἶναι τὰ τῆς Ἐκκλησίας τοιαῦτα νοσήματα. Πῶς γάρ, τὸν τού-B των αἴτιον ἀεὶ γιγνόμενον; Ἀλλὰ μήπω τοῦτο· ἀλλ' ἀναλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἐφεξῆς ἀκριβέστερον τῶν παρόντων ἕνεκα διηγήσομαι· ἵν' εὐπαρακολούθητος ἅπασιν ἡ διήγησις γένοιτο, σημειουμένοις ἕκαστα πρός γε τοὺς καθήκοντας τόπους. »

III. At imperator ægre ferebat, **918** et ira tacite inflabatur, et in solio imperatorio versabat se crebra agitatione, et pedes alternis nunc distendebat, nunc connexos implicabat. Quin et silere interdum jubebat, ea ratione quod jam nos dies deficeret; suo tamen more, et conspicua illa animi lenitate. Quippe illum primis orationis meæ exordiis mature præverteram, ne vel ipse, vel ejus permissu alius quisquam ex omnibus, sermones meos interpellaret. Atque hanc ejus lenitatem maxime adjuvabat applaudens familiarium chorus, qui eum circumstabant, et minutula quædam in nos dicta subinde et sparsim jaciendo furtivas iras exercebant; palam autem eum laudabant, quod lente irasceretur.

Γ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐχαλέπαινε καὶ διῴδει θυμούμενος ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ συχνὰ στρεφόμενος ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου, καὶ τοὺς πόδας ἀμοιβαδὸν νῦν μὲν ἐφαπλῶν, νῦν δὲ συναιρῶν καὶ συνάπτων, C ἔστι [P. 578] δ' οὗ καὶ σιγᾷν ἐκέλευέ με, ἐνιαχοῦ τὴν ἡμέραν ἡμᾶς ἐπιλιμπάνουσαν προβαλλόμενος, μετά γε μὴν τῆς συνήθως ἐπιπολαζούσης τῷ ἤθει πρᾳότητος. Ἔφθη γὰρ δημοσίᾳ προκαταληφθεὶς ταῖς τῶν ἐμῶν προκαταστάσεσι λόγων, μήτ' αὐτόν, μήτ' ἄλλον τῶν πάντων οὐδένα, τοῖς ἐμοῖς ἐμποδὼν καταστῆναι λόγοις ἐᾶσαι. Συνεκρότει δ' αὐτῷ τὴν πρᾳότητα καὶ χορὸς οἰκείων τὰ μάλιστα, περὶ αὐτόν τε ἱστάμενος καὶ λαθραίοις μὲν θυμοῖς ῥηματίσκιά τινα πέμποντες καθ' ἡμῶν ἐνιαχοῦ καὶ σποράδην, αὐτοῦ δ' ἀνυμνοῦντες προφανῶς τὸ μακρόθυμον.

IV. « Quoniam Palamas Barlaamum Calabrum semper opponit, eumque blasphemiarum suarum causam fuisse ait, et jam tibi ipsi ut id diceres persuasit, ausculta. Quemadmodum Gregorius Theologus, insectando Arianos, qui Filium Patri similem absolute esse dicebant, addebantque captiose, id se secundum Scripturas dicere; quemadmodum, inquam, Gregorius Theologus hæc verba : « Similem secundum Scripturas, » simplicioribus hominibus escam oblatam esse ait, impietatis hamo circumjectam ; ita et huic Palamæ reperta est illecebra ad simpliciores quosque inescandos; nomen dico Barlaami, viri scilicet, propter Latinam religionem, omnibus Romanis, quotquot eum usu cognorunt, odiosi. Nam hic, antequam Bar-

Δ'. « Ἐπεὶ γὰρ ὁ Παλαμᾶς ἀεὶ τὸν Καλαβρὸν αἴτιον τῆς αὐτοῦ βλασφημίας εἶναι προβάλλεται Βαρ-D λαάμ, καὶ σὲ τοῦτο πέπεικε λέγειν ἤδη, ἄκουε δή. Φημὶ γάρ, ὡς καθάπερ Γρηγορίῳ (44) τῷ Θεολόγῳ τοὺς Ἀρειανοὺς κατατρέχοντι, τὸν Υἱὸν ὅμοιον ἁπλῶς τῷ Πατρὶ λέγοντας εἶναι, καὶ ἅμα προστιθέντας πανούργως καὶ τὸ κατὰ τὰς Γραφὰς λέγειν, τουτὶ τὸ κατὰ τὰς Γραφὰς ὅμοιον φησὶ δέλεαρ τοῖς ἁπλουστέροις εἶναι, τῷ χαλκῷ τῆς ἀσεβείας περικείμενον· οὕτω καὶ Παλαμᾷ τουτῳὶ δέλεαρ κατὰ τῶν ἁπλουστέρων εὕρηται τοὔνομα Βαρλαάμ, μισουμένου διὰ τὴν τῶν Λατίνων θρησκείαν τῷ Ῥωμαίων δήμῳ παντί, ὅσοι πεῖραν ἔσχον αὐτοῦ. Εἶχε γὰρ τήνδε τὴν νόσον αὐτὸς καὶ πρὶν Βυζαντίοις ἐπιδεδημηκέναι τὸν Βαρλαάμ, καὶ ὁρᾶν ἐπ' ἐμοῦ τε καὶ

Variorum notæ.

(44) In Encomio S. Athanasii. Boivin.

πλείστων ἄλλων διετείνετο τὴν γε τοῦ Θεοῦ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς οὐσίαν· οὐ μόνον δ' αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου διδάσκαλος καὶ ὁμώνυμος Γρηγόριος ὁ Δριμὺς (45). Καὶ πολλὰς ἐπήγαγον αὐτοῖς ἐγὼ τὰς λοιδορίας, ἐκ τῶν θείων Γραφῶν καταισχύνας τὴν ἄκαιρον καὶ ἀπαίδευτον γλῶτταν αὐτῶν, ὅσον ὁ τότε παρεῖχε καιρός. Καὶ τοῦτο δῆλον πέπραχα σοφοῖς ἀνδράσιν ἐγὼ, τῷ τε μεγάλῳ φημὶ λογοθέτῃ καὶ ὅσοι μετὰ τῆς σοφίας καὶ ἀρχιερωσύνῃ τὴν ἑαυτῶν ἐκόσμησαν ἀρετήν. Οἷς καὶ φρικῶδες εὐθὺ, ἀκούσασι γέγονε, καὶ Μασσαλιανῶν ἐκάλεσαν αἵρεσιν ταυτηνὶ, κἀμὲ τῶν τοιούτων ἀπέχεσθαι παρῄνεσαν ὁμιλιῶν προθέσεσιν ὅλαις ψυχῆς· εἶναι γὰρ παλαιάν τινα φήμην, ὡς μέλλοι κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἔσεσθαί τινα μάλα μεγίστην αἵρεσιν, κἀκ πασῶν συμμιγῆ καὶ ποικίλην, ἣν διορθωθήσεσθαι παγκοσμίου μικροῦ συναχθείσης συνόδου, πάντων σχεδὸν συνιόντων ἐπισκόπων ἅμα καὶ πατριαρχῶν· καὶ ταύτην ὀγδόην τε εἶναι καὶ τελευταίαν ὁμοῦ. Τοῦ δὲ χρόνου ῥέοντος, ἐπιμίξαι καὶ Βαρλαὰμ ἐγεγόνει Ῥωμαίοις, Καλαβρίας τῆς αὐτοῦ γενόμενον μετανάστην πατρίδος, καὶ γνωστὸν ἐνταῦθα γενέσθαι τοῖς ἄρχουσι, καὶ φιλίας οὐ πάνυ [P. 579] μικρᾶς πρὸς αὐτῶν ἠξιῶσθαι διὰ τὸ περιὸν τῆς σοφίας· καὶ σοὶ μάλιστα πάντων καὶ πρὸ πάντων γενέσθαι δεκτὸν, ἅτε φιλολογεῖν ἐξ ἀρχῆς αἱρουμένῳ, καὶ βίβλους πολλὰς καὶ παντοίας κτᾶσθαι φιλοτιμουμένῳ, καὶ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον ἐν σπουδῇ τιθεμένῳ μεγίστῃ. Μετὰ δέ τινα χρόνον φήμη μακρὰ καὶ συνεχὴς, διαθέουσα τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, ὀψὲ καὶ ὡς ἡμᾶς ἀφίκετο, δηλοῦσα τὸν Βαρλαὰμ, ἐν Θεσσαλονίκῃ λόγοις τισὶν ἐντυχόντα τοῦ Παλαμᾶ, ἐπιλαβέσθαι διῤῥήδην γράφοντος αὐτοῦ καὶ λέγοντος, σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν. Ἴσασιν ἅπαντες πάντως μαρτυροῦντα τοῦτ' αὐτὸ καὶ ὃν ὁ Παλαμᾶς εἰς δικαίωσιν ἑαυτοῦ προβάλλεται Τόμον. Τοσούτων τοίνυν ἐλέγχων οὑτωσὶ πρὸ ποδῶν ἱσταμένων ἐκ τοῦ προφανοῦς, καὶ πρὶν φανῆναι Βαρλαὰμ ἐν ὅροις Ἑλληνικοῖς δεικνύντων ἔχειν τὴν νόσον ἐνταῦθα τὸν Παλαμᾶν, τίς ὄνησις ἀληθὴς ταῖς τοῦ Παλαμᾶ περιέσται κατηγορίαις, ἐπὶ σαθρῷ θεμελίῳ συχνὰ καταφεύγειν, τοὔνομα λέγω τοῦ Βαρλαάμ; Πάντως διὰ τὸ τῆς θρησκείας μισηθῆναι καὶ διωχθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἐλπίσας ἔσεσθαί τι καὶ τοῦτο βοήθημα καθ' ἡμῶν, συνδιαβληθησομένων ἐκείνῳ. Εὐπροσώπου γὰρ ἡ κακία προφάσεως εὐπορήσασα ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ ψεύδεσθαί τε καὶ διαβάλλειν καὶ πραγμάτων χειμῶνας ἐγείρειν χωρεῖ. Οἶμαι γὰρ ὡς εἰ πάνυ πολὺν ἐσκόπει χρόνον, πῶς ἂν ἐπαινέσειε μὲν τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν Βαρλαὰμ ὁ σεμνὸς οὑτοσὶ Παλαμᾶς, ἑαυτοῦ δ' οὑτωσὶ φανερῶς τοὺς ἐλέγχους

A laamus apud Byzantios commoraretur, hunc morbum jam habebat, affirmabatque coram me et aliis compluribus, divinam se substantiam corporeis **919** oculis intueri. Neque ipse solum; sed et ejus magister idemque cognominis, Gregorius Drimys. Ego vero illos, ex sacris Scripturis arguens, multis conviciis insectabar, ineptumque et imperitum os eorum, prout tempora illa ferebant, dictis sugillabam. Atque id viris doctrina præstantibus notum feci; nempe magno logothetæ, et aliis quorum virtus non eruditione solum, sed et pontificia dignitate ornabatur. Qui, ut audivere, statim cohorruerunt, eamque Massalianorum hæresin esse dixerunt; ac mihi, ut ab ejusmodi hominum consuetudine toto animo abhorrerem, auctores fuerunt. B Quippe vetere quadam fama vulgatum esse, exorituram adversus Ecclesiam Dei aliquam hæresin longe maximam, eamque ex aliis omnibus mistam ac multiplicem, quam coactum ex omni pene orbe concilium correcturum esset, omnibus fere episcopis et patriarchis in unum coituris: porro hanc synodum octavam simul et extremam fore. Procedente tempore ipse quoque Barlaamus Calabria, patria sua, ad Romanos commigravit, iisque se immiscuit. Ibi et principibus innotuit; et, quod doctrina præstaret, dignus iis visus est, cum quo amicitiam jungerent, nec eam quidem mediocrem. Omnium autem maxime, et præ cæteris quibuslibet, tibi acceptus fuit, utpote qui jam inde ab ineunte ævo C humanioribus litteris operam ultro dare instituisses, multosque et omnis generis libros ambitiose conquireres, atque in dies novum aliquid cum dicere tum audire impensissime studeres. Aliquanto post magnus et continuus rumor, aures **920** vulgi pervagatus, demum ad nos quoque pervenit: Barlaamum, quasdam Palamæ orationes Thessalonicæ nactum, reprehendisse eum, diserte scribentem dicentemque se oculis corporeis substantiam Dei videre. Id ipsum vero, ut omnes sciunt, testatur is Tomus, quem ad sui defensionem Palamas profert. Cum itaque tot indicia sic quasi ante pedes præsentia et manifesta obversentur, quæ vel antequam Barlaamus in Græciæ finibus comparuisset, eo morbo laborasse Palamam D ostendant, ecquid re ipsa deinde Palamæ in his accusationibus proderit ad infirmum illud præsidium confugere, ad nomen dico Barlaami? Nimirum quia ille ob religionem odio fuit et exactus est, speravit hic eam rem sibi adjumento fore adversus nos, quos cum illo eadem conjunctura esset calumnia. Nempe malitia, probabilem præ-

Variorum notæ.

(45) Pachymeres in Historia Andronici lib. VII, cap. 15, narrat quemdam, cognomento *Drimyn*, sacerdotii dignitatem ausum sibi arrogare, eumdemque se ab Lascaribus oriundum jactitantem, novas res molitum esse, ac demum conjuratione deprehensa carceris perpetui pœnam subiisse. In eum exstat Athanasii patriarchæ Γράμμα στηλιτευτικὸν, cujus supra meminimus ad pag. 110 B. Fortasse is ipse est, quem Gregoras hoc loco magistrum Palamæ facit. Nec obstat, quod qui contra imperatorem conjuravit, is ab Athanasio Joannes nominetur. Potuit enim cucullo tandem induto nomen mutare, ac pro Joanne dici Gregorius. BOIVIN.

Βαρλαὰμ, ὅσον σοί γε χρεών· ὃς ἔπηλυν ὄντα τοσαύτην εἰς αὐτὸν ἐνεδείξω ξενίαν, καὶ οὕτω λαμπρὰν τὴν δαψίλειαν αὐτῷ κατὰ πάντ' ἐχαρίσω, ὡς ἑτέρου μὴ δεῖσθαί σε μάρτυρος ἢ σαυτοῦ. Ὥστ' οὐκ ἐμοί σε χρεὼν ἐγκαλεῖν δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν ἐκείνου συνεχῶς προφέρειν αἰτίαν μᾶλλον ἢ σαυτῷ. Οὐ γὰρ ἔγωγ' ἄν αὐτὸς ὁ ταῖς ὑπεροχαῖς εἰμι τῶν τιμῶν (46) εἰς ἀγέρωχον ἐκεῖνον ἐγείρας ὀφρὺν καὶ μετέωρον φρόνημα· οὐδ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ μεγαλοῤῥήμονά σοι διδάσκαλον, καὶ διὰ σοῦ τοῖς ἄλλοις αὐτὸν τοῦ θείου Διονυσίου χειροτονήσας, καὶ ἅμα διαπρύσιον [P. 581] ἑρμηνέα τῶν μυστικῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ ὅσα τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογίας εἰσὶ μυστήρια καὶ δι' αὐτά γε ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τὴν πάτριον γῆν ἐν δευτέρῳ θεῖναι τῆς ἀλλοδαπῆς ταυτησὶ αὐτὸν ἀναγκάσας· οὐδ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ καὶ κατὰ πάσης ἄλλης Ῥωμαίων σοφίας ἐντεῦθεν αὐτὸν μανῆναι πεπεικώς· ἀλλ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ τὰς κέδρους εἰμὶ τῆς ὀφρύος ἐκείνου συντρίψας περιφανῶς, καθάπερ ὅτε δρῦν καὶ κέδρον καὶ κυπάριττον ἀπογυμνοῖ τῆς κόμης ὑλοτόμου βρίθουσα παλάμη· ἔγωγ' αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι ὁ τότε συστείλας καὶ ἀναχαιτίσας ἐκεῖνον, ἔν τε γαλήνῃ καρδίας καὶ ἅμα τῇ τῆς ἀσφαλοῦς ἐπιστήμης ἐπιεικείᾳ, καθάπερ παράλιος ψάμμος ἀγριουμένην θάλασσαν· ἥτις ὁπόταν ὑβριστὴς καὶ ἀγέρωχος ἄνεμος, ἄνωθέν ποθεν ἐξ ἀρκτικῶν καταῤῥεύσας πηγῶν, αὐτῆς ἀναμοχλεύει τὰ κύματα, διεγείρεταί τε πρὸς ἀνήκεστον θράσος καὶ ἀπειλεῖ κατὰ τῆς ἠπείρου πόλεμον περιφανῆ· ἀλλ' ἐπειδὰν ἀκούσῃ τῆς φωνῆς τῆς παραλίου ψάμμου, χείλεσιν ἀφθόγγοις ἀναγινωσκούσης τοὺς κανόνας τοῦ κτίσαντος, εὐθὺς ἀναχωρεῖ, προφανῆ δειλιῶσα Θεοῦ προστάγματα καὶ ἀναχαιτίζουσα παύει θρασυνόμενον ῥόθιον. Πῶς οὖν ἄν τις τῷ τοιούτῳ στέρξειεν, ὅστις τὸν αὐτὸν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νῦν μὲν ἐπαινεῖ, νῦν δὲ ψέγει; Ὃν γὰρ εἰς αἰθέρα φάναι ἀνῆγες τέως, ὡς ἐν θεολογίαις κράτιστον, μηδὲν εἰδότα δεικνύεις ἀρτίως. Πῶς δ' ἄν τις ἐμοὶ νεμεσώῃ, ἐκεῖνον καὶ τότε καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπίσης λοιδοροῦντι, ἐφ' οἷς ἡμῖν δηλαδὴ πεπολέμηκε; λέγω δὴ τῷ περὶ Ἕλληνα λόγον καὶ τὴν θύραθεν παιδείαν χωλεύειν τὸν ἄνδρα τὰ κράτιστα. Καὶ σοὶ μὲν γέγονε ὁ φίλος ζῶν, ἐχθρὸς τεθνηκώς, καὶ ὁ τελέως τότε χρηστὸς πᾶν τοὐναντίον ἄρτι ὤν· ἐμοὶ δ' ὥσπερ τότε ἐχθρὸς, οὕτως οὐκ ἄρτι ὢν φίλος. Ὥστε σὺ μὲν ἀρτίως ἐκεῖνον λοιδορῶν φίλον λοιδορεῖς· ἐγὼ δὲ τῆς ἐμῆς καὶ νῦν φιλίας τιθέμενος ὑπερόριον πρὸς τὸν οὐδαμῆ ποτε φίλον ταὐτὸ φαίνομαι δρῶν. Ὃς οὖν ἐν πᾶσι τοὺς τῆς θεωρίας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας θεμελίους ἀσαλεύτους ὁμοίως τηρεῖ, τοῦτον ἄρα πᾶς τις οἶμαι κρίνειεν ἂν λέγειν ὀρθῶς, κἂν τοῖς γε ἄλλοις ἅπασι, καὶ οἷς συντέθραπται δόγμασι τῆς πίστεως, βεβηκέναι καλῶς. Ἔπειτα πῶς τῆς ἐκείνου κρίσεως αὐτάρκες πέρας τότ' εἰληφυίας, νῦν ἀνακρίνειν βιάζῃ, πλείοσιν ἄλλαις ἡμῖν βλασφημίαις ἁλισκομένου

A sitate adstrictos nos putamus; idque arctius quam illum ipsum Tantalum, quem in media palude stare et sempiterna siti ardere narrant fabulæ, timere autem semper saxi illius pondus iniquissimum, nec cum se inclinat posse bibere. At tu sic agendo non judicis morem servas, sed speciem præ te fers ejus viri, qui atrociter insidietur, et hostilis in nos animi gladiatoriam crudelitatem acuat. Atqui non tanta est nobis de Barlaamo cura, quanta esse tibi ipsi debet; qui illi, cum esset advena, sic benignum te hospitem præbuisti, ita splendide et prolixe in omnibus gratificatus **923** es, ut ejus rei non alio teste egeas nisi teipso. Quamobrem non mihi te ejus causa litem movere æquum est, nec de eo crimen perpetuo

B objici mihi magis quam tibi. Non enim is ego sum, cujus opera ille ad honores immodicos evectus supercilium attollere et efferre se insolentius cœperit; neque is sum, qui eum tibi et aliis per te sancti Dionysii doctrinæ magistrum grandiloquum, arcanorumque Ecclesiæ dogmatum et sacræ theologiæ mysteriorum interpretem altisonum, meo suffragio constituerim, ac per hæc ipsa, aliaque his similia, solum natale peregrino huic posthabere coegerim; denique is non sum, cujus ille suasu et instinctu in reliquam omnem Romanorum eruditionem bacchatus sit. Imo ille ipse sum, qui ejus superbiæ cedros palam confregi; velut lignator, qui valida manu quercum, aut cedrum, aut cupressum coma exuat: ille ipse sum, qui eum tunc animi

C tranquillitate et solidæ scientiæ modestia continui repressique, velut arena littoralis mare iratum sistit, quod protervo et feroci vento alicunde e septentrionalibus tractibus effuso, et imos fluctus subvertente, in effrænem audaciam erumpit, et continenti solo bellum apertum indicit: at postquam arenæ vocem audierit, Creatoris præscripta mutis labiis prælegentem, manifestas Dei leges expavescens, retrocedit statim, et æstus sui insolentiam comprimit. Ecquis itaque ejusmodi hominem probaverit, **924** qui eumdem in iisdem rebus nunc laudet, nunc vituperet? Nam tu, quem eo tempore ad cœlum fere tollebas, ut præstantissimum theologum, eumdem nunc nihil scire arguis.

D Ecquis autem mihi succenseat, qui illum, quemadmodum tunc, ita nunc quoque dictis incessam ob easdem res, in quibus nos ipse oppugnabat? Græcas dico litteras, et profanam eruditionem, valde in illo claudicantem. Et ille quidem vivus, amicus tuus fuit; mortuus, evasit inimicus: ille tum perfecte bonus, nunc omnium pessimus: mihi, ut olim fuit inimicus, ita nec hodie amicus est. Sic tu eum nunc insectando amicum insectaris: ego vero, ab amicitia mea alienum eumdem habens, illum qui nunquam amicus fuit alienum duco. Qui igitur sen-

Variorum notæ.

(46) Fuit Barlaamus abbas monasterii S. Salvatoris Constantinop. Idem ad papam legatus ivit an. Chr. 1339. Vide Odoricum Raynaldum ad eum annum, num. 19 et seq. Vide et Cantacuzen. *Histor.* lib. II, cap. 39. BOIVIN.

tentiam et institutam agendi rationem in omni re fixam et immotam servat, cum credo quilibet judicaverit recte sentire, atque, ut cæteris omnibus, ita iis quibus innutritus sit, fidei dogmatis bene insistere. Jam quid est, quod illius causam, re omni judicata, contendis recognoscere, cum nos Palamam aliarum blasphemiarum convincamus, earumque plurimarum, quas quotidie ex eo pergit scribendo aggerare et ambitiose jactare? Nos certe illum qui mortuus est haud possumus, quæ tunc dixerit, quæve nunc dicat, interrogare. Quod si id vos necessarium ducitis, est vetus sophista Græcus, qui mortuorum fingit colloquia. Is quidem, si vultis, quæ ab illo dicuntur dictave sunt, referet vobis pulcherrime : nos id facere omnino **925** nefas est. »

τοῦ Παλαμᾶ, ἃς ὁσημέραι γράφων ἐκεῖθεν προστίθησί τε καὶ ἐπιδείκνυται; Οὐ γὰρ ἴσμεν ὄντος ἐκείνου νεκροῦ πυνθάνεσθαι ἅ τε ἔφασκε τότε καὶ ἃ νῦν. Εἰ δ' ἀναγκαῖον ὑμῖν ἐστι τοῦτο, ἔστι παρ' Ἕλλησί τις σοφιστὴς νεκρικοὺς διαλόγους ποιούμενος. Ἐκεῖνος, εἰ βούλεσθε, κομιεῖ τὰ ἐκείνου λεχθέντα τε καὶ λεγόμενα πάνυ καλῶς. Ἡμῖν γὰρ ἀδύνατον σφόδρα τουτί. »

V. Hoc loco Palamas, ironia offensus, nescio quid per iram interlocutus est. Ast ego hominis obstrepentis ne minimam quidem rationem habui; et continuo pergens ad reliqua : « Enimvero, inquam, si quis huc prodeat veritatis studiosus, dicturum eum opinor, non eo Palamam objectis criminibus absolvi, quod qui ipsum impietatis palam arguere non timuit, fuerit Latinus. Quippe ab ea gente, non quia Latini sunt, alieni sumus, sed ob quasdam criminationes, quæ si seponantur, minime iidem in cæteris omnibus repellendi erunt a nostra communione. Alioqui incarnationem, mortem, sepulturam, resurrectionem Dei et Servatoris nostri aliaque illis docentibus assentiri nos, quoniam Latini sunt, non liceret. Apage. Nec enim Sisinnium Novatianum ob superstitionem prima synodus rejecit. Quin imo adversus Arii dementiam adjutorem eum habuit validissimum. Ac nos, tametsi Origenem aversamur, tamen plerosque ejus libros minime repudiamus. Cujus rei testes sunt non mendaces illæ cum exsecrando Celso luctæ et antirrheticæ disputationes, et cæteri ejus omnes in sacram Scripturam commentarii, quos sancti Patres ad suas lucubrationes adjunxerunt. Atque,

Ε'. Τοῦ μέντοι Παλαμᾶ παραφθεγξαμένου τι πρὸς ὀργὴν διὰ τὰς εἰρωνείας, εἰχόμην ἐγὼ τῶν ἑξῆς, οὐδὲ μικρὰ γοῦν παραβομβοῦντος ἐκείνου πεφροντικώς. [P. 582] «Φαίη δ' ἄν τις ἴσως τἀληθοῦς φροντιστὴς παρελθών, μηδαμῆ τὸν Παλαμᾶν ἀπαλλάττειν εἰκότως τῶν ἐγκλημάτων, εἰ Λατῖνος ὢν ἐκεῖνος οὐκ ὤκνησε παῤῥησίᾳ τῆς ἀσεβείας ἐλέγχους αὐτῷ παριστᾶν. Οὐ γὰρ ὅτι Λατῖνοι, τοῦ γένους ἀφιστάμεθα, ἀλλ' ἐνίων χάριν ἐγκλημάτων· ὧν ἐν μέρει κειμένων, τἄλλα πάνθ' ἥκιστ' ἂν εἶεν ἡμῖν ἀκοινώνητοι. Ἦ γὰρ ἂν καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτῶν δογματιζόντων οἰκονομίαν καὶ θάνατον καὶ ταφὴν καὶ ἀνάστασιν πρός γε τοῖς ἄλλοις τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ἡμῖν γε δήπου διὰ τὸ Λατίνους εἶναι ὁμολογεῖν οὐκ ἐξείη. Ἄπαγε. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Σισίνιον τὸν Ναυατιανὸν (47) ἡ πρώτη παρεκρούσατο σύνοδος διὰ τὴν θρησκείαν, ἀλλὰ καὶ κράτιστον ἔσχεν ἐπίκουρον κατὰ τῆς Ἀρείου μανίας. Καὶ Ὠριγένην δ' ἀποσειόμενοι τῶν γε βίβλων τὰς πλείστας ἥκιστ' ἀποσειόμεθ' αὐτοῦ. Μάρτυρες τῶν λεγομένων μάλα τοι ἀψευδεῖς αἱ κατὰ Κέλσου τοῦ καταράτου μάχαι καὶ ἀντιῤῥήσεις καὶ τἄλλ' ὅπόσα τοῖς θείοις Πατράσι φιλοπονήσασι προσείληπται βιβλία ἐκείνου τῶν τῆς θείας Γραφῆς ἐξηγητικῶν.

Variorum notæ.

(47) Ita Græci passim pro Νουατιανόν. De isto Sisinnio Ludovicus Targnius, vir sacrorum canonum et historiæ ecclesiasticæ peritissimus, consulenti mihi respondit : « Nec S. Athanasius in iis quæ plurima scripsit de magna synodo, nec quisquam alius scriptor, cujus ad nos monumenta de illa eadem synodo pervenerint, ullius Sisinnii nomen aut operam memorat adversus Arium in Nicæno conventu. Unus Socrates *Historiæ* suæ lib. I, cap. 10, et post ipsum, atque ex ipso, Herm. Sozomenus cap. 22 libri itidem primi *Eccles. Hist.* Acesium ab Constantino imperatore arcessitum narrant, qui calculo suo comprobaret Nicænam definitionem : quod factum qua fide, quo auctore referat Socrates, qui uno fere sæculo post Nicænam synodum vixit, aliis æstimandum relinquo. In quam rem fac ut consulas eruditissimi Henrici Valesii notam ad memoratum Socratis *Historiæ* locum. Ipsum vero sublestæ fidei habet vir in scriptis veterum perspicax. Cæterum idem Socrates lib. V, c. 10, Sisinnii cujusdam meminit, qui sacro lectoris munere fungebatur apud Agelium Novatianorum episcopum; cujus in dignitatem aliquanto post subvectus apud eumdem historicum legitur, lib. V, c. 21, et lib. VI, c. 1. Hujus autem Sisinnii sententiam secutus Agelius, postulanti Nectario Constantinopoleos antistiti salubre dederat consilium adversus Arianorum Macedonianorumque sectas, quibus misere vexabatur Oriens. Verum, ne de isto Sisinnio Gregoras intelligi possit, obstat primæ synodi nomen; nisi forte primam Constantinopoli habitam generalem accipias, quod quidem mihi non fit credibile. Itaque hoc proclive est suspicari, Nicephorum Gregoram, virum immensæ eruditionis et lectionis, cum haberet in mente duo hæc Novatiensium antistitum nomina, quorum permagni fuerat opera adversus Arianorum dementiam, unum pro alio, ut facile factu fuit, inseruisse : nisi quis malit in librarii culpam rejicere mutationem nominis; quam posteriorem conjecturam nescio an satis juvet duorum istorum vocabulorum Græce scriptorum similitudo. Certe hæc nomina Σισίνιος, Ἀκέσιος, quanquam syllabis iisdem desinunt, tamen reliquarum fere litterarum structura sic inter se discrepant, ut non oscitantem scribam difficulter fallere posse videantur. Sed de ista permutatione vix certi quidquam pronuntiare licet absque benigniori codicum Gregoræ manuscriptorum copia, eorumdemque diligenti collatione. » Ipsa sunt verba viri doctissimi, cui pro amicitiæ jure, quæ mihi cum eo summa intercessit, nodum hunc expediendum delegavi, dignum scilicet eo vindice; certe difficiliorem, quam ut ipse possem solvere. BOIVIN.

Καὶ ἵνα σιωπήσω τὰ πλεῖστα, τὴν ἁγίαν τετάρτην καὶ οἰκουμενικὴν παραινοῦσαν εὑρίσκομεν σύνοδον, καὶ ὁμοίως τὴν ἕκτην, μὴ πάνθ' ὅσα φάσκειν ἐγγίνεται τοῖς αἱρετικοῖς φεύγειν ἡμᾶς εἶναι χρεών. Εἰ γὰρ ἕνα Θεὸν ὁμολογούντων ἐκείνων ποιητὴν ἁπάντων ἡμεῖς ἀποσχοίμεθα, τάχιστ' ἂν τὴν τοῦ πυρὸς ἐφ' ἑαυτοὺς ἑκόντες ἑλκύσαιμεν γέενναν. Οὗ τί τῶν ἁπάντων χείριστον; Καὶ τῶν ἀργύρου δὲ καὶ τοῦ χρυσοῦ μεταλλευτῶν οὐχ ὁμιλητῶν ἡγεμόσι καθισταμένων, διὰ τὸ πάνυ τοι ἀγροικίζεσθαι, τοὔργον περὶ πλείστου τούτοις καθίσταται. Καὶ ἁλουργίδες δ' ἔτι καὶ πορφύραι χρήσιμοι τοῖς βασιλεῦσίν εἰσιν· ἀλλ' οὐδὲ μικρᾶς γοῦν τινος οἱ δρῶντες θέας ἐκείνων ἴσως τυγχάνουσιν οὗτοι, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ μισοῦνται διὰ τὸ τῆς ἐκεῖθεν ἀηδίας ἀπόζειν. Οὔκουν οὔτ' ἐκεῖνον ἄρα τῆς ἀληθοῦς ἀπάγει κατηγορίας τὰ τῆς θρησκείας, οὔτε τῷ Παλαμᾷ βοηθεῖ, οὐχ ἕως ἂν ἁλίσκοιτο τούτοις προφανῶς τοῖς ἐγκλήμασιν. Ἐκεῖνό γε μὴν ἐροίμην ἂν ἡδέως σε, πῶς τῶν Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ γραφέντων, περί τε τῶν τοῦ Παλαμᾶ καὶ Βαρλαὰμ καὶ τῆς Ἐκκλησίας θορύβων, τὰ μὲν ἀρεστά σοι γίνεται, τὰ δ' οὔ, πρός γε τὸ τῷ Παλαμᾷ βουλόμενον ἀνθέλκοντί τε καὶ μεθέλκοντι μετὰ πολλῆς τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας τὰς ψήφους. Ἢ γὰρ ἅπασι στέργειν χρεὼν τοῖς ἐκείνῳ πατριαρχεύοντι πεπραγμένοις κατά γε τοὺς τῆς Ἐκκλησίας θεσμούς, ἢ μηδὲν τῶν ἁπάντων. Ἀλλὰ τοῦ πρώτου κρατοῦντος, χώραν οὐκ ἔχει τὸ δεύτερον. [P. 583] Εἰ δὲ δεῖ μερίσαντας ἡμᾶς εἰς δύο τἀκείνῳ πραχθέντα περί γε τοῖν δυοῖν τούτοιν ἀνδροῖν ἑκατέρῳ ἑκάτερα δοῦναι, τῷ μὲν τὰ πρῶτα, τῷ δὲ τὰ δεύτερα, σκεπτέον ποτέροις τῆς κρίσεως αἱ βελτίους ἕψονται ψῆφοι. Ἀεὶ γὰρ ἦν πατριάρχης ἐκεῖνος, ἄχρι ἧς ἡμέρας αἱ μέσαι φυλακαὶ τῆς νυκτὸς ἐγκρατῆ Βυζαντίου κατέστησάν σε, ἱερέας τε χειροτονῶν καὶ ἐπισκόπους καὶ τὰς τῶν δικαστηρίων ψήφους ἐπισφραγίζων. Ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς δευτέροις. Εἰ γὰρ καὶ πάλαι κείμενοι νόμοι πολιτειῶν λυόντων πολλάκις, δυοῖν θάτερον, ἢ κακοῦ τινος ἀπαντήσαντος δι' αὐτούς, ἢ βελτιόνων δευτέρων φανέντων ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων δεδοκιμασμένης πείρας καὶ τριβῆς, σχολῇ γ' ἂν κωλύσειέ τις ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς λελῦσθαι τοῖς δευτέροις αὐτοῦ τὰ πρῶτα, κακοῦ τινος ἀπαντήσαντος ἐκ τῶν πρώτων, κἀκ συναρπαγῆς συμβὰν οὑτωσί πως ἴσως ἀπατηθέντος. Εἰ δὲ καὶ λύσις δοκεῖ μὲν εἶναι τῶν πρώτων τὰ δεύτερα τἀνδρὸς ἐκείνου, οὐκ ἔστι δέ, ἀλλ' ἔχει τὴν προσήκουσαν ἀκολούθησιν ἄμφω, εἴ τις μετὰ γνώμης βούλοιτο κρίνειν ἀπαθοῦς, ἤ που σαφὴς ἀδικία, ξὺν αὐθαδείᾳ λύειν καὶ κυροῦν, τοὺς μὲν ἐκείνου τοδί, τοὺς δὲ ἐκείνου ταδί. Ὧν συγχωρουμένων τοῖς ἄρχουσιν, οὐκ οἶδ' ὅπῃ στήσεται καὶ ποῖ περιχωρήσει τὰ τῆς Ἐκκλησίας δόγματα καὶ πρός γε τὰ τῆς πολιτείας πράγματα, πρὸ ποδῶν ἐναργῶς τῆς τῶν ὅλων φθορᾶς ἱσταμένης. Οὐ γὰρ εἰς ἕνα τινὰ καὶ δύο τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἵστασθαι πέφυκεν, ἀλλὰ πάνθ' ἑξῆς τὰ πρόσω λαμπρῶς ἐπιδόσκεται· καὶ νόμος οὗτος διὰ πάσης γράφεται γῆς, κακῶν ἀρχηγὸς τῶν μεγ-

ut pleraque silentio præteream, sacrosanctas synodos œcumenicas, quartam et sextam, scimus monere, haud fugienda esse quæcunque ab hæreticis dicantur. Nam si ab iis discederemus, **926** rerum omnium auctorem Deum unum confitentibus, statim in nos gehennam ignis ultro ipsi traheremus: quo quid pejus unquam fuerit? Sic quanquam auri et argenti fossores, eo quod omnino agrestes sunt, principibus familiares non fiant, tamen ab his illorum opificium plurimi æstimatur. Sic etiam conchyliatæ vestes et purpuræ utiles regibus sunt: earum vero artifices ipsi illorum adspectu ne minimo quidem frui solent, imo illis nonnunquam odio sunt, eo quod ingratum odorem inde referant. Itaque Barlaami secta nec a vero dicendo ipsum excludit; nec Palamam, quandiu horum criminum manifeste convincetur, excusat. Cæterum illud ex te lubens quæsierim, quomodo ea, quæ ab Joanne patriarcha de Palama et Barlaamo deque ecclesiasticis tumultibus scripta sunt, partim probes, partim improbes, suffragia scilicet ad Palamæ arbitrium summa prorsus auctoritate huc illuc torquens. Quæcunque enim ab illo, dum patriarcha esset, acta sunt secundum instituta Ecclesiæ, vel omnia ea, vel eorum nihil approbandum. Atqui (apud te) prima sic valent, ut postrema locum non habeant. Quod si nos ea, quæ idem patriarcha in duorum istorum hominum causa constituit, bifariam dividere oportet, et utraque utrique attribuere, huic priora, illi posteriora, videndum jam utra utris præferri debeant. Quippe ad eum diem, quo Byzantium in tuam potestatem mediæ noctis vigiliæ redegerunt, patriarcha usque ille esse perstitit, qui **927** sacerdotes et episcopos ordinaret, et judicum decreta consignaret. Equidem posteriora puto præferenda. Nam si rerum publicarum positæ antiquitus leges propter duorum alterum sæpe abrogantur, quia scilicet vel priores mali alicujus occasionem præbuerint, vel posteriores experientia exploratæ et rerum usu probatæ meliores visæ sint; cequis uni homini interdicat, ne priora ejus decreta per posteriora rescindantur, si quod ex prioribus malum emerserit, et ille per obreptionem, ut fit, deceptus fortasse fuerit? Sin ejus viri posteriora decreta priorum abrogationem videntur quidem continere, reipsa autem non continent, sed utraque, si quis sine affectu judicet, apta consecutione congruunt, certe hæc vel illa per hos vel per illos rescindi temere et confirmari evidens est iniquitas. Hoc si principibus liceat, quis doctrinæ ecclesiasticæ et reipublicæ ipsius status, communi omnium ruina velut pedibus obversante, quisve exitus tandem futurus sit non video. Etenim Ecclesiæ mala ejusmodi non sunt, ut in uno aut altero subsistant; sed quidquid reliquum est, id omne progrediendo late absumunt. In omnem terrarum orbem lex ista sancitur, maximorum malorum caput futura. Jam nec mos majorum, nec legum præscripta, principibus et privatis convenientia, serva-

λον εἶναι κακίαν. Καὶ τοῦτο δῆλον τίθησιν εὐθὺ, A ὁ πολὺς ἐν θεολόγοις Γρηγόριος (48)· «Ἦν ὅτε ἤκμαζε τὰ ἡμέτερα (φάσκων) καὶ καλῶς εἶχεν· ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν τοῦτο καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον οὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλάς· ἀλλὰ ταυτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν, τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως, ἢ κατορχεῖσθαι τῶν θεατῶν παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λυγίσμασι, καὶ περὶ Θεοῦ λέγειν τι καὶ ἀκούειν περίεργον· τὸ δ' ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς εὐσέβεια ἐνομίζετο. Ἀφ' οὗ δὲ Σέξτοι καὶ Πύῤῥωνες καὶ [P. 585] ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες, ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη, καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε, καὶ ὅ φησι περὶ Ἀθηναίων ἡ βίβλος τῶν Πράξεων, εἰς οὐδὲν ἄλλο εὐκαιροῦμεν, B ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, ὢ τίς Ἱερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν καὶ σκοτόμαιναν, ὁ μόνος εἰδὼς ἐξισοῦν θρήνους πάθεσιν; » Ὅρα ὅπως τὴν πρὶν ὁ μέγας τῶν θείων μακαρίζων δογμάτων ἁπλότητα θρήνων ἄξιον μακρῶν τὸ περιττὸν καὶ ποικίλον ἥγηται τῆς θεολογίας, ἅτε χειμώνων καὶ ναυαγίων αἴτιον τῇ τοῦ Θεοῦ γινόμενον Ἐκκλησίᾳ. Οἷ γὰρ ἀναγκαίοις εἶναι γέγονε, πρὸς τοῦ δημιουργοῦ τῆς φύσεως ἁπλᾶ καὶ τοῖς πᾶσιν εὐπόριστα δεδόσθαι ταῦτα συμπέπτωκεν· ἵνα μὴ, δυσχεροῦς τῆς ἀναγκαίας τῇ φύσει χρείας καθισταμένης, ὄλεθρος τοῖς οὖσι κατόπιν ἀκολουθῇ. Καὶ πρῶτον ἐπὶ τῶν σωματικωτέρων τὸν λόγον γυμνάσαντες ἐκ τῶν τῇ αἰσθήσει γνωριμωτέρων, ὡς διὰ βαθμίδος τινὸς, C ἀναγάγωμεν εὐπαρακολουθητότερόν τινα τρόπον ἐπὶ τὰ θεῖα τῆς Ἐκκλησίας δόγματα. Οἶμαι γὰρ, ὡς τὸ μέγα τοῦτο στοιχεῖον, τὸν ἀέρα, τὸν ἄφθονον πάσης φύσεως πλοῦτον, διὰ τοῦτο πᾶσι προὔθηκεν ὁ Θεὸς ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ νήσοις καὶ ἠπείροις, ἄχρις αἰθέρος καὶ οὐρανίων ἀντύγων, ἁπλοῦν καὶ ἀποίκιλον, ἵνα μηδὲν μηδαμῆ τῶν εἰς χρείαν ἰόντων τὴν τοῦ ζῆν αἰτίαν καθ' οἱονδήτινα ζημιοῖτο τρόπον· καὶ οὐδὲν ἁπλῶς τῶν ἐν κόσμῳ τούτου γέγονεν ἄμοιρον, πλὴν ἢ ὃ παντάπασιν ἐστέρηται τῆς γενέσεως. Ἔπειτα τὸ τῆς αἰθερίας ἐκείνης λαμπάδος φῶς ἀρίθμει μοι δεύτερον ἀναγκαῖον· τὴν οὐρανίου λέγω πέπλου πορφύραν, τὴν τἀπίγεια πάντα βόσκουσαν ἡλίου φλόγα. Πᾶσι γὰρ καὶ οὗτος ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τοῖς βουλομένοις ἀεὶ δῶρον ἄσυλον πρόκειται, D πλουσίοις ἐπίσης καὶ πένησιν, ἄρχουσι καὶ ἀρχομένοις· καὶ οὐδὲν ἐπὶ γῆς ἀμέτοχον τῶν ἐκείνου γέγονεν ἀγαθῶν, πλὴν ἢ ὃ μὴ μετέσχε τοῦ εἶναι. Ἐπὶ τούτοις καὶ τρίτον ὅρα μοι ἀναγκαῖον τῇ φύσει, τὴν ὑγρὰν τῶν ὑδάτων οὐσίαν, ἄπειρον καὶ αὐτὴν κεχυμένην ἀέρι καὶ γῇ καὶ πᾶσι τόποις ἐμφανέσι καὶ ἀφανέσι. Μαρτυροῦσί μοι τῷ λόγῳ ποταμοὶ καὶ λίμναι καὶ πηγαὶ καὶ ὅση τοῖς ἐγκάτοις ἔνεστι τῆς γῆς ὑδάτων φύσις. Ἀλλὰ γὰρ, ἵνα μὴ λάθωμεν εἰς μῆκος λόγου παρενεχθέντες, τοῖς τῶν μεγίστων τοῦ κόσμου στοιχείων ἰδίοις καθ' ἕκαστα λόγοις ἐνδιατρίβοντες, ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τὸν λόγον φέρε

et variam. Id autem statim magnus theologiæ doctor Gregorius ita esse declarat, cum ait : « Fuit quondam tempus, cum res nostræ florerent ac præclare se haberent ; cum nimirum superflua hæc et verborum lepore atque arte fucata tractandæ theologiæ **930** ratio ad divinas caulas ne aditum quidem habebat : verum idem erat calculis ludere, inversionis celeritate obtutum oculorum fallentibus, aut omnigenis et lascivis corporum flexibus spectatores ludificari, quod novi quidpiam ac curiosi de Deo vel dicere vel audire : simplex contra ingenuaque oratio atque doctrina pietas existimabatur. At posteaquam Sexti et Pyrrhones, et contradicendi libidine incitata lingua, velut gravis quidam ac malignus morbus, in ecclesias nostras magno nostro malo irrepserunt ac, nugacitas doctrinæ atque eruditionis opinionem tulit, quodque Actorum liber de Atheniensibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quam ut novi aliquid dicamus vel audiamus, o quis Jeremias confusionem nostram caliginemque deplorabit, qui solus lamentationes calamitatibus exæquare novit ! » Viden' ut magnus vir veterem dogmatum simplicitatem beatam ducat, idemque theologiæ superfluas et multiplices quæstiones maximis lamentis dignas judicet, quod in Dei Ecclesiam procellæ et naufragia per eas invehantur ? Quæ scilicet necessaria erant, ea naturæ auctor simplicia et omnibus parabilia proposuit ; ne si ea, quibus natura necessario indiget, paratu difficilia essent, consequeretur inde rerum interitus. Ac primum quidem in rebus corporeis proludentes, ex iis quæ sensui notiora sunt, velut gradatim, ad sacra Ecclesiæ dogmata sic adscendamus, ut quivis facile assequi possit. Equidem vastum hoc elementum, aerem dico, naturæ universæ **931** divitem censum, idcirco (ut opinor) omnibus montibus, speluncis, insulis, continentibus, hinc usque ad æthera et ad cœlestes orbes, unum et simplicem Deus prætendit, ut ne eo vivendi principio quidquam eorum quæ indigerent ullo modo fraudaretur ; nihil ut prorsus in toto orbe expers ejus sit, nisi quod rerum genitarum conditione omnino caret. Deinde in rebus necessariis secundo loco numeres mihi oportet ætheriæ illius lampadis lucem, illam cœlestis pepli purpuram, illam dico terrestrium omnium altricem solis flammam. Quippe et iste volentibus quibusque publice et privatim prostat perpetuo, sacrum et inviolabile donum, divitibus æque et pauperibus, principibus et privatis ; ac nihil est in terra ejus beneficiorum expers, nisi quod omnino nullum est. Ad hæc tertium esto bonum, naturæ necessarium, humida aquarum substantia, quæ et ipsa aere, terra, omnibus locis, tam apparentibus quam latentibus, in immensum funditur. Testes mihi sunt fluvii, lacus, fontes, et quæcunque insunt terræ visceribus na-

Variorum notæ.

(48) In laudem Athanasii. Boivin.

tiva aquarum vis. Sed ne maximis elementis sigillatim enarrandis, gratissimo dicendi argumento, sic immoremur, ut sensim oratio nostra longius excurrat, ad institutum reversi prioribus vestigiis insistamus. Eodem modo ipsam quoque fidem in præsenti spectes volo. Nempe, ut eorum quæ dixi nihil quidquam varium, nihil multiplex esse apparuit, ita ut eorum singulorum partes aliæ communicarentur, aliæ non item, et illæ 932 quidem ab hoc, non ab illo participarentur, sed solidam eorum naturam omnibus, pro uniuscujusque propria facultate ac voluntate, ex æquo communicari constat; ita et fidei doctrina, simplex et expers varietatis, omnibus ex æquo divitibus, pauperibus, principibus, privatis traditur. Non enim aliud imperatorum et ducum, aliud fossorum et piscatorum baptisma esse juris est: nec illi quidem hoc, huic vero illud, sed unum et idem omnibus et semper proponitur. « Etenim in uno spiritu, inquit Apostolus [1], omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Græci, sive servi, sive liberi, et omnes in uno spiritu baptizati sumus; » ne ullus prorsus fidelium possit ea re, quæ vitam animæ re ipsa tribuit, ullo tempore aut ullo modo fraudari. Atque ut illic legitima necessariorum elementorum portio copiose et ad plenum suppeditatur; cætera, quorum usus varius et mutabilis est, nec omnibus æque necessarius, fere rariora sunt, aliaque aliis personis et locis dividuntur, quo ii naturalem inter se conjunctionem et affectionem retineant; ita et hic varias virtutum species observare est, quas Creator alias aliis divisit, prout fortasse vitia iis affinia contrariaque exsistebant. Nam ut illic, si divina providentia naturæ permisisset omnes vitæ voluptates omnibus ex æquo distribuere, inamabilis et incuriosa utique esset earum conquisitio; et quia nemo alterius cujusquam 933 opera ad ullam rem indigeret, facillime idcirco mutui amoris causæ præciderentur: ac quoniam oportuit charitatis causa hominem homini sociari, et molesta demum jucundis temperari, idcirco eadem providentia per indigentiam contristat, et rursus proxima copiæ spe oblata, et parato contra indigentiam auxilio abundantiæ, animos recreat; unde fit, ut alius petat, alius largiatur, et utrinque rursus contrarium omnino accidat; quæ amicitiæ lex est, et conjunctionis vinculum firmum ac irruptum: atque ea res mare terris navigabile, et terras mari pervias præbet; ac per illud Tanais, limites suos longe prætergressus, in Græciam influit, et Ister in Ægyptum pervenit, et Nilus cum Mæotide aquas communicat: sic etiam in his Apostolus dicit, dari per Spiritum alii quidem sermo-

A ἐπανακάμψωμεν. Τὸν γὰρ αὐτόν μοι τρόπον ὅρα κἀνταῦθα περὶ τῆς πίστεως. Ὡς γὰρ τῶν εἰρημένων οὐδὲν οὐδαμῆ ποικίλον καὶ πολυσχιδὲς ἀποπέφανται, ὡς τὸ μὲν τῶν μερῶν ἐφ' ἑκάστου τούτων μετέχεσθαι, τὸ δ' οὔ· καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τοῦδε μέν, ὑπ' ἐκείνου δ' οὔ· ἀλλὰ πάντα πάσης ἐπίσης τῆς τούτων μετέχειν [P. 586] δέδεικται φύσεως, κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστῳ δύναμίν τε καὶ βούλησιν· οὕτω καὶ ὁ τῆς πίστεως λόγος, ἁπλοῦς καὶ ἀποίκιλος, πᾶσιν ἐπίσης πλουσίοις καὶ πένησιν δέδοται, ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις. Οὐ γὰρ ἄλλο μὲν τὸ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων εἶναι βάπτισμα νόμος, ἄλλο δὲ τῶν σκαπανέων καὶ ἁλιέων· οὐδ' ἐκείνου μὲν τόδε, ἐκεῖνο δὲ τοῦδε· ἀλλ' ἓν καὶ ταυτὸν καὶ πᾶσι καὶ ἀεί. « Ἐν ἑνὶ γὰρ (φησὶν ὁ Ἀπόστολος) πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα B ἐβαπτίσθημεν αὐτοῦ, εἴτε Ἰουδαῖοι εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν· » ὡς ἂν μηδαμῆ μηδενὶ τῶν πιστῶν τὸ ζωτικὸν ὡς ἀληθῶς τῆς ψυχῆς ζημιοῦσθαι ἐξῇ, μήτε καθ' οἱονδήτινα χρόνον, μήτε καθ' οἱονδήτινα τρόπον. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ, κατὰ μὲν τὸ τῆς ἀναγκαίας χρείας ἀνάλογον, καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων στοιχείων ξυγκροτεῖται χορηγία, πολύχους ὁμοῦ καὶ ἀνενδεής· τὰ δ' ἄλλ' ὁπόσ' ἐνδεχομένην ἔσχε τὴν χρείαν καὶ ἥκιστα πᾶσιν ἐπίσης ἐπάγουσαν τὴν ἀνάγκην, σπανιώτερά πως καὶ ἄλλα ἄλλοις προσώποις καὶ ἄλλα ἄλλοις μερίζεται τόποις, τῆς πρὸς ἀλλήλους ἕνεκα φυσικῆς ἑνώσεώς τε καὶ σχέσεως, οὕτω κἀνταῦθά μοι σκόπει τὰς ποικίλας τῶν ἀρετῶν ἰδέας ἄλλας ἄλλως ἄλλοις, ἐπὶ τῶν συστοίχων C ἴσως καὶ ἀντιθέτων ἐλαττωμάτων, μεριζομένας τοῦ κτίσαντος. Ὥσπερ γὰρ εἰ ὁ πάντων ἐκεῖ (49) προμηθεὺς τὰ τοῦ βίου τερπνὰ (50) διανέμειν ἐπίσης ἅπασιν ἅπαντ' ἐδίδου τῇ φύσει, ἀνέραστος ἦν δήπου γε καὶ ἀταλαίπωρος ἡ τούτων ζήτησις, μηδενὸς μηδενὶ κατὰ μηδένα γέ τινα χρῆσθαι δεομένου τὸν τρόπον, καὶ ῥᾷστα δὴ τοὐντεῦθεν τῆς φιλαλληλίας ὑποτέμνεσθαι συνέβαινε τοὺς λόγους· ἐπειδὴ δ' ἔδει κοινωνὸν τὸν ἄνθρωπον εἶναι διὰ τὸ τῆς ἀγάπης χρήσιμον καὶ ἀνακέκραται λοιπὸν τοῖς λυπηροῖς τὰ ἡδέα, λυπεῖ μὲν τῷ ἐνδεῖ, τέρπει δ' αὖ ἐν προὔχοις οἰκίζων τὴν ἐλπίδα τῆς εὐπορίας, διδοῦσαν παλάμην ἀντίπαλον τῇ πλεονεξίᾳ τοῦ ἐνδεοῦς· καὶ ζητεῖ μὲν οὗτος, δίδωσι δ' ἐκεῖνος· καὶ τοὐναντίον αὖθις καὶ διὰ πάντα ἑκάτερον· καὶ νόμος τοῦτο γίνεται φιλίας D καὶ δεσμὸς ἀλλήλοις ἄφυκτα ἰσχύων· καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὃ γῆ μὲν πλωτὴν ἐργάζεται θάλασσαν καὶ ταύτην αὖθις ἐκείνῃ βάσιμον· καὶ Τάναϊς μὲν δι' αὐτό γέ τοι τοῦτο δρόμον ποιούμενος ὑπερόριον ἐπιῤῥεῖ τῇ Ἑλλάδι, καὶ Ἴστρος ἐπ' Αἴγυπτον ἔρχεται, καὶ Μαιώτιδι Νεῖλος κοινοῦται τὸ ῥεῦμα· οὕτω κἀνταῦθα δίδοσθαί φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος παρὰ τοῦ Πνεύματος ἄλλῳ μὲν λόγον σοφίας, ἄλλῳ δ' ἑρμηνείαν γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ προφητείαν, καὶ ἄλλῳ μὲν ἰαμά-

[1] II Cor. XII, 8-10.

Variorum notæ.

(49) I. e. in contingentibus, in bonis non necessariis. Vide supra lib. VIII, cap. 7, sect. 2, initio. BOIVIN.

(50) Locus communis, jam a Gregora tractatus idque iisdem verbis, *Hist.* lib. VIII, cap. 7, sect. 2. BOIVIN.

των χαρίσματα, ἄλλῳ δ' ἐνεργήματα δυνάμεων· καὶ ἄλλοις μὲν ἄλλα, καὶ ἑτέροις ἕτερα· ἐν οἷς ἐνίοτε καὶ ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι τὸ κράτος ἔχουσι· ὡς μήτ' εἰς ὀφρὺν ἐκφέροιτο διὰ τὸ ἀνενδεὲς τὸ τῆς εἰκόνος ἀρχέτυπον ἐνθυμούμενός τις, μήτ' εἰς ἀπογνώσεως [P. 587] ὀλισθαίνοι βυθοὺς, ἀχορήγητον ἔχων τὴν φύσιν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ μηδαμῆ παρ' οὐδενὸς εἰς οἱανδήτινα χρείαν κατὰ μηδένα καλούμενος χρόνον· ὡς γίνεσθαι δῆλον ἐκ τούτων ἁπάντων, τήν τε τῶν ἀναγκαίων φύσιν εἶναι μίαν καὶ ἅμα πᾶσιν ὁμοίαν τὴν κτῆσιν· τὴν δέ γε τῶν ἐνδεχομένων οὔτε μίαν, οὔτε πᾶσιν ἐπίσης ὁμοίαν ἀεὶ, ἀλλ' ἄλλοτ' ἄλλως καὶ ἄλλοις ἄλλως ἔχουσαν· τὴν μὲν οὖν τῶν εὐσεβῶν πίστιν πάτριον (51) τοῖς ἀναγκαίοις ἀποδιδόναι, τὴν δὲ τῶν δογμάτων σοφίαν τῷ τῆς πίστεως ἐποικοδομεῖν θεμελίῳ, καθόσον καὶ ὅπου καὶ ὅτε καὶ οἷς ἂν ἐνδέχοιτο. Ἄνευ μὲν γὰρ τῆς ἁπλότητος τῆς ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος πίστεως Χριστιανὸν ἀδύνατον εἶναι· σοφίας δ' ἄνευ δογμάτων, οὐδὲν κωλύει. « Ἦ γὰρ οὐδὲν ἂν ἦν τῆς πίστεως ἡμῶν ἀδικώτερον, εἰ πρὸς τοὺς σοφοὺς ἔπιπτε μόνον, » φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος. Τοὺς γὰρ τοιούτους λαβυρίνθους, κατ' ἐκεῖνον τὸν ὄφιν, καὶ ὁ τῶν αἱρετικῶν ὑποδυόμενος θίασος, καὶ εἰς διδασκάλους ἕνεκα κενοδοξίας μετασχηματιζόμενοι, συναρπάζουσι κακουργίαις ῥημάτων διανοίας ἀπειροκάλους, ἐκ τῶν ἐντεῦθεν ὑποδειγμάτων λυμαινόμενοι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ τῆς θεολογίας καταῤῥυπαίνοντες, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. Καὶ τοῦτον εἶναί φημι καὶ ὃν ὁ θεῖος πεφόβηται φόβον Ἀπόστολος, « Μήπως (φάσκων) φθαρῇ τὰ νοήματα ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς ἐν Χριστῷ. » « Εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται, » φησὶν, « οὐ μέγα εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης. » Ἃ μὲν οὖν εἰκὸς ἦν εἰπόντας περὶ τῆς πίστεως, δεῖξαι ὅσον τὸ ἀναγκαῖον, δίχα προσθήκης καὶ ἀφαιρέσεως στέργειν αὐτὴν, καὶ ὅσον αὖθις τῶν δογμάτων τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ ὡς ἅπασι μὲν ἀνάγκη Χριστιανοῖς τὴν δέουσαν εἰδέναι τῆς πίστεως προσκύνησιν, οὐ πᾶσι δ' ὁμοῦ καὶ τὴν τῶν δογμάτων ὁμοίαν σοφίαν καὶ τὸ θεολογεῖν, οὐ μὴν οὐδ' ἀεὶ, οὐδ' ἄνευ κοινῆς συνόδου τῶν πανταχῆ τῆς οἰκουμένης ἐπισκόπων· καὶ ὡς πρὶν ἢ φανῆναι τὸν Καλαβρὸν Βαρλαὰμ, θησαυρὸς τῶν τοιούτων ἦν καινοφωνιῶν ἡ τοῦ Παλαμᾶ καὶ γλῶττα καὶ χεὶρ, εἴρηται· μετρίως μὲν νῦν, διὰ τὴν τῶν ἀντιθέτων ὀχλοκρατίαν· εἰρήσεται δ' ἑξῆς πλατύτερόν τε καὶ καθαρώτερον, εἰ πᾶσα δυναστεύουσα χεὶρ ἀπείη. Δυοῖν οὖν ὁπότερον ἂν βούλοιτο Παλαμᾶς αἱρείσθω· ἢ τῶν ἀκαίρων καὶ μηδὲν αὐτῷ προσηκουσῶν προφάσεων ἀφιστάμενος δεχέσθω παραπλησίως ἡμῖν τὴν τῆς εὐσεβοῦς ἁπλότητα πίστεως, πάσας πρότερον τὰς αὐτοῦ πυρὶ παραδεδωκὼς βλασφημίας· ἢ τῆς αὐτοῦ κοινωνίας ἀφισταμένους ἡμᾶς ἐνοχλείτω μη-

A nem sapientiæ, alii interpretationem sermonum, alii prophetiam, alii gratiam sanitatum, alii operationem virtutum, et aliis alia, et diversis diversa; in quibus nonnunquam scientiæ et artes primas tenent; ut nec per arrogantiam sese quisquam efferat, archetypum se, cum imago sit, ob id reputans, quia nulla re careat; nec ad imam desperationem dilabatur, eo quod naturam boni omnis exsortem habeat. et a nemine unquam ad ullam utilem operam advocetur. Itaque ex his omnibus patet, necessariorum bonorum naturam unam, ac possessionem apud omnes eamdem esse; contingentium autem **934** nec esse uniusmodi, nec omnibus ex æquo aut eamdem semper, sed alias aliter et aliis aliam obvenire: ac orthodoxorum quidem

B fidem patriam in res necessarias referri debere: dogmatum autem scientiam eximiam superædificandam fidei fundamento, in quantum, et ubi, et quando, et quibus usus fuerit. Nam sine fidei ex sacro baptismate pendentis simplicitate fieri non potest, ut quisquam sit Christianus; sine eximia dogmatum scientia, nihil obstat. « Alioqui, inquit divus Gregorius, nihil esset fide nostra injustius, si ea in solos sapientes caderet. » Quippe veteris illius serpentis ritu in ejusmodi labyrinthos furtim sese insinuans profana hæreticorum turba, et inanis gloriæ causa habitu magistrorum induto, fallacibus verbis imperitas mentes seducunt, humilibus comparationibus violata veritate, pollutaque theo-

C logia, ut inquit magnus Basilius. Et hunc timorem aio divi Apostoli fuisse, cum timere se diceret, ne corrumperentur sensus nostri, et exciderent a simplicitate, quæ est in Christo [1]. « Etenim, inquit, si ipse Satanas transfigurat se, non est magnum si et ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ [2]. » Quæ igitur de fide a nobis dici par erat, ut ostenderemus quam necesse esset eam nos nihil addendo, nihil detrahendo, volentes acceptare; tum quam inconstans foret dogmaticarum quæstionum usus, atque ut necesse esset legitimum fidei cultum omnes scire, at non item omnes parem habere dogmatum scientiam, nec **935** de rebus divinis disputare; neque id quidem semper; nec citra episcoporum, qui ubique terrarum degant,

D generali concilio: denique Palamæ linguam et manum, etiam antequam Barlaamus Calaber prodiisset, istiusmodi opinionum novarum thesaurum fuisse, ea nos omnia diximus; sed paucis in præsenti, ob adversariorum turbam prævalentem: postea autem fusius et planius dicturi sumus, si omnis absit majoris auctoritatis violentia. Duorum itaque utrum voluerit Palamas eligito; ac vel absurdis minimeque legitimis excusationibus abjectis,

[1] II Cor. XI, 3. [2] ibid. 14, 15.

Variorum notæ.

(51) Si post πάτριον subauditur ἐστὶ, vertendum erit, *ac orthodoxorum quidem fidem in res necessarias referri, solemne est et antiquum*. Alioqui πάτριον est epitheton, quod conjunctum cum πίστιν, *fidem patriam* significat, ita ut interpretati sumus. BOIVIN.

rectæ fidei simplicitatem nobiscum amplectatur, suis omnibus blasphemiis primum igni traditis; aut nobis ab ejus communione alienis molestus ne sit. Non enim ea Ecclesiæ lex est, vim ei ullam inferri, nolenti pie et recte sentire; nec nobis, qui recte sentimus; nisi quis velit tyrannice dominari. Nam quid hac in re inanis gloria profuerit, quæ cum conscientia pugnet, et animam æterno igni transmittat? Quisve prudens et intelligens, cum ipsius sancti Spiritus vas Apostolum dicentem audiat, « Nihil sum [1], » et, « Ego me non arbitror comprehendisse [2], » non pavet, non se inclinatum submittit, ut et sapere videatur, et a recta fide haud recedat? Nimirum et aristas constat magis placere agricolis inclinatas, quam erectas et in nullam partem devexas; propterea quod diversis hisce B conformationibus diversæ adjunctæ sunt causæ; illi fructuum pondus, huic infelix et sterilis levitas. Esto. »

A δέν. Οὐ γὰρ νόμος Ἐκκλησίας, οὔτ' αὐτῷ, μηδαμῶς εὐσεβεῖν αἱρουμένῳ, βίαιον ἐπιφέρειν οὐδὲν, οὔθ' ἡμῖν εὐσεβοῦσιν· ἣν μή τις βούλοιτο τυραννεῖν. Τί γὰρ [P. 588] κενοδοξίας ἐνταῦθα δεῖ, τῇ ψυχῇ μαχομένης καὶ τῷ αἰωνίῳ παραπεμπούσης πυρί; ἢ τίς φρονῶν καὶ νῷ διοικῶν ἑαυτὸν, ἔπειτα τὸ σκεῦος τοῦ Πνεύματος ὁρῶν τὸν Ἀπόστολον λέγοντα, ὡς « Οὐδέν εἰμι, » καὶ ὡς, « Οὔπω κατειληφέναι λογίζομαι ἐμαυτὸν, » οὐχ ὑποπτήσσει καὶ ὑποπίπτει, ἵνα καὶ σύνεσιν ἔχειν δόξῃ, καὶ ἅμα τῆς ὀρθῆς οὐκ ἀπόσχηται πίστεως; Καὶ τῶν ἀσταχύων γὰρ τοὺς πίπτοντας μᾶλλον ἀγαπωμένους ἴσμεν τοῖς γεωργοῖς, ἢ τοὺς ἀκλινῶς ἱσταμένους. Ἐφόδιον γὰρ ταῖς τῶν σχημάτων ἐναλλαγαῖς, ἐκεῖ μὲν τὸ βρίθεσθαι τοῖς καρποῖς, ἐνταῦθα δὲ τῆς κουφότητος τὸ κακόδαιμον. B Εἶεν. »

CAPUT II.

Imperator Palamæ uni favet. Gregoram ab instituto orationis cursu abstrahit. Liberius loqui solitum regiæ majestatis reverentia comprimit. De constituendo disputationis argumento utrinque certatur. Cantacuzenus Gregoræ tria objicit. Palamæ scripta quanti a Palamitis facta. Gregoras suam dicendi libertatem defendit exemplis et rationibus: ita ad tertium accusationis caput respondet. Refellit id, quod primo loco objectum fuerat. De Thaborio lumine dicturum se promittit. Dicere exorsus subinde interpellatur.

936 I. Hæc in summa fuerunt, quæ ego ad imperatorem conversus, et ad ea quæ dixerat respondens, tunc disputavi. Ille tantum abfuit ut, quemadmodum juraverat, æquus arbiter sederet, sententiæ et verbis Palamæ defendendis totus rursus incumbebat. Tanto scilicet studio pro illius dictis certabat, quanto nec pro suis, ausim dicere, si ipse in crimen adductus et ad reddendas rationes coactus fuisset. Quamobrem et meis sermoni- C bus valde offendi videbatur, qui non eamdem quam ille, sed diversam viam ingredi instituissem; ac si sola ejus consilia ex circumfluentibus justitiæ fontibus derivari fixum definitumque esset. Ego enim, quod argumentum ab initio propositum fuerat, in eo maxime versari decreveram, ea nempe dicturus, unde scandalorum causæ ex Ecclesia tolli facillime et nullo labore potuissent. Ast ille velut parturiens, et in ea intentus quæ Palamas vellet, atque ad eum scopum omnia de integro referens, me ipsum quoque cogebat orationis cursum eo transferre.

II. Itaque ego, qui, si ipse Palamas contradixisset, liberius potuissem eum redarguere, remittebam non sponte, necessitati serviens. Et quid aliud D facerem, cum mihi ob imperatoris reverentiam verbis parum acribus invecto, ac ne quid ingratum dicerem caventi, magnæ tamen et graves inde inimicitiæ conflatæ sint, et orationis cursum oblata offendicula abruperint: mihi, inquam, **937** qui libertatem servitutis inimicam retinere consuevissem, tum autem maxime retinere deberem, quoniam nobis de Deo et de Ecclesiæ Dei dogmatis certamen institutum esset?

Α'. Ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ μὲν (ὡς ἐν κεφαλαίῳ φάναι) τοιάδε, πρὸς βασιλέα καὶ τοὺς ἐκείνου λόγους τὰς ἀποκρίσεις εὐθύνοντι, διειλέχθαι συμπέπτωκεν. Ὁ δὲ τὸ μέσος εἶναι κατὰ τὰ ὁμωμοσμένα πόῤῥω που θέμενος ὅλος τῆς τοῦ Παλαμᾶ γνώμης ἅμα καὶ γλώττης αὖθις ἀντιποιούμενος ἦν. Τοῖς γὰρ ἐκείνου τοσοῦτο παρείχετο λόγοις τἀγώνισμα, ὅσον οὐδ' ἂν εἰπεῖν ἔχω θαῤῥούντως τοῖς ἰδίοις, εἴπερ αὐτὸς ἄντικρυς ὁ τοῖς ἐγκλήμασί τε ἐνεχόμενος καὶ τὰς C εὐθύνας ὑπῆρχε διδούς. Διὸ καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀχθομένῳ λόγοις ἐῴκει κομιδῇ, τὴν ἑτέραν καὶ οὐδαμῇ τὴν ἐκείνου βαδίζειν αἱρουμένῳ, ὥσπερ ἂν εἰ μόνοις τοῖς ἐκείνου βουλεύμασι πέπρωται κύκλῳ περιῤῥεῖν τὰς τῆς δικαιοσύνης πηγάς. Ἐμοὶ γὰρ μάλα τοι δεδογμένον ἐπῄει γίγνεσθαι σκοποῦ προτεθέντος ἐκ προοιμίων, ἐκεῖνα λέγειν, ὅθεν ἂν τὰ τῶν σκανδάλων αἴτια τῆς Ἐκκλησίας ἐξαιρεθῆναί τε ῥᾷστα καὶ ξὺν οὐδενί ποτε γένοιτο πόνῳ. Ὁ δὲ ὥσπερ ὠδίνων, καὶ περιστρέφων ἅπαντα τὸν σκοπὸν ἐξ ἀρχῆς εἰς ὅπερ ἦν τῷ Παλαμᾷ πρὸς βουλήσεως, ἐκεῖ κἀμὲ τὰς τῶν λόγων προσηνάγκαζεν ἀνθέλκειν ἡνία.

Β'. Ὅθεν ἐξὸν ἐμὲ παῤῥησιαστικώτερον τοῖς ἐλέγχοις κεχρῆσθαι, εἰ Παλαμᾶς αὐτός μοι τὰς ἀντιῤ- D ῥήσεις εἰσῆγεν, ἔγωγε ὑφιέμην, οὐ μάλα ἑκὼν ἀνάγκῃ δουλεύων. Καὶ πῶς [P. 589] γὰρ οὔ· ᾧ καὶ δι' εὐλάβειαν βασιλικὴν ὑφειμένως πως προσενηνεγμένῳ τοὺς λόγους, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἀπηχὲς εἰπεῖν σκοπουμένῳ, πολλαί μοί τινες καὶ βαρεῖαι γεγόνασιν ἐκεῖθεν ἀπέχθειαι καὶ πρὸς τὸν τοῦ λόγου δρόμον ἐφόδια φθαρτικά, τὸ τοῦ ἤθους ἐλεύθερον φυλάττειν ἀδούλωτον εἰθισμένῳ, καὶ μάλιστα νῦν ὀφείλοντι, περί γε Θεοῦ καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνου δογμάτων τοῦ ἀγῶνος ὄντος ἡμῖν;

[1] I Cor. XIII, 2. [2] Philipp. III, 13.

Γ'. Ὡς ἂν ἡ συμφωνία διηνεχὴς (52) τοῦ πρώτου σκοποῦ τοῖς ἄλλοτ' ἄλλως μεταξὺ παραπλεκομένοις πράγμασιν ἐπίσης ἀκήρατος μένῃ, ἦν ὠθισμός τις καὶ βία παρ' ἑκατέροις ἡμῖν, ὁποία κἂν τοῖς ὁπλομάχοις ἀγῶσι ὡς τὰ πολλὰ καθίσταται, βιαζομένων ἑκατέρων τῶν στρατοπέδων, πρὶν συῤῥαγῆναι τὰς τάξεις, περὶ τοῦ ποτέροις ἂν προκατειλῆφθαι γένοιτο τὸν ὑπερέχοντα τόπον, ὡς ἐνταῦθα τοῦ παντὸς ἀγῶνος τὰς τῆς νίκης στρέφοντος ἐλπίδας, κἂν τούτῳ τὰς ἀδήλους τοῦ πολέμου προκατατιθεμένου τύχας ὡς τὰ πολλά.

Δ'. Ὁ μὲν γὰρ πρῶτον τοὺς τῆς σηπίας με τρόπους ἔλεγε μιμεῖσθαι· καθάπερ γὰρ ἐκείνην, μηχανωμένην δρασμὸν, τὸ μέλαν ἐμεῖν κατὰ τῆς τῶν ἁλιέων σαγήνης, οὕτως ἔφασκε κἀμὲ, πρὸς ἕτερα μεθαρμόζειν κατὰ τὸ λεληθὸς τὸν ὅλον σκοπὸν τοῦ ἀγῶνος ἀεὶ πειρώμενον, κατ' ἐκείνου μηχανᾶσθαι ξενηλασίαν φάναι τινὰ, καὶ τοῦ Θαβωρίου φωτὸς ἀπελαύνειν πανούργως, αὐτάρκη πρόφασιν ἐς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἔχειν οἰομένου τουτί. Δεύτερον ἐνεκάλει μοι, κακῶς εἰσάγειν τὸ περὶ τοῦ μὴ δεῖν θεολογεῖν κεφάλαιον, τῶν ἁγίων ἄνω καὶ κάτω διαῤῥήδην θεολογούντων· οἷς καὶ τὸν Παλαμᾶν ὑποδείγμασι χρώμενον τὰς νέας ἔλεγε γράφειν θεολογίας, ὑπὲρ ὧν τὸ οἰκεῖον αἷμα διδόναι καὶ μάλα προθύμως ὁ ἀῤῥεπὴς κριτὴς διετείνετο· ἃς καὶ καυθῆναι λέγοντος μᾶλλον ἐμοῦ, καθήπτοντο μάλα σφοδρῶς καὶ παῤῥησίᾳ Παλαμᾶς καὶ Ἡρακλείους, σύν γε τῷ πατριάρχῃ, τότε λέγοντες καυθήσεσθαι σφᾶς, ὅτε καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον, εἰς ταυτότητος λόγον φεῦ! τὴν ἀμφοτέρων τιθέντες ἁρμονίαν. Καὶ ἔτι καὶ τρίτον ἔγκλημα τουτὶ προσῆγεν ἐμοὶ, λέγω δὴ τὸ τῆς ἐμῆς ὁμιλίας πρὸς βασιλέα σκληρὸν καὶ οὐκ ἐνδιδόμενον οὐδαμῇ· μηδὲ γὰρ εἶναι σοφῶν βασιλεῦσιν ὁμιλεῖν οὑτωσί.

Ε'. Περὶ οὗ καὶ βραχέα εἰπὼν ἀπήλλαγμαι, οὐ μόνον τοὺς τῶν ἁγίων πάλαι πρὸς βασιλέας εἰς μέσον ἀγαγὼν διαλόγους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω σοφῶν ἐνίους, Σόλωνος πρὸς Κροῖσόν φημι τῶν Λυδῶν βασιλέα, καὶ Πλάτωνος πρὸς Διονύσιον, τὸν τῆς Σικελίας, καὶ πλείους ἄλλους, ὧν οὐ χρεία μεμνῆσθαι τανῦν. Πῶς γὰρ ἂν μιγείη τὰ ἄμικτα, σοφία λέγω καὶ κολακεία; Εἰ γὰρ σοφὸς, οὐ κόλαξ· εἰ δὲ κόλαξ, οὐ σοφός. Ὅταν δὲ καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ τὰ τῆς διαλέξεως ᾖ, τότ' [P. 590] οὐδ' εὐσεβὴς ὁ κόλαξ. Ἄλλως τε καὶ τῆς σοφίας, εἰ πρὸς ἀνθρωπίνην ἅπασαν συγκρίνοιτο εὐγένειαν, τοσοῦτο διαφερούσης ὅσον ὀβολοῦ λυχνίτης, τοσοῦτο διαφέρειν χρεὼν καὶ τὴν τῶν σοφῶν ὁμιλίαν, συγκρινομένην πρὸς ἀνδραποδώδη καὶ ἀγεννῆ κολακείαν. Ἡ πολλὴ μεντἂν ἀλογία γε εἴη, καὶ παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἰ ἐνεκάλει τις Ἀχιλλεῖ μὴ βουλομένῳ Θερσίτην εἶναι, ἢ τῷ λέοντι μὴ τὴν ἀλωπεκῆν ἀλλαττομένῳ τῆς λεοντῆς.

A III. Enimvero ut argumenti propositi tractatio perpetua serie et consonantia procederet, nec intertextis alias aliis quæstionibus corrumperetur, magna contentione et aperta vi utrinque laborari cœptum : ut in bellicis præliis plerumque fit, cum uterque exercitus, antequam ordines confligant, enixe certat, uter prior occupaturus sit locum superiorem ; eo quod ii, qui pugnant, omnem victoriæ spem in eo verti existiment, et hoc incertæ belli fortunæ fundamentum ut plurimum ponant.

IV. Ac primum ille aiebat me imitari morem sæpiæ, quæ fugam moliens atrum virus in piscatorum sagenam evomeret : conari scilicet semper omnem disputationis scopum ad alia sensim trans-
B ferre et longe relegare, eique velut quoddam exsilium machinari, atque a Thaborio lumine per fraudem avertere, quod argumentum ipse in præsenti instituto sufficere arbitraretur. Deinde quod negarem de rebus divinis disputari oportere, illud mihi ut male statuenti objiciebat, cum sancti ipsi passim de Deo disputarent : quorum exemplo Palamam quoque dicebat nova de Deo scripta edere, pro quibus vel proprium sanguinem libentissime se effusurum æquus scilicet judex affirmabat; quæ cum ego comburi potius juberem, **938** illico Palamas et Heracleæ episcopus cum patriarcha acrius me et liberius reprehendere cœperunt, tum ea combustum iri dicentes, cum et ipsum Christi
C Evangelium, utriusque operis eamdem (proh scelus!) rationem habentes. Ad hæc tertium in me culpabat, asperam illam et nesciam flecti pertinaciam, qua cum imperatore collocutus fuissem. Neque enim sapientium esse, ita apud imperatores loqui.

V. Qua quidem de re pauca dixi, et me ipsum statim expedivi, prolatis in medium non iis solum sermonibus, quos olim viri sancti cum imperatoribus habuissent, sed et quibusdam profanorum sapientium dictis, Solonis nempe ad Crœsum, Lydorum regem, Platonis ad Dionysium, Siciliæ tyrannum, aliisque plurimis, quorum meminisse in præsenti nihil necesse est. Ecquomodo enim res insociabiles, sapientia et adulatio, sociari unquam possint?
D Si quis sapiens, non idem est adulator : si quis adulator, non idem est sapiens. Quod si de Deo ipso disputetur, ne pius quidem is est, qui sit adulator. Præterea, quoniam sapientia, si cum omni humana nobilitate comparetur, tanto eam antecellit, quanto obolum lychnites, tanto etiam oportet sapientium dicta, si cum servili et humili assentatione conferantur, ab hac ipsa distare. Absurdissimum certe hoc et idem fere sit, ac si quis Achillem ideo vituperet, quod esse Thersites nolit; aut leonem, quod nollet leoninam vulpina non mutet.

Variorum notæ.

(52) Ita quoque exemplar Vaticanum, in quo omissum aliquid suspicor. Certe hæc male cohærent. BOIVIN.

VI. Quod ad sæpiæ atramentum attinebat, **939** A vehementer miratus fui, quod quæ objici illi deberent, ob oculos posita transcurrenti, obscura autem et obsoleta in medium proferenti, ea ipse nobis non vereretur exprobrare, cum et alio loco de iis rebus jam satis egissemus. « Quia tamen, inquam, ad Thaborium semper revolveris, et totam eo quæstionem confers, propterea quod, ut videtur, nullum aliud aut nullum tutius perfugium habeas; ego istum quoque nodum conabor tibi expedire: tametsi id quidem minime ad nos pertinebat. Nam mortuorum colloquiis quid nobis hodie opus est, infinita alia nove dicta proferentibus, quæ ex eo quotidie tum scribere tum fari Palamas manifeste deprehenditur? »

Ϛʹ. Περὶ δὲ τοῦ τῆς σηπίας μέλανος καὶ πάνυ τεθαύμακα, πῶς οἷς ἐγκαλεῖσθαι ἐκεῖνον ἐχρῆν, τὰ μὲν προφανῆ παρατρέχοντα, τὰ δ' ἀφανῆ καὶ πόῤῥω μνήμης ἐς μέσον ἄγοντα, ταῦθ' ἡμῖν αὐτὸς ἐγκαλεῖν οὐκ ὀκνεῖ, καὶ ταῦτα καὶ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις που τὰ εἰκότα προδιαλαβοῦσι. « Ὅμως ἐπείπερ οὐ διαλείπεις, » ἔφην, « περὶ τὸ Θαβώριον ἀναστρεφόμενος καὶ πᾶσαν εἰς τοῦτο φέρων ὑπόθεσιν, οὐκ ἔχων (ὡς ἔοικεν) ὁρμητήριον ἕτερον, ἢ μὴ ἔχων ἀσφαλέστερον, ἐγώ σου καὶ ταύτην λῦσαι πειράσομαι τὴν ἀνάγκην, οὐ πάνυ προσῆκον ἡμῖν. Τί γὰρ ἔδει νεκρικῶν ἡμῖν διαλόγων (53) τήμερον, μυρίας ἄλλας καινοφωνίας προκομίζουσι, ὁποίας ἐκεῖθεν (54) ἀεὶ καὶ γράφων καὶ λέγων ὁ Παλαμᾶς ἁλίσκεται; »

VII. Dicere itaque exorsus ab eo interpellabar, B sic ut continens orationis cursus abrumperetur. Nimirum ille invictam et ineluctabilem argumentorum vim pertimescebat; eo maxime, quod ad ea, quæ jam proposita essent, refellenda nullam ipse invictam rationem afferre posset.

Ζʹ. Λέγειν τοίνυν ἀρξάμενος τὸ συνεχὲς ὑπ' ἐκείνου διεκοπτόμην τῶν λόγων, δειλιῶντος οἶμαι τὸ τῶν ἐλέγχων ἄμαχόν τε καὶ δυσεκβίαστον, ὅτι λύσιν τῶν ἤδη προτεινομένων αὐτὸς οὐκ εἶχεν ἀνανταγώνιστον.

CAPUT III.

Proœmium disputationis de lumine Thaborio. Palamas eam quæstionem frustra proponit. Iconomachiæ nomine notatur Iconomachorum error de Domini transfigurata carne. Theodori Grapti verba. Sacræ imagines a Palamitis in ignem conjectæ. Palamæ cum Eusebio Iconomacho consensus. Palamas plura increata statuit. Eusebio pejus sentit in iis, quæ de lumine, operatione, substantia divina, et sacramento Eucharistiæ loquitur. Palamæ impietas cum Theodori Grapti argumentationibus conferenda. Illius de lumine opinio quam absurda sit.

I. Attamen quoniam vestrum in me audiendo ardorem ludificare vereor, idemque illam volo opinionem sugillare, qua is adversus ea quorum C accusatur, subsidium illud habere se saltem exiguum putat, idcirco nunc præcipua quæque continenti oratione lubens vobis exponam.

II. Aiebam scilicet ea quæstione neque tunc opus fuisse, neque etiam nunc opus esse. Nam quæ vulgaribus proverbiis apertissime notantur et irridentur, ea Palamas facere haud erubescit. Ac illud « Falces petenti scaphas denegare » olim in proverbiis jocus fuit, ab isto autem serio nunc agitur. **940** Nempe hic ob id reprehensus, quod diceret se oculis corporeis lumen increatum Deumque ipsum intueri, nec ullum habens ullius Patris testimonium, quo id clare demonstraret, defensionem sibi aliquam fore speravit, si se in montem D Thabor, velut in arcem munitam, reciperet et ad lumen illud confugeret. Atqui si illic saltem aliquem sanctorum Patrum produceret, idem esse istud lumen dicentem, ac illud quod in monte Thabor apparuit, esset fortasse aliqua venia dignus, licet ea res nihil ipsi profutura esset, quoniam in prima hypothesi erraret. Nunc quæ ille monstrosa

Αʹ. Ὅμως ὑμῖν (55) οὐκ ὀκνήσω διεξιέναι τὰ καιριώτερα κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν τῷ ἄρτι, τό τε διάπυρον τῆς ὑμῶν ἀκροάσεως παρακρούεσθαι δυσωπούμενος καὶ ἅμα ἐπιῤῥαπίζειν αὐτοῦ βουλόμενος τὸ νομίζειν ἐκεῖθεν ἔχειν, εἰς ἅπερ ἐνεχόμενος ἐγκαλεῖται, βοήθημα γοῦν (56) τι μικρόν.

Βʹ. Ἔφασκον γὰρ μήτε τοῖς τότ' ἐκείνου [P. 591] χρείαν ζητήσεως, μήτε τοῖς νῦν. Ἃ γὰρ ταῖς ἐπὶ παροιμίαις ὄνειδον (57) ἔχει περιφανῆ κωμῳδῆ, ταῦθ' ὁ Παλαμᾶς οὐκ αἰσχύνεται δρῶν. Τὸ γὰρ « Ἅμας (58) ἀπαιτούμενον ἀρνεῖσθαι σκάφας » πάλαι μὲν ταῖς παροιμίαις ἐπαίζετο· νῦν δὲ τούτῳ καὶ σφόδρα σπουδάζεται. Ἐγκαλουμένῳ γὰρ, ἄκτιστον λέγοντι βλέπειν φῶς καὶ Θεὸν σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, ἔπειτ' ἀπόδειξιν ἐναργῆ κεκτημένῳ μηδαμῆ μηδενὸς τῶν ἁγίων, ἐπικουρίαν ἔδοξεν ἔσεσθαί οἵ τινα, εἰ ὥσπερ εἰς καταφυγὴν ὀχυρὰν ἀνεχώρησε πρὸς Θαβὼρ τὸ ὄρος καὶ τὸ φῶς ἐκεῖνο. Καὶ εἰ μέν τινα προεκόμιζεν ἐνταῦθα γοῦν τῶν ἁγίων, ταυτὸν ἐκείνῳ (59) φάσκοντ' εἶναι τουτὶ τῷ ἐν Θαβωρίῳ, συγγνώμη τις ἂν ἴσως ἦν, εἰ καὶ μηδὲν ὀνήσειν ἔμελλεν αὐτῷ (60) ψευδομένῳ τὴν πρώτην ὑπόθεσιν. Νῦν δ' οὐδεὶς εὑρίσκεται τῶν ἁγίων λέγων ἃ αὐτὸς τερατεύεται. Θέσιν δ' ἑαυτοῦ ποιούμενος ταύτην αὐτὸς ψευδῆ καὶ

Variorum notæ.

(53) Disputationibus scilicet Barlaami et Acindyni cum Palama. Boivin.

(54) Ex quo priores illæ disputationes habitæ sunt. Boivin.

(55) Gregoras lectores alloquitur, non autem eos qui tum aderant in concilio; id quod diligenter observandum. Boivin.

(56) Thaborium scilicet lumen. Boivin.

(57) Pro ὄνειδος. Barbare. Boivin.

(58) Gregor. Cypr. in Proverb. Heinsius σκάφας interpretatur *ligones*. Boivin.

(59) Lumen scilicet increatum, quod ait Palamas videre se. Boivin.

(60) Dativ. pro accusat. Boivin.

ἀσύστατον οὕτως ἄνεισιν εἰς τὸ ὄρος, πρὶν καθαρθῆναι καὶ γλῶτταν καὶ διάνοιαν.

Γ'. Ἐκ πολλοῦ γὰρ εἰκονομαχίαν νοσῶν ὁ ἀνὴρ, ὡς ὑπὸ πολλῶν πολλάκις καὶ τοῦτο μεμαρτύρηται μὲν, σεσίγηται δὲ μὴ προσιεμένου τοῦ βασιλέως, αἰνιγματωδῶς πως τοῖς αὐτοῦ ποιήμασιν ἐπισπείρει τὸ νόσημα. Οἱ γὰρ Εἰκονομάχοι μεταβεβλῆσθαι τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν ἔλεγον ἐπὶ φῶς ἄφθαρτόν τε καὶ ἄκτιστον θεότητα. Δῆλον δὲ ἐκ τῶν τότ' ἀγωνισαμένων κατὰ τῆς αἱρέσεως θεοφόρων καὶ θεολόγων ἀνδρῶν. Ὧν ἕνα Θεόδωρον τὸν Γραπτὸν (61) προχειρισάμενοι διὰ τὸ σύντομον,

A confingit, ea qui dicat sanctorum nullus reperitur. Eam vero falsam et infirmam hypothesin sibi constituens sic in montem ascendit, lingua et mente nondum purgatis.

III. Quippe jampridem iconomachia hic vir laborans (quod et ipsum a multis sæpe testificatum, imperatore auribus non admittente, dissimulatum est), eum morbum velut ænigmatice suis libris inspergit. Nimirum in transfiguratione carnem Domini mutatam esse in lumen incorruptibile, et in divinitatem increatam, Iconomachi dictitabant. Id ex viris Deo plenis et in theologia versatis, qui adversus illam hæresin tum temporis pugnarunt, liquido discimus : quod nos, unum Theodorum

Variorum notæ.

(61) Exstat inter codd. mss. Regios volumen ingens chartaceum, quo continentur libri pro imaginibus contra Iconomachos scripti. Ii libri sunt, *Apologia pro fide orthodoxa ; Antirrhetici tres contra Mammonam ; Eusebii denique et Epiphanidæ refutatio*. Ei codici præfixum est nomen Theodori Grapti tanquam auctoris. In calce legitur : Τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ, τῷ μακρῷ χρόνῳ ἀφανισθὲν, τῇ περὶ τὰς θείας Γραφὰς φιλευσεβεῖ σπουδῇ καὶ φιλοκαλίᾳ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως κυροῦ Ἰωασὰφ τοῦ Καντακουζηνοῦ ζητηθὲν, ἑνὸς μόνου βιβλίου εὑρεθέντος, κἀκείνου πάνυ μὲν σαθροῦ διὰ παλαιότητα χρόνου, ἐσφαλμένου δὲ καὶ τῇ τοῦ γεγραφότος ἐκείνου ἰδιωτείᾳ μετεγράφη εἰς ὠφέλειαν τῶν ἐντευξομένων, ἐν ἔτει ,ϛωκϛʹ, μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτ. ϛʹ. Id est, *Præsens hoc opus S. Theodori Grapti, longo tempore obscuratum, tandem religioso in divinas Scripturas studio ac laudabili curiositate divi domini nostri et imperatoris dom. Joasephi Cantacuzeni* C *perquisitum, unico exemplari reperto, eoque ob vetustatem admodum corrupto, ac præterea librarii ipsius ignorantia depravato, in usum eorum qui lecturi sunt transcriptum est, anno mundi 6826 mense Martio, indic. 6* (*Christi* 1318). Vetus exemplar, ex quo Cantacuzenus describi suum curavit, ipsum quoque exstat in bibliotheca Regia, et hanc inscriptionem præfert : ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΔ......Υ ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡ...... ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ...... ΠΡΟΣΚΕΚΥΝΗΚΕΝΑΙ. Ea codicis pervetusti inscriptione deceptus Cantacuzenus Theodori Grapti libros eos esse credidit, qui Nicephori patriarchæ erant : manavitque ea opinio ad omnes illius sæculi eruditos. Nam et Palamitæ, inter quos eminebant Cantacuzenus ipse Philotheusque patriarcha ; et Palamitarum adversarii Gregoras, Cyparissiota (cod. Reg. 2408, fol. 105, 154, 175, 195, 196, 199, 263, 375), et D alii, Opera et Theodori Grapti genuina esse uno omnes ore pronuntiarunt. Cæterum Cantacuzenus, et cæteri, si præfixum vetustissimo exemplari titulum propius attentiusque inspexissent, commissam in ea parte fraudem statim animadvertissent ; primam scilicet tituli lineam, in qua Theodori nomen occurreret, manu recentiori exaratam esse. Cui rei argumento est primum ipsa positio illius lineæ : est enim altior quam quæ illi in ejusdem folii verso tergo respondet ; eoque fit ut prima pagina subsequentem cæterasque omnes uno versu excedat, quod apud librarios vitium est, scripturæ accuratæ legibus contrarium. Deinde versus ille, in quo Theodori nomen legitur, non eodem scriptus est atramento, quo cæteri qui proximi sequuntur. Denique ipsa scripturæ lineamenta diversa sunt, ut mecum fatebitur quisquis litteras contulerit, præsertim E, Θ, M et Y, quarum for-

B mam aliam esse in primo versu, aliam in secundo et tertio, facile erit cuivis perspicere. Ejusce facinoris auctorem suspicari licet vel Palamam, vel Palamitam aliquem, penes quem fuerit is codex, antequam ad Cantacuzenum pervenisset : nec enim Cantacuzenum ipsum ausim falsi insimulare. Gregoras *Historiæ* lib. XXI, infra cap. 3 (sect. 8 ; vide et lib. XXIII, pag. 676 et 677), ejusmodi fraudes, imo majores objicit Palamitis. *Neque enim in nos solos*, inquit, *manus ii armant sanguinarias, sed ex ipsis sacris libris recisa multa auferunt, folia chartacea bina et quaterna acutis cultris desecant, et ex divinis Scripturis ea avellunt, quæ validum et expugnatu difficile robur opponentia, ad suum libitum iniquis interpretationibus detorquere non possunt*. Porro intererat Palamitarum, ut libris illis, quibus multa continerentur eorum erroribus contraria, Theodori Grapti potius quam Nicephori (patriarchæ videlicet Constantinopolitani) nomen C inscriberetur. Initio certe Theodorus Graptus parvi ab illis factus ; quanquam iidem postea, ejus testimoniis ad suum sensum accommodatis, miris laudibus ipsum ornaverint. Exstat apud Gregoram in libro nondum edito (cod. reg. 2952, fol. 157) gravis querela de Palamita quodam, qui de Theodoro Grapto et de ejus libris non satis reverenter loqueretur. *Ecqua enim* (inquiebat Palamæ sectator) *novit illum Ecclesia ? Quis nostrorum illius unquam meminit ?* Tum addebat, *Quæcunque is contra Iconomachos scripta composuisse diceretur, ea erroribus gravissimis scatere. Quod si alii quipiam nonnulla interseruissent spuria et supposititia, et iis nomen illius inscripsissent, ipsum quidem irreprehensum futurum, non item ejus libros : sin ea ejus essent reipsa et indubitate, jam eum simul cum libris rejiciendum, et in hæreticorum numero ponendum*. Hæc Palamita ille, in quem Gregoras acribus verbis invehitur, ad Cantacuzenum ipsum conver- D sus : *Ecquem tu*, inquit, *hunc derepente in sanctum illum Patrem sapientemque doctorem armas novum Archilochum, ac potius Archilochi simium ?... Cur hæc præsente te abjectissimus furibundusque homunculus evomuit ?* etc. (Vide et annotata infra ad capitis 4 sect. 7.) Non mirum itaque homines improbos, quales illi videntur fuisse, vetustissimum codicem nactos, cui auctoris nomen esset inscriptum, nomen præfixisse illud, quod arbitrarentur contemptius obscuriusque esse, quam ut magnæ contra eos auctoritatis esse posset. Ut ut sit, manifestum certe est, interpolatum fuisse codicis antiquissimi titulum additumque esse recentiori manu, ut diximus, eam lineam, in qua Theodori Grapti nomen legitur. Superest jam ut ostendamus, librorum, eo volumine comprehensorum, auctorem esse patriarcham Nicephorum. Primo constat Nicephorum multa pro imaginibus contra Iconomachos variis temporibus scripta edidisse.

Graptum compendii causa deligentes, breviter ostendemus. Hic cum Eusebio, qui inter ejus temporis eruditos primas obtinebat, per colloquium congressus sic loquitur.

IV. Primo inducit illum dicentem, corpus Christi transformatum et immortale factum et incorruptibile esse, ac servi formam inter hæc totam ex toto in lumen ineffabile et inenarrabile, et **941** ipsi Deo Verbo conveniens, mutatam fuisse. Deinde eum refellit his verbis: « Sed Eusebius carnem Domini in lumen ineffabile et inenarrabile, et Deo Verbo conveniens, mutatam esse magnifice prædicat. Id lumen quid sit necesse est inquirere. Nondum enim vir egregius quodnam illud esset clare indicavit, hoc tantum adjecit: Deo Verbo conveniens. At infra apertius declarabit. Nos tamen, ad

A ὡς Εὐσεβίῳ τῶν τότε λογίων τῷ πρώτῳ (62) συμπλακεὶς εἰς διάλεξιν τάδε φησί, δείξομεν ἐν βραχεῖ.

Δ'. Πρῶτον μὲν οὖν εἰσάγει λέγοντα ἐκεῖνον, ὡς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ (63) μεταμεμόρφωται καὶ ἀπηθανάτισται καὶ ἄφθαρτόν ἐστι, καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ ἐν τοιούτοις γενομένη ἐξ ὅλων ὅλη μεταβέβληται ἐπὶ φῶς ἄῤῥητον καὶ ἀνεκδιήγητον, αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ πρέπον. Εἶτα ἐλέγχει αὐτὸν λέγων· « Ἀλλὰ κατακομψεύεται Εὐσέβιος (64), ἐπὶ φῶς ἄῤῥητον (65) καὶ ἀνεκδιήγητον καὶ τῷ Θεῷ Λόγῳ πρέπον τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα μεταβεβλῆσθαι. Καὶ τί ἂν εἴη τοῦτο τὸ φῶς, ζητεῖν ἐπάναγκες. Οὐ γάρ πω σαφῶς ὅ τι ἐστὶν ὁ γεννάδας ὑπέδειξε νῦν, ὅτι μὴ τῷ Θεῷ
B Λόγῳ πρέπον προσθείς· εἰς ὕστερον δὲ ἐρεῖ ἐκδηλότερον.

Variorum notæ

Ignatius Diaconus, qui ejus vitam scripsit, eum ait aliquanto post Nicænam synodum, cum esset adhuc laicus, in fidei hostes insurrexisse: Τότε δὴ, inquit, καὶ ὁ μέγας Νικηφόρος, τὰ νίκης ἐπιφερόμενος σήμαντρα, κατὰ τῶν τῆς πίστεως ἀντιπάλων τορόν τι καὶ ἐνυάλιον ἀνεκρούετο μέλος, Χριστὸν εἶναι πιστούμενος ἀπερίγραπτον κατὰ τὸ τῆς θεότητος ἁπλοῦν καὶ ἀνέπαφον· περιγραπτὸν δὲ καὶ γραπτὸν κατὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἁπτόν τε καὶ σύνθετον, οἷς τὸ εἰκονίζεσθαι ἀραρότως ἐπακολουθήσοι. Quibus Ignatii verbis indicari puto *Apologiam pro fide*. In synodica epistola Orientalium ad imperatorem Theophilum memoratur liber contra Christi imaginem a Joanne Anagnosta editus, idemque a Nicephoro refutatus. Theophanes
C Confessor integram de Copronymi obitu narrationem, ex tertio contra Mammonam Antirrhetico translatam, *Chronico* suo inseruit; atque ejus narrationis auctor in codice Joyeusano Nicephorus patriarcha indicatur, teste Petavio. Vide fragmenta, Breviario *Chronico* Nicephori patriarchæ subjuncta, edition. Petav. Cum codice Joyeusano consentit Michael Glycas, *Annalium* parte II, pag. 137 edit. Reg. ubi excerpta ex secundo contra Mammonam Antirrhetico verba tanquam Nicephori laudantur. Præterea et in Anastasii Quæstionibus, et in *Panoplia dogmatica* Euthymii Zygabeni, Nicephoro patriarchæ, tanquam vero auctori, asseruntur varia fragmenta, excerpta ex iis libris quos Cantacuzeniani codicis titulus corruptus perperam Theodoro Grapto ascribit. Denique ii ipsi libri in codicibus multis præferunt nomen patriarchæ Nicephori. Unus autem cæteris omnibus longe antiquior, nec longo post ætatem au-
D ctoris scriptus (is est codex n. 354 Colbertinus) non ea solum continet quæ Cantacuzenianus, sed et duos præterea libros, quorum primus est *De testimoniis Macarii Magnetis*; in altero agitur *de divina imagine, quæ ab Iconomachis idolum dicta fuerat*; item quæritur *quid sit* γραπτὸν *et* περίγραπτον; tum *quomodo intelligendum illud, Non facies ullam imaginem*, etc. Ejus codicis titulus, omnibus partibus integer et nulla fraude corruptus, ita habet, ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΛΟΓΟΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΑΣ ΚΑΙ ΕΙΛΙΚΡΙΝΟΥΣ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ ΕΙΔΩΛΟΙΣ ΠΡΟΣΚΕΚΥΝΗΚΕΝΑΙ. Itaque minime dubium est, quin ea Nicephori patriarchæ Opera sint (a), quæ Cantacuzenus, Gregoras, Philotheus, Joannes Cyparissiota

et alii complures, Theodori Grapti esse putaverunt. BOIVIN.

(62) Gregoras in libro nondum edito, cujus initium Περὶ μὲν οὖν τῆς ὁρατῆς τοῦ Κυρίου ἐπιφανείας, queritur fraude adversariorum surreptos sibi Theodori Grapti libros. Καίτοι, inquit, διὰ τὰς περιεστηκυίας κἀμὲ πρὸς τῶν διωκτῶν συμφορὰς οὐδ' ἔσχον ὅπως ὑπ' αὐτῶν κλαπείσας τὰς ἐκείνου βίβλους παμπόλλους οὔσας ἀνειληφὼς, ἐξ ὧν καὶ ὅθεν πολλάκις ἀναλαμβάνων πρότερον ἐθήρουν, προθεῖναι νῦν ἡμῖν (ὑμῖν) τὰ πολλῷ τῶν εἰρημένων πλείω τε καὶ ἐναργέστερα. Venia itaque danda est, quod quæ contra Eusebium Cæsariensem scripta essent, iis putaverit refelli Eusebium aliquem recentiorem, ipsius videlicet Theodori Grapti æqualem. Ignoscendum pariter, quæ de Christi in cœlum translati corpore Eusebius dixisset, ea ad Christum in monte transfiguratum pertinere existimanti. BOIVIN.

(63) Hæc et quæ sequuntur, verba sunt Eusebii, excerpta ex ejus ad Constantiam epistola, quam et Nicæna synodus secunda ab Iconomachis laudatam (action. VI, edit. Labb. p. 494) explosit, et Nicephorus patriarcha (non, ut Gregoras putabat, Theodorus Graptus) libro singulari refutare instituit. Ejus epistolæ fragmenta antehac dispersa, pleraque anecdota, juvabit, credo, lectores suo quæque nunc demum loco reddita et collecta habere. BOIVIN. — *Sequitur Eusebii epistola, quam jam edidimus inter ejus Opera. Vide tomum XI, col. 1545.* EDIT. PATR.

Hanc epistolam, qua imaginum cultus aperte improbatur, Eusebii esse aiebant Iconomachi; et Orthodoxi quoque fatebantur. Verum cum idem Eusebius in *Historia* sua *ecclesiastica*, lib. VII, cap. 18, celebret mulierem Syrophœnissam, quæ sanguinis profluvio liberata, statuam Christo liberatori erexerat, idcirco a quibusdam dubitatum est, an illa epistola esset re ipsa Eusebii. Sed tantum abest, ut ejusmodi argumento constet non scriptam eam esse ab Eusebio; ex ea ipsa narratione, quam objiciunt, apparet eumdem fuisse auctorem tum *Historiæ ecclesiasticæ*, tum ejus quam dicimus epistolæ. Nam quod a muliere Syrophœnissa factum in *Historia ecclesiastica* narratur, id ipsum ibidem ἐθνικῇ συνηθείᾳ, hoc est, *consuetudine ethnica*, seu usu apud gentes jam inde antiquitus recepto, factum esse dicitur; quem scilicet usum minime probabat Eusebius. BOIVIN.

(64) Vide cod. Reg. 1986, fol. 200, v. BOIVIN.

(65) Vide Eusebii Epistolam ad Constantiam. BOIVIN.

(a) Vide hujusce *Patrologiæ* tomum C. EDIT.

ρον ... πρὸς τὰ δεδογμένα αὐτῷ ἐν τῷ παρόντι τὸν λόγον ἡμεῖς ἐξετάσωμεν. Τί οὖν ἐστιν; ἆρα οὐσία τις καὶ ἐνυπόστατον καθ' αὑτὸ ὑφεστὼς καὶ μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς ὕπαρξιν; ἢ ποιότης ἀσώματος καὶ [P. 592] ἀνούσιος, ἐν ἄλλῳ τὸ εἶναι, οὐκ ἐν ἑαυτῇ θεωρούμενον ἔχουσα; Ἀλλ' εἰ μὲν οὐσία ἐστὶ, πότερον ἀγγελική; ἐπεὶ καὶ ἄγγελος φῶς καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἀνωτάτω φωτὸς μαρμαρυγὴ καὶ ἀπόλαμψις. Ἀλλ' οὐκ ἂν τοῦτο εἴποι. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Εἰ θεία οὐσία, πῶς εἰς τοῦτο μετῴχετο; Εἰ μὲν ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει καθ' ἑαυτὴν θεωρουμένη μετελθοῦσα, καὶ οἷον ἄλλο καὶ εἰδικὸν ἀποτεμομένη πρόσωπον, εἰς τὴν τοῦ Λόγου διαπρέπον ἐμφέρειαν, μηδεμιᾷ τῶν ἐν τῇ Τριάδι νοουμένων συμπαρυποστᾶσα καὶ συμφυεῖσα, τετρὰς σαφῶς αὐτῷ ἡ Τριὰς ἀποτετέλεσται. Καὶ ὁρᾶτε, ὡς φιλότιμος περὶ τὴν θείαν οὐσίαν Εὐσέβιος, ἀφθονίᾳ ὑποστάσεων πληθύνων καὶ αὔξων τὰ ἀπλήθυντα καὶ ἀμείωτα καὶ πάσης τῆς ὁπωσοῦν ὑφέσεως καὶ πλεονασμοῦ παντάπασιν ἀνεπίδεκτα. Εἰ δ' εἰς τὴν τοῦ Λόγου συγχυθεῖσα καὶ ὥσπερ συνουσιωθεῖσα παρῆλθεν ὑπόστασιν, μετὰ πλείονος τῆς εὐγνωμοσύνης προσθήκην καὶ αὔξησιν τῇ τοῦ Λόγου αὐτῇ δίδωσιν ὑποστάσει· ἥτις οὐκ ἄλλη παρὰ τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν τῇ φύσει ἐστὶ, τῷ χαρακτηριστικῷ δὲ τῆς ἰδιότητος μόνον κατὰ τὴν γέννησιν διαφέρουσα. Οὕτω πρὸς τὴν ὑπερπλήρη καὶ ἀπροσδεᾶ καταδαψιλευόμενος φύσιν τὴν ἑαυτοῦ σαφῶς ἐκπομπεύει μανίαν, ὥστε σύνθεσιν ἐπὶ τῆς ὑπερηπλωμένης καὶ πάσης ἁπλότητος ὑπερέκεινα οὐσίας ἐπινοεῖν, ἐξ ἧς καὶ πάθος ἐξ ἀνάγκης ἕψεται ἐπὶ τῆς μακαρίας καὶ ἀπαθοῦς θεότητος. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Υπόλοιπον δ' οὖν ἐστι ζητεῖν, εἰ ποιότητα τοῦτο ἀσώματον ἢ ἀνούσιον εἶπε, τί συμβαίνει· οἷον ἀπόρροιάν τινά τινος οὐσίας καὶ ἀπαύγασμα, εἰς ἣν ἡ μορφὴ ἐκείνη μεταβέβληται; Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἡ πασῶν ἐσχάτη ὕβρις καὶ ἀτοπία τῷ θείῳ προστρίψεται σώματι. Λωβήσαιτο γὰρ ἂν τὸν τοῦ εἶναι λόγον, καὶ ταύτῃ τὸ ἀνύπαρκτον εἰσαχθήσεται. Ἄλλως τε οὐδ' ἔνεστι ποιότητα ὑποκειμένου δίχα καθ' ἑαυτὴν ὅ τι ποτέ ἐστι διαδειχθῆναι, κἂν τῶν οὐσιωδῶν αὐτὴν εἴποι τις· ἣ καὶ εἰς οὐσίας μέρος ἀνάγεται. Ὡς δ' ἐπὶ παραδείγματος εἰπεῖν, οὐκ ἂν τὸ λογικόν που συσταίη ὑποκειμένου ἄνευ, ὅ ἐστι τὸ ζῶον, εἰ μὴ πρότερόν τις ὑπόθοιτο οὐσίαν ἔμψυχον αἰσθητικήν. Ὡσαύτως καὶ εἰ τὸ θνητὸν, ἢ ἀθάνατον, ἤ τι τῶν τοιούτων. Ἐν τίνι γὰρ ἂν σχοίη τὴν ὕπαρξιν; » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Ὅτι μὲν γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι δεῖ ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θνητὸν ἀθανασίαν, ὁ μέγας μυσταγωγεῖ Ἀπόστολος. Τὸ δὲ σῶμα ἀσωματότητα ἐνδύσασθαι, ἢ τὸ κτιστὸν γενέσθαι ἄκτιστον, ἢ τὸ [P. 593] περίγραπτον εἰς ἀπεριγραψίαν μετατεθῆναι, οὔπω μέχρι καὶ τήμερον ἤκουσται. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Τὸ φύσει ἁπλοῦν οὔτε ὁρᾶσθαι, οὔτε εἰδοποιεῖσθαι, οὔτε πάσχειν τι καθ' ὁντιναοῦν τρόπον πέφυκεν. Ἀπαθὲς γὰρ καὶ ἄφθαρτον καὶ πάντη ἀκατάληπτον καὶ ἀπερίγραπτον· τοῦτο δὲ τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ Θεός; » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Εἰ γὰρ ταὐ-

A ea quæ ipse in præsentia statuit attendentes, dictum illud expendamus. Quid est igitur? An substantia aliqua et res per se subsistens, quæ ut exsistat alio non egeat? An qualitas incorporea et substantiæ expers, quæ esse in alio, non in se ipsa consideratum habeat? At si substantia quidem est, utrumne angelica? Nam angelus quoque est lumen, et primi supremique luminis coruscatio emissusque ex eo fulgor. Sed hoc ille non dixerit. » Tum paulo post: « Si substantia divina est, quomodo ea in illud lumen transiit? Si in propria subsistentia et per se ipsam considerata transiit, et ita divisa, ut aliam et specialem et Verbi imagine insignem distinctamque personam constituat, cum nulla hypostasi, earum quæ in Trinitate intelligun- B tur, simul subsistens et coalescens, palam est eum ex Trinitate quadrinitatem fecisse. Porro videte, erga divinam substantiam quam ambitiose liberalis sit Eusebius, qui hypostasibus multiplicatis ea multiplicet et augeat, quæ nec multiplicari nec minui possunt, nec ullum prorsus seu defectum seu excessum ullo modo **942** admittunt. Sin velut confusa et quasi consubstantialis facta in Verbi hypostasin transiit, major est Eusebii benignitas, qui accessionem et augmentum ipsi Verbi hypostasi largitur, quæ natura sua non alia est ab substantia Patris, sola autem proprietate characteristica per generationem differt. Sic superplenam et ab omni indigentia alienam naturam amplificando suam in- C saniam palam declarat; adeo ut in substantia, quæ supersimplex seu omni simplicitate simplicior est, compositionem excogitet; ex qua illud etiam consequetur, passionem locum habere in beata et impassibili divinitate. » Ac paulo post: « Superest itaque ut quæramus, si qualitatem illud lumen incorpoream vel substantia carentem esse dixit, quid accidat: aliquid scilicet esse velut emanans et effulgens ex substantia, in quod forma illa mutata sit. At nihilo minus ultimum omnium et absurdissimum dedecus divino corpori imprimetur. Ratione quippe esse sui mulctabitur, et ita futurum est quid non exsistens. Nec vero qualitas sine subjecto per se ipsam quid sit declarari potest, etiamsi quis eam substantialem dicat; cujusmodi D qualitas pars substantiæ esse censetur. Atque, ut exemplo utamur, rationalitas absque subjecto, quod est animal, nusquam consistat, (hoc est) nisi quis prius supponat substantiam animatam sensitivam. Idem est si vel mortalitas, vel immortalitas, vel aliquid ejusmodi proponatur. In quo enim habebit exsistentiam? Et alio loco: « Nam quod **943** corruptibile hoc induere oporteat incorruptibilitatem, et mortale immortalitatem, mysterium est a magno Apostolo traditum [1]. At corpus incorporeitatem induisse, aut creatum evasisse increatum, aut circumscriptum in incircumscriptum transiisse, id quidem nondum ad hanc diem usque auditum est. »

[1] I Cor. XV, 53.

Et alio loco : « Quod natura sua simplex est, id ejusmodi est, ut nec effingi nec pati quicquam ullo modo possit. Impassibile enim et incorruptibile, atque omnino incomprehensibile et incircumscriptum est. Hoc vero quid aliud fuerit nisi Deus ? » Et paulo post : « Nam si idem forent, non duo essent, sed unica natura. Eorum quippe, quæ simul coeunt, differentiam ipsa compositio arguit, eaque diversæ substantiæ esse indicat. »

V. Hinc, ut puto, volenti cuique facile est perspicere, Palamam una cum impio illo Eusebio ipsum quoque refutari, utpote qui eadem atque ille scribat et sentiat. Nempe et sacras sanctorum imagines ab sectatoribus Palamæ fuisse aliquando in ignem conjectas, norunt ii qui viderunt, et arcanum illud vulgarunt, et apud plurimos jurejurando id ita esse confirmarunt. Verum illi deprehensi, et plebis impetum veriti, eo maxime, quod alia accusationum nubes in eos eruperit, fingunt se eas adorare, et cum cæteris divinas ædes introeunt : adeoque effecerunt, ut illud silentio tegeretur. Quapropter et nos in præsenti sileamus.

VI. Cæterum amborum consensum ex iis quæ passim ipsi dicunt, et ex refutationibus, quas magnus ille doctor edidit, oportet ostendere. Imaginum hostis Eusebius totum in transfiguratione corpus Domini mutatum sit in lumen diversum,
944 incorruptibile, et increatum. Palamas vero iis succensens, qui divinitatem unam increatam prædicant, et lumini suo ex Thaborio lumine fundamentum struens, aliud ab substantia esse illud statuit, increatam nempe et incorruptibilem divinitatem, Deum inter et angelos mediam. Etenim corruptis sanctorum verbis, diserte ait : « Qui igitur divinæ naturæ splendorem, quem angeli Deo ministrantes participant, et quo justi fulgebunt sicut sol, nec substantiam divinam esse dicit, nec angelicam, is Deum inter et angelos non ponit ejusmodi lumen, quod nec Deus sit nec angelus : quoniam et divus Dionysius rerum causas, quæ in Deo sunt, quas angeli et homines participant, nec divinam nec angelicam substantiam esse dicit. » Viden ut hic, dum increatum et incorruptibile et aliam divinitatem esse lumen illud ostendere nititur, magnum quoque Dionysium calumniatur, ejus verba perperam interpretans, ut nos fusius in iis quos contra illum scripsimus, steliteuticis et planius in antirrheticis libris declaravimus ? Clarioribus verbis utitur in eo opere, ubi de lumine ipso agit. Nam ibi sic loquitur : « Substantia Dei non est, quoniam ea tangi non potest. Angelus non est, quoniam Dominicos gerit characteres. »

VII. Nec solum Domini corpus increatum exstitisse hic ait, sed et corpora virorum virtute præstantium. Ac nominatim quidem Melchisedecum principii expertem et increatum fuisse sta-

A τὸν εἶεν, οὐ δύο ἂν εἶεν, ἀλλὰ μία φύσις. Ἡ γὰρ σύνθεσις τὸ διάφορον τῶν συντρεχόντων ᾔδει καὶ ἑτεροούσια εἶναι δηλοῖ. »

Ε'. Ἐντεῦθεν ἐξεῖναι τοῖς βουλομένοις οἶμαι συνορᾷν, ὁμοῦ τῷ καταράτῳ Εὐσεβίῳ ἐκείνῳ καὶ Παλαμᾶν ἐλεγχόμενον, ἅτ' ἐκείνῳ ταυτὰ γράφοντα καὶ φρονοῦντα. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ θεῖαι τῶν ἁγίων εἰκόνες καὶ τοῖς περὶ τὸν Παλαμᾶν ἐῤῥιπτοῦντο πρὸς πῦρ, δῆλον μὲν τοῖς θεασαμένοις τε καὶ τὸ ἀπόῤῥητον ἐξειποῦσι καὶ ὅρκῳ βεβαιωσαμένοις τουτὶ πρὸς πολλούς· ὅτι δὲ φωραθέντες, καὶ δείσαντες τὴν τοῦ πλήθους ὁρμὴν, καὶ μάλιστα διὰ τὸ ἐπεισπεσὸν ἕτερον νέφος τῶν ἐγκλημάτων αὐτοῖς, προσκυνεῖν ὑποκρίνονται καὶ αὐτοὶ, καὶ πρὸς τοὺς θείους συνεισιέναι ναοὺς, σιωπῇ καλύπτεσθαι ἐπεπράχεσαν. Σιωπητέον καὶ ἡμῖν ἐν τῷ ἄρτι.

Ϛ'. Δεικτέον δ' οὖν τὴν συμφωνίαν ἀμφοῖν ἔκ τε τῶν σφίσιν ἀεὶ λεγομένων καὶ ἅμα τῶν τοῦ μεγάλου τοῦδε Πατρὸς ἐλέγχων. Ὁ μὲν γὰρ Εἰκονομάχος Εὐσέβιος ὅλον ἐν τῇ μεταμορφώσει (66) μεταβεβλῆσθαί φησι τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα πρὸς φῶς ἕτερον, ἄφθαρτόν τε καὶ ἄκτιστον. Ὁ δὲ Παλαμᾶς, τοῖς μίαν ἄκτιστον θεότητα κηρύττουσι μεμφόμενος, καὶ θεμέλιον ἐκ τοῦ Θαβωρίου τούτου κατασκευάζων φωτὶ, ἄλλο τίθησιν εἶναι παρὰ τὴν οὐσίαν ἐκεῖνο τὸ C φῶς, ἄκτιστόν τε καὶ ἄφθαρτον θεότητα μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων. Φησὶ γὰρ οὑτωσὶ κατὰ λέξιν, παραφθείρων τῶν ἁγίων τοὺς λόγους· « Ὁ τοίνυν λέγων (67) τὴν λαμπρότητα τῆς θείας φύσεως, ἧς καὶ οἱ Θεῷ λειτουργοῦντες ἄγγελοι μετέχουσι, καθ' ἣν καὶ οἱ δίκαιοι λάμψουσιν ὡς ἥλιος, μήτ' οὐσίαν εἶναι θείαν, μήτ' ἀγγελικὴν, οὐ τίθησι μεταξὺ Θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων φῶς, ὃ μήτε Θεός ἐστι μήτ' ἄγγελος· ἐπεὶ καὶ Διονύσιος ὁ θεῖος τοὺς ἐν Θεῷ τῶν ὄντων λόγους, ὧν ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι μετέχουσιν, οὐκ εἶναί φησιν οὐσίαν οὔτε θείαν οὔτε ἀγγελικήν. » Ὁρᾷς πῶς ἐπειγόμενος ἄκτιστόν τε καὶ ἄφθαρτον καὶ ἄλλην θεότητα δεῖξαι τόδε τὸ φῶς καὶ Διονύσιον διαβάλλει τὸν μέγαν, τἀκείνου παρεξηγούμενος· ὡς ἡμῖν γε πλατύτερον ἐν τοῖς κατ' αὐτοῦ στηλιτευτικοῖς D καὶ ἀντιῤῥητικοῖς δέδεικται λόγοις τρανότερον; σαφέστερον δὲ ἐν τῷ περὶ φωτὸς αὐτοῦ τίθησι λόγον. [P. 594] « Οὐσία μὲν γὰρ (68) Θεοῦ (φησὶν) οὐκ ἔστι· καὶ γὰρ ἀνέπαφος ἐκείνη. Ἄγγελος οὐκ ἔστι· δεσποτικοὺς γὰρ φέρει χαρακτῆρας. »

Ζ'. Καὶ οὐ μόνον δὲ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα καὶ οὕτως γεγενῆσθαί φησιν ἄκτιστον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐναρέτων ἀνθρώπων· καὶ ὀνομαστὶ μὲν τὸν Μελχισεδὲκ τίθησιν ἄναρχόν τε γενέσθαι καὶ ἄκτιστον, κορυ-

Variorum notæ.

(66) Non ἐν τῇ μεταμορφώσει, sed μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον. Vide Epistolam ipsam Eusebii supra allatam. BOIVIN.

(67) Τοῦ Παλαμᾶ ἐκ τοῦ ε' λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ Ἀλλὰ τίς ἂν δύναιτο. Vide cod. Reg. 2109, f. 152.

BOIVIN.

(68) Ἐκ τοῦ περὶ φωτὸς λόγου αὐτοῦ. Exstat in codice Regio 2109, fol. 53, oratio seu liber Palamæ ad Athanasium Cyzici archiepiscopum, περὶ τοῦ θείου φωτὸς καὶ τῆς θείας χάριτος. BOIVIN.

στως δὲ τοὺς κατὰ τὴν Παλαμᾶν ἅπαντας. (69) Παραθήσομαι δὲ καὶ αὐτὰς κατὰ τὸ ἀπαράλλακτον τὰς αὐτοῦ ῥήσεις· « Πῶς οὐκ ἄκτιστος (70) ἡ χάρις, δι' ἣν καὶ οἱ μετέχοντες αὐτῆς ἄναρχοι καὶ ἄκτιστοι καὶ ἀτελεύτητοι καὶ ἀΐδιοι καὶ οὐράνιοι κατ' αὐτὴν παρὰ τῶν Πατέρων προσηγορεύθησαν; »

Η'. Ἃ μὲν οὖν δοκεῖ τῷ καταράτῳ καὶ Παλαμᾷ συμφωνεῖν Εὐσεβίῳ, ταῦτά ἐστιν· ἃ δ' ἐπαύξων οὗτος τὰς ἐκείνου παρήλασε βλασφημίας, κακίαν ἐπὶ κακίᾳ προσεπιδαψιλευσάμενος, εἶμι ἐρῶν. Ὄνομα γὰρ θεὶς ἐνέργειαν τῷ φωτὶ γενικὸν, ἔπειτα διαιρεῖ πρὸς ἀπειράκις ἀπείρους θεότητας, ἀκτίστους τε ἅμα καὶ διαφόρους ἀλλήλων, δύναμιν δηλαδὴ καὶ σοφίαν καὶ ζωὴν καὶ βουλὴν καὶ ἀλήθειαν καὶ ὕπνον καὶ μέθην καὶ ὅσα τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐφεύρηται ἀπορίᾳ κατὰ διαφόρους καιροὺς ὀνόματα· ὡς εἶναι θεότητας ταύτας κατ' εἶδος, ἀτελεῖς μὲν καθ' ἑαυτὰς καὶ δεομένας ἀλλήλων· συντιθεμένων δ', ἐπιγίγνεσθαί σφισι τὴν τελειότητα.

Θ'. Ἐντεῦθεν (71) καὶ εἰς τοσαύτην ἤλασε τὸ πρᾶγμα κακίαν, ὡς καὶ παῤῥησιασθῆναι τὰς τοιαύτας βλασφημίας ἐπὶ μέσης τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐκείνων ἀτόπου φάλαγγος, παρόντων καὶ ἡμῶν, ὡς μὴ ὤφελε, καὶ ψήφῳ κοινῇ βασιλέως ὁμοῦ καὶ σύν γε πατριάρχου τῶν ἐπισκόπων ἐκείνων, ἄλλην μὲν τὴν οὐσίαν εἶναι θεότητα, ἄλλην δὲ, καὶ σφόδρα διάφορον, τὴν ἐνέργειαν· καὶ ἅμα μὴ τὴν οὐσίαν εἶναι τὴν ἁγιάζουσαν οὔτε τὸν ἡμῖν μεταλαμβανόμενον θεῖον ἄρτον. Ἅπερ ἀκηκοότων ἡμῶν, ὢ δίκη καὶ ἀνοχὴ Θεοῦ, κατὰ ποταμοὺς ἐχώρει τὰ δάκρυα· κἄπειτα ἐφεξῆς δημοσίᾳ ῥαγεῖσαν ἔτι κακίαν ἄλλην ἰδόντες ἐπέσχομεν τοῦ δακρύειν, οἶμαι τῶν τοῦ ἐγκεφάλου ξηρανθέντων ὑγρῶν ὑπ' ἐκπλήξεως· ἤδη γὰρ καὶ χεῖρας ἐπιβάλλειν ἤρξαντο μετ' ὀργῆς ἀναστάντες ἅμα τῷ πατριάρχῃ καὶ οἱ ἐπίσκοποι καθ' ἡμῶν, μηδ' ἀκούειν τά γε τοιαῦτα ἀνεχομένων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον (72)· νῦν δ' ἐπαναληπτέον ἐκεῖθεν τὸν λόγον, ὅθεν εἰς ταῦτα ἐξέβημεν ἄκοντες, τῇ μνήμῃ συγχυθέντες τοῦ πάθους.

Ι'. Παρέσται δ' ἐντεῦθεν τοῖς ἁπλῶς ἐθέλουσι κρίνειν, ἀναλεγομένους ἕκαστα, ταῖς τε βλασφημίαις τοὺς ἐλέγχους τοῦ θείου [P. 595] καὶ μεγάλου Πατρὸς ἐκείνου συμβάλλειν, καὶ αὖ τοῖς ἐλέγχοις τὰς βλασφημίας, καὶ παρ' ἄλληλα συνορῶντες ἐπιψηφίζεσθαι, πῶς καὶ τὴν τῶν Εἰκονομάχων ἐξαρχῆς κτησάμενος αἵρεσιν προσεπεδαψιλεύσατο καὶ αὐτὸς τῇ αὐτοῦ κακίᾳ προσθήκας ἀτοπωτέρας. Εἰ γὰρ δείξαιμεν αὐτῷ μαχόμενον ἄντικρυς τὸν μέγαν ἐκεῖνον διδάσκαλον, καθ' ἡσυχίαν ἡμῖν ᾗ βουλόμεθα ὁ τῆς ἀποδείξεως χωρήσει σκοπός.

A fuit; generatim autem omnes Palamæ similes. 945 Ipsamet verba ejus sic apponam, ut nihil mutem. « Quidni increata sit ea gratia, cujus qui participes fuerunt, ii per eam principii expertes et increati et fine cariturі, et sempiterni, et cœlestes, a Patribus vocati sunt? »

VIII. Hæc sunt, in quibus Palamas cum abominando Eusebio videtur consentire. In quibus autem ipse superaddendo, et errorem errore cumulando, illius blasphemias supergressus est, ea statim dicturus sum. Lumen generali nomine energiam seu operationem vocat; tum in divinitates dividit infinities infinitas, increatas simul et a se invicem diversas; potentiam scilicet, sapientiam, vitam, consilium, veritatem, somnum, ebrietatem; B et quæcunque hominibus, prout usus fuit, variis temporibus nomina adinventa sunt; ita ut hæ sint divinitates speciales, quæ per se imperfectæ sint et sui invicem indigeant, conjunctæ autem perfectionem acquirant.

IX. Inde eo usque malum illud prorupit, ut in medio episcoporum illorum cœtu, aut insana potius phalange (nobis utinam haud præsentibus!) ex communi imperatoris, patriarchæ et illorum episcoporum suffragio, hæ blasphemiæ palam pronuntiarentur, aliam esse divinitatem, ipsam substantiam; aliam item, et valde diversam ab ea, operationem: tum nec substantiam esse, quæ sanctificaret panem divinum a nobis in sacra communione participatum. Quæ cum nos (proh justitia C et patientia Dei!) audivissemus, lacrymæ nostræ torrentium instar fluebant: 946 tum deinceps, ubi aliud malum vidimus publice erupisse, lacrymas continuimus; eo quod, ut opinor, cerebri humores præ stupore et metu exaruissent. Jam quippe et episcopi cum patriarcha in nos, qui talia ne audire quidem sustinebamus, insurgentes, manus nobis injicere cœperunt. Sed hæc quidem posterius gesta sunt. Nunc inde oratio resumenda, unde ad hæc nolentes, ac illius calamitatis recordatione turbati, divertimus.

X. Hinc porro iis qui candide velint judicare, singula colligentibus, licebit refutationes, a magno illo doctore editas, cum blasphemiis refutatis conferre, et vicissim blasphemias cum refutationibus, D et iis juxta se invicem positis atque consideratis, demum æstimare, quomodo hic iconomachorum hæresin, jam inde ab initio susceptam, sua ipse pravitate amplificaverit et absurdioribus accessionibus cumulaverit. Nam si magnum illum doctorem cum eo palam pugnare ostendamus, sensim argumentatio nostra scopum attinget, et eo perveniet, quo nos volumus.

Variorum notæ.

(69) *Omnes Palamæ similes.* Nempe eos omnes, qui, ut Palamas, divini luminis atque adeo divinæ gratiæ sint participes. Gregoras Palamam irridet, aliosque monachos, qui divinum lumen oculis corporeis visum a se gloriabantur. BOIVIN.

(70) Ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχή· Φιλονεικοῦσι μὲν οὖν ἀλλήλοις. Vide cod. reg. 2409, fol 105. BOIVIN.

(71) Observa πρόληψιν, qua Gregoras tertiæ sessionis acta attingit. BOIVIN.

(72) Sessione 3. Vide infra lib. XXI. BOIVIN.

XI. At de ipso quidem lumine pauca sufficient. A Etenim sancti illius doctoris sapientissimæ et altissimæ quæstioni, utrum ipse voluerit respondeat; sive substantiam dicat esse hoc lumen, et rem per se subsistentem nec alterius indigentem ad exsistendum; sive qualitatem quamdam substantia carentem et incorpoream, quæ esse in alio, non in ipsa consideratum habeat. Ex tribus absurdis unum certe colligetur. Nam si illud substantiam esse dicat, 947 vel angelus erit; quo posito nec increatum nec divinitas est: vel erit quarta hypostasis; quod quam absurdum sit, sanctus Pater et doctor ostendit: si qualitatem quamdam substantia carentem, et fluentem ex alia substantia emanationem, tum divinitas ejusmodi introducetur, quæ careat exsistentia. Imo, inquit, fieri non potest, ut qualitas ulla per se ipsam sine subjecto consistat: B quemadmodum nec rationalitatem, quæ est hominis differentia substantialis, quisquam dixerit posse constare nisi prius ei subjectum sit animal, quod est substantia animata sensu prædita: etenim substantiæ et naturæ partes substantiales et naturales per scientiam posse definiri. Quæ quidem sic dicta si locum habent in compositis, multo magis in indivisis et simplicibus habitura sunt, præsertim autem in natura divina.

IA'. Καὶ περὶ μὲν τοῦ φωτὸς βραχεῖας ἡμῖν δεήσει τῆς γλώττης. Τοῦ γὰρ θείου ἐκείνου Πατρὸς, πυνθανομένου σοφώτατά τε καὶ ὑψηλότατα, ὁπότερον αὐτὸς ἐθέλει ἀποκρινέσθω· εἴτ' οὐσίαν εἶναι τουτὶ τὸ φῶς καὶ ἐνυπόστατον ἀποφαίνοιτο, καθ' αὑτὸ ὑφεστηκὸς καὶ μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς ὕπαρξιν· ἢ ποιότητά τινα ἀνούσιον καὶ ἀσώματον, ἐν ἄλλῳ τὸ εἶναι ἔχουσαν καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ θεωρούμενον. Συναχθήσεται γὰρ τριῶν ἕν γέ τι τῶν ἀτόπων. Εἰ γὰρ οὐσίαν φαίη, ἢ ἄγγελος ἔσται, καὶ διαλύεται τὸ ἄκτιστον αὐτοῦ μετὰ τῆς θεότητος· ἢ τις τετάρτη ὑπόστασις, καὶ τὸ ἄτοπον ὅσον ὁ θεῖος δείκνυσι Πατὴρ καὶ διδάσκαλος. Εἰ δὲ ποιότητά τινα ἀνούσιον καὶ ἀπόῤῥοιαν ἄλλης οὐσίας, εἰσαχθήσεται τὸ ἀνύπαρκτον τῆς θεότητος. Μᾶλλον δὲ ἀδύνατον εἶναί φησι, ὑποκειμένου δίχα καθ' ἑαυτὴν συστῆναι ποιότητα· ὥσπερ οὐκ ἂν τὸ λογικὸν εἴη τις, οὖσαν διαφορὰν οὐσιώδη τἀνθρώπου, μὴ τοῦ ζώου πρότερον ὑποκειμένου, ὅ ἐστιν οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική· εἶναι γὰρ τὰ οὐσιώδη καὶ φυσικὰ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως μέρη τὴν ἐπιστήμην ὁρίζεσθαι. Εἰ δ' ἐπὶ τῶν συνθέτων, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἀμερῶν καὶ ἁπλῶν ἔσται, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ θείας φύσεως, τὰ οὑτωσὶ λεγόμενα.

CAPUT IV.

De corpore Domini, an increatum fuerit; et de hominibus, quos Palamas dixerat fieri increatos. Verbis Theodori Grapti Palamas una cum Eusebio Iconomacho refutatur. Energiæ nomen ab Eunomio inductum, ab Iconomachis receptum, a Palama revocatum in lucem. Theodori Grapti cum sanctis Basilio et Gregorio consensus. Conclusio: Palamam Iconomachorum vestigiis insistere. Substantiæ et operationi eadem definitio convenit. Si corpus Christi incorporeum et increatum fieri non potest, multo minus hominis corpus. Qui virtute proficiunt, ii de novo creari dicuntur.

I. Quoniam itaque ab sapientissimo et sanctis i- C mo doctore Palamas, simul cum Iconomachis, per hæc refellitur; age, eodem rursus sancto doctore nobis socio adjuncto, et aliis armis usi, quibus ille plurimis et accommodis Iconomachos aggressus est, cumulum ab impio homine ex abundanti superadditum deruamus, ut multis argumentis constet Iconomachos longe ab hoc superari improbitate; tum simul appareat, hunc non obiter, nec ut aliud agentem, sed cum solertia, eaque crudelissime insidiosa, semper ad montem Thabor confugere.

II. Illud igitur nobis inquirendum, quomodo corpus Domini evasisse increatum dicat, cum aperte ab Ecclesia repulsi sunt ii, qui id olim effutiverunt: item quomodo homines, ejusdem 948 D instituti cujus Palamas, increati et principii expertes fiant. Quippe hæc ad similem errorem omnino pertinent, nempe ad Iconomachorum hæresin, quam ille toti suæ, velut principium et firmissimum fundamentum, vanæ ædificationi præposuit.

III. Nam ut ea, quæ ab aliis viris sanctis contra allata sunt, in præsenti omittam, et illo solo hic quoque utar sapiente divinoque doctore; qui Iconomachorum bello tum, cum sæviret, se opposuit, ac multa passus, multa in eos locutus, errorem tandem, velut Chalanes turrim, ita profligavit, ut ad nihilum redegerit, idemque eos qui similibus

[P.296] Α'. Οὕτω τοίνυν διὰ τούτων τοῖς Εἰκονομάχοις συγκαταλυομένου τοῦ Παλαμᾶ πρὸς τοῦδε τοῦ σοφωτάτου καὶ θείου διδασκάλου, φέρε λύσωμεν καὶ ἡμεῖς τὴν ἐπιδαψιλευθεῖσαν τῷ ἀνοσίῳ προσθήκην, αὐτῷ πάλιν συμμάχῳ χρώμενοι τῷ ἁγίῳ καὶ οἷς ἄλλοις πολλοῖς τε καὶ εὐμηχάνοις κατὰ τῶν Εἰκονομάχων ὅπλοις ἐχρήσατο· ἵνα πολλαχόθεν οὗτος μακροῖς τισι τῆς κακίας μέτροις καὶ τοὺς Εἰκονομάχους φαίνηται νικῶν, καὶ ἅμα συναναφαίνηται μὴ παρέργως κἀκ τοῦ παρήκοντος εἰς τὸ Θαβώριον ἀεὶ καταφεύγων ὄρος, ἀλλὰ καὶ μετὰ μάλα πικρᾶς ἐφεδρευούσης περινοίας.

Β'. Ἐξεταστέον οὖν ἐστιν ἡμῖν, πῶς ἄκτιστον γεγονέναι λέγει τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα· καὶ ταῦτ', ἐκκηρύκτων τῇ Ἐκκλησίᾳ περιφανῶς γενομένων, ὁπόσοι πάλαι τουτὶ παρελήρησαν· καὶ ἅμα, πῶς οἱ κατὰ τὸν Παλαμᾶν ἄκτιστοί τε καὶ ἄναρχοι γίνονται ἄνθρωποι. Τῆς γὰρ ὁμοίας ἔχονται κακοδοξίας ἀπρὶξ καὶ ταυτὶ, λέγω δὴ τῆς τῶν Εἰκονομάχων, ἣν ὡς ἀρχὴν καὶ θεμέλιον κράτιστον τῆς ὅλης προὔθετο σαθρᾶς οἰκοδομῆς αὐτοῦ.

Γ'. Ἵνα γὰρ τὰς τῶν ἄλλων ἐν τῷ παρόντι παρείς ἀντιῤῥήσεις ἁγίων μόνῳ τῷ σοφῷ κἀνταῦθα καὶ θείῳ ἐκείνῳ χρήσωμαι διδασκάλῳ, τῷ καὶ τηνικαῦτα μὲν ἀντιστάντι πρὸς τὸν τῆς εἰκονομαχίας ἐκεῖνον πόλεμον, καὶ πολλὰ μὲν πεπονθότι, πολλὰ δ' ἀντειπόντι, καὶ ὡς πύργον Χαλάνης διὰ τέλους [illegible]

νῦν ὁμοίως τοὺς τὰ ὅμοια νοσοῦντας ἐκείνοις καθαιροῦντι· « Ὅτι μὲν, » φησὶ (73), « τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι δεῖ ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θνητὸν ἀθανασίαν, ὁ μέγας μυσταγωγεῖ Ἀπόστολος· τὸ δὲ σῶμα ἀσωματότητα ἐνδύσασθαι, ἢ τὸ κτιστὸν γενέσθαι ἄκτιστον, ἢ τὸ περίγραπτον εἰς ἀπεριγραφίαν μετατεθεῖσθαι, οὔπω καὶ τήμερον ἤκουσται. » Ἐντεῦθεν μανθάνειν ἡμῖν σαφῶς περιγίνεται, ὅτι τε τοῖς Εἰκονομάχοις ταῦτα παραλελήρηται καὶ τῆς ἐκείνων ἐστὶ κακοδοξίας· καὶ νῦν ὁρᾶται περὶ [P. 597] τὴν αὐτὴν αὐτοῖς καὶ Παλαμᾶς βακχεύσας τράπεζαν καὶ ὅλον εἰς κόρον ἐκροφήσας τὸν τῆς κακοδοξίας ἐκείνης κρατῆρα.

Δ'. Ἀλλὰ μικρὸν ἐπισχόντες πυθέσθαι θελήσωμεν καὶ πῶς προϊὼν ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος σοφωτάτην ποιεῖ τὴν τῶν ῥηθέντων εὐκρίνειαν. « Πᾶν γάρ, φησί, τὸ μεταβαλλόμενον ἢ καθ' αὑτὸ ἢ κατ' οὐσίαν μεταβάλλεται· ὃ δὴ περὶ γένεσιν καὶ φθορὰν θεωρεῖται· ἢ κατά τι τῶν ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦτο διχῶς· ἢ κατὰ τὸ ποσὸν, καθ' ὃ ἡ αὔξησις καὶ ἡ μείωσις δείκνυται· ἢ κατὰ τὸ ποιὸν, ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις (74)· ἥ ἐστι μετασχηματισμὸς χαρακτῆρός τινος, ἢ κατά τι τῶν τοῦ ὑποκειμένου πράγματος ἐξαλλαγή, χωριστῶς ἢ ἀχωρίστως ἐπισυμβαίνουσα· ὅπερ ἀλλοῖον μὲν καὶ διάφορον τοῦ προτέρου δείκνυσιν, οὐ μὴν ἄλλο τι τὸ ἀλλοιούμενον ἀπεργάζεται. Οὐ γὰρ οὐσιωδῶς μετέβαλεν· ἀλλ' ἐκ τοιοῦδε τὸν αὐτὸν τοιόνδε κατὰ τὸ ποιὸν γενέσθαι πεποίηκε. Τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν ἐξ ὅλων ὅλον μεταβεβλῆσθαι. Τὸ γὰρ ὑποκείμενον πάντως ὑπομένει σωζόμενον. Εἰ δὲ κατὰ τὸ ποσὸν μετέβαλεν, αὔξησίν τινα ἢ μείωσιν ἐδέξατο καὶ παραλλαγήν, κατὰ τὸν σωματικὸν ὄγκον μεγέθει διενέγκασα, ἥ ἐστι τοῦ γε ἤδη προϋπάρχοντος καὶ εἰδοπεποιημένου ἐπίδοσις ἢ ὕφεσις. Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα ἄλλο τι παρὰ τὸ ἐξαρχῆς ὑπάρξαν ποιεῖ, ἀλλ' ἐκ τοσοῦδε τὸν αὐτὸν τοσόνδε κατὰ τὸ πηλίκον γενέσθαι πεποίηκεν. Οὐκοῦν οὐδὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξ ὅλων ὅλη μεταβέβληται ἡ μορφή. Τί οὖν ἐστι; Λείπεται λέγειν καθ' αὑτὴν μεταβεβλῆσθαι. Τοῦτο δὲ περὶ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἤδη τὴν μεταβολὴν ἐνδείκνυται, περὶ ἣν ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορὰ θεωρεῖται. Ἐπεὶ οὖν ὡμολόγηται ἡμῖν τὸ τοῦ Χριστοῦ σωματικὸν ὑπάρξαν εἶδος (καὶ τοῦτο οὐδ' ἂν αὐτὸς οἶμαι ἀρνηθείη· δοκεῖ γὰρ εὐγνωμονεῖν πως περὶ τὴν ἐξαρχῆς ὕπαρξιν· ἐπεὶ πόθεν αὐτῷ ἡ μεταβολὴ πορισθήσεται;), μεταβέβληται δὲ κατ' αὐτὸν ἐξ ὅλων ὅλη ἡ τοιαύτη μορφή, πᾶσα ἀνάγκη ἐκ γενέσεως εἰς φθορὰν, κἀκ τοῦ ὄντος εἰς τὸ μηδαμῇ εἶναι κεχωρηκέναι. Εἰ τοίνυν κατ' αὐτὸν ἐξ ὅλων ὅλη μετα-

A morbis laborant, pariter hodie profligat : « Quod quidem, inquit, corruptibile hoc induere oporteat incorruptibilitatem, et mortale immortalitatem, mysterium est a magno Apostolo traditum. At corpus incorporeitatem induisse, aut, quod creatum esset, factum esse increatum, aut circumscriptum transiisse in incircumscriptum, id certe nondum ad hanc diem usque auditum est. » Hinc nos liquido discimus, hæc Iconomachorum deliramenta, has fuisse opiniones pravas. Ac nunc evidens est Palamam, circum eamdem mensam bacchatum, erroris poculum totum ad satietatem exsorbuisse.

IV. Sed paulum hic subsistentes magnum illum doctorem audiamus, summa deinde doctrina ea B quæ dicta sunt enucleantem. « Quidquid mutatur, inquit, id vel per se seu ratione substantiæ mutatur; id quod in generatione et corruptione observatur; vel ratione alicujus **949** eorum quæ in eo sunt; idque bifariam; nempe aut ratione quantitatis, in qua augmentum et deminutio spectatur: aut ratione qualitatis, in qua alteratio exsistit, quæ est alicujus characteris transformatio, seu secundum quid eorum quæ in subjecto sunt, separabiliter vel inseparabiliter adveniens mutatio, quæ id quod alteratur alterum quidem, et ab eo quod prius fuit diversum, non tamen aliud efficit. Nec enim substantialiter mutavit, sed illud ipsum tale ex tali secundum qualitatem effecit. Hoc autem non est totum ex toto mutatum fuisse. Siquidem subjectum ipsum C salvum omnino manet. Quod si in quantitate mutatio facta esset, tum augmentum vel deminutionem caro Christi passa fuisset; et variam progressionem habuisset, et secundum molem corporis major minorve exstitisset : quæ est rei præexsistentis et jam specificatæ accretio vel deminutio. At nec ista aliud, quam quod initio fuit, faciunt, sed ut idem ex tanto tantum secundum quantitatem fieret effecerunt. Itaque nec eo modo tota ex toto forma mutata est. Quid ergo? Illud dicendum restat, secundum se ipsam mutatam fuisse. Id vero factam in ipsa substantia mutationem arguit, circa quam generatio et corruptio considerantur. Quoniam igitur de eo inter nos convenit, formam D Christi corpoream exstitisse (neque id, credo, ipse negaverit; nam de ea, quæ ab initio fuit, exsistentia videtur quadamtenus recte sentire : alioquin unde erit ei mutatio?), eaque forma, ut ait, tota ex toto **950** mutata est, jam prorsus necesse est eam ex generatione ad corruptionem et ex esse

Variorum notæ.

(73) Verba Theodori Grapti : imo Nicephori patriarchæ; eadem quæ supra. Boivin.

(74) Omissum a Gregora plenum divisionis membrum. Codex Regius (cod. 1989, fol. 199, v. lin. penult.) ita habet : Ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις. [Παρετέον τανῦν τόπου γε εἵνεκεν λέγειν ἢ χρόνου, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἐν κινήσει θεωρουμένων, ἐπεὶ πρὸς οὐδὲν χρήσιμον κατὰ τὴν παροῦσαν συντελεῖ σκέψιν· καθ' ὁποῖον οὖν τῶν εἰρημένων τρόπων ὁ θαυμάσιος οὗτος τὴν κατὰ Χριστοῦ δουλικὴν μορφήν, τὸ ἐσχηματισμένον σῶμα καὶ τετυπωμένον, ὡς ἡμῖν γε καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, ὃ δὴ καὶ γράφεται καὶ ὁρίζεται, εἴπερ εἰς μηδὲν τοῦ καθ' ἡμᾶς σώματος τοῖς ἀληθείαις καθὸ σῶμα διενήνοχεν, ἐξ ὅλων ὅλην μεταβεβλῆσθαι ἀποφαίνεται, καὶ τοῦτο θαρσαλέως καὶ ἐκθυμότατα. Εἰ μὲν κατὰ τὸ ποιὸν μεταβέβληται, κεκίνηται μὲν πρὸς ἀλλοίωσιν·] ἢ δέ ἐστιν μετασχηματισμός... Boivin.

ad non esse transiisse. Si, ut ait, tota ex toto mutata est, nihil ergo ejus residuum mansit. Ergo corpus de medio sublatum et corruptum est; ac neque corpus, neque forma, neque aliud quidquam superest. Eo insaniæ et impietatis illos præcipites egit artificiosa et plane ridicula verborum temeritas. »

V. Hæc vir sanctus, docta admodum et sublimia; hæc ferme scribebat, cum iconomachiæ propugnatorem refutaret et everteret; cum quo et venerabilis Palamas statim refutatur et evertitur, qui eadem scribit et sentit; modo ex illius lingua pendens, velut hedera quercui adhærescit; modo contemnens ea, quæ didicit, et iis stare negligens ubi aliquid addendum sit, et magistrum superare, tanquam maximum gloriæ certamen, sibi proponens. Etenim cum energiæ seu operationis nomen, in detrimentum Ecclesiæ ab impio Eunomio introductum, olim in divinam Trinitatem invasisset, Iconomachi postea impendio curaverunt, ut ad proprios errores hic quoque accederet. Horum vestigiis Palamas insistit, vulturio similis, quam avem ferunt sana corpora præterire, cupide autem ad morbosa accedere.

VI. Postquam itaque ea verba, quibus tunc sanctus doctor contra impium Eusebium præsens usus est, in medium protulerimus, atque ipsa continuo argumenta, quibus olim **951** sancti Patres, Basilii et Gregorii, sceleratum Eunomium in suis antirrheticis obruere studuerunt; ea nobis quoque satis fore arbitror, ut et hunc velut uno gladii ictu in viscera adacto, illis ipsis argumentis confodiamus.

VII. Ille igitur, ut nos comperimus, Deum ipsum ait omnibus præsentem adesse: « Non enim, inquit, simplici operatione, ut veteres quidam existebant qui ita delirarunt, ut dicerent eum tempore divinæ incarnationis sua hypostasi cœlos vacuos fecisse, ac nobiscum substantialiter fuisse, operatione autem et dignitate sola apud Deum et Patrem. Nempe illi, ut in objectis corporeis, ita et in Verbo divino aliud substantiam, aliud operationem esse statuebant, quod piis non licet; quoniam hi sciunt in simplicibus et incorporeis nihil ea differre. Quippe hæc a se invicem distingui haud debent, ne quod omnem simplicitatem excedit, compositum esse intelligatur. Nam nec divina substantia operatione vacare, nec operatio unquam substantiæ expers esse potest. » Tum paulo infra: « Ita enim pie divina operatio, seu potius αὐτενέργεια, æterna esse intelligetur, quia operatio ab substantia non distinguitur, sed eadem definitione continetur, propter simplicis et incorporeæ naturæ proprietatem. »

A βέβληται, οὐδὲν ἄρα αὐτῆς ὑπολέλειπται· ἐκποδὼν οὖν τὸ σῶμα καὶ ἔφθαρται· καὶ οὔτε σῶμα οὔτε μορφὴ, οὔτ' ἄλλο τι λοιπόν ἐστιν. Εἰς τοιοῦτον αὐτοὺς τῆς ἀτοπίας βόθρον καὶ ἀθεΐας ἡ σεσοφισμένη καὶ ἀστειοτάτη τοῦ λόγου κατεκρήμνισε περιπέτεια. »

Ε'. Καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη γέγραπται τῷ ἁγίῳ, σοφώτατά τε καὶ ὑψηλότατα, τὸν τῆς εἰκονομαχίας προστάτην ἐξελέγχοντί τε καὶ καταλύοντι· ᾧ καὶ αὐτὸς εὐθὺς συνεξελέγχεταί τε καὶ συγκαταλύεται ὁ σεμνὸς Παλαμᾶς, ἐκείνῳ ταυτὰ καὶ γράφων καὶ [P. 598] φρονῶν, πῆ μὲν ἐκείνου τῆς γλώττης ἐξηρτημένος, οἷα δρυὸς ἐπειλημμένος κιττός· πῆ δὲ τὸ τοῖς διδαχθεῖσιν ἐμμένειν κατειρωνευόμενος, ὅποι προσ- B θήκης δέοιτο, καὶ φιλοτιμίας ἀγώνισμα ποιούμενος κράτιστον, τὸν διδάσκαλον ὑπερσχεῖν. Καὶ γὰρ ὑπ' Εὐνομίου τοῦ καταράτου καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα τῇ θείᾳ Τριάδι πάλαι παρεισαχθὲν ἐπὶ πονήρῳ τῆς Ἐκκλησίας περὶ πλείστου καὶ τοῖς Εἰκονομάχοις ὕστερον ἐγεγόνει τοῖς οἰκείοις προσθεῖναι καὶ τοῦτο κακοῖς, καὶ ἅμα τῷ κατόπιν ἐκείνοις ἀκολουθοῦντι νῦν Παλαμᾷ· καθάπερ καὶ τὸν γῦπα φασὶ τὸ ὄρνεον τὰ μὲν ὑγιαίνοντα τῶν σωμάτων παριέναι, ἃ δὲ νοσεῖ, ταῦτα δ' ἀσμένως προσιέναι.

Ϛ'. Διὸ προσεχῶς μὲν τὰ τοῦ θείου πάλιν διδασκάλου προενεγκοῦσιν εἰς μέσον ῥήματα, οἷς ἐπ' Εὐσεβίου τοῦ δυσσεβοῦς τηνικαῦτα παρὼν ἐκεῖνος ἐχρήσατο, ἔπειτα καὶ δι' ὧν τοῖς θείοις ἐμέλησε πάλαι Πατράσι, Βασιλείοις καὶ Γρηγορίοις φημὶ (75), τὸν ἀλιτήριον ἐκεῖνον τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς καταχῶσαι Εὐνόμιον, καί ἡμῖν ἀποχρήσειν οἶμαι μιᾷ πληγῇ καὶ κατὰ τῶν τούτου σπλάγχνων ἐλάσαι C τὸ τῶν ἐλέγχων ἐκείνων ξίφος.

Ζ'. Εὑρίσκομεν οὖν ἐκεῖνον, παρεῖναι λέγοντα τοῖς ἅπασι τὸν Θεὸν αὐτόν. « Οὐ γὰρ ἐνεργείᾳ ψιλῇ φησι κατά τινας τῶν πάλαι, τὰ τοιαῦτα ληρωδησάντων, κενῶσαι μὲν τοὺς οὐρανοὺς λεγόντων (76) τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς θείας σαρκώσεως, εἶναί τε οὐσιωδῶς σὺν ἡμῖν, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ ἀξίᾳ μόνῃ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Ἐπεὶ ἕτερον οὐσίαν καὶ ἄλλο ἐνέργειαν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶς θεωρουμένων, οὕτω δὲ κἀπὶ τοῦ θείου Λόγου ἐτίθεντο, ὅπερ τοῖς εὐσεβέσιν D ἀπείρηται. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἁπλῶν καὶ ἀσωμάτων ἐν οὐδενὶ διαφέρειν ἴσασιν. Οὐ γὰρ διοριστέον ταῦτα ἀλλήλων, ἵνα μὴ σύνθετον τὸ ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα νοοῖτο. Οὔτε γάρ ἡ θεία οὐσία ἀνενέργητος εἴη ἄν ποτε, οὔτ' ἀνούσιος ἡ ἐνέργεια. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Οὕτω γὰρ ἂν εὐσεβῶς νοηθείη ἡ μὲν θεία ἐνέργεια ἀΐδιος, μᾶλλον δ' αὐτενέργεια, τῷ μὴ διωρίσθαι τῆς οὐσίας τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπιδέχεσθαι διὰ τὴν τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως ἰδιότητα.

Variorum notæ.

(75) Gregoras promittit se sanctorum Basilii et Gregorii argumenta prolaturum, quæ tamen haud proferet. BOIVIN.

(76) Poteram sic interpretari: *Non enim*, inquit, *ut veteres quidam delirarunt*, dicitur ille tempore *divinæ incarnationis sua hypostasi cœlos vacuos fecisse*. Sed aliter malui, secutus codicis antiquissimi lectionem, in quo non λέγεται, sed λεγόντων scriptum erat. BOIVIN.

Η'. Ὁρᾷς ὅπως τε κατ' ἴχνος τῷ θείῳ καὶ οὗτος A ἕπεται Βασιλείῳ καὶ οἷον ἑρμηνεύει τἀκείνου, καὶ ὅπως τοῖς κατ' ἴχνος, οἷς ἐκεῖνος ἐμάχετο, ἑπομένοις καὶ οὗτος ἐπίσης καθάπαξ μαχόμενος φαίνεται; ὥστε ὁ τὸν ἕτερον λοιδορῶν καὶ θάτερον πάντως ὁμοίως λοιδορεῖ. Λοιδορῶν οὖν ὁ Παλαμᾶς Θεόδωρον (77) ἐκεῖνον τὸν μέγαν τῆς Ἐκκλησίας προστάτην, ἅτε τοῖς Εἰκονομάχοις οὕτω μαχόμενον, ὁμοῦ καὶ τὸν μέγαν εὐθὺς λοιδορεῖ Βασίλειον· ὁ δὲ τοῖς θείοις τούτοις Πατράσι μαχόμενος τοὺς ἑτεροδόξους ἐξ ἀνάγκης, [P.599] οἷς οὗτοι μάχονται, φαίνεται φιλῶν. Ἔστι μὲν οὖν κἀντεῦθεν δῆλον τό γε τοῖς τῆς εἰκονομαχίας προστάταις τὸν Παλαμᾶν ἐν ἅπασιν ἀεὶ καὶ συνεχῶς ἀκολουθεῖν, ὡς ἐξ ὁρμητηρίου ἀρξάμενον τοῦ Θαβωρίου φωτὸς ὁμοίως ἐκείνοις· καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ αἴτιον, ἀεὶ διὰ στόματος ἄγειν αὐτὸν τὸ B Θαβώριον.

Θ'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν. Εἰ γὰρ ὁ τῆς οὐσίας λόγος οὐδὲν ἕτερον ἢ πρᾶγμά ἐστιν αὐθύπαρκτον, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς ὕπαρξιν, ὡς ὅ τε τῆς ἐπιστήμης διδάσκει λόγος καὶ ὁ θεῖος οὗτος διδάσκαλος ἔφθη προειρηκώς, εἴη ἂν καὶ ὁ τῆς ἐνεργείας λόγος ὁ αὐτὸς, κἂν τοῖς ὀνόμασι διαφέρειν δοκῶσι, πρᾶγμα δηλαδὴ αὐθύπαρκτον, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς ὕπαρξιν. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὁ τῆς ταυτότητος σώζοιτο λόγος· καθὰ πάλιν ὁ αὐτὸς οὗτος ἔφησεν ἀλλαχοῦ· « Εἰ ταυτὸν εἶεν, οὐ δύο ἂν εἶεν, ἀλλὰ μία φύσις. Ἡ γὰρ σύνθεσις τὸ διάφορον τῶν συντρεχόντων ᾄδει καὶ ἑτεροούσια εἶναι δηλοῖ. » C

Ι'. Ὅτι μὲν οὖν ἐνέργειαν καὶ δύναμιν καὶ σοφίαν καὶ ζωὴν, καὶ ὅσα τοῖς ἀνθρώποις ἔπεισιν ὀνομάζειν τὸ Θεῖον, τὰ τῶν διδασκάλων τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας δόγματα μὴ διαιρεῖν τῆς οὐσίας ἐπὶ Θεοῦ συγχωρεῖ, οὔτε φῶς ἄκτιστον ἄλλο παρὰ τὴν θείαν λέγειν οὐσίαν, οὔτε θεότητας τῆς μιᾶς ἐπέκεινα τρισυποστάτου φύσεως, οὔτ' ἀσώματόν τε καὶ ἄκτιστον δύνασθαι γίνεσθαι τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, εἴρηται. Εἰ δ' ἐπὶ Χριστοῦ τοῦτ' ἀδύνατον, τίς οὕτως εὐήθης ἂν εἴη, ὥστ' ἄνθρωπον γίνεσθαι λέγειν ἄκτιστόν τινα τῶν πάντων, ἀσώματόν τε καὶ ἄναρχον κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, καὶ ὅσα τοῖς ἀσεβέσιν αὐτονομουμένῃ γλώττῃ προῖκα ληρεῖν συγκεχώρηται; Οἷς γὰρ ἐς ἀρετῆς προκόπτειν ἐγγίνεται λόγον, τούτοις οὐκ ἀκτίστοις γίνεσθαι πρόσεστι. D Πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Τοὐναντίον μέντ' ἂν μᾶλλον δεήσειε γενέσθαι κτιστοῖς ἐς τὸ πολλαπλάσιον, ὡς ἄλλοις τε πλείστοις ἐστὶ δεδογμένον καὶ δὴ καὶ Παύλῳ τῷ θείῳ· Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, ἀνακαινίζεσθαι τὴν πρὸς τὰ κρείττω ῥοπὴν καὶ ἀντίληψιν τῶν καλῶν· ἣν δὴ κτίσιν καὶ ὁ θεῖος ἐπιζητεῖ Δαβὶδ, καρδίαν καθαρὰν ἐν αὐτῷ κτίζεσθαι, καὶ πνεῦμα τοῖς ἐγκάτοις εὐθὲς ἐγκαινίζεσθαι.

A VIII. Vides, ut hic D. Basilii vestigiis insistit, ac ejus fere verba interpretatur? Vides, ut assectatoribus eorum, contra quos ille pugnavit, hic pariter totis viribus **952** pugnat? Qui itaque alteri maledicit, eum constat et alteri simul maledicere. Quamobrem Palamas magno illi Ecclesiæ defensori Theodoro, contra Iconomachos sic pugnanti, dum conviciatur, eodem tempore etiam magno Basilio convicium facit. His autem sanctis Patribus qui pugnat, eum necesse est heterodoxorum, quibus illi pugnabant, videri amatorem. Et hinc igitur patet, Palamam in omnibus perpetuo et continenter eorum qui inconomachiæ propugnatores fuerunt, vestigia persequi, ab lumine Thaborio, tanquam ab aliquo perfugio, itidem ut illos profectum. B Atque hæc causa est, cur Thabor ei semper in ore sit.

IX. Sed me illud pene effugit. Nimirum si substantia nihil aliud est, nisi res per se subsistens, nec alio egens ad exsistendum, ut et scientia docet, et sanctus iste doctor supra dixerat, erit etiam operationis definitio eadem, etsi ipsis nominibus differre videantur: erit, inquam, operatio res per se subsistens, nec alio egens ad exsistendum. Ita quippe servabitur ratio identitatis, ut ille ipse rursus alibi dixit: « Si idem sunt, ergo non sunt duo, sed unica natura. Compositio enim differentiam indicat eorum, quæ simul coeunt, eaque diversæ substantiæ esse declarat. »

C X. Quod igitur in Deo operationem, et potentiam, et sapientiam, et vitam, et quæcunque nomina Divinitati ab hominibus tribui solent, ab substantia distingui non permittat doctrina ab Ecclesiæ doctoribus tradita, nec lumen dici increatum aliud, præter **953** substantiam divinam, nec alias divinitates, præter unam in tribus personis naturam, nec incorporeum et increatum corpus Christi posse fieri, hactenus dictum est. Quod si id in Christo fieri non potest, quisquamne adeo stolidus, ut aliquem ex omnibus hominibus naturali ratione increatum fieri dicat, incorporeumque, et principio carentem, et quidquid impiis lingua effreni temere et gratis effutire licuit? Nam qui virtutis ra- D tione proficiunt, non ideo ii increati fiunt. Ac multum quidem abest ut fiant. Imo creatos eos fieri tanto magis oporteat; quemadmodum tum aliis plurimis, tum divo Paulo visum est, dicenti [1]. Si qua in Christo nova creatura sit, propensionem ad meliora et virtutis professionem renovari: cujusmodi creaturam divus quoque David requirit, ubi cor mundum creari in se, et spiritum rectum innovari in visceribus postulat [2].

[1] II Cor. v, 17. [2] Psal. L, 12.

Variorum notæ.

(77) Fuit itaque illud tempus, cum Palamas Theodori Grapti auctoritatem parvi faciebat, ut supra dicebamus. Tamen Philotheus *Antirrh.* lib. XI passim hunc laudat et in suas partes trahere conatur. Vide cod. Reg. 1996, fol. 256, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 280, 281. Laudatur etiam a Cantacuzeno in *Antirrh.* contra Prochorum, cod. Reg. 1959, fol. 75. BOIVIN.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Κ'.

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER VICESIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Soluta quæstione de lumine Thaborio, Gregoras ad alteram criminationem refellendam transit. De Deo disputare periculosum est. Quid sancti Patres super ea re præceperint, et quatenus ipsi de Deo disputarint. Gregorius Nazianzenus. Basilius Magnus. Chrysostomus. Athanasius. Isaac monachus. Joannes Climacus. D. Paulus. Acta conciliorum generalium.

955 I. Si sanctorum testimonia velim afferre, A succurrunt mihi multa. Sed me nec dolores capitis ea nunc sigillatim omnia recensere patiuntur, nec plane necesse est, quæcunque in aliis illis Iconomachorum scilicet conciliis, seu potius latrociniis, audita vel dicta sunt, universa simul proferre. Omnia autem Deo juvante, et singula quidem suo loco, infra dicturi sumus. Nunc ego illuc redeo.

II. Quoniam ibidem imperator alterum mihi crimen objiciebat, quod de Deo disputari vetarem, idemque sanctos opponebat, qui de Deo passim et diserte disputarent, aiebatque Palamam eorum exemplo novas illas theologias scriptitare, pro quibus se vel sanguinem suum libentissime effusurum æquus scilicet judex affirmabat; age, inquam, ad istam quoque criminationem respondeamus.

III. Rem esse periculosam, de Deo disputare, nec volenti cuique id licere, sanctorum Patrum scita et 956 canones definiunt. Hoc illis notum, qui in iis versati sunt. Quin etiam ne in leges patrias curiosius inquireretur, neve termini, quos illi Ecclesiæ posuissent, moverentur, ab iisdem Patribus cautum sancitumque est: neque id opinor quisquam inficiabitur, nisi qui gratis velit incurrere in publicos risus, quive eorumdem Patrum exsecrationibus obligari non perhorrescat. Absurdissimum sane fuerit Pythagoreos quinquennali linguæ silentio, animi autem obsequio longe diuturniori, magistri sui dogmata approbasse: nos

[P. 600] Α'. Πολλῶν δ' ἐπιῤῥεόντων, εἰ μαρτυρίας ἁγίων εἰσάγειν ἐθέλοιμεν, οὐθ' αἱ τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες ἐῶσι τανῦν διεξιέναι καθ' ἕκαστα πάντα, οὔτ' ἀνάγκη πᾶσα νῦν λέγειν ἀθρόον, ὁπόσα καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκείναις λῃστρικαῖς συνόδοις ἀκούειν καὶ λέγειν συμπέπτωκεν. Εἰρήσεται δὲ κατὰ χώραν (78) γενομένοις ἑκάστων ἅπαντα, προϊόντος ἡμῖν σὺν γε Θεῷ τοῦ λόγου. Νῦν δὲ ἐκεῖσε ἐπάνειμι.

Β'. Ἐπεὶ γὰρ δεύτερον ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ μοι προσῆγεν ἔγκλημα, τὴν τοῦ θεολογεῖν ἀπαγόρευσιν, τοὺς ἁγίους ἄνω καὶ κάτω διαῤῥήδην θεολογεῖν προβαλλόμενος, οἷς καὶ Παλαμᾶν ὑποδείγμασι (79) χρώμενον τὰς νέας ταύτας ἔλεγε γράφειν θεολογίας, ὑπὲρ ὧν καὶ τὸ οἰκεῖον αἷμα διδόναι μάλα προθύμως ὁ ἀῤῥεπὴς κριτὴς ἰσχυρίζετο, φέρε καὶ B πρὸς τοῦτ' ἀπαντήσωμεν, ἔφην ἐγώ.

quæ quivis statim intelligit, quæ nihil ænigmati A simile, nihil obscurum habent, sed aperte et diserte 973 nobis declarant, in simplici et divina natura eamdem esse operationem et substantiam, et hanc quasi αὐτοενέργειαν esse, ut fusius supra demonstratum est. Vides ut eos qui hæc non sentiunt, palam impios vocent sancti Patres, et quæ præterea addant. Jam vero iidem sancti, cum et Filium et Spiritum operationem Patris esse dicunt, quid aliud innuunt, nisi idem esse substantiam et operationem?

VII. Quod si demus, ut in compositis, ita et in Deo notiones dictionibus, prout hæc sonant, respondere; non duplex modo, ex substantia scilicet et operatione conflatum, sed et valde multiplex erit id, quod simplex est. Quid enim putet is, qui B sanctos audiat dicentes: Unum Deum, unum principium æternum, increatum, non factum, unam substantiam, unam divinitatem, unam virtutem, unam voluntatem, unam operationem, unam potentiam, unam dominationem, unum imperium, in tribus hypostasibus perfectis una adoratione noscendum? Numquid illi Deum multiplicem et varium et ex multis rebus compositum dicunt? Apage. Nam id quomodo dicant, qui horis omnibus, omni tempore curaverunt, ut secum ipsi semper et inter se invicem consonarent, ac ut nihil prorsus de his unquam pronuntiarent, quod plus minusve dissonum foret? Deum quippe aiunt simplicem esse et compositionis expertem: quod autem ex pluribus et C variis rebus constet, id esse compositum. Etenim, inquiunt, si increatum, et carens principio, et incorporeum, 974 et immortale, et æternum, et bonum, et creandi vim habens, et alia ejusmodi, in Deo substantiales differentias esse dixerimus, sed compositum; quod est extremæ impietatis.

VIII. At si in his ita se res habet, quidni et in iis, quæ duo sunt, pariter duplicitas aliqua et differentia intelligatur, substantiæ videlicet subjectæ, et operationis, quæ illic secundum Palamam diversa res est? Nam quæ est duplex, ea nec una, nec simplex, nec principio carens, nec infinita res est, sed composita et finita.

IX. Ac præter alios divus Maximus hac de re sic loquitur: « Quod est duplex, id nec infinitum est, D nec principio carens, nec immobile, neque etiam principium ullius rei esse poterit. » Rursus: « Nemo autem, rationis utcunque particeps, infinitum esse illud dixerit, cui aliquid substantia diversum coexsistens vel inexsistens intelligitur. » Et paulo post: « Etenim si qua ratione, aut si ullo modo aliud quid substantia diversum posse ei comparari diceremus, hoc ipso totius infinitatis totam rationem simul ab eo tolleremus. Quod si infinitum esse illud non potest, cui ab æterno coexsistit aliquid substantia diversum, nullo unquam modo

A πᾶσι γνωρίμους αὐτόθεν, καὶ μηδὲν μήτε αἰνιγματῶδες μήτε γρῖφον ἐχούσας, ἀλλ' ἐμφανῶς καὶ διαῤῥήδην ἀπαγγελλούσας ἡμῖν, ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ θείας φύσεως τῇ οὐσίᾳ ταυτὴν τὴν ἐνέργειαν εἶναι, καὶ οἷον αὐτοενέργειαν τὴν οὐσίαν, ὡς ἀνωτέρω (91) που δέδεικται διαρκέστερον. Ὁρᾷς δ' ὡς καὶ ἀσεβεῖς προφανῶς τοὺς μὴ ταῦτα βουλομένους ἀποκαλοῦσιν οἱ θεῖοι Πατέρες, καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις ἔτι φασίν. Ἄλλως τε καὶ τὸ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ἐνέργειαν φάσκειν τοὺς ἁγίους, τί δηλούντων ἐστὶν ἕτερον, ἢ τὸ τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ταυτόν;

Ζ'. Εἰ γὰρ τῇ τῶν λέξεων δοίημεν προφορᾷ καθάπαξ ἕπεσθαι τὰς ἐννοίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν συνθέτων, οὕτω κἀπὶ Θεοῦ, οὐ διπλοῦν ἔσται μόνον τὸ ἁπλοῦν, ἐξ οὐσίας δηλαδὴ καὶ ἐνεργείας συγκείμενον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα γέ τοι πολλαπλοῦν. Τί γὰρ ἂν B φαίη τις, τῶν ἁγίων ἀκούων λεγόντων, ἕνα Θεόν, μίαν ἀρχὴν αἰώνιον, ἄκτιστον, ἀγένητον, μίαν οὐσίαν, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, μίαν θέλησιν, μίαν ἐνέργειαν, μίαν ἐξουσίαν, μίαν κυριότητα, μίαν βασιλείαν, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσι γνωριζομένην μιᾷ προσκυνήσει; Μὴ πολλαπλοῦν καὶ ποικίλον καὶ πολυσύνθετον λέγουσι τὸν Θεόν; Ἄπαγε· πῶς γὰρ, οἳ καὶ πᾶσαν ὥραν καὶ καιρὸν ἐμέλησε, σφίσιν αὐτοῖς καὶ ἅμα ἀλλήλοις ὁμόφωνα λέγειν ἀεὶ, καὶ μὴ μᾶλλον μηδ' ἧττον ἀντίφωνον περὶ τῶν τοιούτων μηδὲν μηδαμῇ μηδεπώποτε φθέγξασθαι; Ἁπλοῦν γάρ φασιν εἶναι τὸ Θεῖον καὶ ἀσύνθετον· τὸ δ' ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συγκείμενον, σύνθετον. Εἰ γὰρ C τὸ ἄκτιστον, φασὶ, καὶ ἄναρχον καὶ ἀσώματον καὶ ἀθάνατον καὶ αἰώνιον καὶ ἀγαθὸν καὶ δημιουργικὸν καὶ τὰ τοιαῦτα οὐσιώδεις διαφορὰς εἴποιμεν ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἐκ τοσούτων συγκείμενον οὐχ ἁπλοῦν ἔσται, ἀλλὰ σύνθετον· ὅπερ ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν. Ὁρᾷς; quod ex tot rebus constabit, id non simplex erit. Vides?

Η'. Εἰ δ' οὕτως ἐπὶ τούτων, πῶς δ' οὐκ ἂν κἀπὶ δυάδος ὁμοίως νοηθείη διπλόη τις καὶ διαφορὰ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ἐκεῖ διάφορον κατὰ τὸν Παλαμᾶν οὖσαν; ἡ γὰρ δυὰς οὔτε ἕν, οὐδ' ἁπλοῦν, οὐδ' ἄναρχον, οὐδ' ἄπειρον, ἀλλὰ σύνθετον ἐκπεπερασμένον.

Θ'. Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ ὁ θεῖος τάδε περὶ D τῶν τοιούτων διέξεισι Μάξιμος. « Ἡ δυὰς οὔτ' ἄπειρος, οὔτ' ἄναρχος, οὔτ' ἀκίνητος, οὔτε μὴν ἀρχὴ καθόλου τινὸς εἶναι δυνήσεται. » Καὶ πάλιν· « Οὐδεὶς δὲ, [P. 612] μεμοιραμένος ὁπωσοῦν τοῦ λογίζεσθαι, εἴποι ἂν ἄπειρον εἶναι, ᾧ ἐξ ἀϊδίου συνθεωρεῖταί τι ἢ συνεπιθεωρεῖται κατ' οὐσίαν διάφορον. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Καθ' ὃν γὰρ εἴποιμεν λόγον ἢ τρόπον δύνασθαί τι ἕτερον αὐτῷ κατ' οὐσίαν διάφορον παραβάλλεσθαι, τὸν ὅλον τῆς ὅλης ἀπειρίας αὐτῷ συναφαιροίμεθα λόγον. Εἰ δ' ἄπειρον εἶναι οὐ δύναται, ᾧ ἐξ ἀϊδίου συνυπάρχει ἕτερόν τι κατ' οὐσίαν διάφορον, ἄπειρον εἶναι οὐδαμῶς ἐνδέχεται

Variorum notæ.

(91) Libro superiore cap. 4, sect 7. BOIVIN.

οὐσία. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Οὐδὲν τῶν ὄντων ἄναρχον, ᾧ ἕτερον συνεπινοεῖται, οὐδ' ἀπερίγραπτον, οὗ τι ἕτερον προεπινοεῖσθαι δύναται. » Εἰ δέ τις μὴ ῥᾳθυμοτέραν πως ἔχε τάξιν περί γε τὰ τοιαῦτα, ἀναγνώτω καὶ τῆς περὶ θεολογίας ἑκατοντάδος τουτουῒ τοῦ ἀνδρὸς κεφάλαια γ', δ', ε', ς', πολλὴν τοῖς ῥηθεῖσι διασώζοντα τὴν συμφωνίαν.

A contingeret, ut quod duplex est, id sit infinitum. » Et alibi : « Nullum ens est principii expers, cui aliud inexsistens cointelligitur ; nec incircumscriptum, quo quid prius intelligi potest. » Quod si quis ad ea inquirenda segnior haud fuerit, legat ex centum capitibus, quæ hic vir de theologia scripsit, tertium, quartum, quintum **975** et sextum, quæ cum supradictis valde consonant.

Γ'. Εἰ οὖν μήτε προεπινοεῖσθαι μήτε συνεπινοεῖσθαι τῇ θείᾳ δύναταί τι ἕτερον οὐσίᾳ, πῶς ἕτερον καὶ διάφορον οὖσα κατὰ τὸν Παλαμᾶν ἡ ἐνέργεια θεότης ἄκτιστος ἂν εἴη, παντὸς τοῦ μετὰ τὴν οὐσίαν ἐκείνην συναριθμουμένου τοῖς κτίσμασιν ;

X. Si igitur divinæ substantiæ nihil diversum nec præintelligi potest nec cointelligi, quomodo operatio, quam Palamas aliud diversumque esse dicit, divinitas increata fuerit ; cum quidquid poste- B rius est illa substantia, in creaturarum numero sit?

CAPUT IV.

Gregoras æger et jejunus disputandi munus sociis tradit, qui et ipsi commentarios scripsere de suis cum Palama certaminibus. Vetera in Barlaamum decreta rursus leguntur. Palamitæ ad lumen Thaborinum perpetuo recurrunt. De gloria divina impium dogma apud synodum explicant. Orthodoxorum unus indignabundus exclamat. Minis terretur et obmutescit. Concilium dimittitur. Populus in Palamitas sævit. Orthodoxis favet et gratulatur. Illi, quanquam superiores, tamen suam sententiam adversariis approbare non potuerunt. Animus principi aversus et durus. Quinam vere injuriam patiantur.

Α'. Ὅτι δὲ μὲ, καὶ πλείω προθυμούμενον λέγειν, ἥκιστα συνεχώρουν αἱ συνήθεις τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες (ἡ γὰρ τῶν σπλάγχνων δριμύτης, αὔξην εἰληφυῖα μακρὰν ἐκ τῶν λογισμῶν ἀγώνων ἐκείνων, καὶ ἅμα τοῦ τῆς ὥρας καύματος, καὶ πρός γε τῆς πανημερίου νηστείας, καὶ ἄκοντα μάλα συνώθει σιγᾶν. Οὐ γὰρ ἐξ ἑωθινοῦ ταῖς Συβαριτικαῖς ἐκείναις τραπέζαις καὶ ἡμεῖς κατὰ τοὺς παλαμναίους ἐνησχολήμεθα, C οὐδ' ὅσα Διονύσου περιχορεύουσι θίασοι διατριβὴν παρέχειν ἐγνώκειμεν, ἀλλὰ παννύχιοί τε καὶ πανημέριοι φροντίδες καὶ θείων κινδυνευόντων μελέται δογμάτων τὴν ἡμῶν ἀπησχόλουν τότε ψυχήν). Διὸ καὶ τὸν λόγον οἱ σὺν ἐμοὶ λογάδες ἄνδρες ἐκεῖνοι διαδεξάμενοι, ὧν τὸν βίον ἔφθημεν εἰρηκότες ἀρετὴν ὁμοῦ καὶ σοφίαν κοσμεῖν, [P. 615] ἄριστά τε καὶ τελεώτατα διειλέχθησαν, καὶ μάλα γενναίαν τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἔνδειξιν ἐνεδείξαντο. Ῥᾴδιον δ' ἔσται κἀκεῖνα μανθάνειν τοῖς βουλομένοις ἐξ ὧν κἀκείνοις γεγένηται ὑπομνήματα (95). Οὐδὲ γὰρ σιγῇ κρύψαντες οὐδ' αὐτοὶ λήθης ἀφῆκαν κληροῦσθαι βυθούς· ἀλλ' ὅσον ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς καὶ αὐτοῖς ὁμοίως ἡμῖν συγκεχώρηκε, γραφῇ τὰ τοιαῦτα παρέπεμψαν, D καὶ, ὅσον ἐφικτὸν, τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐξετραγῴδησαν ἕκαστος πάθη, μήπου κἀν τοῖς ὀψιγόνοις αἱ τῶν ἀντιθέτων πλεονεκτήσασαί πως διαβολαὶ τὰς ἀπειροκάλους λυμήνωνται διανοίας, οὐ σιδήρῳ καὶ πυρὶ καὶ ὅπλοις βαρβαρικοῖς, ἀλλὰ τῇ τῆς πολυμιγοῦς αἱρέσεως ἐκείνης κακίᾳ, θάνατον ἀθάνατον τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ προξενήσασαι.

I. Plura me dicere cupientem solitus capitis dolor non sivit. Quippe et viscerum acrimonia, quam illorum certaminum curæ, et illius tempestatis calor nimius, simulque inedia toto die tolerata, valde auxerant, quantumvis nolentem me ad silendum compulit. Non enim, ut impii Palamitæ, Sybariticis illis mensis mane operati ipsi quoque fueramus ; nec in iis, quæ Bacchi choros frequentat, tempus conterendum esse censueramus : sed animum nostrum per illud tempus occupaverant perpetuæ diu noctuque sollicitudines, et sacrorum dogmatum in discrimen adductorum commentationes. Itaque illi, quos virtute simul et doctrina ornatos supra diximus, lectissimi viri, qui mecum aderant, dicendi munere suscepto, optime et copiosissime disputarunt, ac veritatis fortiter defendendæ nobile exemplum ediderunt. Facile autem erit volenti cuique illa discere ex commentariis, quos ii etiam fecerunt. Nam nec ipsi ea silentio pressere, nec obruenda oblivioni tradidere : sed quatenus persecutionis tempus iis quoque permisit, litteris mandaverunt, et Ecclesiæ mala singuli, quantum licuit, **976** tragice lamentati sunt, ne forte apud posteros calumniæ adversariorum, postquam superiores quodammodo evasissent, rudis vulgi mentes inficerent, animæque immortali non ferro, aut igne, aut barbaricis telis, sed illius miscellaneæ hæreseos labe, mortem immortalem afferrent.

Β'. Ἄρτι δὲ καὶ νὺξ ἐπιοῦσα ἠρέμα καὶ κατὰ βραχὺ τὰς ἡλιακὰς αὐγὰς ἐπεβόσκετο, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας συνέστελλε κράσπεδα, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὀφθαλμῶν τὸ καθαρῶς ἐν οἴκοις βλέπειν ἀφῃρεῖτο, καὶ λαμπάδες (96) πυρὸς εἰσεφέροντο, φῶτα κτιστὰ κομίζουσαι· καὶ ἅμα ἀνεγινώσκοντο πάλιν, ἃ κατὰ

II. Jam autem et nox adveniens sensim et paulatim solis lumen absumebat, et extremas diei oras sic condebat, ut in domibus non clare hominum oculi cernerent ; jam igniferæ lampades allatæ creata lumina apportabant, cum rursus lecta sunt ea quæ multo ante tempore adversus Barlaamum illum

Variorum notæ.

(95) Vide Joan. Cyparissiot. *Palamicarum transgressionum* lib. I, serm. 4, cap. 10 in fine. BOIVIN.

(96) Alludit ad opinionem Palamæ de lumine increato. BOIVIN.

Calabrum de divino lumine decreta fuerant. Hic A scilicet illis perpetuus mos est. Nullum usquam aliud diverticulum, nullum nisi hoc cladi suæ obtendendum velum habent; adeoque circa illum montem coguntur semper versari, et subinde illuc per fraudem sese recipere, ne forte ea quæ iidem usque in sinu fovent et nutriunt iconomachiæ orgia, velut in maris fluctus delata, silentio alto sensim mergantur.

III. Cum itaque nos damnati silentio essemus, et eorum quæ illic dicta fuerant pleraque hi pro sua voluntate interpretarentur; et quam Joannes Damascenus ὑπερτελῆ et προτέλειον gloriam vocat, isti divinitatem inferiorem, aliam ab substantia B divina, ac per se quidem increatam, infinities autem infinite ab illa diversam et omnino alienam, denique substantiæ expertem esse dictitarent; **977** quidam ex nostris, animo vehementius commoto, exclamare ausus est: « O cœlum! ecquid igitur de incarnato Verbo Deo dicendum erit? Quando enim hæc nihil potest supra se habere (quomodo autem possit, quæ super omnia et præ omnibus perfecta est? nam quæ est summe perfecta, ea nihil est perfectius), apparet eum majori subesse, inferiorisque esse divinitatis, et creaturam unam de multis exsistere. Atque ita statim tollitur magnum incarnationis mysterium; tolluntur omnia, simul quasi collecta, Ecclesiæ dogmata; nec jam hujusce rerum universitatis conditorem alium agnoscere est, præ- C ter istam, novis decretis nova doctrina constitutam, substantiæ expertem, et alteri subjectam divinitatem. Proinde inanis est ea, quæ hactenus viguit, orthodoxorum religio: deletur ipse quodammodo exercitus sanctorum, qui ea quæ Palamas prædicat non intellexerunt. Proh tuam, Christe, patientiam! » His dictis, gravissime correptus est, exterritusque obmutuit. Nimirum hæc illi vox reddita: non licere ei, qui solem postera die incolumis vellet aspicere, principum voluntati decretisque in mediis palatiis refragari. Cum autem et alia multa ibidem ab illis, prout principi libebat, dicta essent, concilium dimissum est ea lege, ut triduo post ad similem concionem rursus convocati adessemus. Sed illud pe[...] me præteriit.

IV. Ante solis occasum sensim et paulatim ple- D beii, tum post eos et simul cum ipsis viri totius civitatis spectatissimi, bini ternique clam elapsi, domum se receperunt. Ili transeundo ac circumeundo, **978** quæ viderant et quæ audierant, clara voce nuntiabant. Sic brevi tempore aures totius urbis pervasit, et spectaculum publicum fuit, victi Palamæ et sectatorum ejus ignominia: tum quas ob causas victus ac pudore confusus fuisset, divulgatum est. Itaque domibus exsilientes, ut fors tulit, singuli confuso ordine, viri, mulieres, pueri, vicos et compita frequentes, rari, promiscui, inter se

A τοῦ Βαρλαὰμ ἐκείνου τοῦ Καλαβροῦ περὶ τοῦ θεί[ου] φωτὸς ἐψήφισται πάλαι πολύν τινα χρόνον, κατ[ὰ] τὴν σφετέραν ἀεὶ συνήθειαν. Μηδὲ γὰρ ἄλλην ἔχο[ν]τες ἀποστροφὴν οὐδαμῆ, μηδὲ προκάλυμμα τῆς σφ[ε]τέρας ἥττης οὐδὲν, περὶ τὸ ὄρος ἐκεῖνο διηνεκῶς [ἐξ] ἀνάγκης εἱλοῦνται, καὶ συχνὴν παρ' ἐκεῖνο κακού[ρ]γως ποιοῦνται τὴν ἀναχώρησιν, μὴ λάθῃ βυθι[σθέντα] ἴσως παρενεχθέντα σιγῆς τὰ σφίσιν ἀεὶ τιθηνού[μενά] τε καὶ γαλακτοφορούμενα τῆς εἰκονομαχ[ίας] ὄργια.

Γʹ. Σιγῆς οὖν ἡμῶν καταψηφισθείσης, καὶ τῶ[ν] ἐκεῖ ῥηθέντων (97) τὰ πλείω κατὰ τὸ σφίσι βουλό[μενον] ἐξηγουμένων αὐτῶν, καὶ ἣν ὁ ἐκ Δαμάσ[κου] φησὶ Ἰωάννης ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον δόξαν, ἐκ[εί]νων ὑφειμένην ἀποδεικνύντων εἶναι θεότητα, τ[ῆς] B θείας ἑτέραν οὐσίας, καὶ ἄκτιστον μὲν καθ' ἑαυτή[ν], διαφέρουσαν δ' ἀπειράκις ἀπείρως, καὶ ἠλλοτρι[ω]μένην ἐκείνης παντάπασι, καὶ ἀνούσιον, ἐπιθρη[νῶν] τις τῶν ἡμετέρων, « Ὦ ἥλιε, » περιπαθῶς ἀνεβόη[σε] καὶ, « Τί ἂν τις (φάναι) φαίη περὶ τοῦ σαρκωθέν[τος] Λόγου Θεοῦ; ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ ταύτην οὐ δύναται [τι] ὑπάρχειν (πῶς γὰρ, ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον οὖσα[ν]; τῆς γὰρ ὑπερτελοῦς οὐδὲν τελειότερον), δῆλον αὐ[τὸν] ὑποβεβηκότα καὶ τῆς ὑφειμένης ταύτης εἶναι [θεότητος], [καὶ ἓν] τῶν κτισμάτων πολλῶν. Καὶ λύεται μὲν εὐθὺς [τὸ] μέγα τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μυστήριον, καὶ λ[ύεται] πάντα συλλήβδην εἰπεῖν Ἐκκλησίας δόγματα· [καὶ] οὐδὲ ποιητὴν τοῦ παντὸς ἔχει τις ἂν ἔτι δοξά[ζειν] ἕτερον, πλὴν τῆς νεωστὶ ψηφισθείσης καὶ δογμα[τι]- C σθείσης ταύτης ἀνουσίου καὶ ὑφειμένης θεότη[τος]. Καὶ ματαία λοιπὸν ἡ μέχρι νῦν [P. 614] ὀρθοδόξ[ων] εὐσέβεια, καὶ δῆμος ἁγίων ἔφθαρταί πως, μὴ νοή[σαν]των ἃ κηρύττει Παλαμᾶς. Τῆς ἀνοχῆς σου, Χριστ[έ]! » Ταῦτ' εἶπε· καὶ πάνυ σφοδρῶς ἐπιτιμηθεὶς ἐπτ[οήθη] τε καὶ σεσιώπηκεν. Ἤκουσε γὰρ, μὴ θεμιτὸ[ν] [τοῖς ἐν] βασιλείοις εἶναι, βασιλικοῖς βουλήμασί τε καὶ δόγμα[σιν] σιν ἀντιλέγειν, ὃς τὸν ἐς τὴν ὑστεραίαν ἥλιον ἐπ[ιδεῖν] θῆς θεάσασθαι βούλοιτο. Καὶ πολλῶν δ' ἄλλων ἐ[πὶ] τούτοις ἐκεῖ λαληθέντων ἐκείνοις κατ' ἔφεσιν ἡγ[ε]μονικὴν, ὁ σύλλογος διελύετο, τριταίους αὖθις τ[α]χθὲν ἐς τὴν ὁμοίαν ἐκκλησίαν δεῖν ἀθροισθ[ῆναι] ἡμᾶς. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε.

D Δʹ. Πρὶν γὰρ δεδυκέναι τὸν ἥλιον, ἠρέμα καὶ κ[ατ'] ὀλίγους ὁ δῆμός τε ὑπεξῄεσαν καὶ ἅμα ἐπὶ τού[τοις] καὶ σὺν τούτοις, ὅσον τῆς πόλεως ὄψις ὑπῆρχε, [κατὰ] δύο καὶ σύντρεις λεληθότως ὑπεξιόντες, ἀνεχώρ[ουν] οἴκαδε· οἳ δὴ καὶ τρανῇ τῇ φωνῇ, διιόντες τε [καὶ] περιιόντες, ἐκήρυττον ἅ τ' εἶδον ἅ τ' ἤκουσαν· [καὶ] ἀκουστὴν ἐν βραχεῖ καὶ θεατρικὴν γενέσθαι τῇ πόλει τὴν μετ' αἰσχύνης ἧτταν τοῦ Παλαμᾶ, [καὶ] οἵτινες εἶεν ὁμόδοξοι τουτωΐ, καὶ ἅμα τὰς αἰτίας, ἃς ἡττήθη τε καὶ ᾐσχύνθη. Ὅθεν τῶν οἰκιῶν ἐκθ[όν]τες, ὡς ἔτυχον ἕκαστοι, φύρδην εἰπεῖν, ἄνδρες, [γυ]ναῖκες, ὁμοῦ καὶ παισὶ, τάς τε παρόδους καὶ [...]

Variorum notæ.

(97) In concilio contra Barlaamum habito. BOIVIN.

συχνοὶ καὶ σποράδην καὶ ἀναμὶξ διειλάγχα-
οι κατ' ἄλλα μέρη τῶν ὁδῶν συνιστάμενοι,
τεύοντες καὶ ἀνερευνῶντες ὅστις εἴη ὁ Πα-
φιέμενοι τοὺς ὀδόντας ἐμπῆξαι τῷ ταλαι-
), ὅτι τὰ πάτρια τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας
ν τολμῴη δόγματα· καὶ ἅμα συχνοῖς ἀνα-
αθυπέβαλλον, ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος ἅπαν-
ἐκεῖνον, δείσαντα μὴ διασπαραχθῇ περιφα-
ωσὶ, συσταλῆναί τε τὴν ταχίστην καὶ ἀπο-
αι. Τῶν δ' ἄλλων, ὅστις ἔγνωσται σαφῶς
ου φατρίας ὤν, χωρὶς πληγῶν οὐδεὶς ἀπηλ-
πλὴν ὅστις ὑπόκρισιν ἑτέρου προσώπου
ν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀναθέματι καὶ ἀραῖς
καὶ αὐτὸς καθυπέβαλλε. Καὶ μὲν δὴ κατ-
ᾶς ἐπιόντας τοῖς ὕμνοις ἐγέραιρόν τε καὶ
υν, ὡς τῆς πατρίου δόξης καὶ εὐσεβείας
καὶ προβόλους καὶ ῥᾶστα δὴ τὸ ζῆν ἑτοίμους
λαμπρῶς ὑπὲρ τῶν κειμένων ἄνωθεν τῆς
Ἐκκλησίας δογμάτων.

ὁ μὲν τῆς πρώτης ἡμῖν ἡμέρας ἐκείνης
τω καλῶς καὶ σὺν ἀσφαλείᾳ διήνυσται, τῆς
δεξιᾶς οἰακιζούσης τὴν τῶν ἡμετέρων ἀγώ-
ίδα καὶ κῦμα πᾶν ἀντιβαῖνον ἰσχυρῶς ἀπο-
ης. Πολλαῖς γὰρ χειμώνων ἀντιπνοίαις πε-
ες, ἀρχοντικῶν τε καὶ ἡγεμονικῶν, πολλαῖς
πτωκότες πειρατῶν [P. 615] εἰπεῖν ἐφε-
πρεσβυτέρων, ἐπισκόπων τε καὶ τῶν τοιού-
γὰρ τῶν γε παραβομβούντων κολάκων τὸ
ὑπερίσχομεν ξὺν γε Θεῷ, κινδύνου παντὸς
λευκότες ὑπέρτεροι. Εἰ δὲ μὴ καὶ τοὺς ἀνθι-
ς αἰσθέσθαι πεπείκαμεν, καὶ ἀνανῆψαι, κα-
μέθης μεγάλης, τῆς πλάνης, καινὸν οὐδέν.
ὰρ ἡμεῖς (99) οὐ τῆς τῶν ἀλλοτρίων γνώ-
ὰ τῆς πρὸς τὸ τοῦ ζήλου καλὸν ὁρμῆς καὶ
τῆς ἀληθείας λόγων· τῶν δ' ἐντεῦθεν ἀπο-
ν, μόνη καθάπαξ ἡ δυναστεύουσα κρίσις
χείρ. Ταύτην δ' εἰς ἀντίπαλον τῆς ἀληθείας
ποῤῥαγεῖσαν ὁλοσχερῶς, καὶ τῷ χρόνῳ βε-
αν, σιδηρᾶν τινα καταστῆναι ξυμπέπτωκε
ίστροφον ὅλως εἰς τὴν τοῦ κρείττονος φύσιν.
δικαιοσύνης ἄσκησις, οὐδ' ἐπιστήμης κανό-
χάλκευσάν τε καὶ οὕτως ἐσφυρηλάτησαν,
νύες κακοδαίμονες καὶ πονηρῶν Τελχίνων
ὰ μὲν γὰρ ἀπὸ δικαίας ἀρχόμενα ῥίζης καὶ
μονιμώτερον καὶ τὸ ἄνθος φυλάττει, καὶ
θορυβούμενον ὑφ' ἡλιακοῦ τινος καύσωνος·
ενῆ καὶ ἀδόκιμον ἔχοντα τοῦ καλοῦ τὴν ἀρ-
έσῃ τῇ ἀναδρομῇ μαραινομένην ὡς τὰ πολλὰ
ἀρετῆς ἀκμὴν καταλείπει. Διότι ἐκεῖ μὲν
τινες καὶ αὐτόχθονες τοῦ καλοῦ συνοικοῦν-
οι πρόδρομον κήρυκα τὴν τοῦ ἄνθους αὐτάρ-
ονται βλάστην, ἐκ τῆς προφανοῦς οἱονεὶ
τἀφανοῦς τὴν εὐγένειαν ἐμφανίζοντες.
δ' ἀχορήγητον ἔχουσαι ῥίζαν ἀγαθῶν πη-
ονίας, αἱ τοῦ ψεύδους αὔλακες, βραχὺ φα-

A partiebantur, et alii aliis vicorum partibus insessis, quisnam esset ille Palamas explorabant et curiose investigabant, atque illi infelici, quod sanctæ Dei Ecclesiæ patria dogmata rescindere auderet, dentem infestum infigere cupiebant: eumdemque omnes, velut de compacto, exsecrabantur, multoque et crebro anathemate percellebant. Unde ille, veritus ne sic palam discerperetur, celerrime se subduxit et occuluit. Cæterorum, quos de ejus sodalitio esse constitit, plagarum expers nullus effugit, nisi qui, persona alia per simulationem induta, Palamam ipse quoque aliorum exemplo devovisset et anathema esse jussisset. At nos, qui pone sequebamur, tanquam patrii dogmatis fideique athletas ac propugnatores, atque ut vitam pro
B antiqua Ecclesiæ Dei doctrina effundere paratissimos, laudibus remunerabantur et coronabant.

V. Ita primi illius diei cursum prosperum et inoffensum peregimus, nostram in iis certaminibus navim Dei manu gubernante, et fluctus quoscunque 979 oppositos fortiter depellente. Tametsi enim multæ nobis procellæ a principibus et ab imperatore, ventis quasi reflantibus, objectæ sunt, atque in multas, ut ita dicam, prædonum insidias incurrimus, presbyterorum dico, et episcoporum, aliorumque ejusmodi (omitto astrepentium adulatorum turbam); tamen, Deo juvante, ex omnibus
C periculis emersimus, et appulsa ad portum navi superiores evasimus. Quod si adversariis non persuasimus, sic ut sensum acciperent, et ex errore, tanquam ex magna ebrietate, ad bonam frugem se reciperent, nihil mirum. Quippe penes nos est non voluntas hominum dissidentium, sed ejus quæ zelo inest laudis studium et veritatem defensura oratio: eventus autem ex judicio et manu principis præpotente omnino pendent. Porro a veritatis partibus avulsus ille, et adversæ factioni addictus, sic tempore obfirmatus est, ut ferreus quodammodo evaserit, et ad melius institutum convertere se haudquaquam curet. Neque enim cum æquitatis ratio explorata, aut aliqua scientiæ regula, sed Furiæ infelices, et malorum geniorum thiasus, talem re-
D conflarunt, et velut malleatum indurarunt. Quæ videlicet ex radice oriuntur bona et solida, eorum flos diuturnior, æstivi solis ardore haud facile affligitur. Quæ autem infirmam et minus generosam habent pulchri bonique originem, ea plerumque in medio progressu marcescentem virtutis florem deserunt. Itaque illa quidem ingenuas et indigetes quasi virtutes socias habent, quæ evidentibus præsagiis latentem generositatem declarantes, 980 florem exuberantem, velut præcurrentem nuntium, præmittunt: hæc vero, quia fundus mendax bono-

Variorum notæ.

ide Philothei patriarchæ *Antirrheticum* I, cod. Reg. 1996, fol. 14 v. et seq. BOIVIN.
ic supra lib. XV, cap. 7, sect. 7. BOIVIN.

rum fontium uberem copiam radici non sufficit, aliquantisper visa assurgere omnino demum evanescunt. Enimvero quod ex animo bene affecto et ex zeli justitiæ tanquam fonte profluit, id si successu legitimo careat, ipsum quidem injuria minime afficitur : sed qui lances justitiæ moderandas sortitus, vera ratione excussus est, nec in iis quæ probaverat perseveravit, is vere injuriam patitur.

νεῖσαι, λοιπὸν ἀπεκρύψαντο. Τὸ γὰρ ἀπ' εὐνοίας καὶ δικαίου πηγαζόμενον ζήλου, εἰ μὴ προσηκόντων ἐπιτυχὲς κατασταίη, ἀδικεῖται μὲν οὐκ αὐτό· ἀλλ' ὁ τὰς τῆς δίκης μὲν λαχὼν διευθύνειν πλάστιγγας, ἔπειτα τῆς τοῦ προσήκοντος ἀποῤῥαγεὶς φαντασίας, οὐκ ἐνέμεινεν οἷς ἔστερξεν.

CAPUT V.

Palamas Cantacuzenum adit. In Gregoram et in cæteros orthodoxos acri oratione invehitur. Ut Palamæ jussa imperator executus sit. Orthodoxorum diversi affectus, fiducia, trepidatio, mœror.

I. Cæterum Palamas, totam illam noctem maximo metu et gravissimis curis anxiam cum traduxisset, orto statim die in palatium abit, indignabundus et furoris plenus, ad imperatorem accedit, animum furentem impudentibus verbis prodit, quæ heri sibi acciderint dolentissime narrat; atque ut Aquilo violentus et insanus irruens agitat faciem æquoris, ita hic omnes iras afflando animum illius ventilat, ob eam scilicet causam, quod Byzantii nostro instinctu illam in se irruptionem fecerint.

II. Ac, « Nisi te, inquit, erigas et ad ultionem accingas, in ipsam statim imperatoriam majestatem periculum invasurum esse exspecta. Scis quippe, scis profecto, quæ de fide et dogmatis opinio mea est, eamdem prorsus tuam quoque esse. Nam convicia et plenas ludibrii cavillationes silentio prætereo, quibus multis et variis per ipsas vias et plateas intemperanter adversarii indulgent, magnam nobis impietatem et fidei totius apertam violationem **981** exprobrantes. Neque vero fieri potest, ut qui mecum pugnant, ii tibi bene velint, nec qui meis dogmatis contradicunt, socios ii se tibi adjungant. At tu, si non antehac, saltem nunc demum mea illa consilia recte recordaberis. Nonne ego illud te præmonueram, ne pauca quidem dicendi liberiusve proloquendi copiam iis fieri oportere? Undenam vero, nisi inde, quamplurimi in nos consurrexerunt, aut quo instigante tot talesque furias celerrime conceperunt non solum plebeii, sed et quotquot dignitate ac generis gloria conspectiores sunt? Nulla certe alia re impulsi, nisi illa Gregoræ oratione perlonga, quæ nihil lene aut æquabile habuit; sed quæ multiplex et varium et velut salebrosum exhibuit, quidquid subtilius cogitatum sub ipsis verbis latebat et quasi subrepebat; alioqui tamen ad vulgus deliniendum et ad captandum populi favorem accommodata, atque ad omnium voluntatem, præterquam ad nostram, sensim conformata. Quidni autem ille aperta audacia elatus fuisset, qui te nihil contrarii, nihil duri seu dicere seu facere videbat adversus illam dicendi libertatem, illasque refutationes, et quæcunque false dicta intermiscuit,

Α'. Ὁ μέντοι Παλαμᾶς [P. 616] περίφοβον ἐκείνην τὴν νύκτα διενεγκὼν (1), καὶ μάλιστα πεφροντισμένην, ἅμα ἕῳ (2) ἀπῄει ἐς τὰ βασίλεια, ὑβριοπαθῶν καὶ μανίας μεστός· καὶ τῷ βασιλεῖ παραστὰς γλώττης ἀσελγείᾳ τὸ μαινόμενον ἐδημοσίευε τῆς ψυχῆς, τά τε χθὲς αὐτῷ συμπεσόντα περιπαθῶς ἀφηγούμενος καὶ πρὸς πάντας θυμοὺς ἐκριπίζων αὐτοῦ καθ' ἡμῶν τὴν ψυχήν· καθάπερ θαλάττης πρόσωπον, ὁπότε βαρὺς καὶ μαινόμενος ἀπαρκτίας ἐνσκήψειεν ἐπ' αὐτήν, αἰτίους ἡμᾶς ὁμόσε προφασιζόμενος γεγενῆσθαι τῆς τῶν Βυζαντίων ἐκείνης φορᾶς κατ' αὐτοῦ.

Β'. Καί, « Εἰ μὴ διαναστῆναι βούλοιο πρὸς ἐκδίκησιν, » φησί, « κατὰ τῆς βασιλείας αὐτῆς αὐτίκα μάλα τὸν κίνδυνον ἥξειν προσδόκα. Οἶσθα γάρ, οἶσθα σαφῶς, ὡς ἅπερ ἐμοὶ νενόμισται περὶ πίστεως καὶ δογμάτων, ταῦτα πάντως καὶ σοί. Ἐῶ γὰρ λέγειν λοιδοριῶν καὶ χλευασμῶν, εἰρωνείας μεστῶν, ὅσοι πολλοὶ καὶ ποικίλοι παρὰ τὰς ἀγυιὰς καὶ πλατείας ἀκρατῶς καλινδοῦνται, μακρὰν ἡμῖν τὴν ἀσέβειαν ἐγκαλοῦντες, καὶ τῆς ὅλης πίστεως ἐμφανῆ παρασπόνδησιν. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ἐμοὶ μαχομένους σοί γ' εὐνοεῖν· οὐδ' αὖ τοῖς ἐμοῖς ἀντιλέγοντας δόγμασιν ἅμα συναίρεσθαι σοί. Σὺ δ' εἰ μὴ πρίν, ἀλλὰ νῦν ὀψὲ γοῦν ὀρθῶς τῶν ἐμῶν βουλευμάτων ἐκείνων μεμνήσῃ. Ἢ οὐδὲ λόγων ἐγώ σοι προὔλεγον οὐδὲ μικρῶν γοῦν μεταδιδόναι χρῆ σφισι καὶ παῤῥησίας; ἢ πόθεν ἄλλοθεν παμπληθὲς κεκίνηται καθ' ἡμῶν, καὶ τίς εἰς τοσαύτην καὶ τοιαύτην κακίαν ἐξῆψε τὴν ταχίστην, μὴ μόνον ὁπόσον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἤδη καὶ ὅσον ὄψιν ἔχει τιμῆς τε καὶ γένους εὐκλεεστέρου; οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἢ τῆς τοῦ Γρηγορίου μακρηγορίας ἐκείνης, οὐδὲν γαληνὸν οὐδὲ λεῖον ἐχούσης, ἀλλὰ πολὺ μὲν καὶ ποικίλον, καὶ οἷον εἰπεῖν ἀκανθῶδες ὅλον, τῆς περινοίας τὸ ὑφέρπον ἀπεμφαινούσης· δημοτερποῦς δ' ἄλλως, καὶ πρός γε τὸ δημαγωγικώτερον εὖ συγκειμένης, καὶ συναναχρωννυμένης ἠρέμα πρὸς τὴν πλὴν ἡμῶν τῶν ἄλλων θέλησιν. Ἢ πῶς οὐκ ἂν εἰς θάρσος ἐπῆρτο περιφανές, οὐδὲν ἀντιβαῖνον καὶ βίαιον φάσκοντά σε θεώμενος, οὐδὲ δρῶντα [P. 617] μηδὲν κατὰ τῆς παῤῥησίας καὶ τῶν ἐλέγχων ἐκείνων, καὶ ὅσα μεταξὺ χαριεντιζόμενα προὔφερε, κοινῇ κατειρωνευόμενος ἅπαντας καὶ σκώπτων εἰς ἀμαθίαν, καὶ μηδὲν ἐκ τοῦ ἥττονος

Variorum notæ.

(1) Cum his confer ea quæ apud Philotheum leguntur loco indicato. BOIVIN.
(2) Die 28 mensis Maii. BOIVIN.

φάσκων, ἀλλ' ὅλον τὸν λόγον κατατείνων δόλιχον A ἀδεῶς κἀπὶ γλώττης συχνὰ περιεσκυκλῶν ἐκ τοῦ μείζονος τὸ πάτριον σέβας τῆς πίστεως, καὶ τὸ μὴ χρῆναι κινεῖν πατρῴων ὅρια, μηδ' εὐαγγελίζεσθαι τῶν κυρωθέντων καὶ παραληφθέντων ἕτερα, ἀλλ' ἐκείνοις μόνοις ἐμμένειν καὶ στέργειν τὸν ἅπαντα χρόνον, οἷς τε ἔμαθέ τις καὶ ἐπιστώθη πρὸς τῶν ἀποστολικῶν κανόνων καὶ θεσμῶν. Καὶ τί δεῖ πάντ' ἐκεῖνα λέγειν καθ' ἕκαστα; ἴσασι γὰρ ἅπαντες, ὁπόσοι τοῦ θεάτρου γεγόνασιν ἐκείνου μεστοί, πῶς ἐκείνην σχεδὸν ἀνάλωσε τὴν ἡμέραν, ἐν ἁπλότητι λόγων ὑποκαθημένην τε καὶ ὑφέρπουσαν οἱονεὶ προλοχίζων καὶ παραμιγνὺς περίνοιαν, καὶ τὰ μὲν οἰκεῖα ἐξαίρων, τῶν κειμένων ὅρων δῆθεν ἐξιόντα οὐδαμῆ, πασῶν δὲ καὶ παντοίων γεμούσας ἐκτόπων ἐπιεικῶς ἀποφαίνων βλασ- B φημιῶν τὰς ἐμὰς συγγραφάς· ὡς πάνθ' ὁμοῦ λαμπρῶς ἐκδημαγωγηθῆναι τὰ πλήθη· παροξυνθῆναι δ' ἅπαντας καθ' ἡμῶν, ὅσοι τε τῶν εὐπατριδῶν καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων. Ἀλλ' ἄγε δή, μεταπεμψάμενος πάντας ἀγορανόμους ὁμοῦ καὶ δημάρχους, κέλευε μαστιγίας ἐκείνους ἅπαντας ἀποδεῖξαι ταχέως, καὶ τῶν ἱματίων γυμνοὺς, καὶ ἅμα πάσαις καὶ παντοδαπαῖς ἐγκεκλεισμένους εἱρκταῖς, ὅσοι τοῦ σύρφακος ὄχλου τυχόντες οὐκ αἰδοῦνται τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειροῦντες, ἵνα μονότροπός τις ἅπασι γένηται φόβος· ὥστε τῆς ἀγοραίου καὶ θεατρικῆς παῤῥησίας τὴν ταχίστην ἀποσχομένους πρὸς τὴν ὡρισμένην ἕκαστον ἐπείγεσθαι τοῦ βίου τελευτὴν οὑτωσί. Κἄπειτά σοι δεδογμένον ἔστω, καὶ προὐργιαίτατον ἁπάντων μάλιστα, συνέδριον ἅμα τῷ πα- C τριάρχῃ τήμερον πάντων ἐνταῦθα γενέσθαι τῶν ἐπισκόπων. Ἅπασι γὰρ ἐπὶ ξυροῦ τὰ τῆς καταδίκης ἐπίσης ἵσταται, συλλειτουργοῖς καὶ ὁμόφροσιν ἅπασιν οὖσιν ἡμῖν· καὶ χρὴ πᾶσιν ἐπίσης φροντίζειν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν. Εἰ δέ τινες, εὐλαβείας προφάσει, τῆς ἡμῶν ὁμονοίας ἀποῤῥήγνυσθαι πάνυ τολμῷεν, τάχιστ' ἂν σοῦ βουλομένου τῆς σφετέρας αἴσθοιντο κακοβουλίας. Οὔτε γὰρ ἐκείνους ἕξουσιν οὓς εἵλοντο φίλους, καὶ ἅμα οὓς ἔχουσιν, ἀπολωλεκέναι σφίσι δεήσει· μᾶλλον δ' ὧν ἔχουσιν ἐπισκοπῶν στερήσονται, καὶ ἅμα τῶν προσδοκωμένων ἀπὸ σοῦ λημμάτων ἥκιστα ἐπιτεύξονται· καὶ πρός γε ὧν ἀποτυγχάνουσι οὗτοι βλέποντες ἀντιλαμβανομένους ἑτέρους, ἀποπνιγήσονται ῥᾶστα τοῖς ἐκτόποις νέφεσι τῶν λογισμῶν· καὶ ἢ μεταμεληθέντες ἐμπειρίας τοῖς ἄλ- D λοις ὑπόδειγμα πρὸς τὸ βέλτιον ἔσονται· ἢ τῇ κακοβουλίᾳ στοιχήσαντες, ἥνπερ εἵλοντο, ταύτῃ καὶ συμφθαρήσονται, [P. 618] γεγονότες εἰς ἀβάτους ἐρημίας ἐξόριστοι. Ταύτην ἔγωγε μόνην ὁρῶ τὴν ὁδὸν, ἐπιῤῥῶσαι μὲν ἱκανὴν τὰ ἡμέτερα, τὰ δὲ τῶν ἀντιθέτων ῥᾳδίως κατενεγκεῖν. Εἰ γὰρ ἀνίσχυροι τήμερον ὑφ' ἡμῶν οὑτωσὶ καθιστάμενοι παρανόμων γράφονται ἡμᾶς, εἰ χώραν ἕξουσι τοῖς προβαλλομένοις ἐγκλήμασι καὶ θρόνων καὶ τιμῶν ἀπελαύνειν ἡμᾶς, ποῦ οὐκ ἂν αἰσχύνης ἐλάσειε τὰ ἡμέτερα, ποῦ δ' οὐκ ἂν ὀφρύος καὶ τύφου τὰ σφέτερα αὐτῶν; ἡ πολλὴ μέντἂν εἴη ῥᾳθυμία, καὶ θανάτου φάναι γείτων κομιδῆ, περιορᾷν καθημένους ἡμᾶς οὑτωσὶ ἀργοὺς, καὶ τὰ μέγιστα περὶ ἐλαχίστου τιθέντας, μὴ πρὶν ἢ

A cum omnes simul cavillando jocandoque ut indoctos irrideret, ac nihil sic loqueretur ut inferior, sed absque ullo metu totam orationem longius produceret, et patriam fidei reverentiam, tanquam superior, in ore haberet et subinde iteraret, auctorque esset, ne termini a patribus constituti moverentur, aut præter illa, quæ sancita et recepta essent, alia evangelizarentur; sed ut ea 982 sola perpetuo observarentur et approbarentur, quæ quisque didicisset, et quorum fidem ex canonibus et constitutionibus apostolorum firmam accepisset. Quid vero necesse est omnia et singula recensere? Quicunque illo spectaculo se expleverunt, ii sciunt quomodo ille diem fere consumpserit; occultam et clam subrepentem solertiam in simplicitate sermonis quasi B insidiatricem collocans et interserens; ac sua quidem verbis extollens, utpote extra constitutos fines nequaquam evagata; mea autem scripta quibuslibet, et cujusquemodi absurdis blasphemiis plena utique affirmans. Sic totam multitudinem facile sibi mancipavit; et quoscunque patricios ac diversæ conditionis homines in nos irritavit. Agedum ædiles et tribunos plebis omnes arcesse, tum quotquot de infima plebe non verentur captu suo altiora affectare, quamprimum vestibus exutos, et quolibet passim carcere inclusos, verberibus cædi jube. Ita omnes unus et simplex metus continebit. Ita publica et aperta audacia statim abjecta, præscripta quisque vitæ munia studebit implere. Deinde sic sta- C tuito, et ante omnia operam dato, ut omnes hodie episcopi cum patriarcha huc conveniant. Periculum quippe evidens et præsens omnibus pariter impendet, ne condemnentur, quoniam ii omnes nobiscum faciunt et sentiunt: adeoque omnes oportet sibi ipsis æquali sollicitudine consulere. Quod si qui per speciem 983 metus, rupto concordiæ vinculo, plane a nobis conentur discedere, ii, si velis, imprudentiam suam cito agnoscent, qui nec illos, quos amicos delegerint, habituri sunt, et iis, quos nunc habent, amissis necessario carebunt. Imo et episcopatibus, quos possident, spoliabuntur, et sperata ex te emolumenta minime consequentur; et cum alios videbunt ea percipere, quorum ipsi possessione exciderint, dolore oppressi disrumpen- D tur; atque aut pœnitentiam agentes, exemplo aliis præibunt, ut quid sit melius cognoscant: aut si in eo, quod amplexi fuerant, malo consilio perseveraverint, in invias solitudines relegati, cum suo illo malo consilio male peribunt. Hanc ego viam solam reperio corroborandis rebus nostris, adversariorum autem partibus deprimendis parem. Nimirum hi, si hodie, viribus per nos ita imminutis, reos nos agunt; quid si objectis criminibus facultatem habituri sint nos sedibus et dignitatibus expellendi? quanta quæso ignominia nostra futura est, quantum illis supercilii et arrogantiæ accedet! Gravis certe torpor et proximus morti fuerit, si sic ignavi desidendo, et quæ maxima sunt minimi faciendo, res nostras despiciamus, ac non, ut nequaquam quibus

ipsi patiamur, crimina et imminentia inde pericula A in eos totis viribus adnixi retorqueamus: ut eorum judices et præsides sedeamus, eaque illis lex sit, illud placitum, quod a nobis decretum fuerit: denique ut **984** quidquid nobis fatum ac fortuna præfinierint, id ii rerum suarum fundamentum firmum et totius vitæ præsidium immotum ducant. »

πᾶν τι παθεῖν, ἀντιπεριάγειν ἐκείνοις ὅλῃ δυνάμει τἀγκλήματα καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κινδύνους, ἡμᾶς δὲ καθῆσθαι κριτὰς ἐκείνων καὶ ἄρχοντας, καὶ ὅπερ ἂν ἡμῖν δόξειε, τοῦτ' εἶναι σφίσι νόμον καὶ δόγμα, καὶ πᾶν ὅτιπερ ἂν ἡμῖν αὐτοῖς ἐπικλώσειε πεπρωμένη καὶ τύχη, τοῦτ' εἶναι στεῤῥὰν τῶν σφίσι πραγμάτων κρηπῖδα καὶ ἀμετάκλωστον βίου παντὸς ἐφόδιον. »

III. Atque hæc quidem in hunc modum dicta sunt ab inclyto illo Palama: neque vero sic dicta sunt, ut non statim perfecta sint; neque perfecta quidem statim, sed aliter quam convenerat: enimvero et ea ipsa die, et cumulatius quam quidquid convenerat, peracta fuerunt. Adeo imperatorem, quoties Palamam cupit ornare, ea ipsa cupiditas ad res agendas promptum efficit: adeo quidquid Palamas animo decreverit, id ille rebus omnibus B agendis antevertendum putat. Quædam enim statim exsecutus est, quædam exsecuturum se statim promisit.

Γ'. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηται τῷ θαυμαστῷ Παλαμᾷ· καὶ οὐκ εἴρηται μὲν, οὐ πέπρακται δ' εὐθύς· οὐδὲ πέπρακται μὲν εὐθὺς, οὐχ ὡς συνείρηκται δέ· ἀλλὰ καὶ πέπρακται μὲν αὐθημερὸν, τελεώτερον δ' ἢ καθ' ἅπαν τὸ σύνθημα. Οὕτως ὀξύῤῥοπον δείκνυσιν εἰς ἔργα τὸν βασιλέα τῆς τοῦ Παλαμᾶ τιμῆς ὁ πόθος, καὶ πάντων ἔργων ἔμπροσθεν τὰ τῆς ἐκείνου γνώμης τίθεται δόγματα. Τὰ μὲν γὰρ ἔπραττε παραχρῆμα, τὰ δ' ἐπηγγείλατο παραχρῆμα.

IV. Ac tum videre erat, homines omnis generis scindi in diversos affectus; aliis tum maxime confidentibus, et firmiorem in Deo spem cum firmiori fide conjunctam collocantibus, animumque ad certamina athletica et ad martyrii luctas armantibus; aliis persecutorum immanitatem mussando accusantibus; aliis consternatis metu et formidine malorum, cum præsentium et oculis obversantium, tum eorum, quorum exspectatio, etsi incerta, majorem tamen anxietatem animo denuntiabat, quam quæ ob oculos posita essent; ac modo quidem abdentibus se et latitantibus; modo emergentibus, tanquam ex inferorum portis, et in eorum, quibus fiderent, conspectum prodeuntibus, occultumque animi dolorem per suspiria muta et per lacrymas C furtivas significantibus. Esto.

Δ'. Ἦν τότε ἰδεῖν παντοδαπῶν ἀνθρώπων μεριζομένας τὰς γνώμας, καὶ τῶν μὲν θαρσαλεωτέρων μάλιστα νῦν γινομένων, καὶ πλείονα πῆξιν τῇ πρὸς Θεὸν ἐλπίδι καὶ πίστει παρεχομένων, καὶ πρὸς ἀθλητικοὺς ὁπλιζομένων τὴν γνώμην ἀγῶνας καὶ μαρτυρικὰ παλαίσματα· τοὺς δ' ὑπ' ὀδόντα τῇ θηριωδίᾳ λοιδορουμένους τῶν διωκτῶν· τοὺς δ' ὑποπτήσσοντας ὑπὸ φρίκης καὶ δέους τῶν τε παρόντων καὶ φαινομένων δεινῶν, τῶν θ' ὑποπτευομένων μὲν, μείζω δὲ κατὰ τὰ φαινόμενα τὸν θόρυβον τῇ ψυχῇ προσαφωνούντων· καὶ νῦν μὲν καταδυομένους καὶ κρυπτομένους, νῦν δ' ἀναδυομένους, ὡς ἐξ ᾅδου πυλῶν, καὶ φαινομένους οἷς ἐθάῤῥουν, καὶ στεναγμοῖς ἀφθέγκτοις ὁμοῦ καὶ δάκρυσι κλεπτομένοις ὑποδηλοῦντας τὴν ἄδηλον κάμινον τῆς ψυχῆς. Εἶεν.

CAPUT VI.

Gregoras sese in concilio iterum sistere recusat. Socios hortatur ad veritatem fortiter defendendam. Illi ut secum veniat, ægre tandem persuadent. Ab imperatore seorsum seductus promissis et aliis artibus tentatur. Proponitur ei quæstio de substantia et operationibus divinis. Testimonium D. Basilii. Respondet Gregoras. Cantacuzenus de nova disputandi ratione ineunda deliberat cum Palama. Episcopum Tyri excludere statuunt. Item contumeliis et calumniis orthodoxos terrere. Palamas socios suos advocat avit.

I. Hæc cum ita fierent, et ovantis persecutionis theatrum tota civitas **985** exstitisset, advenit præfiniti temporis dies tertius, quo nos oportebat rursum convenire, et alteram concionem celebrare. Atque in meam domum rursus, ut prima illa die, eodem quo dixi modo, confluxere ii, qui nostrarum partium erant. At ego, qui ob eas, quas declaravi, causas spem omnem bonam abjeceram, ac mihi nihil jam reliquum esse certo sciebam, quod ei quæ D tanta ex adverso erupisset improbitati sustinendæ par foret, simulque eos dolores, qui in caput meum grassari solerent, majorem in modum certaminibus et curis præsentibus aggravari videbam, satius duxi, conciliis et liberrimis illis sermonibus valere jussis, domi sedere, et si quid perferendum esset, id domi perferre; ut me domus mea, si minus per

[P. 619] Α'. Οὕτω γε μὴν τουτωνὶ γιγνομένων, καὶ οὕτω πανηγυρίζοντος διωγμοῦ τῆς πόλεως θέατρον γενομένης ἁπάσης, ἧκεν ἡ τρίτη τῆς προθεσμίας ἡμέρα, καθ' ἣν ἐχρῆν τὴν δευτέραν συνιόντας αὖθις ἡμᾶς ἐκτελεῖν ἐκκλησίαν· καὶ πάλιν εἰς τὴν ἐμὴν οἰκίαν τὸ καθ' ἡμᾶς ἠθροίζετο μέρος, κατὰ τὴν ἤδη ῥηθεῖσαν εἰκόνα τῆς πρώτης ἐκείνης ἡμέρας. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἅπαν ἀπηγορευκότι τὸ εὔελπι, δι' ἃ μοι δεδήλωται, καὶ μηκέτι μηδὲν τὸ ἀμιλλώμενον λείπεσθαι πρὸς τοσαύτην ἐξ ἀντιπάλου ῥαγεῖσαν κακίαν σαφῶς ἐγνωκότι, καὶ ἅμα ῥοπὴν εἰληφυίας ἐκ τῶν παρόντων ἀγώνων καὶ λογισμῶν ἐπιπονωτέραν ἤδη πολλῷ τῆς ἐμῆς συνορῶντι κατορχουμένας κεφαλῆς τὰς συνήθεις ὀδύνας αὐτῆς, βέλτιον ἔδοξεν, ἐῤῥῶσθαι φράσαντα συνόδους καὶ παῤῥησίας τοιαύτας οἴκοι καθῆσθαι, κἂν τι δέῃ παθεῖν (3), οἴκοι

Variorum notæ.

(3) *Etsi mori oporteat.* Sic apud Theocritum, Οὐδ' εἴ τι πάθοις τύ γ' ἀείδων, *ne si quidem cantando moriaris.* BOIVIN.

A τοῦτο παθεῖν· ἵν' εἰ μή τι τὸν ἅπαντα βίον οὐ μὴ τεθέαται οἶκος πρὸς ἀρετὴν διακείμενον εὖ, ἀλλ' οὖν τοῖς ἐμοῖς τελευταίοις βαπτόμενος αἵμασιν ὀψὲ γοῦν μίαν ταύτην γνοίη με κεκτημένον ἀρετὴν πολλοῦ τινος ἀξίαν, τὸ μὴ πολλοῦ τινος ἄξιον νομίζειν τὸ ζῆν.

Β'. Διὸ τοῖς ἄλλοις ἀνάγκην προσῆγον μὴ βραδύνειν, ἀλλὰ τοῖς ἐμοῖς βοηθοῦντας νοσήμασιν ἀπιέναι προθύμως, οὐχ εἰς ἐλέγχους καὶ διαλέξεις ἀληθείας ζητουμένης· ἀπειρηκέναι γὰρ καὶ αὐτὴν ἤδη καὶ πρὸς αἰθερίους ἀποπτῆναι θαλάμους, ἀφανείᾳ κεκαλυμμένην μακρᾷ· ἀλλ' εἰς σφαγὴν καὶ μαρτυρικὰ παλαίσματα καὶ θανάτου μακροῦ δεινότερα δεσμωτήρια. Τοιαύτην γὰρ καθ' ἡμῶν ἐξενηνέχθαι χθὲς καὶ πρότριτα, δεσμοῖς ἀδαμαντίνοις τισὶ καὶ ἀῤῥήκτοις κεκυρωμένην, ψῆφον πρὸς τῶν ἀντιπάλων καὶ B τῆς ἐξουσίας ἀρχόντων. Τῶν γὰρ μετριωτέρων, ἃ τοῖς ἐξωτερικοῖς (4) καὶ τὸ πλεῖστον δημοτικοῖς κατεψήφισται, τὰ μὲν ἤδη πέπρακται, τὰ δ' ἔτι πράττεται, τὰ δὲ καὶ πραχθήσεται. Καὶ τούτων οὐδὲν οὐδένα πάντων ὑμῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, [P.620] θορύβου τοσούτου τὴν πόλιν περιηχήσαντος ἅπασαν. Χρεὼν οὖν, μὴ φιλοψυχοῦντας, ἀλλ' ἐῤῥωμένους, ὁμόσε πρὸς τοὺς τοιούτους χωρεῖν ἀγῶνας. Θνητῆς γὰρ λαχοῦσι φύσεως ἣν μὴ νῦν θανεῖν ἐξῇ, διὰ γοῦν τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα τεθνήξεσθαι πάντως ἕψεται προϊοῦσι· καὶ δεῖ μὴ τὸν ἀκλεᾶ πρὸ τοῦ μετ' εὐκλείας περιμεῖναι θάνατον.

C Γ'. Μιᾷ δ' ἀπειρηκότων φωνῇ, μὴ ἐθέλειν χωρεῖν ἐς βασιλείους προκλήσεις καὶ οὕτω βαρβαρικὰ συνέδρια πλὴν ἐμοῦ, δείσας ἐγὼ μὴ πρόφασιν τοῦτ' εἰληφόσιν ἐκείνοις, οἷς πάντα λίθον κινεῖν καθ' ἡμῶν περίεστιν, ἐρήμην καθ' ἡμῶν εὐχερῶς καταδιαιτᾷν ἐπιγένηται, μάλα μόλις τῆς καθέδρας ἐξαναστὰς ἅμα πᾶσιν ἐκείνοις ἀπῄειν ἐκεῖσε ἀποθανούμενος, καὶ τῇ ἐκεῖ τελευτῇ συμπαραπέμψων τὰ πολυετῆ μου τῆς κεφαλῆς νοσήματα.

Δ'. Ἄρτι δὲ περί που τὰ μέσα γενομένοις τῆς βασιλείου αὐλῆς ἀπήντησέ τις ἡμῖν τῶν πάνυ τῷ βασιλεῖ προσῳκειωμένων, καὶ μόνον ἁπάντων ἔμεγε ἀπειληφὼς προσῆγε τῷ βασιλεῖ. Κοινολογήσασθαι γὰρ ἔλεγε βούλεσθαί μοι τῶν αὐτῷ γε ἀποῤῥήτων ἔστιν ἅ. Προσεληλυθότι μοι γοῦν τυχεῖν προσγεγένηται μὲν, παρὰ δόξαν μὲν ἐμοὶ, σφίσι δ' ἐξεπίτη- D δες σφόδρα, τινὸς τῶν πάνυ μοι φίλων ἐκ παλαιοῦ, διὰ βασιλικῆς κἀκείνου προκλήσεως ἐκεῖσε τηνικαῦτα παρόντος ἐμοῦ γε εἵνεκα. Ὧν μεταξὺ καθεσθέντι μοι λέγειν ἤρξαντο κατὰ συνεκδοχὴν καὶ ἀμοιβαδὸν, παρὰ θατέρου ἅτερος τὰς τῶν λόγων ἀφορμὰς πορίζοντές τε καὶ πορίζόμενοι, καὶ πείθειν ἐπιχειροῦντες, πρῶτον μὲν χρημάτων ἐπαγγελίαις ἀφθόνοις, καὶ ὅ μοι πρὸς βουλήσεως εἴη ἂν ἕτερον ἅπαν. Ἐπεὶ δ' ἐντεῦθεν τῶν σκοπουμένων ἠλαύνοντο, μηδὲ

totam vitam ad virtutem recte institutum vidisset, saltem cruore meo ad extremum tincta, quantumvis sero agnosceret instructum ea virtute, quæ, cum vitam haud magni faceret, magni ipsa fieri deberet.

II. Quamobrem ab aliis vehementer cœpi contendere, ne cunctarentur, sed ut mihi ægro succurrentes abirent alacriter, non ad veritatem per argumenta et disputationes investigandam; jam quippe et ipsam cessisse, et densa caligine involutam in cœlum avolasse; sed ad cædem, ad martyrii luctamina, ad vincula denique omni morte graviora. Nempe eam in nos ab adversariis, et ab iis, penes quos potestas esset, heri et nudiustertius latam esse sententiam, adamantinis quibusdam et irruptis nodis munitam. Nam mitiores **986** pœnæ, quæ in laicos, eosque maximam partem plebeios, decretæ fuerunt, eæ partim vel jam sumptæ sunt, vel nunc quoque sumuntur, vel postea exigentur. Neminem autem ex vobis puto quidquam horum ignorare, tantus tumultus totam urbem personuit. Oportet itaque vos, non conservandæ vitæ cupidos, sed animo forti instructos, istis certaminibus vosmet objicere. Mortalem naturam sortiti estis. Proinde etsi licet nunc vobis mortem effugere, tamen naturæ debitum ejusmodi est, ut ætate longius provectis omnino mori necesse futurum sit. Nec vos decet, gloriosa morte posthabita, eam exspectare, quæ laude caritura est.

III. Illi vero una voce renuntiant, nolle se imperatoris vocatu tam barbara concilia sine me adire. Quamobrem veritus, ne illi qui omnem in nos lapidem movent, hac occasione arrepta, sententiam in nos, velut deserti vadimonii reos, facile pronuntiarent, ægre tandem e sede excitatus, cum iis omnibus moriturus, et inveteratos capitis morbos simul cum vita dimissurus, illuc me contuli.

IV. Jam nos fere in media palatii aula versabamur, cum ex intimis imperatoris quidam accurrit. Is unum me ex omnibus assumptum ad imperatorem deducit. Eum scilicet nonnulla mecum velle communicare aiebat, quæ arcana sibi essent. Ubi propius accessi, quemdam veteri amicitia mihi conjunctissimum offendo, qui et ipse imperatoris vocatu illic tum aderat mei gratia. Id ut mihi nec opinanti, ita illis omnino **987** præmeditatis accidit. Ego vero inter illos consedi. Tum autem ii cœperunt vicissim et alternis me alloqui, alter alteri mutua suppeditantes dicendi argumenta. Ac magna primum pecuniæ vi et omni alia re, quamcunque optavissem, promissa, inflectere conati sunt. Deinde, quia hac non succedebat, propterea quod nec prima quidem dicta auribus vel mini-

Variorum notæ.

(4) Nempe Palamas auctor Cantacuzeno fuerat, ut *quotquot de infima plebe non vererentur capiti suo altiora affectare, ii vestibus exuti virgis cæderentur, et in carcerem detruderentur*, pag. 617, D. supra. Boivin.

mum admitterem, altero demum et velut subsidiario conatu, ad disputandum mecum aggressi sunt.

V. Disputationem hinc ordiri visum est, quod nomen θεότητος inferius esset substantia divina, et magis proprie operationibus increatis conveniret: item quod operationes hæ increatæ magno et infinito discrimine a divina substantia distarent; quodque ex operationibus Deum cognosceremus, dicente magno Basilio: « Deum ex operationibus quidem cognoscere nos dicimus; at appropinquaturos esse ad ejus substantiam non promittimus: quoniam ejus operationes ad nos descendunt; substantia vero ejusdem inaccessibilis manet. » Hæc et similia cum dictitarent, perversas de suo interpretationes, argumentationesque absurdas, impias, et insanas subjungebant: quoniam nempe operationes ad nos descenderent, atque ex iis nos Deum cognosceremus, oportere eas increatas esse divinitates; et quorum dicta cum suis non consentirent, eos palam blasphemiæ reos sese constituere.

VI. Ego vero, qui et ægrotabam, et cæteris sociis exclusis unus præter spem insidiosis retibus interceptus **988** hærebam, quid aliud facere debui, nisi ut me, si possem, brevi oratione quamprimum inde expedirem? Pugnam certe detrectare statim haud oportuit, tametsi declinandi idonea ratio erat morbus ipse cum solitudine conjunctus. Illi enim a tergo instantes crimen mihi timiditatis objecturi, et quod locum deseruissem, reum acturi fuissent. Ad argumentum igitur ex eo ductum, quod nomen θεότητος proprie et primario non magis substantiæ quam operationibus conveniret, primum respondi; eique refellendo suffecit statim illud divi doctoris, quod tum mihi præsto in ore exstitit: « Cum Dei dico, Patris dico et Filii et Spiritus sancti. Divinitas nec ultra hæc diffunditur, ne deorum turbam inducamus; nec citra hos fines consistit, ne de inopia divinitatis damnemur. » Et rursus: « Dei autem cum dico, uno lumine et tribus circumfusi irradiemini: uno quidem, secundum rationem substantiæ seu divinitatis; tribus autem, secundum proprietates seu hypostases (si quis malit ita vocare) seu personas. Nam de nominibus nulla nobis rixa futura est, quandiu syllabæ ad eamdem notionem ferent. Quippe et indivisim dividitur, ut ita dicam, et divisim connectitur: quoniam divinitas unum est in tribus, et tria illa, in quibus est divinitas, seu quæ, ut accuratius loquar, divinitas est, unum sunt. Excessus autem ac defectus omittamus. » Pariter et Gregorius Nyssenus ait: « Si hoc nomen, *Deus*, substantiam significat, unam divinæ Trinitatis substantiam **989** confitendo, unum Deum statuere nos apparet, quoniam unius sub-

A τὴν πρώτην ἀκοὴν ἐμοῦ γε προσιεμένου μηδὲ μικρὸν γοῦν, τὸν δεύτερον πλοῦν διαλέγεσθαι ἐπεχείρησαν.

Ε'. Καὶ ἦν ἡ τῆς διαλέξεως εἰσαγωγή· ὅτι τε τῆς θεότητος ὄνομα δεύτερόν ἐστι τῆς θείας οὐσίας καὶ ταῖς ἀκτίστοις ἐνεργείαις κυρίως μᾶλλον ἁρμόττει· καὶ ὅτι τῶν τοιούτων ἀκτίστων ἐνεργειῶν πολλὴ καὶ ἄπειρος ἐκ τῆς θείας οὐσίας ἐστὶν ἡ διαφορά, κἀκ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκομεν τὸν Θεόν· καὶ ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος (51), « Ἐκ μὲν τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζειν λέγομεν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τῇ δ' οὐσίᾳ αὐτοῦ προσεγγίζειν οὐχ ὑπισχνούμεθα. Αἱ μὲν γὰρ ἐνέργειαι αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν· ἡ δ' οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος. » Ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια λέγοντες ἐπῆγον οἰκείας παρεξηγήσεις καὶ B συλλογισμοὺς ἐκτόπους καὶ ἀνοσίους καὶ μαινομένους· ὡς ἐπειδὴ πρὸς ἡμᾶς αἱ ἐνέργειαι καταβαίνουσι, κἀκ τούτων γνωρίζομεν τὸν Θεόν, ἄκτιστοι ἄρα εἰσὶ θεότητες· καὶ ὅσοι μὴ συμφωνοῦσιν ἡμῖν, βλασφήμους ἑαυτοὺς [P. 621] καθιστῶσι περιφανῶς.

Ϛ'. Ἐμοὶ δὲ καὶ ἀσθενῶς ἔχοντι, καὶ μόνῳ τῶν ἄλλων ἀπειλημμένῳ συμμάχων ἀπροσδοκήτως ἐνεδρευόντων δικτύων ἐντός, τί ἔδει ποιεῖν ἕτερον, ἢ βραχυλογίᾳ χρησαμένῳ, εἰ δυναίμην, ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην; Οὐ γὰρ φυγομαχεῖν εὐθὺς ἐχρῆν, καὶ ταῦτα πρόφασιν ἱκανὴν κεκτημένους ἀποφυγῆς τήν τε νόσον καὶ ἅμα τὴν μόνωσιν. Ἦ γὰρ ἂν κατὰ νώτου κείσεσθαι ἔμελλον, δειλίας γραψόμενοι καὶ λειποταξίου δίκην ἐπάγοντες. Πρὸς μὲν οὖν τὸ τῆς C θεότητος ὄνομα, μὴ τῇ οὐσίᾳ μᾶλλον ἢ ταῖς ἐνεργείαις ἁρμόττειν κυρίως καὶ πρώτως, πρώτην ποιουμένῳ καὶ τὴν ἀπάντησιν, ἤρκεσε παραχρῆμα πρὸς λύσιν τὸ τοῦ θείου Πατρὸς ἐκεῖνο γεγονὸς ἀνὰ στόμα· « Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὔτε ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον θεῶν εἰσαγάγωμεν, οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος καταχριθῶμεν. » Καὶ πάλιν· « Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισίν· ἑνὶ μὲν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος· τρισὶ κατὰ τὰς ἰδιότητας, εἴτ' οὖν ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον καλεῖν, ἢ πρόσωπα. Οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ D φέρωσι. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵνα οὕτως εἴπω, καὶ συνάπτεται διῃρημένως. Ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης· τὰς δὲ ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις ἐλλείψωμεν. » Καὶ ὁ Νυσσαέων δ' ὁμοίως φάσκει Γρηγόριος· « Εἰ τὸ *Θεὸς* ὄνομα οὐσίας σημαντικόν ἐστι, μίαν οὐσίαν ὁμολογοῦντες τῆς ἁγίας Τριάδος ἕνα Θεὸν εἰκότως δογματίζομεν, ἐπειδὴ μιᾶς οὐσίας ἓν ὄνομα τὸ Θεός ἐστι. » Καὶ πάλιν· « Ἔστι τοίνυν ἰδίωμα τῆς ἀϊδίου οὐσίας, ἧς ἐστι Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὸ πάντα ἐπ-

Variorum notæ.

(5) Citatur D. Basilii Epistola, quæ in eo codice, quo Gregoras usus est, 257.* numerabatur; in libris editis aut omnino deest, aut alium numerum præfert. Boivin.

τεύειν καὶ θεωρεῖν καὶ γινώσκειν, οὐ μόνον τὰ ἔργῳ A γινόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῷ νῷ λαμβανόμενα· ὅπερ μόνης ἐστὶν ἐκείνης τῆς οὐσίας. Ἐντεῦθεν εἰλημμένον τὸ Θεὸς ὄνομα, κυρίως λεγόμενον, σημαίνει τὴν οὐσίαν ἐκείνην, ἣ δεσπόζει πάντων ὡς ἀληθῶς.» Καὶ πάλιν· «Μιᾶς τοιγαροῦν ὑπαρχούσης τῆς οὐσίας, ἧς ἐστι Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἑνὸς τοῦ παραδηλοῦντος αὐτὴν ὀνόματος, φημὶ δὴ τοῦ Θεὸς, εἷς Θεὸς ἔσται κυρίως καὶ ἀκολουθότερον τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας.»

Ζ'. Ταῦτα μὲν δὴ οὖν, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν θείων Πατέρων ἐκ τοῦ προχείρου τέως ἐπῄει τῇ μνήμῃ, τὴν ὁμοίαν ἀκολουθίαν ἀεὶ διασώζοντα, [P. 622] καθόσον B ἐφικτὸν, προενεγκόντες ἐκείνῃ τῇ διαλέξει περὶ τοῦ τῆς θεότητος ὀνόματος ἐξ αὐτοσχεδίου δεδώκαμεν. Καὶ ἅμα ὠνείδιζον ἔγωγε σφίσιν, ὅτι τῶν θείων Πατέρων τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα διαῤῥήδην διδόντων, αὐτοὶ παρεξηγούμενοι προδήλως ἐκείνους συκοφαντοῦσιν. Ὄνομα γὰρ κύριον ἢ μὴ ὑπάρχειν ὅλως τῇ θείᾳ φασὶν οὐσίᾳ, ἢ ἡμῖν γε μὴ ὑπάρχειν· ὃ δ' οὖν σφίσι δογματισθὲν ἐκ τῶν τιμιωτέρων ἡμῖν ἐκδέδοται, στέργειν καὶ ἡμᾶς εἶναι ἀνάγκην, καὶ μηδαμῇ περαιτέρω προβαίνειν, μηδὲ πολυπραγμονεῖν. Εἰ δέ που καὶ δι' οἰκονομίαν τινὰ ἐνίοις ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ παρέφθεγκταί τι, δόξαν ἴσως ἐναντιολογίας παρέχον, μὴ νόμον εἶναι τὸ σπάνιόν τε καὶ δυσδιάγνωστον.

Η'. Περὶ δ' ὧν αὖθις τὸν μέγαν εἰσῆγον ἐκεῖνοι Βα- C σίλειον, λέγοντα γινώσκειν ἐκ τῶν ἐνεργειῶν ἡμᾶς τὸν Θεόν· ἀλλὰ μὴν ἀκτίστους ἐκεῖνος ἥκιστα φάσκει θεότητας εἶναι τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ἔγωγε ἔφασκον. Ἢ γοῦν μὴ δι' ἑαυτῶν ἀναγινώσκειν ὅλως ἀπεφαινόμην αὐτοὺς, ἢ ἀναγινώσκοντας μὴ γινώσκειν ὅλως ἃ ἀναγινώσκουσιν. Εἰπὼν γὰρ ὁ θεῖος Πατὴρ, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκειν ἡμᾶς τὸν Θεὸν, ἐν τῇ αὐτῇ παρακατιὼν ἐπιστολῇ ἑαυτὸν αὐτὸς ἐξηγεῖται, φάσκων· «Οἱ μαθηταὶ πότε αὐτὸν προσεκύνησαν; οὐχ ὅτε τὴν κτίσιν αὐτῷ εἶδον ὑποτεταγμένην; Ἀπὸ γὰρ θαλάσσης καὶ ἀνέμων ὑπακουσάντων αὐτῷ ἐγνώρισαν αὐτοῦ τὴν θεότητα. Οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τῶν ἐνεργειῶν ἡ γνῶσις· ἀπὸ δὲ τῆς γνώσεως ἡ προσκύνησις.» «Καὶ ἅμα ὁρᾶτε, ἔφασκον, ἐνεργείας τὰ θαύματα λέγοντα τὸν θεῖον διδάσκαλον. Πῶς οὖν D θάλασσαν καὶ ἀνέμους καὶ τὰ τοιαῦτα θεότητας ἀκτίστους φατὲ, καὶ τοὺς θείους πρηστῆρας οὐ φρίττετε; Ἔπειτα οὐδέ τοι τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν αἴτιον· κἀκ τῆς διαφορᾶς τῶν ὄντων τὴν τοῦ ὄντος διδασκόμεθα σοφίαν, τὸν Υἱόν· καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων φυσικῆς κινήσεως τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος μανθάνομεν ζωὴν, τὴν τῶν ὄντων ζωοποιὸν δύναμιν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.»

Θ'. Ὁ βασιλεὺς δ' εὐθὺς ἀνίσταται, γέμων ὀργῆς καὶ θυμοῦ καὶ βραχὺ προβὰς τοῦ θαλάμου τὸ ποιητέον ἐκοινολογεῖτο κρύφα τῷ τε Παλαμᾷ καὶ τοῖς ἐπισκόποις· εἶναι γὰρ ἀνίσχυρον ἐνταυθοῖ τὴν ἐκ λόγων πειθώ. Καὶ ῥᾷστα πάντων ἄλλων εὕρισκε

stantiæ unum nomen est, *Deus.*» Et rursus: «Est igitur proprietas æternæ substantiæ, cujus substantiæ est Pater et Filius et Spiritus sanctus, quod omnia inspectet, contempletur, et cognoscat, non solum quæ re ipsa exsistunt, sed et quæ intellectu tantum percipiuntur; quod est solius ejusce substantiæ. Hinc sumptum est nomen Θεὸς, quod proprie dictum substantiam illam significat, quæ omnium vere domina est.» Et rursus: «Cum itaque una sit substantia, cujus est Pater et Filius et Spiritus sanctus, et unum nomen eam denotet, nempe Deus; erit proprie unus Deus: idque ipsius substantiæ rationi magis consentaneum est.»

VII. Hæc nos, et quæcunque alia sanctorum Patrum dicta in promptu tum fuerunt atque in mentem venerunt, similem usque consecutionem quoad fieri potuit conservantia, produximus, et ad illam de divinitatis nomine disputationem ex tempore adhibuimus. Tum hoc illis simul exprobravi, quod cum sancti Patres nomen θεότητος diserte tribuerent divinæ substantiæ, hi perperam interpretando aperte illos calumniarentur. Etenim aiunt ii, divinæ substantiæ nomen proprium vel non exsistere, vel nobis haud exsistere. Quod itaque iidem, ab excellentioribus attributis ductum, in rebus dogmaticis usurparunt, et nobis tradiderunt, eo nos contentos esse necessario oportere, non autem ultra progredi et curiosius inquirere. Quod si qui singulari aliqua ratione aliquando et alicubi dissonum quid pronuntiassent, **990** quod contrarie dictum videri posset, id quidem, utpote rarum et obscurum, legem non esse.

VIII. Quatenus autem Basilium Magnum inducebant, dicentem cognosci a nobis Deum ex operationibus; at eas operationes, inquam, minime ille increatas divinitates esse ait. Omnino ergo, aut ipsos per se non legere, aut legendo non intelligere ea quæ legerent, affirmabam. Nam sanctus hic Pater, postquam dixit, Deum ex operationibus cognosci a nobis, suam ipse mentem infra in eadem epistola interpretatur his verbis: «Discipuli quando eum adorarunt? Non cum creaturam ei submissam viderunt? Nempe ii divinitatem ejus ex eo cognoverunt, quod et mare et venti obedirent ei. Itaque ex operationibus nata cognitio, ex cognitione adoratio.» «Ac videte, inquam, simul sanctum hunc doctorem operationes vocantem ea, quæ sunt miracula. Quomodo itaque vos mare et ventos et similia increatas vocatis divinitates; tum iidem igneos Dei turbines haud exhorrescitis? Jam vero nec ipsum entium auctorem cognoscimus, sed ex varietate entium sapientiam ejus qui est, nempe Filium, cognoscimus; et ex motu entium naturali vitam ejus, qui est, per se subsistentem intelligimus, nempe entium vivificam virtutem, Spiritum sanctum.»

IX. Ibi imperator iræ et indignationis plenus surrexit, et paulo extra cubiculum progressus cœpit clam cum Palama et episcopis quid agendum esset consultare: verba quippe in præsenti negotio vim persuadendi **991** minimam habere. Atque

ut nos quamprimum amoliretur, nullam plane aliam rationem reperit faciliorem ea, quam et Palamas præceptis suis designatam ei proposuisset, et ipse jam usu probatam penitus cognovisset. Id autem erat, omnino jam abrogandam esse ejusmodi disputationem, quæ ex Scripturis argumenta repeteret : inde scilicet consequi eos exitus, qui haudquaquam sibi expedirent : quæ enim illi in nos exsequi meditarentur, ea ipsos a nobis passuros citius, quam executuros ea, quæ nos pati voluissent. Iidem concilio expellere constituunt episcopum Tyri, qui patriarchæ Antiocheni jura tuebatur : quod si is persisteret et instaret, illius patriarchæ sententiam allegando, qua Palamas depositus damnatusque esset, tum ipsum quoque statim cum patriarcha exauctorare, et ab Ecclesiæ nostræ communione abscindere.

τρόπον οὐδένα, τὴν ταχίστην ἀποσκευάσασθαι πάντας ἡμᾶς, ἢ καθ' ἃς ὁ Παλαμᾶς τε αὐτῷ προεζωγράφησεν ὑποθήκας καὶ αὐτὸς ἤδη πείρᾳ μεμάθηκεν ἀκριβῶς. Αἱ δὲ ἦσαν ἀποψηφίζεσθαι κομιδῇ τὴν διὰ γραφικῶν ἀποδείξεων ἤδη διάλεξιν· [P. 623] ἥκιστα γὰρ εἶναί σφισιν ἐντεῦθεν τὰς ἀποβάσεις λυσιτελούσας· θᾶττον γὰρ ἂν παθεῖν ὑφ' ἡμῶν αὐτοὺς, ἃ δρᾷν καθ' ἡμῶν ἐμελέτησαν, ἢ δρᾷν ἃ παθεῖν ἡμᾶς ἐμελέτησαν. Συνέθεντο δ' ἐξῶσαι τοῦ συνεδρίου καὶ τὸν Τύρου ἐπίσκοπον (6), τοῦ τῶν Ἀντιοχέων πατριάρχου τὰ δίκαια φέροντα· εἰ δ' ἐπιμένων ἐνίσταιτο, προβαλλόμενος τὴν ἐκείνου κατὰ τοῦ Παλαμᾶ καθαίρεσίν τε καὶ ἀποκήρυξιν, κἀκεῖνον αὐτῷ συγκαθελεῖν εὐθὺς καὶ τῆς ἡμῶν ἐκτεμεῖν Ἐκκλησίας.

X. Prius itaque nos, contumeliis et calumniis atrocioribus perculsos, amovere statuunt; quo deinde illa omnia ad libitum tranquille decernant, et pro dogmatis haberi jubeant, ubi jam nemo futurus sit qui adversetur. Plerumque enim et sæpius efficaciora esse aiebant ea quæ audacius, quam quæ segnius agerentur. Id episcoporum animis magnam instillavit libidinem incessendi nos conviliis palam ac petulanter, velut de plaustro. Ecquid porro deterioribus ingeniis, in quibus coalita inest boni omnis ignorantia, magis proclive, quam ad insanos affectus labi et impelli? Nempe ii veriti, ne ex sacris Scripturis impii arguerentur, magna pompa, magno apparatu velut in theatro expositam **992** impietatem suam re declarant : perinde illi facientes, ac si quis in mari natans, stillis demum et levibus pluviæ præludiis conspectis, profundo mari sese immergat, ne aeriis illis roribus perfundatur.

Ι'. Ὅθεν ἔδοξεν, ὕβρεσι καὶ διαβολαῖς ἀποσκευασαμένοις πρότερον ἡμᾶς ἐκπληκτικώτερον τρόπον, καθ' ἡσυχίαν ψηφίζεσθαί τε καὶ δογματίζειν τὰ τοιαῦθ' ἅπαντα κατὰ βούλησιν, μηκέτ' ὄντος ὅς ἀντιστήσεται μηδενός· εἶναι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ πολλάκις ἔφασκον τὰ τῶν δρωμένων θρασύτερα πολλῷ τῶν πραοτέρων ἀνυσιμώτερα. Ταῦτα πολὺν ἐνέσταξεν ἵμερον ταῖς τῶν ἐπισκόπων ψυχαῖς, ἐξ ἁμάξης ἀναίδην παῤῥησιάζεσθαι καθ' ἡμῶν. Καὶ τί γὰρ μοχθηροτέραις ψυχαῖς, ἀμαθίᾳ συντεθραμμέναις παντὸς ἀγαθοῦ, ῥᾷον ἄλλο τῶν ἄλλων ἕτερον, ἢ πρὸς ἀτόπους ὁρμὰς προτροπή; Δείσαντες γὰρ, μὴ πρὸς τῶν θείων Γραφῶν ἀσεβεῖς ἐξελεγχθῶσιν, ἀσέβειαν δρῶσι πάνυ πανηγυρικὴν ὁμοῦ καὶ θεατρικήν· ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν πελάγει νηχόμενος, εἶτα ψεκάδας ἰδὼν καὶ βροχῆς ἀμυδρὰ προοίμια, ὕφαλος κατεδύετο πρὸς τὸ πέλαγος, μὴ διάβροχος ὑπὸ τῶν ἀερίων ψεκάδων ἐκείνων γένηται.

XI. Etenim Palamas, paulatim inde abscedens, auxiliares copias accitum ivit, et quoscunque circumstrependi, obstrependi, et importune obloquendi facultate pollentes reperit, eos omnes congregavit. Hi autem insolentes linguas in nos acuebant.

ΙΑ'. Ὁ μὲν γὰρ Παλαμᾶς, παρεγκλίνας μικρὸν, ἐξενολόγει καὶ συνήθροιζε τῶν περιβομβεῖν καὶ παραβομβεῖν καὶ παραφθέγγεσθαι δυναμένων οἷς ἐνετύγχανεν· οἱ δ' ἠκόνουν τὰς ἀτόπους καθ' ἡμῶν γλώττας.

CAPUT VII.

Gregoras aliique orthodoxi introvocantur. Cantacuzenus minatur gravissima. Ejus cum Xerxe, Persarum rege, comparatio. Episcoporum Palamitarum imperitia. Orthodoxi frustra conantur contradicere. Cantacuzeni vultus et verba. Gregoram discipuli timidiores deserunt; alii silent. Gregoræ et orthodoxorum episcoporum secessio; quos imperator primum exire vetat; deinde, suadente Palama, abire patitur. Palamitæ, egressis orthodoxis, imperatorem adulantur. Quidquid libuit decernunt.

I. Tandem et nobis iracunde introvocatis, violenti prorsus et ad omne scelus prompti in nos consurgunt; ac Ecclesiæ Dei antistites, ii scilicet, quibus pastorum munus obtigit, vineam Dei vastant. Omitto cætera, quæ adversus ejusmodi homines sacra Scriptura tragice olim declamavit.

[P. 624] Α'. Εἰσκεκληκότες γὰρ καὶ ἡμᾶς ὀψὲ μετ' ὀργῆς, βίαιοι καθάπαξ καὶ τἀνόσια πάντα γίνονται τολμηροὶ καθ' ἡμῶν· καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας προστάται καὶ οἱ ποιμαίνειν λαχόντες τὸν τοῦ Θεοῦ διαφθείρουσιν ἀμπελῶνα· καὶ ὅσα κατὰ τῶν τοιούτων ἡ θεία ἐτραγῴδησε πάλαι Γραφή.

II. Ac primum quidem imperator, illo metu agitatus, quem triduo ante Palamas animo ejus altius impresserat, contumeliis et minis dirissimis, velut

Β'. Καὶ πρῶτον μὲν ὁ βασιλεὺς, ὑπὸ δειλίας ἐλαυνόμενος ἐκείνης, ἣν ὁ Παλαμᾶς πρότριτα ταῖς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐνέσπειρεν αὔλαξι, τὰς παλαμναιοτά-

Variorum notæ.

(6) Hinc apparet episcopum Tyri in prima tantum actione præsentem concilio interfuisse. Vide adnotata ad lib. XXI, cap. 4, num. 13, infra. BOIVIN.

τας ὕβρεις καὶ ἀπειλὰς καθ' ἡμῶν ἐξετόξευεν, οὐκ Ἀτλαντικοῦ (7) κληρουχίας πελάγους, καὶ γῆς ποιήσειν ἔξω τῆς οἰκουμένης (Ξέρξου γὰρ ταῦτα καὶ τῆς ἐκείνου βαρβαρικῆς ἀπονοίας καὶ τρυφῆς ἦν), ἄλλα δ' ἐκείνων μείζω καὶ σφόδρα ἀπᾴδοντα, ὡς εἰρήσεται προϊόντος τοῦ λόγου. Τῶν γὰρ ἀνίσων καὶ ἀνομοίων ἀρχῶν τε καὶ προαιρέσεων ἄνισά τε καὶ ἀνόμοια πάντως εἶναι εἰκὸς καὶ τὰ τῶν πραττομένων ἑκατέρωθεν λήγοντα. Οὐδὲ γὰρ πάτριον ἐκεῖνος ἐξώμνυτο σέβας, οὐδὲ θρησκείαν θρησκείας ἠλλάττετο, οὐδ' ἐθῶν καὶ δογμάτων ἔθη καὶ δόγματα, παλαιῶν καινότερα καὶ νεότακτα· οὐδ' ὅρκους ἐπάτει θρησκευομένου Θεοῦ.

A telis quibusdam, nos incessit; non ille incolendum Atlanticum mare, nec extra terram habitabilem quærenda exsilia comminatus (quippe hæc Xerxem et barbaricam ejus dementiam ac lasciviam decebant), sed alia his graviora et multum abhorrentia, ut infra dicetur. Scilicet ubi principia et instituta inæqualia et dissimilia sunt, ibi etiam inæquales et dissimiles utrinque esse actionum exitus plane consentaneum est. Porro ille nec religionem patriam abjuraverat, nec morem doctrinamque veterem novo recensque constituto more doctrinaque mutaverat, nec fidem, ei quem colebat Deo **993** juratam, pedibus subjecerat.

Γ'. Εἰ δέ τις ἐνίσταιτο, Ξέρξην θαυμάζων ἐκεῖνον, ὅτι γῆς καὶ θαλάσσης ἦρχε πάνυ τοι πλείστης, καὶ στρατὸν ἐπήγετο μυριάριθμον, ὧν ἡμεῖς παντάπασιν ἐστερήμεθα· ἀλλὰ θεοτήτων καὶ Θεῶν ἀπείρων τε καὶ ἀκτίστων ἥκιστα εἶχε στρατόπεδα· ἀλλὰ πάντ' ἦσαν αὐτῷ κτιστὰ καὶ θνητὰ κατ' αὐτόν. Ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ μεμαρτύρηκε, νῦν μὲν γελῶν, νῦν δὲ δακρύων· τὸ μὲν ὅτι πλείστης ἠπείρου καὶ θαλάττης καὶ στρατοπέδων ἄρχει παμπόλλων· τὸ δὲ ὅτι, θνητῶν καὶ προσκαίρων ὑπαρχόντων, οὐδεὶς ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔσται φαινόμενος ἔτη, οὔτ' αὐτὸς, οὔτ' οὐδεὶς οὐδαμῆ τῶν αὐτῷ ἑπομένων. [P. 625] Οὐ γὰρ ἦν πω τότε Παλαμᾶς, οὐδὲ τῷ πολλῷ συνῆν ἐκείνῳ βασιλεῖ παραπλήσιος ἐν τοσούτοις στρατεύμασιν οὐδεὶς Παλαμᾷ τουτῳΐ, τεχνητὴν κτίζων ἀθανασίαν καὶ ἀκτισίαν, καθάπερ τοὺς κεραυνοὺς καὶ πρηστῆρας ἐκ γῆς οἱ Κύκλωπες πάλαι κατὰ τοὺς μύθους τῷ Διΐ· ἐνταῦθα δὲ τοὺς τοιούτους φόβους ὑπερορίους εἶναι, καὶ λήθης καλύπτεσθαι μάλα πυθμέσιν ὑποβρυχίοις, ἅτ' ἀκτίστων ἅμα καὶ ἀθανάτων τῶν τ' ἐχόντων ἅμα καὶ τῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων (8). Εἶεν.

III. Quod si quis Xerxem illum miratus instet B ac dicat, cum terræ et maris tractibus quam longissimis imperasse, et innumerabiles secum exercitus ductasse, quibus nos rebus omnino deficiamur: at is (respondebitur) divinitates deosque infinitos et increatos in castris minime habebat; sed erant illi omnia creata et mortalia, eique similia. Cujus rei et ipse sibi testis fuit, nunc ridendo, nunc flendo. Ridebat autem, quod imperium terra et mari latissime patens et exercitus numerosissimos haberet; idem flebat, quod cum hi mortales et caduci ad certum tempus duraturi essent, nemo post centesimum annum usquam compariturus foret, non ipse, non ullus alius ex iis, qui se sequerentur. Nimirum eo tempore Palamas nondum erat, nec in tanto exercitu cum C rege potentissimo versabatur quisquam huic Palamæ similis, qui immortalitatem et increatam naturam per artem crearet, quemadmodum de terra olim fulmina et tela ignea Jovi fabulosi illi Cyclopes. Hinc vero longe absunt ii metus, altissima oblivione velut demersi, propterea quod increati et immortales sint tum principes, tum ii qui principibus parent.

Δ'. Ἀρξαμένων δ' ἑξῆς καὶ τῶν ἐπισκόπων λαλεῖν, ἦν ἀκούειν νῦν μὲν δικτύων καὶ θαλάσσης ἀπόζοντας λόγους· νῦν δὲ σκαπάνης τινὸς καὶ δικέλλης ἀξίους· νῦν δ' οὐδὲν καμινιαίας αἰθάλης ἀπεοικότας, τῷ ἀμαυρῷ τε καὶ δυσήχῳ καὶ ἀνάρθρῳ τῆς λαλιᾶς. Καὶ συνελόντι φάναι, πλὴν τῶν ἐπισκοπικῶν ἐνδυμάτων οὐδὲν ὑγιὲς ὁρᾷν καὶ ἀκούειν τέως ἦν ἐκεῖ.

IV. Deinceps cum et episcopi loqui cœpissent, audire erat eos sermones, qui nunc retia et mare redolerent, nunc sarculum et ligonem saperent, nunc fornacis fuligine tincti viderentur. Adeo obscura, et sono ipso dura, nec bene articulis distincta, illorum oratio erat. Ut paucis dicam, nihil tum frugi, **994** præter episcopalem habitum, illic vel videres vel audires.

Ε'. Βουληθέντων δὲ καὶ ἡμῶν ἀντιφθέγξασθαί τι μικρὸν, κραυγαῖς ἀσήμοις τε καὶ ἀνάρθροις καὶ συνεχεῖ πατάγῳ χειρῶν ἐξεπίτηδες ἡμᾶς τε ὑπερεφώνουν ἐκεῖνοι καὶ σιωπᾷν κατηνάγκαζον, καθάπερ ἀγριουμένης θαλάττης μεμηνότα κύματα τοὺς ἀνὰ τὸν αἰγιαλὸν ὁμιλοῦντας ἠρέμα. Ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι παρ' οὐδὲν ἐληλύθεσαν ἡμᾶς διαῤῥῆξαι, καθάπερ αἱ Βάκχαι πάλαι Πενθέα, φασὶν ἀττικίζοντες μῦθοι. Ἀλλ' ἡμῶν γε ἐπιμενόντων ἔτι, καὶ μικράν τινα λόγου ζητούντων χώραν ἡμῖν ἐγγενέσθαι, οὔτ' ἤκουεν οὔτε προσεῖχεν οὐδείς.

D V. Volentibus autem nobis paululum contra hiscere, illi de industria indistinctis confusisque clamoribus editis, et complosis usque manibus, nostras voces vincebant, et nos, velut sævientis pelagi furentes undæ eos, qui in littore placide colloquuntur, conticescere cogebant. Nam quod nihil abfuerit, quin nos illi, ut olim Pentheum Bacchæ fabulis Atticis celebratæ, membratim discerperent, id quidem ego sileo. Ac quanquam adhuc exspectantes maneremus, et ut nobis exiguus saltem dicendi locus esset postularemus, nemo nec audivit nec animum advertit.

Variorum notæ.

(7) Aristid. in *Panathen.* BOIVIN.

(8) Ita quoque Vaticanum exemplar. Sensum puto eum esse quem expressi. BOIVIN.

VI. Demum imperator, torvo quodam et efferato A obtutu in nos fixo : «Lepidum sane istud, inquit, homines voluntati meæ infensissimos, quos equidem pro nomine appellem nescio, velle mea in domo me invito orationes habere accurate elaboratas.» Hæc judex æquus, qui se medium et indeclinabilem fore et neutram in partem propensurum unquam juraverat.

VII. Mihi igitur, qui capitis dolore vehementissimo jampridem laborabam, novus dolor accessit, eo quod ab adversariis nec tertia quidem mihi pars relicta esset mei discipulorum chori : quorum plurimos circumstare me, plurimos item proxime assidere, cum vidissent superiori die; gravi zelotypia affecti multo vehementiorem invidiam in nos suam reconflarunt, ac velut incendium ventilando B excitarunt, bonorum publicationem minati, 995 eaque indicta pœna, ut qui mecum in altero consessu affuturus esset, is deprehensus in carcerem duceretur. Hinc factum est, ut quotquot ad ejusmodi certamina et pericula subeunda animo erant minus forti, ii paulatim a latere meo discesserint; alii vero in priore silentio persliterint, pro sua quisque voluntate et sententia.

VIII. Ego itaque, cum et hæc viderem, et simul imperatorem multis modis palam nobis adversari intelligerem; tum præterea episcopos cernerem in nos sævire et cædem spirare, surrexi et e curia excessi ; ac eos, qui partium nostrarum erant, mecum omnes exeuntes conspicatus sum. Ibi C magnus rumor exortus, cum et imperator lictoribus ediceret, ne abire sinerent sed tenerent; et nos mortem præoptaremus, quam ut concilium illud latrocinii simile intueremur fixis oculis. Tandem venerabilis ille Palamas, qui absentiam nostram sibi jucundam esse sentiebat, auctor imperatori exstitit, ut nos missos faceret. Facilius quippe futurum sibi aiebat, detrectati judicii nos accusare, atque ita ferendis in nos decretis finem imponere, quam si et adessemus et contradiceremus.

IX. Quare Palamitæ, abeuntibus nobis, imperatorem, quod secundam et optatam puppi suæ auram aspirasset, profusis laudibus remunerabantur, et ejusmodi adulationibus titillatum ejus animum permulcebant. Nempe ut patentes campi equis D certantibus facilem cursum offerunt, sic ille 996 assentatoribus vacuas aures commodare omni tempore prorsus consuevit. Itaque illi jam soli secum, quidquid animi libido dictavisset, verbis pariter et factis exsequebantur.

A Ϛʹ. Ὀψὲ δ' ἐνιδὼν βλοσυρόν τι καὶ ἀπηγριωμέν[…] ὁ βασιλεὺς πρὸς ἡμᾶς, « Χαρίεν, ἔφη, τουτί, κα[…] εσπουδασμένους ἐθέλειν ποιεῖσθαι λόγους τῆς ἐμ[…] οἰκίας ἐντός, οὐχ ἑκόντος ἐμοῦ, τοὺς τῆς ἐμῆς θελ[…] σεως ἐχθίστους, καὶ οὓς οὐκ ἔχω πῶς ὀνομάσαι.[»] Ταῦτ' ἔλεγεν ὁ ἀῤῥεπὴς ἐκεῖνος κριτής, ὁ τὴν μέσ[…] καὶ ἀπαρέγκλιτον καὶ οὐδαμῇ ποθ' ἑτεροῤῥεπ[…] βαδίζειν ὀμωμοκώς.

Ζʹ. Ἐγὼ τοίνυν, καὶ πάλαι μὲν περιαλγὴς ὢν ἐκ τ[ῆς] κεφαλῆς, ἤδη δὲ καὶ λύπῃ λύπην προσειλήφειν, ἐκ τ[…] μηδὲ τριτημόριον πρὸς τῶν ἀντιθέτων ἐμοὶ καταλ[…] λεῖφθαι τοῦ χοροῦ τῶν ἐμῶν φοιτητῶν. Ἰδόντες γ[…] ἐκεῖνοι τῇ προτεραίᾳ (9) πλείστους μὲν ἐμὲ περ[ι]σταμένους ἐκείνων, πλείστους δ' ἔγγιστα καθημέν[ους] ἐμοῦ, ζηλοτυπίᾳ βαρείᾳ τὸν οἰκεῖον καθ' ἡμῶν ἐν[…] B εχλάκευσάν τε καὶ ἀνεπύρσευσαν φθόνον ἐς τὸ πάν[…] ἀκμαιότερον, καὶ τῶν τε οἰκείων ἐκείνοις ἠπείλησ[αν] δήμευσιν καὶ ἀγώγιμον εἰς εἱρκτὴν τοὐπιτίμιον εἶνα[ι] εἴ τις ἁλοίη τὸ δεύτερον ἔτι συνέδριον ἐμοὶ συμπαρὼ[ν]. Διὸ καὶ ὅσοι τὰς ψυχὰς ἀσθενέστεροι [P. 626] πρὸ[ς] τοιούτους ἦσαν ἀγῶνας καὶ πείρας, ἠρέμα τῆς ἐμῆ[ς] ἐγγύτητος ἀπηλλάττοντο· οἱ δ' ἔτι παρέμενον τ[ῇ] προτέρᾳ σιγῇ, ὡς ἑκάστῳ προαιρέσεώς τε καὶ γνώ[μης] ἐνῆν.

Ηʹ. Ταῦτα τοίνυν ὁρῶν ἐγώ, καὶ ἅμα τὸν βασιλ[έα] πολυτρόπως ἐπ' αὐτοφώρῳ μαχόμενον ἡμῖν συνορ[ῶν] καὶ πρός γε ἔτι φόνου πνέοντας τοὺς ἐπισκόπους [καθ'] ἡμῶν, ἀναστὰς ἐξῄειν τοῦ βήματος καὶ ἅμα ἑώρ[ων] συνεξιόντας ἅπαν τὸ μέρος ἐμοί (10). Καὶ θροῦς ἐγ- C γόνει πολύς, τοῦ μὲν βασιλέως κατέχειν ἐγκελευο[μένου] τοῖς πελεκυφόροις, καὶ μὴ ἐᾷν ἀπιέναι ἡμᾶς[·] ἡμῶν δὲ αἱρουμένων θάνατον μᾶλλον, ἢ τὸ λῃστρικ[ὸν] ἐκεῖνο συνέδριον ἑστῶσιν ὁρᾷν ὀφθαλμοῖς. Ὀψὲ δ'[…] σεμνὸς Παλαμᾶς, αὐτῷ λογισάμενος εἶναι καθ' ἡδο[…] νὴν τὴν ἡμῶν ἀπουσίαν, ἀφιέναι παρῄνει τῷ βασιλ[εῖ]. Ῥᾷον γὰρ εἶναί σφισιν ἔλεγεν ἐντεῦθεν ἡμᾶς τ[…] φυγοδικίας γράφεσθαι καὶ σφᾶς ταχίστην ἐπιθ[εῖ]ναι ταῖς καθ' ἡμῶν οὕτω ψήφοις τὴν τελευτήν, [ἢ] παρόντων καὶ ἀντιλεγόντων ἡμῶν.

Θʹ. Διὸ καί, ἀπιόντων ἡμῶν, ὕμνοις οἱ περὶ Παλα- μᾶν πάνυ παμπόλλοις ἐγέραιρον τὸν βασιλέα, ἐξ οὐ[…] ἐκείνοις τὰ κατὰ βούλησιν παρεχόμενον πλεῖν· κ[αὶ] τοιαύταις κολακείαις τὸ τῆς ψυχῆς ἐκείνου κατε[…] D ἡδόμενον. Ὡς γὰρ ἐς τὰς ἱπποδρομίας ῥᾳδίαν τ[…] τῶν ἵππων διδῶσιν ἁμίλλαις τὰ τῶν πεδίων ἐπ[…] λατα, οὕτως ἀνειμένας εἴωθε παρέχειν καὶ αὐτὸς [...] μιδῇ τοῖς κόλαξι τὰς ἀκοὰς ἀεί. Εἶτα καθ' ἑα[…] αὐτοὶ καὶ λέγοντες καὶ δρῶντες ἐπέραινον ὅσ[α] βουλόμενόν σφισιν ἐπήγγελλε τῆς ψυχῆς.

Variorum notæ.

(9) *Cum vidissent superiori die*; non quidem *proxime superiori*, sed eo die qui primus concilii fuit. Sic etiam infra lib. XXI, cap. 3, sect. 15 : Αἳ τῇ προτεραίᾳ σφίσι κολάσεις ἠπείληνται. Vide adnotata ad eum locum. BOIVIN.

(10) Philotheus, *Antirrhet.* I : Τί δέ, κἀκεῖνο ψευδὸς ἐρεῖς, εἰπέ μοι· ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ὁμοῦ π[άν]τες ἀπεπηδήσατε τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου· καί[τοι] γε καὶ βασιλέως καὶ πατριάρχου καὶ πάντων [πα]ραμένειν ὑμᾶς ἀξιούντων, καὶ μὴ τὴν ὑπόθ[εσιν] ἐπίτηδες διαφθείρειν; cod. Reg. 1996, fol. 8 v. [...] congruunt et ea quæ ibidem leguntur, fol. 15. Boi[vin].

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΪΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΚΑ΄.

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER VICESIMUS PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Cantacuzenus Gregoram arcessit. Animum ejus tentat solitis artibus; nullo autem successu. Quæ hactenus in concilio dixerit, ea pacis et concordiæ studio dixisse se affirmat. Majorem in posterum æquitatem suam fore promittit. Palamitarum doli, consilium, fiducia.

[P. 627] Α΄. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον, A καὶ οὕτω τὰ τῆς δευτέρας καθέδρας ἠνύετο. Ὁ μέντοι βασιλεὺς καθ' ἑαυτὸν τῇ ὑστεραίᾳ (11) γενόμενος, καὶ συνιδὼν, ὡς οὐκ εὐοδά σφισι τὰ τῆς καθ' ἡμῶν ἔσται ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ παροῦσιν ἡμῖν ἐπιθεῖεν τὰ ψηφιζόμενα, δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ μετάπεμπτον ἔσχεν ἐμὲ, καὶ ταῖς εἰωθυίαις αὖθις θωπείαις τε καὶ τῶν βασιλικῶν ἐκείνων δωρεῶν ἐπειρᾶτο παραφέρειν ἐπαγγελίαις· οὐκ οἶδα, εἴθ' ἑκὼν ἐπιλανθανόμενος, εἴτ' ἄκων ἀπατώμενός τε καὶ συναρπάζειν ἐπιχειρῶν. Ἃ γὰρ οὐ δὶς καὶ τρὶς μόνον, ἀλλ' ἑπτάκις εἰπεῖν ἑπτὰ διελὼν καὶ εἰπὼν, καὶ ἀποτυχὼν, ταῦτα παρεισκυκλῶν ἀεὶ καὶ ἐς ταυτὰ παλινδρομῶν, ἕτερά τε καὶ διάφορα πρὸς διαφόρους, καὶ οὐ πρὸς ἕνα ἐμὲ τὰ αὐτὰ, λέγειν ᾤετο.

B Β΄. Ὅμως ταῦτα λέγων προσενεκάλει τὰ πρότριτα γεγονόθ' ἡμῖν, ἡμῶν καθαπτόμενος, μὴ συνιέντων δῆθεν τῆς σπουδῆς ἐκείνης καὶ τοῦ σκοποῦ, πρὸς εἰρήνην ἀστασίαστον οἰκονομικῶς σχηματίζοντος καὶ ποικίλλοντος τούς τε λόγους καὶ διὰ κύκλου τινὸς, ἀδήλου τοῖς πλείστοις, περιιόντος καὶ περιάγοντος, καὶ τὰς διαφόρους τῶν πλείστων μετεωρίζοντος γνώμας. Κἀκείνῳ μὲν, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγοντι, τὰς εἰωθυίας καὶ μείζους τῶν ἀντιῤῥήσεων ἀντεπῆγον αὐτός. Καὶ πολλὴν ἰδίᾳ διατετριφότες ἐν τούτοις ἡμέραν ἐπ' ἀτελέστοις αὖθις διελύθημεν ταῖς ἐλπίσι. Ὅμως ἠξίου πάλιν καὶ ἐπηγγέλλετο, συνεληλυθόσιν αὖθις ἡμῖν διδόναι τὴν τοῦ λέγειν ἅπασαν ἄδειαν, ὡς εἰκὸς, καὶ μὴ συνηγορεῖν ὁμοίως C ἔτι τῷ Παλαμᾷ, μηδὲ τοῖς ἐκείνου πᾶσαν διδόναι ῥοπήν.

A 998 I. Et hæc quidem ita se habuerunt, et hic finis fuit secundæ sessionis. At imperator, qui postera die secum privatim animadverterat, non cessura esse feliciter ea quæ in nos machinati essent, nisi ipsi præsentibus nobis eam quam tulissent legem imponerent; duobus ex eo diebus elapsis, me arcessitum solitis blanditiis et illarum rursus largitionum principalium pollicitationibus conatur pervertere; nescio utrum sponte oblitus, an præter voluntatem deceptus, et obrependi studio delusus. Nimirum is, quæ dicendo et exponendo, non solum bis terque, sed et septies quasi septimo, nil profecerat, ea cum repeteret semper, et eodem subinde recurreret, alia et diversa apud diversos homines, non autem eadem apud me unum, dictiB tare se arbitrabatur.

II. Tamen ille hæc sic dicebat, ut etiam ea quæ triduo ante a nobis facta essent, criminaretur, et nos verbis corriperet; qui illud videlicet studium consiliumque ejus non intellexissemus, sermones suos ad pacis concordiam caute et providenter componentis, eosque variantis, ac per circuitus quosdam vulgo ignotos circumducentis, 999 atque ita diversas plurimorum hominum mentes suspendentis. Hæc et talia dicenti solitas ego et validiores solito responsiones opponebam. In his magnam diei partem cum privatim colloquendo consumpsissemus, spe irrita rursus discessimus. Cæterum velle se denuo aiebat spondebatque, ubi C nos rursum convenissemus, omnem dicendi licentiam dare, ita ut par esset; ac non æque ut antea patrocinari Palamæ, et ejus partibus favorem omnem accommodare.

Variorum notæ.

(11) Die Maii 31. Boivin.

III. Dies inde sex effluunt, dum retia, quæ nobis tendebantur, perfecte parata et instructa essent. Quæ enim in illis duabus prioribus sessionibus nullo successu gesserant, ea nunc, prout melius sibi futurum esset, reformare se existimantes, majore jam audacia stadium et certamen repetebant. Ac nos rursus idem concilium et illa principalis curia præsentes habuit.

A [Γ. 628] Γ'. Ἓξ παρῆλθον ἐκεῖθεν ἡμέραι, μέχρι
ἂν ἐς αὐτάρκη παρασκευὴν τὰ ἐκείνων ἀπαρτισθ
καθ' ἡμῶν δίκτυα. Ὧν γὰρ ἐν τοῖς δυσὶν ἐκείν
ἀπετύγχανον συνεδρίοις, ταῦτ' ἐπανορθοῦντες (ὡ
ῴοντο) νῦν πρὸς τὸ σφίσι βέλτιον, θαῤῥαλεώτερ
ἤδη τὸ τοῦ ἀγῶνος ἀνεκαλοῦντο στάδιον. Καὶ π
λιν εἶχεν ἡμᾶς τὸ συνέδριον ἐκεῖνο καὶ τὸ βασιλ
βῆμα.

CAPUT II.

Sessionem tertiam orthodoxi a fidei professione auspicantur. Excerpta ex libris Palamæ leguntur et expo-duntur. Illius in se defendendo labor irritus. Gregoras unum ex discipulis producit, qui disputan-munus excipiat. Palamas, victus ab adolescente, omnibus deridiculo est. Ex viginti capitibus tria tantum excussa. Exitus tertiæ sessionis.

I. Porro melius visum nobis est, insidiantium fraudes in ipso, ut aiunt, limine eludere, sacro catholicæ fidei symbolo palam et alta voce, secundum communem et usitatam orthodoxorum professionem, perlecto.

II. Id ubi factum est, cœperunt deinde impia Palamæ dogmata, ea scilicet quæ vulgo notiora excerpseramus, palam et ipse a nostris perlegi, appositis ejusdem scriptis, quæ differentiam omnem prorsus abesse luculenter attestabantur. Itaque illi nullum crimen objiciebatur, unde posset fugiendo et elabendo se expedire : quod cum sæpe tentasset, toties hæsit suis **1000** ipsius scriptis manifeste impeditus, et plane obmutescere coactus. Ac pleraque, quod longiora essent, fastidii vitandi causa omissa sunt. Erant quippe illa ejusdem omnia naturæ. Quemadmodum enim mare ita amarum est, ut non aliqua parte gustum repellat, aliqua admittat, sed eumdem ubique gustantibus saporem objicit; ita et hujus viri scripta omnia ad easdem blasphemias pertinere evidens est. In quibus etsi fortasse aliquis majoris minorisque impietatis discrimina reperiat, tamen pars nulla usquam extra mali labem posita deprehendi potest.

III. Quæ autem prolata sunt, ea ejusmodi fuerunt et ita habuere ***.

IV. Horum quædam primæ sessionis die prolata a me palamque et aperte refutata sunt, ut supra scripsi. In cæteris quædam et ipse fatebatur perperam a se esse enuntiata, eaque se correcturum promittebat; at in omnibus sententiam ipsam sanam esse contendebat. Idem exorsus probando rem demonstrare sanctorum nullum habebat sibi suffragantem, nisi cum dicta confundebat et corrumpebat et male interpretabatur, et secum ipse quasi pugnabat. Quisquis videlicet verba sua cum sua ipsius mente conciliare et componere non potest, is secum invitus pugnat : qui vero secum pugnat, is haudquaquam cum alio ullo consenserit, nec facere unquam possit, quin ab omnibus sanctorum scriptis, **1001** partim ignorantia, partim

Α'. Βέλτιον δ' ἔδοξεν ἡμῖν (12), ἐκ πρώτης εὐθὺ
ἀφετηρίας ἀποκρουομένοις τὰς τῶν ἐφεδρευόντων
B ἐκείνων ἐπιβουλὰς, παῤῥησίᾳ τὸ τῆς καθολική
ἀναγνῶναι πίστεως ἱερὸν σύμβολον, ἐς κοινὴν κα
συνήθη τοῖς ὀρθοδόξοις ὁμολογίαν.

Β'. Οὗ δὴ γενομένου, τῶν τοῦ Παλαμᾶ βλασφή
μων δογμάτων τὰ γνωριμώτερα τοῖς πολλοῖς, ὑφ'
ἡμῶν ἐκλεγέντα, πρὸς τοῦ ἡμετέρου μέρους ἀνε-
νώσκετο παῤῥησίᾳ, παρακειμένων ἅμα καὶ τῶν αὐτοῦ
συγγραμμάτων, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον ἅπαν περιφα-
νῶς μαρτυρούντων. Ὅθεν οὐκ ἦν αὐτῷ πρὸς ὑπο-
ἀναδύεσθαι τῶν ἐγκεκλημένων, καίτοι πολλάκις μὲν
ἐπιχειρήσαντι, πολλάκις δ' ἐπισχεθέντι, ἐμπο-
τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἐκ τοῦ προφανοῦς ἱστα-
νων καὶ ἐπιστομιζόντων λαμπρῶς. Καὶ τὰ μὲν π
στα διὰ μῆκος καὶ κόρον παρεῖται. Τῆς γὰρ αὐτῆς
κἀκεῖνα ποιότητος ἦν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ θαλάσσης
C πικρᾶς οὐ τόδε μὲν τῶν μερῶν ἀπωθεῖται τὴν γεῦσιν
ἐκεῖνο δ' οὔ· ἀλλὰ πάνθ' ὁμοῦ τὴν αὐτὴν παρέχ
τοῖς γευομένοις ποιότητα· οὕτω καὶ πάντ' ἐκεί
τἀνδρὸς τουτουῒ συγγράμματα (13) τῶν αὐτῶν
πέφανται βλασφημιῶν ἐχόμενα. Διαφορὰν μὲν γὰρ
ἴσως εὕρεν ἄν τις κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον
βλασφημεῖν· κακίας δ' οὐδὲν οὐδαμῆ τῶν μερῶν
ἐξιστάμενον.

[P. 629] Γ'. Ἦν γε μὴν τοιαδὶ τὰ προκομισθέντα
καὶ οὕτως ἔχοντα ***.

Δ'. Τούτων ἔνια μὲν κἂν τῷ πρώτῳ τῆς ἡμέρας
βήματι, προκομισθέντα πρὸς ἐμοῦ, περιφανῆ τὴν
ἀντίῤῥησιν ἔσχηκεν, ὡς ἀνωτέρω μοι γέγραπται
τῶν δ' ἄλλων ἔνια καὶ αὐτὸς ὡμολόγει κατὰ τὴν
D λέξιν ἡμαρτῆσθαι αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι ὑπισχνεῖτο
κατὰ μέντοι τὸν νοῦν πάντ' ἔχειν ὑγιῶς διετείνετο
Ἀποδεικνύειν δ' ἀρξάμενος οὐκ εἶχεν ἁγίων οὐδένα
σύμμαχον, ὅτι μὴ συγχέων καὶ παραφθείρων κα
ἅμα παρεξηγούμενος, καὶ οἷον αὐτὸς ἑαυτῷ μαχόμε-
νος. Ὁ γὰρ τῷ οἰκείῳ νῷ τὰς οἰκείας λέξεις μὴ πο
ναι συμφώνους δυνάμενος ἄκων αὐτὸς ἑαυτῷ μάχε-
ται· ὁ δ' ἑαυτῷ μαχόμενος σχολῇ μέντ' ἂν ἑτέρ
συμφωνοίη τῶν πάντων, σχολῇ δ' ἂν ἀπέχοι
πάσαις ἁγίων γραφαῖς διαφέρεσθαι, πῶς μὲν δ
ἀμαθίαν, πῶς δὲ δι' ἀγνωμοσύνην καὶ μοχθηρ

Variorum notæ

(12) Sessio 3, Junii die 8 vel 9. BOIVIN.
(13) Vide lib. XXIII, cap. 3, num. 3, infra. BOIVIN.

ψυχῆς. Λόγος μὲν γὰρ ἀνθρώποις ἅπασι δίδοται· τρόπος δ' ἀγαθὸς οὐ πᾶσιν, οὐ μὴν οὐδὲ τὸν λόγον εὖ διοικοῦσα σύνεσις. Ὅθεν ἀποκρουόμενος πανταχόθεν καὶ ἐπιστομιζόμενος καὶ μὴ ἔχων μηδαμῆ βεβαίαν ἀποστροφὴν ἐπὶ τὸ Θαβώριον αὖθις ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν, Βαρλαὰμ καὶ βίον αὐτοῦ προφασιζόμενος, καὶ ὅσα τισὶν ἀραχνίοις ὑφαίνεσθαι προσεῴκει. Ὅθεν καὶ λίαν εὐχεροῦς καὶ προδήλου τυγχάνοντα τῆς ἀναλύσεως μόνον εἶχε τὸν βασιλέα λαμπρῶς ὑπερείδοντα, κατὰ τὸ μηδαμῆ προσῆκον, μηδὲ καλύπτειν τὴν ἀδικίαν ἰσχῦον, τοσούτου παρόντος πλήθους ἀνδρῶν.

Ε'. Ἐγὼ μὲν οὖν βραχύ τι ὑπειπὼν, ἔπειτα πῶς μὲν διὰ τὴν εἰρημένην ἀδικίαν, πῶς δὲ διὰ τὰς τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνας, τοῖς σοφοῖς ἐκείνοις συμμάχοις ἀφῆκα διαγωνίζεσθαι. Ἐπιῤῥαπίζειν δ' ὅμως καὶ οὑτωσί πως τοῦ Παλαμᾶ τὴν ὀφρὺν σκεψαμένῳ ἕνα τῶν ἐμῶν εἰσάγειν ἐπῄει μοι φοιτητῶν ἀντ' ἐμοῦ πρὸς τὴν ἐκείνου πάλην, ἵνα μᾶλλον αἰσχύνοιτο. Τὸ γὰρ ἄντικρυς πρὸς ἐκεῖνον ἐμὲ διαλέγεσθαι καὶ τὴν ἀκαιρίαν ἐκείνου φιλονεικεῖν ἐκείνῳ μὲν εἶχε τιμὴν, ἐμοὶ δὲ καὶ μάλα πάντων ἥκιστα. Τοσαύτην τοίνυν ἔδοξε πᾶσι τοῖς τότε παροῦσιν αἰσχύνην ὁ Παλαμᾶς ὠφληκέναι καὶ κωμικήν τινα χλεύην, ὑπ' ἐκείνου τοῦ νεανίου κατὰ κράτος ἡττώμενος, ὅσην λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν ἁπάντων. Κοινὸν γὰρ τοῖς ὅλοις ἀφήγημα γέγονε Παλαμᾶς ἐκεῖθεν καὶ γελοῖον τοῖς ὅλοις ἐντρύφημα.

Ϛ'. Ἀλλὰ νὺξ ἐπὶ τούτοις ἰοῦσα τῶν οἴκοι μεμνῆσθαι καὶ μάλιστα πάντων τοὺς ἡμετέρους ἠνάγκαζε, νήστεις τ' ὄντας καὶ πόῤῥω που βαδίζειν ἄλλον ἀλλοθι τῆς πόλεως ὀφείλοντας, προμηθείας ἁπάσης ἐρήμους, καθάπερ ἀπόλιδάς τε καὶ ἀνεστίους τινὰς γεγονότας ὑπὸ τοῦ διωγμοῦ τουτουΐ. Μετὰ γὰρ τὰς ἀποψηφίσεις καὶ παντελεῖς καταδίκας καὶ τιμωρίας, τά τε δικαστήρια [P. 650] καὶ τὰ τῶν ἐξετάσεων βήματα συνιστᾷν ἐπῄει τοῖς ἀῤῥεπέσι τούτοις κριταῖς, τοῖς καὶ ἀκαπήλευτον ὀμωμοκόσι φυλάττειν τὸ συνειδός. Τριῶν οὖν μόνων, ἠναγκασμένως καὶ τούτων καὶ μάλα μόλις, ἐκ τῶν τῆς διπλῆς δεκάδος κεφαλαίων τὴν ἐξέτασιν εἰληχότων, κἂν τοῖς τρισὶ δημοσίαν τὴν ἧτταν εἰληφότος τοῦ Παλαμᾶ, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τὰ ἐφεξῆς παρεπέμπετο ψῆφον. Καὶ ταῦτα μὲν, ἐς τοῦτο τύχης ἐλάσαντα, τούς ἐλέγχους ἐκείνου τἀνδρὸς καὶ τὸν σύλλογον ἔλυσεν.

A malitia et perverso ingenio, discrepet. Ratio quippe omnibus hominibus data; morum probitas non data omnibus, nec quæ rationem recte moderetur solers intelligentia. Quamobrem undecunque repulsus, quia os ei obstruebatur, nec ullum usquam perfugium erat, in quo posset consistere, rursus se ad Thaborium recipiebat, Barlaamum et illius mores prætexens, et alia aranearum telis similia. Quæ facili et evidenti ratione cum resolverentur, solus imperator aperte tuebatur, idque indecore et eo modo, qui tot hominibus præsentibus iniquitatem velare haud posset.

V. Ego igitur pauca subjeci. Tum doctos illos adjutores, partim ob eam quam dixi iniquitatem, partim ob capitis dolores, sivi decertare. Tamen B Palamæ arrogantiam sic quoque sugillare cum instituissem, libuit unum ex discipulis meis producere, qui, ut major esset illius ignominia, meam cum eo luctam vicarius exciperet. Nam quod per me ipse contra disputarem, et cum homine importuno rixarer, id quidem illi honorificum erat, mihi autem minime. Quanto itaque Palamas pudore affectus, quantum omnibus, quotquot tum aderant cum ab illo adolescente profligatus est, comico risu dignus visus sit, ex omnium sermone accipi potest. Quippe ex eo publica omnium fabula ac omnibus deridiculo et ludibrio Palamas fuit.

VI. Sed nox superveniens coegit quemque, et C **1002** omnium maxime nostros, domi suæ meminisse; jejunos scilicet, et alium alio per urbem ituros, neglectos prorsus et incuratos, utpote qui per eam persecutionem erronibus urbe et domo carentibus pares evasissent. Etenim æquissimis illis judicibus, qui se juraverant conscientiam integram servaturos, tum demum placuit judicia et tribunalia cognoscendi causa constituere, cum istos abdicationibus, ultima damnatione et suppliciis coercuissent. Idcirco, cum ex bis decem capitibus tria tantum, eaque vix et perquam ægre, excussa essent, et in illis ipsis tribus Palamas victus publice esset, sequentia subsecuturæ sessionis suffragiis reservata sunt. His ad eum exitum deductis, illum hominem refutandi finis factus, D cœtusque dimissus est.

CAPUT III.

Acta post sessionem tertiam. Sessio quarta, eademque ultima. Orthodoxi partim volentes, partim etiam nolentes adsunt. Imperatoris iracundiæ, protinus erupturæ, Gregoras caute occurrit. Recitantur aliquot capita, ex libris Palamæ excerpta. Episcopi nonnulli, ex illius amicis, dogmatum novorum insolentia offensi, turbas cient. Palamæ violentia. Cantacuzeni iniquitas. Testimonia a Palamitis allata examinantur. Gregoras fusiorem narrationem et accuratas refutationes editurum se promittit, si mortis pericula imminentia effugiat. Redit ad propositum. Tumultus et confusio. Quid tandem decretum sit. Orthodoxi vapulant. Episcopis duobus adempta insignia dignitatis; barba vellicata. Gregoræ discipulis quid acciderit. Episcopus Tyri cur sessioni ultimæ haud interfuerit. Gregoras et alii ut dimissi sint.

Α'. Οὐκ ἦν δὲ ἠρεμεῖν οὐδαμῆ Παλαμᾶν ἐπὶ τούτοις, οὐδὲ τὸν τῦφον μετριάζειν ἐκεῖνον, ὡς ποῤῥωτάτω τὴν λῆξιν ἢ κατὰ τὰ προσδοκώμενα τῶν μελετηθέντων οὑτωσὶ σχεδιασάντων. Κενοδοξία γὰρ, ἀποτυγχάνουσα τῆς ἐφέσεως, μεμηνυίας τινὸς ἀναιδείας γίνεται μήτηρ, καὶ πᾶσαν ψυχῆς ἐλευθερίαν

I. At Palamas, cujus cogitata longe alium quam speravisset exitum sic derepente nacta fuerant, his acquiescere nullo pacto nec modum ponere arrogantiæ suæ poterat. Etenim vanæ gloriæ cupiditas, ubi ea re excidit quam appetebat, furiosæ cujusdam impudentiæ mater efficitur, omnem animi

libertatem captivam rapit, omnia caritatis funda- A menta convellit. Sed nec imperatori ipsi illa placuerunt, qui firmissimum præsidium, et murum haud facile perrumpendum, per omne certamen fore se illi promiserat. Quamobrem illa omnia, Euripi instar, **statim retro conversa** sunt; sancitum **1003** jurejurando fœdus turbatum et **confusum**; pacificarum promissionum leges et pacta conventa pedibus conculcata. Tum rursus deliberationes et consilia per totam noctem versata in omnem partem ac tesserarum instar jactata sunt. Sic illi principes, cum de sessionibus deinceps futuris consultassent, machinasque et fabricas in nos apparassent, quales et quantas timori suo abstergendo, nobis vero funditus delendis ac pessumdan- B dis pares fore arbitrabantur, concionem vocant sententiis injustis et impiis speciosum justitiæ nomen imponentes.

II. Nos vero affuimus, partim nolentes, partim etiam volentes: nolentes quidem, quoniam structas nobis fraudes haud nesciebamus, sive eas quarum molitio ad exitum perducta esset, sive illas quæ executionem, velut in limine morantem, adhuc integram sibi reservabant, efficiebantque ut introduci nos inutile palam foret: volentes autem, propterea quod in Deum intuentes, et eo præmia statuente istud martyrii stadium currentes, bonas de futuro spes non refugiebamus; tametsi religionis auctoritatem, annis plurimis et sanctorum libris multis firmatam, præsens tempus non admittebat, C sed libertate ipsa dicendi nobis prorsus ablata, ac illis qui absurda quælibet facile perpetrarent concessa, sacra veritatis præsidia demoliri et evertere omni armorum genere festinabat, nullis auribus, nullis animis, seu indignationis divinæ metum, seu hominum reverentiam accipientibus.

III. Conflato in **1004** hunc modum tribunali, cum et scirem et viderem imperatorem adversus nos præfari sic velle, ut in ejus verbis magna dominaretur iracundia, primam ipse impressionem, quantum in me fuit, repressi: ac nos (dixi) ad propositum argumentum et ad institutam disceptationem prioribus vestigiis insistendo redeamus, ut hæc disputatio ordine procedat, adeoque bonum exitum sortiatur. Alioqui facere haud possumus, D quin præcipites ruamus, ac tanquam in voragines delati, aut ad scopulos allisi, in absurda incidamus, et erroribus gravioribus jactemur quam quibus ipse Ulysses: nec finem nobis, sed aliarum ex aliis turbarum persecutionumque initium, hodiernus dies spondebit. His imperator præter sententiam auditis, de vehementia remisit; non quidem libenter, nec more ejus qui haud gravaretur, remisit tamen paululum, quantum scilicet necesse erat ad suspicionem et indignationem eorum qui aderant amovendam.

IV. Ingressus itaque lector a capite quarto exorsus est. Nam superiori die tria perlecta et damnata fuerant: ac nulli mederi is a quo scripta et

A ἀνδραποδίζεται, καὶ ὅλους ἀναμοχλεύει θεμελί- ἀγάπης. Καὶ μὴν οὐδ' αὐτῷ τὰ τοιαῦτ' ἔδοξεν ... στῷ βασιλεῖ, ἔρεισμα κράτιστον ἐπαγγειλαμένῳ τεῖχος εἶναι μὴ ῥᾳστα μηδέσι ῥηγνύμενον παρ' ... αὐτῷ καθίστασθαι ἀγῶνα. Ὅθεν Εὐρίπου δ' ... ἅπαντ' εὐθὺς ἐκεῖνα ἀνετρέπετο, καὶ κρατῆρες ... κων ἐκείνων ἀνεκίρναντό τε καὶ συνεχέοντο, ... εἰρηναίων ἐπαγγελιῶν ἐκείνων ἐπατοῦντο θε... καὶ συμβόλαια. Καὶ πάλιν βουλαὶ καὶ μελέται ... λίνστροφοι διενυκτέρευόν τε καὶ κύβων δίκην ἐ... ῥίπτοντο. Οὕτω μὲν οὖν ἡγεμόνες ἐκεῖνοι, ... ἐφεξῆς συνεδρίων τὰς καθ' ἡμῶν εἰληφότες μελ... καὶ σκευάς, ὁποίας καὶ ὅσας ἱκανὰς ᾤοντ' ... τήν τ' οἰκείαν ἀποτρίψασθαι δειλίαν καὶ ἅμα ... τὴν ταχίστην ἀποσκευάσασθαι, πρὸς βάρεθ- B ἀφανείας ὠσάμενοι, ἐκκλησίαν ἐκήρυττον, ἐ... ὄνομα χρηστὸν ἀναθέμενοι γνώμαις ἀδίκοις ... ἀνοσίοις.

[P. 651] Β'. Καὶ παρῆμεν ἡμεῖς, πῶς μὲν ... σφόδρα ἑκόντες, πῶς δὲ καὶ σφόδρα τουτί· ... μέν, ἐπεὶ μὴ λέληθεν ἡμᾶς τὰ καθ' ἡμῶν, ἃ ... μελέτην ἔμπρακτον ἔσχε καὶ ἃ τὴν πρᾶξιν ... ροις ἔτι σφίσιν αὐλιζομένην ἐταμιεύετο, καὶ ... εἰς τοὐμφανὲς τὴν ἡμῶν παρεῖχεν εἰσαγωγὴν ... τες, ὅτι πρὸς Θεὸν βλέποντες, καὶ τὸν τοιοῦτο... ἀθλήσεως ὑπ' ἀθλοθέτῃ τρέχοντες ἐκείνῳ ... τὰς ἀγαθὰς οὐκ ἐφεύγομεν τοῦ μέλλοντος ... εἰ καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας κράτος, ἔτεσι πλείστοις ... βίβλοις ἁγίων μακραῖς κυρωθέν, ὁ παρὼν ... C καλίζετο χρόνος· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ λέ... ἅπασαν ἄδειαν ἡμῶν τε ἀφαιρούμενος καὶ ... δρᾷν εὐχερῶς τὰ κατὰ βούλησιν ἔχουσιν ἐπιτρ... ριζόμενος τὰ τῆς ἀληθείας ἀνάκτορα πᾶσιν ... καθαιρεῖν τε καὶ λύειν ἠπείγετο, μήτ' ἀκοῆς ... γνώμης οὐδεμιᾶς μήτε νέμεσιν θείαν μήτ' ἀνθρώ... προσδεχομένης αἰδῶ.

Γ'. Τοῦ μέντοι βήματος οὕτω συγκροτηθέντ... εἰδώς τε ἅμα καὶ ἰδὼν μεγάλῳ στρατηγουμέ... θυμῷ τὸν βασιλέα καθ' ἡμῶν προοιμιάζεσθαι ... λοντα λόγους τὴν πρώτην, ὅσον ἐφικτόν, ... λον ἔφοδον ἔγωγ' αὐτός, Ἐπὶ τὸ προκείμενον καὶ ... πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου (φάσκων) ἐπανέλθωμ... ὡς ἂν ὁ λόγος καθ' εἱρμὸν ὁδεύων λήξειεν ... χρησταῖς. Οὐ γὰρ ἂν φθάνοιμεν ἄλλως ... D καὶ φάραγξι καὶ σκοπέλοις ἀτόποις εἰπεῖν ... πίπτοντες, καὶ πλάνους ἀντλοῦντες τῶν Ὀδυσ... χαλεπωτέρους· καὶ οὐ τέλος θορύβων ἡμῖν ὁ ... ἔσται καιρὸς ἐγγυώμενος, ἀλλ' ἀρχὰς ... ἐφ' ἑτέροις ἑτέρων, κἀπὶ διωγμοῖς διωγμῶν. Τ... παρὰ τὴν πρόθεσιν τῆς ψυχῆς ἀκηκοότι τῷ βασι... οὐ προθύμως μὲν οὐδ' ἀνεπαχθέσιν ἤθεσιν, ... ναι δ' οὖν ἐξεγένετο βραχύ τι, καὶ ὅσον ἀφοσιώ... σθαι τὴν τῶν παρόντων ὑπόνοιάν τε καὶ ... μεσιν.

Δ'. Ὅθεν εἰσιὼν ὁ ἀναγινώσκων ἀρχὴν ἐποι... κεφαλαίων τὸ τέταρτον. Τὰ γὰρ τρία τῇ προτ... ἀνέγνωσταί τε καὶ κατέγνωσται, μὴ δυνηθέντ...

γεγραφότος καὶ βεβλασφημηκότος ἰατρεύειν οὐδὲν οὐδαμῇ, οὐ μᾶλλόν γε ἢ λίθοις ὀπτικὴν προσαρμόττειν δύναμιν. Μόλις οὖν καὶ μετὰ μάλα μακροῦ τοῦ τῆς ψυχῆς ἀκουσίου λαληθῆναι συγχωρηθέντων ἑνὸς καὶ δυοῖν κεφαλαίων, ὁ Παλαμᾶς αἰσχυνόμενος αὖθις ἐπὶ μετρίοις οὐκ ἤνεγκεν, ἅτε μᾶλλον ἤδη συνορῶν καὶ τῶν φίλων ἐπισκόπων ἐνίους ταραττομένους πρός γε τὸ ὑπερβάλλον τῶν ἐκτόπων ἐκείνων βλασφημιῶν, καὶ θορυβεῖν ἐπιχειρούντων ἐκεῖνο τὸ βῆμα, καὶ ἀποσκώπτειν πεπαῤῥησιασμένῃ καὶ ἀπαρακαλύπτῳ [P. 632] τῇ γλώσσῃ, μηδὲ δύνασθαι λεγόντων φέρειν τὰς τῶν ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων λοιδορίας, διὰ τὸ συσκιάζειν τοσούτους πειρᾶσθαι βλασφημιῶν θησαυρούς, κἀκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν ἴδιον ὄλεθρον καρποῦσθαι ψυχῆς· ὥστε καὶ πάνυ τοι ἐλαχίστου ἐδέησεν ἐκπολεμωθῆναι κατ' ἀλλήλων ἐκείνους, ἔριδος ἐξ ἀλλήλων μεριζομένων ἀλλήλοις ἐγγινομένης καὶ ἀναῤῥιπιζομένης ἀεὶ πρὸς τὸ μεῖζον, καὶ οὔσης λοιπὸν αὐτάρκους, ἡμῶν σιωπώντων, ἀπονητὶ πρὸς εὐδίαν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας κατευνασθῆναι χειμῶνας.

Ε'. Οὐ γὰρ ἔχων οὐδὲν ὑγιὲς ἀντιλέγειν ὁ Παλαμᾶς ἤχθετο, νῦν μὲν πρὸς ἐκείνους θυμομαχῶν καὶ βιαζόμενος ἀνήνυτα· νῦν δ' ὀνειδίζων τῷ βασιλεῖ, καὶ φανερῶς προδοσίαν ἐγκαλῶν, παρὰ τὰς συνθήκας ὅλως ἐνδεδωκότι τοῖς ἐγκαλοῦσιν· ὥστε καὶ τοὺς παρόντας ἐρεθίζειν οἷς διεξίασι κατ' αὐτοῦ. Ὅθεν καὶ συχνὰ στρεφόμενος ἐπὶ τῆς καθέδρας οἷς μὲν διελοιδορεῖτο θρασύτερον μᾶλλον ἢ πικρότερον, καὶ πικρότερον μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν οἰκείαν λῆξιν ἕκαστον· οἷς δ' ἠπείλει κολάσεις πικροτέρας μᾶλλον ἢ ἐδύνατο· νῦν δὲ ἐμήνυε κρύφα τῷ βασιλεῖ πρὸς οὖς διὰ τῶν θαλαμηπόλων τὴν ἀπόῤῥητον φλεγμονὴν τῆς ψυχῆς.

Ϛ'. Ὁ δὲ (καὶ γὰρ οὐδὲ πρότερον τελέως ἀπείχετο συμμαχῶν αὐτῷ σποράδην κἀκ συχνῶν τῶν διαστημάτων ἀκροβολίζων καὶ ξιφῶν ὀξυτέρους λόγους καθ' ἡμῶν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ) ἀλλὰ νῦν ἁπάσας πύλας ἀναπετάσας ἐκείνης τῆς σκηνῆς καὶ τοῦ δράματος πρὸς ἐμφανοῦς κακίας καθ' ἡμῶν ἐξέῤῥαγη πυρσόν, οὐ θυραῖόν τινα τουτονὶ οὐδ' ἔπηλυν ἢ νέηλυν καὶ ἐπεισόδιον τέως ἀνειληφώς, ἀλλ' ἐγχώριόν τε καὶ ἐγκείμενον, καὶ ὅλον πάθεσιν ἐμφύτοις συμπεφυρμένον, κἀκ μέσης ἐκπυρσευόμενον νῦν τῆς καρδίας, καθάπερ τοὺς τοῦ Σικελικοῦ πυρὸς ἀναφυσωμένους κρατῆρας ἐκ τῶν ὑποχθονίων τυφώνων ἀκούομεν, καὶ τῷ φίλῳ Παλαμᾷ, καθάπερ θεῷ τινι, προθυμούμενον σπένδειν, οὐ μόνον ὅσα γῆ καὶ θάλασσα βαλαντίοις καὶ τραπέζαις ἀναθήματα γεωργεῖ· οὐδ' ὅσα παραπλήσιον ἔχει πρὸς ἡδονήν, ἀλλ' ἐναγίζειν ἤδη καὶ τὰς ἡμετέρας ὕβρεις τε καὶ τὰς καταδίκας καὶ τοὺς πολυτρόπους θανάτους αὐτῷ. Ὠσάμενος οὖν τοὺς ἡμετέρους λόγους, ὡς φορτίον ἀβούλητον καὶ σφόδρα μισούμενον, καὶ τὸ πρόσωπον ἀποστρέψας πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Παλαμᾶν ὁ ἀῤῥεπὴς διαμένειν ὀμωμοκὼς δικαστής, ὅλην τε ἐδίδου σφίσι τὴν ἀκοὴν μετὰ τῆς καρδίας καὶ ὅλα τὰ κατὰ βούλησιν ἐπέτρεπε λέγειν τε καὶ ἀνα-

A impie pronuntiata erant ullo modo potuerat, non magis quam lapidibus facultatem videndi accommodare. Cum igitur unum et alterum caput recitari ægre et voluntate admodum repugnante permissum esset, Palamas rursum pudore affectus non tulit amplius moderate, præsertim ubi dilectorum etiam episcoporum nonnullos vidit blasphemiarum illarum nimia insolentia vehementius jam commoveri, et illi tribunali turbas ciere, palamque **1005** et aperte mordacibus dictis illudere, ac negare se principum privatorumque convitia posse ferre, ideo in se jacta, quod tot tantosque acervos blasphemiarum obumbrare conarentur, et ex alienis morbis suæ ipsorum animæ exitium colligerent: ut perparum abfuerit, quin sibi invicem bellum B indicerent, orta inter dissidentes mutua contentione, quæ magis ac magis instar ventilati incendii exardescens poterat jam sola, tacentibus nobis, tempestates Ecclesiæ sedare, et in serenitatem vertere.

V. Etenim Palamas, qui nihil validi habebat quod reponeret, angebatur, ac nunc quidem cum illis stomachabatur et incassum sæviebat; nunc imperatori convitiabatur, eumque proditionis palam arguebat, quod accusatoribus, præterquam convenerat, omnino cessisset, sic ut illi insectando se eos etiam qui aderant irritarent. Itaque e cathedra, corpore subinde huc illic converso, alios C contumeliose objurgabat, audacius quidem ille quam acerbius, et acerbius quam pro sua conditione singulos; aliis pœnas minabatur graviores quam posset decernere: nunc denique imperatori per cubicularios, in aurem insusurrare jussos, arcanum animi dolorem furtim indicabat.

VI. At hic, qui nec antea auxilium ei suum omnino denegarat, sed sparsim et crebris intervallis verba in nos gladiis acutiora pro eo eminus intorserat, tum demum, velut portis omnibus illius scenæ et tragici spectaculi patefactis, aperti furoris flammam in nos effudit; non illam quidem foris **1006** petitam, non adventitiam ac novam, non extrinsecus ascitam; sed domesticam et insitam, et ingenitis affectibus penitus commistam, et nunc D de intimo corde accensam, quemadmodum illa Siculi ignis spiracula subterraneorum Typhonum flatu accendi audivimus. Nempe is dilecto Palamæ, velut Deo alicui, non solum quidquid marsupiis et mensis consecrari solitum terra et mare producunt, aut quidquid similem affert voluptatem, cupiebat offerre; sed nostra quoque ignominia et damnatione, et multiplici morte, litare gestiebat. Nostris igitur sermonibus, velut ingrato et importunissimo onere excussis, vultuque a nobis ad Palamitas detorto, hic, qui se æquum judicem fore juraverat, aures iis totas, totum animum applicabat, omnia ipsis, prout vellent, planiora et explicatiora dicere ac legere permittebat; ut haud metuerent, ne quis sibi ulla in re contrariam et ad-

versam rationum vim opponeret. Jam quippe et episcopos illos, qui turbaverant, extrema quæque minatus, eo redegerat, ut metu horrerent, ac trementes obmutescerent.

VII. Cum itaque excerpta ex Scripturis testimonia legerentur, eorum quædam ii qui intelligentiores erant alio spectare, nec ita ut isti perverse interpretarentur accipienda esse demonstrabant: quædam adulterata et omnibus modis inversa ferebantur. Nam quæ saniori doctrinæ necessaria erant, ea illorum proposito nequaquam **1007** conducere videbantur: quæ autem ipsis necessaria fuissent, ea saniori doctrinæ noxia erant et perniciosa. Itaque illi, quæ tanquam sua affectabant et ambitiose ostentabant, eorum sanum usum audacter corrumpebant.

VIII. Nos vero quæ tunc præter jus fasque acta sint, quotque ex abominandis illis dogmatis confirmata fuerint, sigillatim postea fusiori oratione declarabimus. Nam ea quidem nobis, ubi otium nacti, et eam qua egemus libertatem divino munere consecuti fuerimus, facile erit singula exponere; tum deinceps ea ipsa convenientibus refutationibus refellere, quæ propositionibus aliæ aliis copulatæ et alternis subjunctæ continenti ordine procedant, testimoniis et regulis omni exceptione majoribus subnixæ, ipsis sanctorum vocibus; ut hæc posteris contra illorum impietatem arma parata sint, atque ut his propugnaculis, et quibusdam velut clypeis, religio oppugnata protegatur. Mihi enim noctu pariter et interdiu capitis quidem dolores continui metum mortis incutiunt: at eæ tempestates, quæ Dei Ecclesiam majori quotidie violentia infestæ adoriuntur, mœrorem afferunt morte omni longe acerbiorem. Nihil dico de Palamitarum machinationibus et insidiis, quæ mihi et ipsæ multis modis mortiferas manus intentant, nostrum videlicet sanguinem diu noctuque sitientes; ut periculum sit, ne nos, qui hæc coram ipsi vidimus et audivimus et perpessi sumus, adeoque explorate cognovimus, ad alteram vitam ante transeamus, **1008** quam hæc posteris tradiderimus; atque hinc, veritatis vi obscurata, magnæ iis difficultates oboriantur, qui rectam divinorum dogmatum viam aliquando vestigaturi sunt, tribulorum, spinarum zizaniorumque adnatorum importuna ac multiplici segete ita obductam, ut pristini splendoris monumenta conjectando agnoscere difficillimum fortasse futurum sit. Neque enim in nos solos manus ii armant sanguinarias; sed ex ipsis sacris libris recisa multa auferunt, folia chartacea

A γινώσκειν πλατείᾳ τε καὶ ἀπηγκωνισμένῃ τῇ γλώττῃ, μηδεμίαν ὑφορωμένους ἐν οὐδενὶ πρὸς οὐδένων ἀντιφατικὴν καὶ ἀντίπαλον ἔφοδον λόγων. Ἤδη γὰρ καὶ τοῖς τῶν ἐπισκόπων [P. 633] ταραττομένοις τὰ ἔσχατα τῶν κακῶν ἀπειλήσας φρίττειν ἐπεποιήκει καὶ τρέμειν σιγῇ.

Ζ'. Ἀναγινωσκομένων τοίνυν παρεκβολῶν γραφικῶν, αἱ μὲν ἐπ' ἄλλον ἠλέγχοντο τοῖς συνετωτέροις φερόμεναι νοῦν, καὶ οὐδαμῇ κατὰ τὴν σφῶν παραφερομένην ἐξήγησιν· αἱ δ' εἰσήγοντο παρακεκομμέναι τε καὶ ἀνεστραμμέναι παντοδαπῶς. Ἃ γὰρ τοῖς ὑγιαίνουσι δόγμασιν ἀναγκαῖα, ταῦτα τῷ ἐκείνων ἀχρεῖα ἐδόκει σκοπῷ· ἃ δ' ἐκείνοις ἀναγκαῖα, ταῦτα κῆρες ἐπισφαλεῖς καὶ νοσήματα τοῖς ὑγιαίνουσι μέγιστα δόγμασιν ἦν. Δι' ὃ καὶ ὧν τὴν κτῆσιν B συνεφιλοτιμοῦντο καὶ ἐπεδείκνυντο, τούτων τὴν ὑγιαίνουσαν χρῆσιν ἐς τὸ νοσῶδες ἤλαυνον ἀδεῶς.

Η'. Ὅσα μὲν οὖν τηνικαῦτα παρηνομήθη, καὶ ὅσα μυσαρῶν ἐκείνων δογμάτων κεκύρωται, ἐροῦμεν ἕκαστα προϊόντες πλουσιωτέρᾳ τῇ γλώττῃ. Καὶ σχολὴν γὰρ ἡμῖν γενομένοις, καὶ ἀδείας ἐπιτυχομένοις ξύν γε Θεῷ τῆς ὀφειλομένης (14), ἐξέσται ῥᾳδίως ἐκτιθέναι μὲν ἐκεῖνα καθ' ἕν, ἐπάγειν δ' ἑξῆς καὶ ὅσαι προσήκουσιν ἀντιρρήσεις κατὰ συζυγίαν καὶ συστοιχίαν ἀμοιβαδόν, ὑπὸ μάρτυσι καὶ στάθμαις ἀπαραγράπτοις ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς· ὡς ἂν εἴη τοῖς ὀψιγόνοις ὅπλα μὲν κατὰ τῆς τῶν ἀσεβείας ταυτί, προτειχίσματα δὲ καὶ θυρεοί τινες C πολεμουμένης εὐσεβείας. Ἐμοὶ γὰρ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπισείουσι μὲν τὴν τῆς τελευτῆς ἀπειλὴν αἱ συνεχεῖς τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες, λύπας δ' ἐπάγουσιν οἱ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας πολεμουμένης ἀεὶ πρὸς τὸ κραταιότερον κλύδωνες, θανάτου πολλῷ πικροτέρας. Ἐῶ λέγειν τὰς τῶν Παλαμιτῶν ἐπιβουλάς τε καὶ πολυτρόπους ἐφεδρείας, αἳ μοι καὶ αὐταὶ τὰς ἀνδροφόνους ἐπισείουσι χεῖρας, τοῦ ἡμετέρου νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν διψῶσαι αἵματος· καὶ δέος μή, πρὶν ἡμᾶς (οἷς ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ τοιαῦτ' ἐγεγόνει, αὐτόπταις καὶ αὐτηκόοις καὶ αὐτοπαθέσιν αὐτοῖς ἡμῖν γεγονόσι) παραδοῦναι ταυτί, τὸν βίον γένηται μεταθεῖναι, κἀντεῦθεν τὸ κράτος τῆς ἀληθείας ἀμαυρωθὲν ἀπορίας παράσχῃ μακρὰς, οἷς ἀναζητεῖν ποτ' ἐξείη τὰ ἴχνη τῆς εὐθείας τῶν θείων D δογμάτων ὁδοῦ, τριβόλων καὶ ἀκανθῶν καὶ ζιζανίων ἐκτόπων καὶ πολυτρόπων ἐπιφυέντων, καὶ δυσείκαστα πάνυ τοι σφόδρα πεποιηκότων ἴσως τῆς πάλαι εὐδαιμονίας τὰ ὑπομνήματα. Οὐ γὰρ μόνοις ἡμῖν τὰς ἀνδροφόνους ὁπλίζουσι χεῖρας αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ τῶν ἱερῶν βίβλων μεγάλας ἀφαιροῦσιν ἀποτομάς, ὅλας δυάδας (15) καὶ τετράδας φύλλων χαρτῴων ὀξείαις μαχαίραις ἐκτέμνοντες, κἀκεῖνα τῶν θείων ἀποῤῥηγνύντες Γραφῶν, ἃ μὴ παρεμ-

Variorum notæ.

(14) Gregoras promittit se, ubi libertatem receperit, Palamiticæ synodi decreta fusius exposita refutaturum: quæ tamen ille, nondum recuperata libertate, refutavit; siquidem libros in Tomum Palamiticum decem Antirrheticos domo sua inclusus, et a monachis contubernalibus obsessus, scripsit; ut adnotatum in ejus Vita. BOIVIN.

(15) Vide Philothei patriarchæ *Apologeticam*, cod. Reg. 1996, fol. 316 v. BOIVIN.

XI. Eadem de uno et bono Platonicus disserit Proclus, cujus theologicas institutiones qui legerit, summam cum prædictis consonantiam manifeste deprehendet. Nam ut his diutius immorer, capitis dolores non permittunt. Quid vero hac de re Plato quoque senserit, ex eodem Proclo cognoscet qui hujus scripta evolverit. Nam plurimam partem omnia Platonis verba usurpat. Pleraque tamen eorum, quæ scripsit Proclus, ex parte saltem demonstranda sunt. Sic porro habet : « Quidquid unum fit, unius participatione fit unum. Ipsum enim per se unum non est : sed quatenus unius fit particeps, unum est. Nam si unum fiant, quæ per se ipsa non sunt unum; fiunt unum, quatenus secum invicem coeunt et mutuam in communionem
1094 veniunt, nec non unitatis præsentiam suscipiunt; licet non sint istud ipsum, quod unum est. Igitur eatenus unitatem participant, quatenus per accidentalem et adventitiam sibi qualitatem unum fiunt. Nam si jam antea unum essent, unum non fierent. Quod enim est, non fit istud ipsum quod jam est. Sin unum fiant, eo quod unum prius non essent, unitatem habebunt, quatenus unum quid ipsis recens inerit.

ΙΑʹ. Τὰ δ' αὐτὰ ὁ Πλατωνικὸς διέξεισι Πρόκλος περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ ὁ τοῖς θεολογικοῖς ἐντυγχάνων ἐκείνου εἴσεται σαφῶς τὴν συμφωνίαν. Ἐμοὶ γὰρ οὐ σχολάζειν αἱ τῆς κεφαλῆς ἐῶσιν ἀλγηδόνες ἐν τούτοις. Εἴσεται δ' ἐν ταυτῷ καὶ τὴν Πλάτωνος περὶ τὰ τοιαῦτα δόξαν ἐξ αὐτοῦ, εἴπερ αὐτὸς τῷ γε πλείονι μέρει τἀκείνου φθέγγεται πάντα. Δεικτέον δ' ὅμως ἐκ μέρους τὰ πλείω. Φησὶν οὖν (77)· « Πᾶν τὸ γινόμενον ἓν μεθέξει τοῦ ἑνὸς γίνεται ἕν. Αὐτὸ μὲν γὰρ οὐχ ἕν ἐστι. Καθὸ δὲ πέπονθε τὴν μετοχὴν τοῦ ἑνὸς, ἕν ἐστιν. Εἰ γὰρ γίνοιτο ἓν, ἃ μὴ ἔστιν ἓν καθ' ἑαυτὰ, συνιόντα δήπου καὶ κοινωνοῦντα ἀλλήλοις, γίνεται ἓν καὶ ὑπομένει τὴν τοῦ ἑνὸς παρουσίαν, οὐκ ὄντα ὅπερ ἕν. Μετέχει ἄρα τοῦ ἑνὸς ταύτῃ, ᾗ πάσχει τὸ ἓν γενέσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἤδη ἐστὶν ἕν, οὐ γίνεται ἕν. Τὸ γὰρ ὂν οὐ γίνεται ὃ ἤδη ἐστίν. Εἰ δὲ γίνεται, τῷ μὴ ἓν εἶναι πρότερον, ἕξει τὸ ἓν (78), ἐγγινομένου τινὸς ἐν αὐτοῖς ἑνός.

CAPUT II.

I. Hæc ego cum dixissem, loquendi officio abunde perfunctum me esse putabam. Neque enim existimabam pluribus et evidentioribus opus esse testimoniis, ut unica illa singularis et divina simplicitas ostenderetur, ut et alia quæcunque de Deo demonstrantur ex veterum placitis philosophorum, qui ipsum super omnem bonitatem bonum, locum super omnem locum, intellectum super omnem intellectum, motionem super omnem motionem appellant. Qua in re SS. Patribus consentiunt, utpote cum sermones illi suos conformarint ad unam eamdemque regulam, artificialis doctrinæ et scientiæ, quam Deus communiter omnibus, quicunque lingua eadem utuntur, tribuit.

Αʹ. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ᾤμην λόγου ἀπηλλάχθαι· μηδὲ γὰρ δεῖσθαι πλειόνων ἔτι καὶ σαφεστέρων μαρτυριῶν, εἰς παράστασιν τῆς ἑνιαίας ἐκείνης καὶ μοναδικῆς καὶ θείας ἁπλότητος, καὶ ὅσα δεικνῦσιν ἕτερα περὶ Θεοῦ τῶν πάλαι σοφῶν οἱ λόγοι, [P. 687] ὑπεράγαθον αὐτὸν καλοῦντες, καὶ τόπον ὑπὲρ τόπον, καὶ νόησιν ὑπὲρ νόησιν, καὶ κίνησιν ὑπὲρ κίνησιν, τοῖς ἁγίοις ὁμοίως, ἅτε ὑφ' ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ τούτοις κανόνι τυπούμενοι τῆς τεχνικῆς παιδείας καὶ ἐπιστήμης, κοινῇ τοῖς πᾶσι πρὸς τοῦ Θεοῦ βραβευθείσης, ὁπόσοι διαλέκτῳ κέχρηνται τῇ αὐτῇ.

II. Illi autem a me non recedebant, sed postulabant, ut ipsis ob oculos ponerem testimonia e SS. Patrum libris deprompta, quæ philosophorum placitis consona esse viderentur. Etenim neque SS. Patrum neque gentilium philosopho-

Βʹ. Οἱ δ' οὐκ ἀφίσταντό μου, τὴν συμφωνίαν κἀκ τῶν ἱερῶν ἀπαιτοῦντες ὄψεσιν αὐταῖς ἀναλαμβάνειν βιβλίων. Οὐ γὰρ ἐνέτυχον οὐδαμῇ πω οὐδ' ἱεραῖς, οὔτε τισὶ τῶν θύραθεν περὶ ὅτων δήποτε βίβλων φιλοπονώτερον, ἵν' εἴη καὶ ἡμῖν, πρὸς εἰδ-

Variorum notæ.

(77) Proclus, *Institut. theologic.* lib. VII, cap. 3. CAPPERONN.

(78) Secundum lectionem marginalem, Εἰ δὲ γίνεται, ἐκ τοῦ μηδενὸς γίνεται, τοῦτό ἐστιν, ἐκ τῆς στερήσεως πρότερον τὸ ἕν, ita vertes : *Sin unum fiant, ex nullo, id est ex privatione fiunt prius unum, quatenus unum quid ipsis recens inerit.* CAPPERONN.

ταῖς γε ποιουμένοις τὸν λόγον, τὰ τῶν πόνων κουφότερα· ἀλλ' ἃ πρὸς τοῦ διδασκάλου Παλαμᾶ συνέβαινέ σφισιν ἄκροις ἀκούειν ὠσὶ, ταῦτ' ἐδέχοντο καὶ ἐπίστευον λίαν ἀπονητὶ, ἀταλαίπωρον ἀπιστίαν πίστεως ἀλλαττόμενοι, δι' ἀκαιρίαν νοῦ, μᾶλλον δὲ διὰ γνώμης καίριον μοχθηρίαν, ἀσέβειαν παρά γε τοῦ μὴ εἰδότος οἱ μὴ εἰδότες λαμβάνοντες. Ταύτῃ τοι καὶ παραχρῆμα παράγειν ἐπῄει μοι Διονυσίου τοῦ Ἀρειοπαγίτου ταυτί. « Ἓν μὲν ἔστι τὸ ὄντως ὂν (79) καὶ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ σοφὸν, οὗ πάντες οἱ ἑνοειδεῖς (80) ἐφίενται· μετέχουσι δ' αὐτοῦ οὐχ ἑνιαίως, καίτοι ἑνὸς καὶ ταυτοῦ ὄντος· ἀλλ' ὡς ἑκάστῳ τὰ θεῖα διανέμει ζυγὰ, κατὰ τὴν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα. » Καὶ πάλιν· « Ὥσπερ ἓν μὲν ἡ μονὰς, πρὸ πάντων δέ ἐστι τῶν ἀριθμῶν, καὶ αἰτία ἐστὶ παντὸς ἀριθμοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ἀλλ' ἀρχὴ ἀριθμῶν, καὶ ἑξῆς· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἓν λέγεται, οὐ μόνον ὡς μόνος καὶ ἐξῃρημένος πάντων τῶν ὄντων κατὰ πάντα, καὶ ὡς ἁπλοῦς καὶ ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετος καὶ ἀπαθὴς, ἀλλὰ καὶ ὡς πρὸ πάντων τῶν ὄντων, καὶ ὡς πάντων αἴτιος· ἓν γὰρ τὸ πάντων τῶν ὄντων αἴτιον, καὶ ἑνικῶς ἓν, ἤτοι ἰδικῶς, ἐξαιρέτως, καὶ πρὸ πάντων· τὰ πάντα δ' ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτό· καὶ ὡς ὑπὸ πάντων τῶν ὄντων μετεχόμενος κατὰ τὴν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα. Τὸ γὰρ πάντῃ ἀμέτοχον αὐτοῦ πάντῃ μὴ ὂν ἐστι. Καὶ τῷ εἶναι τὸ ἓν, πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα. Καὶ οὐκ ἔστι τὸ πάντων αἴτιον ἓν ἓν τῶν πάντων, ἀλλ' ὑπὲρ πᾶν ἓν, καὶ παντὸς ἑνὸς καὶ πλήθους ὥσπερ ποιητικὸν, οὕτω καὶ ὁριστικόν. Καὶ ὡς ἡ μονὰς πρὸ παντὸς ἀριθμοῦ πεπληθυσμένου, καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ τὸ ἓν καὶ τὰ ἐναντία ἑνοειδῶς καὶ ἀσυγχύτως προείληφε. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησιν (81)· « Ἐπὶ Θεοῦ ταυτόν ἐστι τὸ καλὸν τῷ ἀγαθῷ· τοῦ καλοῦ γὰρ καὶ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται. Καλὸν δὲ καὶ κάλλος οὐ διαιρετέον ἐπὶ τῆς [P. 688] ἐν ἑνὶ τὰ ὅλα συνειληφυίας αἰτίας. Ταῦτα γὰρ ἐπὶ μὲν τῶν ὄντων ἁπάντων, εἰς μετέχοντα καὶ μετοχὰς διαιροῦντες, καλὸν λέγομεν τὸ κάλλους μετέχον· κάλλος δὲ τὴν μετοχὴν τῆς καλλοποιοῦ τῶν ὄντων αἰτίας. Ὁ δὲ Θεὸς ταῦτα λέγεται (82), ὡς αἴτιος τούτων. Ἐκ Θεοῦ γὰρ καὶ ἐν Θεῷ (83) καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ αἱ τῶν ὄντων πάντων ἀρχαὶ, καὶ τὰ ὄντα πάντα, καὶ τὰ ἀλλήλοις ἐναντία· καὶ τοῦτο ἀσχέτως (84) καὶ ἐξαιρέτως καὶ συνειλημμένως καὶ ἑνιαίως. Καὶ γὰρ ἐν μονάδι πᾶς ἀριθμὸς ἑνοειδῶς προϋφέ-

rum libros (quacunque tandem de re conscripti forent) hucusque diligentius unquam legerant, ut nobis, cum rerum controversarum peritis, sermonem habentibus, levior labor esset: sed quæ a magistro suo Palama extremis auribus audierant, **1095** hæc nullo negotio approbabant, iisque fidem habebant, inertem ac desidiosam infidelitatem fide commutantes, importunum ob ingenium suum, seu potius propter eximiam mentis suæ malitiam, ignari ab ignaro impietatem suscipientes. Ideo statim mihi fuit in animo, hæc Dionysii Areopagitæ verba in medium afferre: « Verum ens est unum, pulchrum, et bonum, et sapiens, cujus desiderio tenentur omnes, qui divinam unitatem participant. Porro ens istud, tametsi unum et idem, non unico modo participant: sed ut unicuique, pro uniuscujusque habilitate, divina statera distribuit. » Et iterum: « Sicut unitas est unum quid ante omnes numeros, et omnis numeri causa; nec tamen ipsa numerus est: sed numerorum principium, etc., ita etiam Deus unum quid esse dicitur, non solum quatenus solus est et a cunctis entibus omnino secretus, et quatenus simplex est, partium expers, indivisus et impatibilis: sed etiam quatenus ante omnia entia exsistit et quatenus omnium est causa (una est enim omnium entium causa, et unice seu specialiter et eximie una: ante omnia exsistit, omnia vero ex ipsa et post ipsam exsistunt), item quatenus a cunctis entibus, juxta uniuscujusque habilitatem, participatur. Nam quidquid ipsum Deum nullatenus participat, nullatenus exsistit. Et omnia entia exsistunt, quatenus unum exsistit. Item unica omnium causa non est unum quid ex omnibus: sed est super omne unum, et est omnis unitatis et multitudinis, ut effectivum principium, ita et finis. Et sicut unitas est ante omnem numerum multiplicatum, ita unum ens, divinum scilicet, omnia etiam contraria in **1096** se ipso uniformiter atque inconfuse anticipavit. » Iterum idem Dionysius sic habet: « In Deo idem est pulchrum et bonum. Pulchrum enim et bonum omnia appetunt. Pulchrum autem et pulchritudo separanda non sunt in ea causa, quæ universa in uno comprehendit. Hæc enim in omnibus rebus creatis dividimus in participationes, et in entia participantia; sicque pulchrum dicimus, quod pul-

Variorum notæ.

(79) Locum hunc non reperi in vulgatis Dionysii. Sed hic auctor, quisquis tandem sit, alia etiam scripserat quæ nondum edita sunt, v. g. opus Περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, quod citat. lib. *De eccles. hierarch.* cap. 2, part. III, sect. 2. CAPPERONN.

(80) Vox hæc invenitur etiam in Dionys. lib. *De eccles. hierarch.* cap. 2, part. III, sect. 2. Eam sanctus Maximus ibidem explicat per θεοειδῆ, *deiformia*, quæ opponit τοῖς πολλοῖς καὶ ἀνιέροις, id est, *vulgo et profanis*. Item Pachymeres ibidem illam exponit per θεῖα, ὡς ὑψηλὰ καὶ νῷ μόνῳ ληπτά, id est, *divina, ut sublimia et sola mente comprehensibilia*. His interpretationibus versionem nostram accommodavimus. CAPPERONN.

(81) Dionys. lib. *De div. nom.* cap. 4 sqq. CAPPERONN.

(82) Nimirum *pulchrum et pulchritudo*, ut hoc loco fuse postea explicat Dionysius ille, quem hic, ut et alibi, contrahit Gregoras. CAPPERONN.

(83) In editis Dionysii legitur, Ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ, supple, αὐτοϋπεραγαθότητι, quæ vox Deum ipsum designat. CAPPERONN.

(84) *Sine ulla proportione.* Ita vocem hanc Dionysii explicant sanctus Maximus et Pachymeres in suis scholiis. Hæc sunt eorum verba, Οὐδενὶ γὰρ λόγῳ, κ. λ. Ἔχει τὸ θεῖον τὴν πρὸς τὰ ὄντα σχέσιν τε καὶ κοινωνίαν, id est, *nulla enim ratione* etc. *Divinitas habitudinem aut communionem cum cæteris entibus habet.* CAPPERONN.

chritudinis est particeps; pulchritudinem vero vocamus participationem causæ omnia pulchra efficientis. Deus autem hæc esse dicitur, quatenus horum causa est. Ex Deo enim et in Deo sunt ipsum esse, entium omnium principia, entia omnia, et quæ sibi invicem sunt contraria; idque sine ulla proportione, eximie, comprehense et singulariter. Etenim in unitate numerus omnis uniformiter præexsistit; et unitas, tanquam omnis numeri causa, singulariter in se ipsa omnem numerum habet. Et omnis numerus in unitate unitus est; in quantum vero ab unitate progreditur, in tantum dividitur et multiplicatur; quemadmodum et omnes circuli lineæ in centro unitæ, et simplici unitione coexsistunt, et centrum omnes rectas lineas uniformiter habet. Imo et in tota hujus universi natura omnes uniuscujusque naturæ rationes unica et inconfusa unitione sunt comprehensæ; et omnes facultates, quæ singulis totius corporis partibus provident, uniformiter in anima copulatæ sunt. Non est igitur absurdum, ex obscuris imaginibus ad universalem omnium causam ascendentes, omnia **1097** uniformiter et unite in omnium causa supermundanis oculis conspicere. Si vero sol noster multas ac diversas rerum sensilium substantias et qualitates, unus ipse, et uniforme lumen diffundens, vivificat et nutrit; longe potiori ratione concedendum est, in solis ipsius et omnium entium causa, per unicam supersubstantialem unitionem, omnium rerum exemplaria præexstitisse: quemadmodum et vox cum una sit et eadem, a multis quoque auribus, ut una, participatur. »

στηκε, καὶ ἔχει πάντα ἀριθμὸν ἡ μονὰς ἐν ἑαυτῇ μοναχῶς, ὡς αἰτία παντὸς ἀριθμοῦ· καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἥνωται μὲν ἐν τῇ μονάδι· καθ' ὅσον δὲ τῆς μονάδος πρόεισι, κατὰ τοσοῦτον διακρίνεται καὶ πληθύνεται· ὡς καὶ ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ τοῦ κύκλου γραμμαὶ κατὰ μίαν ἕνωσιν συνυφεστήκασι, καὶ πάσας ἔχει τὸ κέντρον τὰς εὐθείας ἑνοειδῶς. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ὅλῃ τῶν ὅλων φύσει πάντες οἱ λόγοι τῆς καθ' ἕκαστον φύσεως συνειλημμένοι εἰσὶ κατὰ μίαν ἀσύγχυτον ἕνωσιν, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ μονοειδῶς αἱ τῶν κατὰ μέρος πάντων προνοητικαὶ τοῦ ὅλου σώματος δυνάμεις. Οὐδὲν οὖν ἄτοπον, ἐξ ἀμυδρῶν εἰκόνων ἐπὶ τὸ πάντων αἴτιον ἀναβάντας ὑπερκοσμίοις ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι πάντα ἐν τῷ πάντων αἰτίῳ μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως. Εἰ δὲ καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἥλιος τὰς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας καὶ ποιότητας, καίτοι πολλὰς καὶ διαφόρους οὔσας, εἷς αὐτὸς ὤν, καὶ μονοειδὲς ἐπιλάμπων φῶς, ζωοῖ καὶ τρέφει, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἡλίου καὶ πάντων τῶν ὄντων αἰτίῳ προϋφεστάναι τὰ πάντων τῶν ὄντων παραδείγματα κατὰ μίαν ὑπερούσιον ἕνωσιν, συγχωρητέον· καθάπερ ἡ φωνὴ μία καὶ ἡ αὐτὴ πρὸς πολλῶν ἀκοῶν ὡς μία μετέχεται. »

III. Sed quoniam hic sese dedit occasio, ut de loco dissererem, quippe qui continenter et uniformiter complectatur quæcunque sunt in ipso, etiam quæ contraria sibi invicem esse videntur; necesse est, ut divinorum Ecclesiæ doctorum hac quoque in re concentum expleam, et quasi necessarium quoddam debitum exsolvam. « Deus, cum sit immaterialis et incircumscriptus, in loco non est. Suus enim sibi locus est ipse, qui omnia replet: supra omnia est, licet omnia ipse contineat. Sciendum est porro, divinitatem esse partium expertem; totam totaliter esse ubique; non ejus partem in parte, quasi corporaliter divisam, sed totam in omnibus, et totam supra omnia. Angelus autem non quidem corporaliter in loco continetur, ita ut corporalibus figuris conformetur; attamen in loco esse dicitur, quia spirituali et intelligibili quodam modo præsens in loco sistitur, ibique secundum propriam suam naturam operatur, nec est alibi. »

Γ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τόπου διαλαβεῖν ἡμᾶς ἐν ἐκείνοις συμπέπτωκεν, ἅτε καὶ αὐτοῦ συνεκτικῶς τε καὶ ἑνοειδῶς τὰ ἐν αὐτῷ περιέχοντος ἅπαντα, καὶ τὰ διάφορα εἶναι δοκοῦντα, ἀναγκαῖον καὶ τούτου τὴν τῶν θείων τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων, καθάπερ τι τῶν ἀναγκαίων χρεῶν, συμφωνίαν ἐμπιμπλάναι. « Ὁ Θεὸς ἄϋλος ὤν, καὶ ἀπερίγραπτος, ἐν τόπῳ οὐκ ἔστιν. Αὐτὸς γὰρ ἑαυτοῦ τόπος ἐστὶν, ὁ τὰ πάντα πληρῶν καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ὤν, καὶ αὐτὸς συνέχων τὰ πάντα. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ θεῖον ἀμερές ἐστιν, ὅλον ὁλικῶς πανταχοῦ ὄν, καὶ οὐ μέρος ἐν μέρει σωματικῶς διαιρούμενον, ἀλλ' ὅλον ἐν πᾶσι καὶ ὅλον ὑπὲρ τὸ πᾶν. Ὁ δ' ἄγγελος σωματικῶς μὲν ἐν τόπῳ οὐ περιέχεται, ὥστε τυποῦσθαι καὶ σχηματίζεσθαι· ὅμως λέγεται εἶναι ἐν τόπῳ, διὰ τὸ παρεῖναι νοητῶς [P. 689] που καὶ ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, καὶ μὴ εἶναι ἀλλαχοῦ. »

IV. Ego vero cum e multis SS. Patribus multa hic connectere **1098** possem testimonia, unius Dionysii Areopagitæ verba mihi sufficere censui, eo quod eruditis viris abunde facerent satis. Nam imperitorum hominum nullam prorsus rationem habeo. Isti enim deliriorum loco habent omnem rationem, omnem qua instituimur doctrinam et

Δ'. Ἐγὼ δ' ἐκ πολλῶν πολλὰ συνείρειν δυνάμενος ὅμοια μόνοις ἀρκεῖσθαι κέκρικα τοῖς Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, πλήρη πεπαιδευμένοις ὄντα (85) ἀνδράσι. Περὶ γάρ τοι τῶν ἀπαιδεύτων λόγος ἡμῖν οὐδένων οὐδείς. Λῆρος γάρ σφισι λόγος ἅπας καὶ μοῦσα παιδευτικὴ καὶ ἤθους ῥυθμὸς καὶ (οὐδ' ἐλαχίστου δέω λέγειν) εὐσέβεια πᾶσα καὶ κανόνες Ἐκ-

Variorum notæ.

(85) Textum intelligo quasi scripsisset Gregoras, τὰ τοῦ Διονυσίου κέκρικώς πλήρη ὄντα τοῖς πεπαιδευμένοις. Erit, fateor, enallage quædam, seu ἀντίπτωσις [positio unius casus pro altero], sed quæ nec ipsi Platoni, quem Gregoras in verborum structura nonnunquam imitari conatur, insolita est. CAPPERONN.

εὐνομουμένης. Ὅμως τε περὶ βουλήσεως A
μεως καὶ ζωῆς καὶ σοφίας καὶ τῶν τοιού-
ἐκείνοις μὲν παμπληθὲς διεξῆλθον· ὑμῖν δ'
προτιθέναι, φορτικὸν ἐμοί γε φαίνεται καὶ
ως ἀναγκαῖον. Τὴν γὰρ ἐν τούτοις ἀνάγκην
ρῶν δεῖσθαι πολεμίων ἀνάγκη, ὅτε δὴ μα-
φάναι) κόνεως ἀναῤῥιπιζομένης ἐν μέσῳ
ιοδρῶς ἀναφλεγόμενον τὸ θερμὸν τῆς ψυχῆς
ον ἔχει τὴν οἴκοθεν ὁρμὴν, ἐπὶ ξυροῦ τῶν
αἰωρουμένων· τῆς δ' ἀκμῆς ἐκείνης πα-
ης, καὶ τοῦ μαχίμου θώρακος καὶ τῶν ὅπλων
ῥιφέντων, ἐς τοὐναντίον χωρεῖ καὶ τὰ τῆς
μαραινομένου τοῦ ὑπεκκαύματος καὶ τῆς
τοῦ πολέμου κατὰ μικρὸν ἀπιούσης ἐς
ιετά γε τῆς τῶν ὅπλων ἀπαλλαγῆς. Διὸ
ν ἐῤῥᾳθυμημμένως πω; ἤδη τῇ πρὸς ὑμᾶς B
μετὰ τὴν ζάλην ἐκείνην χρωμένοις ἐνεῖναι
ην οὐδὲν ἀπεικός· ἐξεῖναι γὰρ, κἀκ τῶν
ον, συνεῖναι ὑμᾶς τὴν τῶν σοφῶν ἑκατέρων
αν, τῶν τε ἡμετέρων δηλαδὴ καὶ τῶν θύ-
πως ταυτὰ καὶ φρονοῦσι καὶ φθέγγονται
ς θείας ἁπλότητος, εἶναι παγχάλεπον καὶ
τῶν ἀδυνάτων, σύνθεσιν ἐννοεῖν ἢ διαφο-
ην ὀνομάτων μόνον, οὐσίας τε καὶ βουλή-
δυνάμεως καὶ ζωῆς καὶ σοφίας, καὶ ἁπλῶς
ς ἁπάσης. Ὥσπερ γὰρ ἐπίσης δίδωσιν ὁ
εβέσι καὶ ἀσεβέσιν, Ἕλλησί τε καὶ βαρβά-
ὶ συλλήβδην πᾶσιν ἔθνεσιν εἰπεῖν, οὐρανὸν
ἀέρα τε καὶ ὑετὸν, ἥλιόν τε καὶ σελήνην,
αγκαῖα πάντα· οὕτω καὶ τοὺς τῶν ἀναγ-
εχνῶν κανόνας ἐπίσης παρέχεται πᾶσιν, C
ις καὶ ἀλλοφύλοις. Οὐ γὰρ ἄλλη μὲν ἡ τε-
παρ' Ἕλλησι στάθμη, παρὰ Σκύθαις δ'
αὶ Μήδοις καὶ Πέρσαις ὁμοίως. Οὐ μὴν οὐδὲ
ργεῖν καὶ κυνηγετεῖν, καὶ τῶν τοιούτων,
Ἀλλὰ τῆς θρησκείας διαφερούσης, τὰ τῆς
ἔχει συνάφειαν. Οὕτω δὲ κἀπὶ τῆς λεξικῆς
ης ἔστιν ὁρᾷν. Ὅσοι μὲν γὰρ τῇ αὐτῇ κέχρην-
έκτῳ, τῇ τῶν πρώτων εὐδοκιμησάντων ὁμο-
πιστήμῃ [P. 690] καὶ τέχνῃ τούτους κεχρῆ-
ιῶν, Φοίνικας λέγω καὶ Πέρσας καὶ Ἀσσυ-
αὶ ἵνα τοὺς ἄλλους παρέλθωμεν, καὶ ὁπόσοι
ιδι κέχρηνται γλώσσῃ, ἀνάγκη καὶ τούτοις
ἀρχηγῶν τῆς εὑρέσεως χρῆσθαι μεθόδῳ
ῃ, καθάπερ στάθμῃ τινὶ, εἰ μὴ βούλοιτό D
ω σολοικίζειν ἢ φθέγγεσθαι. Ὃ δὴ καὶ
ῳ τῷ δυσσεβεῖ ληφθὲν ἐπὶ νοῦν ἐμποδὼν
σεβοῦσι στῆναι πέπεικεν, Ἑλληνικοῖς ῥυθ-
λόγοις τὴν γλῶτταν. Μόνον τῆς ἐκλογῆς
ινθεκτέον ἐκεῖθεν, καὶ κατὰ τὴν ἐμμελῆ τε
μόνιον τῶν ἁγίων ἡμῶν συμφωνίαν. Ἢ
ἂν φθάνοι ταράττων τὰ πάτρια τῆς Ἐκκλη-
ὰ δόγματα, δι' ἀμαθίαν ἢ μοχθηρίαν ἀτό-
μης καὶ προαιρέσεως, κακῶς ἐκλαμβάνων
στρέφων τὸν ἐγκείμενον ταῖς λέξεσι νοῦν,
τῷ σῷ Παλαμᾷ καὶ ὑμῖν, ἐκείνῳ ταυτὰ
ένοις ἀρτίως τά τε ἄλλα καὶ τρεῖς ὁμολο-
ύσεις ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος μεταμορφώσεως,
ν τῆς ἀνθρωπότητος, δύο δὲ ταῖν δυεῖν θεο-

A ingenii concinnitatem, neque tantillum abest quin addam, omnem pietatem atque Ecclesiæ bene ordinatæ canones. Tamen de voluntate, potentia, vita, sapientia, et aliis hujusmodi, propter illos plenissime disserui. Quæ vobis hic proponere, ut grave ac molestum videtur mihi, ita nec aliunde necessarium. Nam quæ in his occurrit necessitas, hostiles et bellicas occasiones necessario postulat; cum scilicet bellicus pulvis (ut ita dicam) in medio palam excitatur, et ferventissimus æstus animæ indomitum intrinsecus habet impetum, eo quod res sit in summum atque imminens discrimen adducta. Ubi vero acrior ille contentionis æstus deferbuit, et militaris lorica simul cum armis iliis projecta est, tunc etiam vehemens pugnæ studium B in contrarium vergit, eo quod ipsius exstinctum sit suscitabulum, et bellicus impetus statim atque arma projecta sunt, paulatim in oblivionem abierit. Itaque non immerito dabitis banc veniam, si forte post illam tempestatem utcunque remissiori animo in hæc vobis enarranda incumbam. Namque unanimem sapientium tum Christianorum tum gentilium sententiam vel etiam ex dictis poteritis intelligere; qua nempe ratione de divina simplicitate eadem sapiant et pronuntient, esse perquam difficile, imo maxime impossibile, ut quis compositionem aut differentiam, præterquam nominum duntaxat, inter **1099** substantiam, et voluntatem, potentiam, vitam, sapientiam et, ut summatim dicam, omnem operationem, excogitet. Quemadmodum enim piis æque C ac impiis, Græcis et Barbaris, et (ut uno verbo complectar omnia) gentibus omnibus, cœlum, terram, aera, imbrem, solem, lunam, et omnia necessaria, Deus tribuit; sic et necessariarum regulas artium indigenis et alienigenis æqualiter omnibus exhibet. Nam neque fabrilis norma et libella alia est apud Græcos, et alia apud Scythas; neque apud Medos alia, et alia item apud Persas; neque agriculturæ aut venationis, et aliorum hujusmodi, ulla est apud hos omnes differentia: sed cum diversa sentiant de religione, in artibus conveniunt. Idem videas in ea scientia, quæ circa vocabula et dictiones versatur. Et vero quicunque dialecto eadem utuntur, ii primorum e sua gente et præ- D stantium vernaculi sermonis auctorum scientia et arte utantur oportet, Phœnices intelligo, Persas, Assyrios. Et, ut cæteros omittam, certe apud quoscunque Græcæ linguæ usus est, ii methodum et artem eorum qui reperti Græcismi duces et auctores fuerunt, necessario sequi debent, velut amussim quamdam; nisi plures in loquendo solœcismos quam voces proferre voluerint. Quod cum Juliano impio apostatæ in mentem venisset, ipsi suasit ut piis Christianis Græcarum litterarum studia, quibus linguam illi suam exornarent, interdiceret. Id unum hic notari velim, ut nempe profanarum litterarum delectus recte habeatur, juxta congruentem et piissimam sanctorum Patrum concordiam: alioqui jamjam unusquisque antiqua et

sacra Ecclesiæ dogmata **1100** perturbaret, seu imperitia, seu stolidæ mentis ac voluntatis pravitate, verborum sensum male intelligens ac pervertens; quemadmodum nunc Palamæ contigit, et vobis, qui tum aliis de rebus eadem prorsus cum illo pronuntiatis, tum in Christo Salvatore transfigurato tres naturas admittitis, unam quidem humanam et duas alias duarum deitatum, quarum una sit invisibilis, altera vero deitas increata (juxta vestram sententiam) subostendatur, ita ut harum quidem alteram ab omnibus creaturis participari omnino non posse asseratis. Unde hujus vestræ opinionis ineptias arguere iterum cogimur.

τήτων, τῆς τε ἀφανοῦς καὶ τῆς παραδειχθείσης ἀκτίστου δευτέρας θεότητος καθ' ὑμᾶς· ὧν τὴν μὲν ἀμέθεκτον πᾶσι πάντῃ φατὲ, τὴν δὲ μεθεκτήν· ὡς ἀναγκάζεσθαι πάλιν ἡμᾶς, καὶ τούτων τὴν ἀτοπίαν ἐλέγχειν.

V. Et primum quidem de participatione sermonem instituamus et in medium adducamus. Consideremus, quomodo Palamas tous ex scriptis tum SS. Patrum, tum profanorum, delectum quemdam habuerit. Ut enim, inquit, multi quidem sunt vocati, pauci vero electi, sic licet multi scriptorum delectum habeant, pauci tamen tuto id faciunt. Nam quosdam e paganis memini partim similia sanctis Patribus nostris dixisse (quorum quædam, cum SS. Patribus comparanda, in medium protulimus), partim vero absimilia et contraria; e quibus Palamas ejusque gregales, quæ suæ opinioni favebant, quodam quasi fato elegerunt, de more scarabæorum, qui ita sunt a natura comparati, ut quæcunque bene olent, aversentur, quæcunque vero gravem ac fœtidum odorem spirant, libenter amplectantur.

Ε'. Καὶ πρῶτόν γε τὸν περὶ μεθέξεως λόγον ἐνεγκόντες εἰς μέσον ἴδωμεν πῶς ὁ σὸς Παλαμᾶς ἐκ τῶν γραφῶν ποιεῖται τὴν ἐκλογὴν τῶν τε ἡμετέρων καὶ θύραθεν. Ὡς γὰρ πολλοὶ μὲν, φησὶ, κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ, οὕτω καὶ πολλῶν τὴν τῶν γραφῶν ἐκλογὴν ποιουμένων, τἀσφαλὲς ὀλίγοις πρόσεστι. Μέμνημαι γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἐνίους πῇ μὲν ὅμοια τοῖς ἡμῶν φθεγγομένους ἁγίοις, ὧν ἡμεῖς ἔνια παρειληφόσιν ἐς τὴν τῶν ἁγίων ἅμιλλαν εἰσενεγκεῖν ἐγεγόνει, πῇ δ' ἀνόμοιά τε καὶ ἐναντία· ἀφ' ὧν τοῖς περὶ Παλαμᾶν ἐκλέγεσθαι τὰ κατὰ γνώμην πέπρωται, κανθάροις ἴσα, οἷς μισεῖν μὲν πέφυκεν ὅσα εὐώδη, ὅσα δ' ἀπόζει μακρᾶς δυσωδίας, ταῦτα δ' ἀσμένως προσίεσθαι.

VI. Itaque Platonicus Proclus ita in suis theologicis institutionibus habet: « Omne quod participat, **1101** ignobilius est eo, quod participatur, et quod participatur, ignobilius est eo, quod participari non potest. Nam quod participat, cum ante participationem imperfectum sit et participatione sua perfectum evadat, certe posterius est eo, quod participatur, in quantum perfectum est postquam participavit. Nam quatenus imperfectum erat, eatenus ignobilius est eo, quod participatur, quodque ipsum perfectum reddit. Quod autem ab aliquo, non ab omnibus participatur, id substantiam sortitum est inferiorem eo, quod ab omnibus, non ab aliquo duntaxat, participatur. Nam hoc magis, et illud minus ad universalissimæ omnium rerum causæ naturam accedit. Ergo quod participari nequit, præstat iis quæ participantur, et vicissim quæ participantur præstantiora sunt illis quæ participant. Etenim, ut uno verbo complectar omnia, quod participari non potest, hoc ante multa unum est, quod autem participatur, in multis unum est simul et non unum; denique quidquid participat, et non unum simul et unum. » Per Deum vos obsestor, ut hoc in loco perpendatis quomodo, cum paganus iste Proclus multa de Deo dogmata tradiderit, quorum pleraque sunt ab omni erroris vitio libera et pura, vitiosissimum ex illis dogmatibus Palamas fuerit amplexus: quod sane pagano huic scriptori pœnitendi locum daret, si præsens ipse absurdam hanc opinionem videret divulgari.

Ϛ'. Φησὶ τοίνυν ὁ Πλατωνικὸς Πρόκλος (86) ἐν τοῖς αὐτοῦ θεολογικοῖς· « Πᾶν τὸ μετέχον τοῦ μετεχομένου καταδεέστερον· καὶ τὸ μετεχόμενον, τοῦ ἀμεθέκτου. Τὸ γὰρ μετέχον, ἀτελὲς μὲν ὂν πρὸ τῆς μεθέξεως, τέλειον δὲ τῇ μεθέξει γενόμενον, δεύτερόν ἐστι πάντως τοῦ μετεχομένου, καθὸ τέλειόν ἐστι μετασχόν. Ἧ γὰρ ἀτελὲς ἦν, ταύτῃ τοῦ μετεχομένου, ὃ ποιεῖ τέλειον αὐτὸ, καταδεέστερον. Τὸ δὲ μετεχόμενόν τινος ὂν, καὶ οὐ πάντων, τοῦ πάντων ὄντος, καὶ οὐ τινὸς, πάλιν ὑφειμένην ἔλαχεν ὕπαρξιν. Τὸ μὲν γὰρ τῷ πάντων αἰτίῳ συγγενέστερον, τὸ δὲ ἧττον συγγενές. [P. 691] Ἡγεῖται ἄρα τὸ μὲν ἀμέθεκτον τῶν μετεχομένων· ταῦτα δὲ, τῶν μετεχόντων. Ὡς γὰρ, συνελόντι φάναι, τὸ μὲν ἔστιν ἓν πρὸ τῶν πολλῶν· τὸ δὲ μετεχόμενον ἐν τοῖς πολλοῖς ἓν ἅμα καὶ οὐχ ἕν· τὸ δὲ μετέχον πᾶν οὐχ ἓν ἅμα καὶ ἕν. » Σκεπτέον ἐνταῦθα πρὸς Θεοῦ, πῶς πολλῶν τῶν τοῦ Ἕλληνος ὄντων δογμάτων περὶ Θεοῦ, ἃ τὰ πλείω τοῦ νοσεῖν πως ἀπήλλακται, δὲ τῷ μᾶλλα νοσοῦντι προσετετήκει μέρει, ὃ κἂν αὐτῷ παρόντι τῷ Ἕλληνι μετάμελον ἐχορήγει, τὸ τόπημα ἐμπιστευόμενον βλέποντι· ἢ πῶς οὐκ ἂν ᾐδέσθη τὸν ἔλεγχον αὐτόθεν αἰσχύνοντα, βλέπων ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ μάχοιτο, τἀναντία τοῖς πρότερον ἐνταυθοῖ δογματίζων; Τρεῖς μὲν γὰρ ἐνταῦθα τάξεις ποιεῖται· μίαν μὲν τὴν τοῦ ἀμεθέκτου καὶ ὑπερκειμένου Θεοῦ, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ μεθεκτοῦ γένους, καὶ τρίτην τῶν μετεχόντων. Καὶ ἡγεῖται τοσοῦτον ὑπερκεῖσθαι τῶν μεθεκτῶν τὸ ἀμέθεκτον, ὅσον ταῦτα τῶν μετεχόντων. Πρόσθεν δ' ἐδείκνυ πᾶν τοὐναν-

Variorum notæ.

(86) Procl. *Institut. theologic.* lib. VII, cap. 24. Locum hunc Procli laudavit Gregoras libro etiam XXXVI *Histor. Rom.*, qui liber sextus est inter dogmaticos ejusdem Gregoræ tractatus. GARNER.

τίων. Τὸ γὰρ ἓν ἔλεγεν εἶναι πάντων ἀρχὴν καὶ πάντη μετεχόμενον ὑπὸ τοῦ πλήθους, τουτέστιν ὑπὸ πάντων. Πῶς γὰρ ἂν ὑπὲρ τὰ πάντα ἦν καὶ πάντων αἴτιον τῶν ὄντων, εἴπερ τὸ ἀσχέτῳ τε καὶ ἀμεθέκτῳ πρὸς ταῦτ' εἶναι προσῆν αὐτῷ; Τοῦ γὰρ τὰ πάντα πληροῦντος καὶ ἐν πᾶσιν ὄντος πῶς οὐ μεθέξει πάντα; Ἀλλ' ἔοικε δεδιότι, μὴ καὶ τὸ Θεῖον ὑπὸ τῶν πασχόντων, καθάπερ τὰ σώματα, μερισθῇ. Οὐδὲ γὰρ ἔφθη μαθὼν, ὡς ὁ Θεὸς ἁπλοῦς ὢν πανταχῆ ἐστιν ὁλικῶς, καὶ οὐδαμοῦ (87)· καὶ μετέχεται μὲν ὑφ' ἁπάντων, ἀμεθέκτως (88) δέ· καὶ μερίζεται μὲν, ἀμερίστως δέ· κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἁπλῆς οἷον οὐσίας καὶ αὐτῆς. Καὶ γὰρ καὶ αὕτη πανταχοῦ τοῦ σώματος ὅλη ὁλικῶς ὑπάρχουσα μετέχεται μὲν ὑφ' ἑκάστου τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἀμεθέκτως δέ. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ἰδίᾳ τούτων οὐδαμῆ γίνεσθαι πέφυκε ψυχή· πλὴν ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ὡς ἔχει φύσεως ἅμα καὶ θέσεως, ὑπό γε τῆς κινούσης ὁμοῦ καὶ ζωούσης ἐνεργεῖται ψυχῆς· ὥστε καὶ εἰ ἦν ἐν τραχήλῳ ἢ ἐν χειρὶ κατασκευὴ στόματος, λάλος ἂν (οἶμαι) ἦν καὶ ἡ χεὶρ καὶ ὁ τράχηλος. Εἰ οὖν οὕτω τοῦτο, πολλῷ ἂν μᾶλλον [P. 692] ὑπὸ πάντων μετέχοιτο Θεὸς, ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν. Καὶ ἐν ἑκάστῳ γὰρ τῶν πάντων γινόμενος ὅλος ἐστί· καὶ ὅλος μένει καθ' ἑαυτὸν καὶ ἐν πᾶσι καὶ πρὸ τῶν πάντων· καὶ ὅλος μεθεκτὸς ὁ αὐτὸς καὶ ὅλος ἀμέθεκτος.

A Alioqui quomodo non erubesceret, si statim cerneret probrosam atque ignominiosam sententiæ suæ refutationem, quatenus nimirum secum ipse pugnat, contraria prioribus dogmata hoc in loco proferens? Hic enim tres rerum ordines esse statuit, quorum in primo reponit ens quod participari nequit et supremum Deum; in secundo collocat genus entis, quod participari potest; in tertio demum ordine constituit entia, quæ participant, **1102** et existimat ens, quod participari nequit, iis quæ participari possunt tantum præstare, quantum hæc entibus participativis præstant. Antea vero contrarium prorsus demonstrarat. Dicebat enim unum esse omnium principium, et a multitudine, id est ab omnibus, plane participatum. B Quomodo enim super omnia esset et omnium entium causa, si nullam cum his habitudinem aut relationem includeret, nec ab iis posset participari? Nam qui fieri posset, ut illud omnia non participent, quod omnia replet, et in omnibus exsistit? sed prorsus timuisse videtur, ne corporum more Deus a participantibus se divideretur. Nondum quippe didicerat, Deum, utpote simplicem, esse ubique totaliter, et nusquam: item ab omnibus participari, sine ulla tamen sui ipsius participatione, et absque ulla sui divisione dividi. Cujus rei exemplum nobis suppeditat anima nostra, quippe quæ simplex ipsa sit substantia. Hæc enim cum tota sit et totaliter in singulis corporis partibus, ab iis participatur, sed sine sui ipsius participatione. Nam anima per se et ex natura sua proprie nulla est e corporis partibus: attamen unaquæque corporis pars, secundum propriam naturam et positionem suam, ab anima vivificante et movente suum in actum educitur, adeo ut, si in collo vel in manu esset mechanica oris structura, loquax esset, ut opinor, et manus et collum. Si de anima ita se res habet, longe potiori ratione ab omnibus participabitur Deus, qui ubique præsens omnia replet. Nam in unoquoque omnium entium totus exsistit: et cum totus per se solus ac seorsum maneat, est tamen in omnibus et ante omnia: **1103** idem totus participabilis est, et tamen totus participari nequit.

Ζ'. Ἀλλὰ τοῦτον ὁ Χριστιανὸς ἐμιμήσατο Παλαμᾶς ἀμαθῶς τε καὶ κακοτρόπως, καὶ μιμησάμενος οὐκ ἠνέσχετο μέχρι μιμήσεως εἶναι τἀγώνισμα· ἀλλὰ φιλότιμος ὢν ἐν κακοῖς ἐκείνου μὲν ἐξ ἀμαθίας διέφθαρκε τὴν λέξιν, αὐτὸς δὲ τῇ κακίᾳ κακίαν προστίθησι διανοίας. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐδαμῆ δογματίζων ἀκτίστων θεοτήτων ἡλώκει πλῆθος· μηδὲ γὰρ ἐγχωρεῖν ἐνεργεῖ τῇ φύσει· ὁ δ' ἀμέθεκτόν τε καὶ ὑπερκείμενον ἔφησεν εἶναι πρῶτον Θεόν· δευτέρᾳ δ' ἔπειτα δίδωσι τάξει τὸ τῶν μεθεκτῶν καὶ ὑφειμένων θεοτήτων πλῆθος· τρίτην δὲ χώραν ἔνειμε τοῖς τε ἀνθρώποις καὶ ὅσα ὑπὸ τὴν αἴσθησιν ἐνάρετα πράγματα, καθὰ πολλάκις

C VII. Sed hunc paganum Christianus Palamas imperite atque improbe imitatus est, nec intra imitationis limites hoc suum cum Proclo certamen contineri passus est: sed perpetrandis in malis ambitiosus Procli quidem verba præ imperitia corrupit: ipse autem huic priori malitiæ malitiam sensus adjecit. Nam ille increatarum deitatum multitudinem statuisse nusquam deprehenditur. Eam enim natura per se operativa admittere non potest: Palamas vero asseruit Deum esse primum, omnibus superiorem, nec posse participari: participabilium et inferiorum multitudinem deitatum secundo in ordine collocat: hominibus et cunctis

Variorum notæ.

(87) Celebre est philosopho-theologorum axioma: *Quod ubique est, nullibi est*; intellige, in nullo definite aut circumscripte loco ita ut alibi quoque non reperiatur. CAPPERONN.

(88) Hæc breviter simul et apposite sanctus Maximus explanat scholiis ad cap. II, lib. *De div. nom.* sect. 5. Τὸ κατ' οὐσίαν μὲν ἡ θεότης οὐ μετέχεται· μεθεκτὴ δέ ἐστιν ἐν τῷ ἐξ αὐτῆς εἶναι τὰ πάντα καὶ ὑπ' αὐτῆς συνέχεσθαι εἰς τὸ εἶναι. Id est, *Secundum substantiam quidem divinitas non participatur, sed est participabilis quatenus ab ea exsistunt omnia et ab ea continentur atque conserventur ut sint.* Idem fere habet paulo post auctor ipse libri *De div. nom.* seu potius ipsemet sanctus Maximus, ut mox adnotabo. CAPPERONN.

rebus, quæ sub sensum cadere ac virtutis participes esse possunt, tertium locum attribuit, ut sæpius a nobis dictum est, et rursus dicitur: porro hæc postrema principii expertia esse atque increata definiit. Quam accessionem summa auctoritate adjunxit. Sic liberalis iste vir ac munificus ea quæ nec sunt nec erunt, subministrat; adeo larga manu et vili pretio creaturis præbens, ut principii expertes sint et increatæ: quas præclaras dotes partim ut aquam effundit, partim ut arenam dispergit. Hoc autem possit quempiam in admirationem rapere, quomodo Palamas det, quæ non habet nec habebit, quasi fortuito casu aut ad libitum ea crearet, quæ nec sunt, nec erunt, divitias autem partim ut arenam in thesauris recondat, divinas imagines petulanter atque improbe suffuratus; partim ad imperatorii tripodis jussum nullo labore inde colligat, ubi nec seminavit nec dispersit. At erubescere **1104** nescit imperitia, et sæpissime homines cogit, ut naturæ defectum audacia sua tueantur: quemadmodum claudi quandoque ligno defectum pedis tuentur. Sed de increato sermonem ad aliam veluti mensam recondamus, et quid SS. Patres de ente non participabili pronuntient, audiamus.

VIII. Igitur Dionysius Areopagita hæc disserit: « Participabilis est Deus secundum suas communicationes: non participabilis vero, quatenus nihil substantiam ejus participat, aut vitam, aut aliquid hujusmodi, quæ omnia Deus eminenter et eximie possidet. » Et iterum: « Verum ens est unum, pulchrum et bonum, et sapiens, cujus desiderio tenentur omnes, qui divinam humanitatem participant. Porro ens istud, tametsi unum et idem, non unico modo participant: sed ut unicuique, pro uniuscujusque habilitate, divina statera distribuit; quemadmodum etiam omnes circuli lineas uniformiter centro contineri diximus. » Porro hic operæ pretium est animadvertere, quomodo magnus Dionysius tam paucis verbis omnem pravam et consceleratam Palamæ mentem, veluti araneæ telam, dissolvat. Nam Palamas a divina substantia dividens sapientiam, potentiam, bonitatem, vitam, et quascunque operationes atque increatas deitates appellat; substantiam quidem nullatenus esse participabilem definit; illas vero proprie ac specialiter participabiles esse statuit, et earum unamquamque in sua propria et speciali ratione tantæ esse virtutis affirmat, ut homines ipsos increatos et principii expertes deos efficere possit. Contra Dionysius, rerum **1105** divinarum peritissimus, Dei operationes cum ejus substantia conjungens, eas æque ac substantiam ipsam participari non posse asserit; et rursus easdem æque ac substantiam participari

εἴρηταί τε καὶ εἰρήσεται ἡμῖν· καὶ ἅμα ἄναρχά τε καὶ ἄκτιστα εἶναι ὡρίσατο, μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας ποιησάμενος τὴν προσθήκην. Οὕτω ὁ φιλότιμος ἀνὴρ γίνεται χορηγὸς τῶν μήτ' ὄντων μήτ' ἐσομένων, ἀναρχίαν καὶ ἀκτισίαν ἐπευωνίζων οὕτως ἀφθόνῳ χειρὶ τοῖς κτίσμασι, καὶ τὰς μὲν ὡς ὕδωρ σπείρων, τὰς δ' ὡς ἄμμον διασκορπίζων. Θαυμάσειε δ' ἄν τις, πῶς ἃ μὲν μήτ' ἔχει μήθ' ἕξει δίδωσιν, ὥσπερ αὐτοματίζων τῶν μήτ' ὄντων μήτ' ἐσομένων τὴν γένεσιν· τῶν δὲ χρημάτων τὰ μὲν ὡς ἄμμον θησαυρίζει, τῶν θείων εἰκόνων ἀσελγῶς ἀφαιρούμενος, τὰ δ' ὅθεν οὔτ' ἔσπειρεν οὔτε διεσκόρπισεν, ἀπονητὶ συνάγει, τοῦ βασιλικοῦ κελεύοντος τρίποδος. Ἀλλ' ἀναίσχυντον ἡ ἀμαθία, καὶ φιλεῖ γε ὡς τὰ πολλὰ τὸ τῆς φύσεως ἐλλιπὲς τῇ θρασύτητι διασώζειν βιάζεσθαι· καθάπερ οἱ χωλεύοντες τὸ λεῖπον τοῦ ποδὸς ξυλίνῳ διασώζουσιν ἐνίοτε. Ἀλλ' ὁ περὶ τοῦ ἀκτίστου λόγος εἰς ἑτέραν ἡμῖν τεταμιεύσθω τράπεζαν· περὶ δ' ἀμεθέκτου τῶν ἁγίων ὅ τι φασὶν ἀκουσώμεθα.

Η'. Διονύσιος τοίνυν ὁ Ἀρεοπαγίτης τάδε διέξεισι· « Μεθεκτὸς μὲν ὁ Θεὸς (89), κατὰ τὰς μεταδόσεις αὐτοῦ· ἀμέθεκτος δὲ, κατὰ τὸ μηδὲν μετέχειν αὐτῆς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἢ τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἢ τῆς σοφίας αὐτοῦ, ἢ τινος τῶν τοιούτων, ἅπερ ἔχει πάντα καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἐξαιρέτως. » Καὶ πάλιν· « Ἓν μὲν ἐστι τὸ ὄντως ὂν καὶ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ σοφὸν, οὗ πάντες οἱ ἐνοειδεῖς (90) ἐφίενται· μετέχουσι δ' αὐτοῦ οὐχ ἑνιαίως, καίτοι ἑνὸς καὶ ταυτοῦ ὄντος, [P. 693] ἀλλ' ὡς ἑκάστῳ τὰ θεῖα διανέμει ζυγὸς κατὰ τὴν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα· καθὰ καὶ πάσας ἔχειν ἔφαμεν τοῦ κύκλου τὰς γραμμὰς τὸ κέντρον ἑνοειδῶς. » Ἐπιστῆσαι δ' ἄξιον ἐνταυθοῖ, πῶς ὁ μέγας Διονύσιος οὕτω λόγῳ βραχεῖ πᾶσαν παλαμναίαν (91) κακόνοιαν, ὡς ἀράχνης ἱστὸν, διαλύει. Διαιρῶν γὰρ τῆς οὐσίας ὁ Παλαμᾶς σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ἀγαθότητα καὶ ζωὴν, καὶ ὅσα φησὶν ἐνεργείας τε καὶ ἀκτίστους θεότητας, τὴν μὲν οὐσίαν ἀμέθεκτον εἶναι τὸ παράπαν ὁρίζεται, ἰδιαζόντως γε μὴν αὐτὰς μεθεκτὰς, καὶ τοσαύτην ἐχούσας ἰδιότροπον ἑκάστην ἰσχὺν, ὡς δύνασθαι καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀκτίστους θεοὺς ἀπεργάζεσθαι καὶ ἀνάρχους. Διονύσιος ὁ τὰ θεῖα σοφὸς συνελὼν ἀμεθέκτους καὶ ταύτας ὁμοῦ τῇ οὐσίᾳ φησὶ, ἅτε μηδὲν τὸ διάφορον μηδαμῇ κεκτημένας, πλήν γε δὴ τοῦ ὀνόματος μόνου. Δυοῖν οὖν ἀνάγκη θάτερον. Ἢ γὰρ οὐ παραδέχεται Διονύσιον ὁ παράφρων οὑτοσὶ ἢ τῆς ἐκείνου σοφῆς διανοίας ἀσύνετος μένει καθάπαξ ἢ καὶ ἀμφοῖν ὁ ταλαίπωρος ἔνοχος εἶναι δοκεῖ.

Variorum notæ.

(89) Locum hunc in vulgatis Dionysii reperire non potui. Et sane sancto Maximo sententiam hanc tribuit Corderius in notis ad Dionys. *De div. nomin.* cap. II, sect. 5, ubi eam ad verbum ut hic jacet describit, et sic habet: *Adhuc idem* (loquitur de sancto Maximo) *in iis quæ in dogmatica panoplia feruntur, participabilis* est Deus secundum, etc. CAPPERONN.

(90) Vide supra not. 80.

(91) Alludit auctor ad nomen τοῦ Παλαμᾶ, affine τῷ Παλαμναίῳ, quod sceleratum significat: hanc autem allusionem quia exprimere non potest Latina versio, ipsius Palamæ nomen inserui. CAPPERONN.

Ἔπειτα μήτε νοῶν, μήτε δεχόμενος, οὐκ ἐρυθριᾷ διαβάλλων ἑτέρους καὶ τὰ οἰκεῖα μετάγων σκώμματα κατ' ἐκείνων, οἳ τελέως ἅμα καὶ ἀπρὶξ ἔχονται τῶν ἐκείνου. Ἀπηναισχύντησε γὰρ ὁ μεμηνὼς, καὶ ὄψις πόρνης καὶ μοιχαλίδος ἐγένετό οἱ, ἣ ὅτε πράξῃ (92) (φησὶ Σολομῶν) ἀπονιψαμένη οὐδὲν ἄτοπον πεπραχέναι φησίν.

posse decernit, utpote cum a substantia nonnisi solo nomine differant. Igitur e duobus alterum contingat necesse est. Vel enim insipiens iste Palamas Dionysii auctoritatem respuit : vel sapientissimam ejus mentem prorsus non intelligit : vel etiam utrique vitio miser ille obnoxius esse videtur. Deinde cum sancti hujus Patris nec mentem intelligat, nec auctoritatem sequi velit, alios calumniari, et in eos qui Dionysii dictis perfecte simul et tenaciter adhærent, cavillationes et dicteria quibus ipse merito appeti posset, transferre non erubescit. Nam insanus Palamas frontem perfricuit : facta est illi facies meretricis et adulteræ ; quæ, ut ait Salomon [1], cum fecerit malum, sese abluit, et dicit, nihil a se mali fuisse perpetratum.

Θ'. « Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄν ποτε δεξαίμην ἐγὼ (φησὶ) μεθεκτὴν ὅλως τὴν θείαν ὑπάρχειν οὐσίαν, οὐχ ἕως ἂν ἐν τοῖς ζῶσίν εἰμι καὶ τοῖς ἀέρος πνέουσι. Τάχιστα γὰρ ἂν ἐξαναλώσῃ τὴν μετασχεῖν ἐθέλουσαν φύσιν, πρὶν ἂν μετάσχῃ. Οὐδεὶς γὰρ ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται, φησὶν ἡ θεία Γραφή. » Ἰοὺ ἰοὺ τῆς εὐηθείας καὶ τῶν σεμνῶν λογαρίων, μᾶλλον δὲ τῆς ἀσέμνου βωμολοχίας! εἶτα ἐλάνθανεν ἡμᾶς ὕθλων ὑπάρχων μεστὸς, καὶ μύθων Ἑλληνικῶν, καὶ οὐδὲ τούτων σοφῶν, ἀλλ' οἵους φασὶ τὰ γραΐδια παρὰ τὰς ἐπ' ἀλέα λέσχας (93). Εἰς γὰρ τὰς Διὸς καὶ Σεμέλης (94) ψευδεῖς καὶ μυθώδεις μετήνεγκεν ὁ ταλαίπωρος τὴν σμικρόνοιαν κοινωνίας καὶ θείου φωτὸς ἐπιδημίας· οὗ γενομένου, θνητὴν οὖσαν καὶ οὐρανίου Διὸς ἐνεγκεῖν οὐδαμῇ δυνηθεῖσαν λαμπρότητα, μηδ' αἰθερίων κεραυνῶν ἐνδημίαν, ἀναλωθῆναι τὴν δυστυχῆ. Οὕτω σμικροπρεπῶς [P. 694] τε καὶ ἀγεννῶς τὰς εὐγενεῖς τῶν ἁγίων ἐννοίας καὶ λέξεις ἐξ ἀμαθίας ὁ Παλαμᾶς ἐκλαμβάνων καὶ διαστρέφων τὰ θεῖα τῆς Ἐκκλησίας ἐμόλυνε δόγματα, ὥσπερ ἀποσειομένης τῆς σφῶν ἐπιστήμης τὴν αὐτοῦ κακοήθειαν· καθάπερ τὰ τῶν ῥόδων εὔοσμα καὶ εὐανθῆ τὴν μαραίνουσαν αὐτὰ καὶ πρὸ τοῦ χρόνου χεῖρα. Τοιοῦτον οἱ σεμνοὶ τῆς νῦν Ἐκκλησίας ποιμένες νέον διδάσκαλον τῶν θείων δογμάτων προὐστήσαντο, τυφλὸν τυφλῷ ὁδηγόν. Ὅτι δ' οὐχ ἁπλῷ τινι λόγῳ πρὸς ταῦτα χρώμενος φαίνεται, ἀλλ' ὀξεῖαν καὶ σφόδρα γε κατεσπουδασμένην ἔχει τὴν πρόθεσιν τῆς ψυχῆς, καὶ ταυτὸν ἀεὶ τοῖς γυψὶ καὶ κανθάροις ποιεῖ, τὰ ὑγιαίνοντα καὶ ὅσα εὐώδη παριὼν, τῶν τε λέξεων καὶ ἐννοιῶν τοῖς νοσοῦσί τε καὶ ὅσα μακρᾶς δυσωδίας ἀπόζει, προστέτηκε, καὶ ἅμα διαστρέφων οὐ μάλα αἰδεῖται τὰ πλεῖστα (τοῦτο δὲ καὶ γυπῶν καὶ κανθάρων ὑπέρτερον), δῆλον ἐντεῦθεν. Ἐν γὰρ *Τιμαίῳ* Πλάτων θεολογεῖν ἑλόμενος Θεὸν ὑπερκείμενον τίθησι πρῶτον, ταῖς ὑφειμέναις ἐγκελευόμενον ἑαυτοῦ δυνάμεσι καὶ

IX. « At enim, ait Palamas, quandiu vixero et aerem hunc spiravero, illud approbare nunquam potuerim, divinam scilicet substantiam totaliter esse participabilem. Nam divina natura, si participetur, statim eam naturam, quæ participare ipsam voluerit, etiam antequam participaverit, absumet. Nemo enim videbit faciem meam et vivet, inquit divina Scriptura [2]. » O virum simplicem! o fabellas graves et decoras, imo o fœdam scurrilitatem! et deinde ignorabamus, Palamam nugis refertum esse et Græcanicis fabulis, neque his quidem sapientibus : sed quales narrant aniculæ, dum calidis in locis otiose confabulantur. Nam quantulumcunque communis sensus habebat miser ille, hoc totum transtulit ad fictitios Jovis et fabulosos, quibus Semele consumpta **1106** est, ignes ; quibuscum divini luminis immissiones confert. Fingunt nimirum poetæ Semelem, utpote mortalem, cœlestis fulgorem Jovis et ætherei fulminis accessum ferre non potuisse, et ideo miseram hanc mulierem fuisse consumptam. Adeo abjecte et ignobiliter generosas ac nobiles sanctorum Patrum sententias et voces præ imperitia Palamas accipit et pervertit ; sicque divina Ecclesiæ dogmata contaminavit, tanquam illorum scientia malum hujus ingenium repellat ; quemadmodum bene olentes et floridæ rosæ manum respuunt eorum qui eas ante tempus flaccescere faciunt. Talem virum venerandi præsentis Ecclesiæ pastores recentem divinorum dogmatum doctorem sibi ipsis præfecerunt, et cæcum cæci viæ ducem secuti sunt. Porro non simplici quadam aut qualicunque ratione, sed acri studio et maxima intentione animi fabulis istis ad firmandam suam opinionem uti videtur, et de vulturum atque scarabæorum more, sana et bene olentia quæque præterit : vocibus autem et sententiis, errorum morbo laborantibus, gravemque ac fœtidum odorem spi-

[1] Prov. xxx 20. [2] Exod. xxxiii, 20.

Variorum notæ.

(92) *Quæ cum fecerit* [*malum*] etc., in vulgata Latina sic habetur : *Quæ comedit, et tergens os suum dicit : Non sum operata malum.* Huic interpretationi consonat Hebraica lectio. CAPPERONN.

(93) Ex Hesiodi *Oper. et dieb.* vers. 491 : Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην. Hoc est *præteri æneam sedem* (seu *officinas ferrarias*) et *confabulationes quæ calidis in locis habentur.* Quidam non obstante metro legunt ἐπ' ἀλέᾳ id est *propter teporem*, seu *teporis captandi gratia.* Ita Eustathius. Guilelmus Canterus una voce legit ἐπαλέα. Cæterum λέσχαι dicebantur olim philosophorum conventicula. Deinde quia inter ipsos plerumque levissimis de rebus agitabatur, factum est ut mendicorum et vulgi conventus etiam hoc nomine vocarentur, atque inde etiam ipsæ nugæ λέσχαι dictæ fuerunt. CAPPERONN.

(94) De hac fabula vide quæ habet Ovidius, *Metamorphos.*, lib. III. CAPPERONN.

rantibus adhæret. Plurima etiam e veterum dictis pervertere, ipsum non pudet; qua in re vultures et scarabæos ipsos longe superat : cujus quidem dicti evidens hinc nobis argumentum suppetit. Cum enim in *Timæo* divinis de rebus disserere Plato voluisset, primum supremumque Deum supponit, inferioribus potestatibus suis et deitatibus eorum quos pagani colunt dæmonum imperare, ut omnia cetia secundum uniuscujusque speciem condant, et ut cœlum, terram, nec non quæcunque inter hæc commista sunt et consistunt, creaturis 1107 omnibus repleant. Hæc sunt Platonis verba. « Dii deorum progenies, quorum ego opifex et parens operum, quæ per me facta sunt, convertite vosmetipsos ex naturæ legibus ad animalium creationem, et vim meam, quam ad vos procreandos exserui, imitemini : efficitote et generate animalia; et alimenta dantes, nutrite ac augete : cumque consumpta et corrupta fuerint, iterum recipite. »

A θεότησι τῶν παρ' Ἕλλησι σεβομένων δαιμόνων, τὰ ὄντα πάντα κατ' εἶδος ἕκαστα δημιουργεῖν, καὶ πάντων ἐμπλῆσαι κτισμάτων οὐρανόν τε καὶ γῆν, καὶ ὅσον ἐν μέσῳ σύγκριμά τι καὶ σύστημα· « Θεοὶ θεῶν, » λέγων (95), « ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γέγονε, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμῶν γένεσιν, καὶ ἀπεργάζεσθε ζῶα, καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε· καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. »

X. Videtis quorumnam sit discipulus Palamas, B quænam amplectatur dogmata, et unde hauserit, quam adversus Dei Ecclesiam evomuit turbulentam labem, dum ait omnia secundum suam speciem entia, totidem esse inferiores et increatas divinitates, quæ tanquam Platonicæ ideæ Deo creatori sint coæternæ, et principii pariter expertes; aliam tamen ab ipso naturam habeant, et aliæ aliarum tum increatarum tum creatarum causæ sint effectrices (quod Palamas pro suo more Platonis dogmatibus addidit) ita ut, verbi gratia, vita sit vitæ causa efficiens, sapientia sapientiæ, potentia potentiæ, et sic de cæteris. Quod enim Platoni in mentem non venit ut ipse adderet, hoc Palamas proprio Marte adinvenit, illam videlicet increatarum deitatum multitudinem. Sic in malis primas tenere, C multo sibi honori esse ducit ; ut omnium improborum evidentissime sit improbissimus. Nam ne gentilium quidem ullus unquam ausus est secundam increatam excogitare virtutem, præter unicam illam, quæ omnia creavit. Licet autem plures in hujusce rei testimonium proferre possem, iis recensendis hic supersedeo; quod brevitati consulam. Plutarchum tamen Chæronensem laudabo. Conscripsit hic Vitam Numæ 1108 Pompilii, qui veteribus Romanis optimas leges condidit, ut Spartanis Lycurgus, Locris Epizephyriis Zaleucus, et Siculis Charondas Catanæus. Porro cum æquissimis aliunde et optimis legibus Romanam illius ætatis rempublicam a Numa Pompilio D stabilitam fuisse narret Plutarchus, tum hæc de ipso refert : « Hujus de erigendis statuis leges Pythagoræ placitis congruunt. Nec enim ille [Pythagoras sensilem aut patibilem esse divinitatem existimabat : sed invisibile, increatum, et intelligibile esse primum hoc omnium rerum principium cen-

Γ'. Ὁρᾶτε τίνων μαθητὴς ἐγεγόνει, καὶ οἷς ἠκολούθησε δόγμασι, καὶ ὅθεν ἀρυσάμενος ἐξηρεύξατο καὶ αὐτὸς ἀνατροπὴν θολερὰν κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ὅσα τὰ ὄντα κατ' εἶδος, φάσκων τοσαύτας εἶναι καὶ τὰς ὑφειμένας τε καὶ ἀκτίστους θεότητας, οἷον ἰδέας Πλατωνικάς, τῷ δημιουργῷ συνανάρχους μὲν καὶ συναϊδίους, ἑτεροφυεῖς δέ· καὶ ἄλλας ἄλλων γίνεσθαι ποιητικὰς ἀκτίστων καὶ κτιστῶν (τοῦτο δὴ τὸ τῆς αὐτοῦ συνηθείας προσθετικὸν) οἷον τῆς μὲν ζωῆς τὴν ζωήν, τῆς δὲ σοφίας τὴν σοφίαν, τῆς δὲ δυνάμεως τὴν δύναμιν, καὶ τἄλλα ὁμοίως. Ὃ γὰρ Πλάτωνι προστεθεῖναι οὐ γέγονε διὰ μνήμης, τοῦτο προσεξεῦρεν αὐτός, τὸ τῶν ἀκτίστων δηλαδὴ, ἐν τοῖς κακοῖς δὲ φιλοτιμούμενος ἔχειν τῶν κακῶν τὰ πρωτεῖα, ἵν' ᾖ σαφέστατα κακῶν ἁπάντων ὁ κάκιστος. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' Ἑλλήνων οὐδένι [P. 695] τετόλμηται πώποτε, δεύτερον ἄκτιστον ἐπὶ νοῦν εἰληφέναι, παρὰ τὴν τὰ πάντα κτίσασαν μίαν δύναμιν. Πλείστους δ' ἔχων παράγειν εἰς μαρτυρίαν ἐκεῖθεν παρίημι συντομίας ἐχόμενος. Πλούταρχος δ' ὅμως ὁ ἐκ Χαιρωνείας Νουμᾶν τὸν Πομπίλιον ἀναγράφων, ὃς Ῥωμαίων τοῖς πάλαι τὰ κράτιστα ἐνενομοθετήκει (καθὰ Σπαρτιάταις Λυκοῦργος, καὶ Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις (96) Ζάλευκος, καὶ πρός γε Σικελιώταις Χαρώνδας ὁ Καταναῖος) τά τ' ἄλλα σὺν δίκῃ τῇ καὶ εὐνομίᾳ τὴν τότε Ῥωμαϊκὴν συστησάμενον πολιτείαν καὶ τάδε περὶ αὐτοῦ καταλέγει (97) « Ἔστι γάρ, » φησί, « καὶ τὰ περὶ τῶν ἀφιδρυμάτων νομοθετήματα παντάπασιν ἀδελφὰ τῶν Πυθαγόρου δογμάτων. Οὔτε γὰρ ἐκεῖνος (98) αἰσθητὸν ἢ παθητὸν ἐνόμιζε τὸ Θεῖον, ἀόρατον δὲ καὶ ἄκτιστον, καὶ νοητὸν ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον. Οὗτος δὲ διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ Ῥωμαίους νομίζειν, ὡς οὐδ' ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίω τοῖς χείροσι, οὐδ' ἐφάπτεσθαι

Variorum notæ.

(95) Plato in *Timæo*, tom. III, pag. 41, edit. Joan. Serran. CAPPERONN.

(96) Ita dicti sunt a promontorio Zephyrio, quod erat in Magna Græcia. Vide Strabon. *Geographicon*, lib. VI, pag. 176. CAPPERONN.

(97) Plutarch. in Numa, pag. 65, edit. 1624, ubi paulo fusius hæc referuntur. CAPPERONN.

(98) *Nec enim ille* [*Pythagoras*]. Hoc videtur esse contra grammaticæ leges, ut ἐκεῖνος referatur ad subjectum proximum : non est tamen : nam reipsa Pythagoras consideratur hic ut antiquior et a narratione remotior. CAPPERONN.

Θεοῦ δυνατὸν ἄλλως, ἢ νοήσει. » Ἠκούσατε τριῶν ἐν ταυτῷ θαυμασίων ἀνδρῶν ἐξ ἀλλοδαπῆς θρησκείας, ὁπόσην τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ Θεῷ ἀκτίστῳ τὴν εὐλάβειαν ἀπονέμουσι, καὶ ὅπως οὐδὲν τῶν ἁπάντων ἄνευ αὐτοῦ δογματίζουσιν ἄκτιστον, Πυθαγόρου λέγω, καὶ Πομπιλίου Νουμᾶ, καὶ τρίτου δὴ τοῦ τἀκείνων τοιαῦτα ἐπαινοῦντος δόγματα, Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως. Ὁ δὲ Παλαμᾶς, ἄναρχόν τε καὶ ἀβασίλευτον ἑαυτὸν καταστήσας ἀνομοθέτητον, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν (99) ἐξήνεγκεν ἐξουσίαν, ἄκτιστα γίνεσθαι πάντα τά τ' οὐράνια τά τε χθονοστιβῆ καὶ ὑδραῖα γένη. Τῆς ἀναισθησίας τῶν ἑπομένων (1)!

sebat. Hic vero Numa prohibuit Romanos humanam aut animalis cujuscunque imaginem Deo attribuere, quod nefas sit augustiora et præstantiora deterioribus assimilare, quodque Deum non aliter quam intellectu attingere possimus. » Audiistis quantam adversus unicum et solum Deum reverentiam adhibeant tres simul mirabiles aliena ex religione viri, et quomodo nihil quicquam, præter eum, increatum esse statuant; Pythagoram intelligo, et Numam Pompilium; tertium vero Plutarchum Chæronensem, qui hæc præclara illorum dogmata laudavit. Sed Palamas, cum liberum sese atque immunem a principio, rege, et legibus constituisset, ad majorem cœlesti se potestatem evexit, qua scilicet increata efficeret, quæcunque in cœlo, terra et aquis, entium genera consistunt. O stuporem sectatorum ejus

ΙΑ'. Ἔγνωτε πάντως πανταχόθεν καὶ πολυτρόπως, ὅπως οὔτε τοῖς ἁγίων ἥκισθ' ἕπεσθαι νομίζει δόγμασιν, οὔθ' Ἑλλήνων τοῖς ὑγιῶς πως ἔχουσιν· οἷς καὶ τῶν ἡμετέρων ἁγίων πολλοὶ συνηνέχθησαν· ἀλλὰ τοῖς πάνυ τοι σφόδρα διεφθορόσι. Καὶ θαῦμα, πῶς ἐκεῖ μὲν ὀξυδερκῶν ἀκολάστοις ὄψεσιν ἐπιβόσκεται τὰ νοσοῦντα καὶ σεσηπότα κατὰ τοὺς γῦπας, πρὸς δὲ τὰς τῶν ἡμετέρων ἁγίων γραφὰς ἐκτετύφλωται, μήτε βουλόμενος μήτε δυνάμενος ὀρθῶς ἐνορᾷν. Καί μοι δοκεῖ τὸ τῆς Λαμίας (2) πάσχειν ἐκείνης τῆς μυθικῆς, ἥν φασιν οἴκοι μὲν οὖσαν ἀβλεψίᾳ συζῆν, οὐκ ἔχουσαν ὄψεις· ἐξιοῦσαν δὲ τῆς οἰκίας οὕτω βλεπούσας κτᾶσθαι τὰς ὄψεις ἐξαίφνης, ὡς ἅπαντα βλέπειν τὰ τῶν ἄλλων ἐς τἀκριβές. Εἰ δ' οὖν, λεγέτω μοί τις παρελθὼν, πῶς, πάμπολλα λεγόντων διαῤῥήδην τῶν ἁγίων ἀκούων περὶ τοῦ μὴ διάφορον τὴν ἐνέργειαν τῆς οὐσίας [P. 696] ὑπάρχειν ἐπὶ Θεοῦ, καὶ μάλιστα τοῦ θείου Διονυσίου τά τε ἄλλα περὶ τῶν τοιούτων διεξιόντος, ὁπόσα εἰρήκειμεν, καὶ ὅτι οὐκ ἄλλο τἀγαθὸν εἶναι, φάσκοντος, καὶ ἄλλο τὸ ὂν, καὶ ἄλλο τὴν ζωὴν, ἢ τὴν σοφίαν, οὐδὲ

XI. Undequaque et multifariam omnino cognovistis, quomodo neque sanctorum Patrum dogmata, neque sanas **1109** ethnicorum opiniones, quibus multi e sanctis Patribus nostris consenserunt, sed corruptas potius et perniciosas paganorum sententias sequi decernat. Et sane mirum est, quod ibi quidem intemperantibus oculis acutum cernens, morbida et putrida vulturum more depascatur, in nostrorum vero SS. Patrum scriptis plane cæcutiat, cum recte videre neque velit neque possit. Et ut mihi quidem videtur, Palamæ idem contingit, quod fabulosæ illi Lamiæ; quam dicunt, quandiu domi manet, carentem oculis cæcam vivere: at ubi domo sua exierit, tam acutos et perspicaces habere statim oculos, ut omnia quæ sunt aliorum apprime videat. Sin minus, prodeat quispiam mihi dicturus, cur, cum sanctos Patres luculenter et diserte affirmare audiat, operationem in Deo a substantia non distingui, et divinum imprimis audiat Dionysium, qui tum alia multa, quæ jam retulimus, his de rebus disseruit, tum illud præsertim

Variorum notæ.

(99) Difficilis et intricatus mihi visus est locus iste. Pro ὑπὸ legi ὑπὲρ Forsan legendum ἐπουράνιον, quod apud Platon. *Apolog. Socrat.* significat *supra cœlos positum*, aut ὑπερουράνιον eodem sensu. Alia quoque hujus loci potest interpretatio afferri hunc in modum: at Palamas, cum se principii expertem et nulli imperio subditum lege inusitata constituisset, rebus sub cœlo positis hanc potestatem tribuit, ut increata fieri possint quæcunque in aere, terra, et aquis, entium genera consistunt. CAPPERONN.

(1) Sic postea φεῦ τῆς τῶν ἑπομένων εὐηθείας! Sed sæpe Græci subintelligunt φεῦ et ὦ. Dicunt τῆς τύχης! *O qualem fortunam!* etc. CAPPERONN.

(2) De lamiis duplex occurrit locus in sacrarum Scripturarum versione vulgata. Alter Isa. XXXIV: *Ibi cubavit lamia.* Hebr. לילית quod vertunt οἱ LXX ὀνοκένταυροι, Symmach. λαμίαι, alii *strix*. Alter est Jerem. Thren. IV: *Lamiæ nudaverunt mammas.* Hebr. תנין quod οἱ LXX, vertunt δράκοντες, alii *cetos*, alii *serpentes*, et sane hoc nomine monstrosum quoddam animal designari omnes fatentur. De iisdem lamiis plura narrant profani scriptores. Plutarchus initio libri *De curiositate*, Ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λαμίαν λέγουσιν οἴκοι μὲν εὕδειν [male in editis ᾄδειν] τυφλὴν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους· ἔξω δὲ προϊοῦσαν περιτίθεσθαι [male in editis ἀποτίθεσθαι], καὶ βλέπειν. Hoc est, *in fabulis fertur Lamiam domi quidem dormire cæcam, oculis in quodam vasculo repositis, at foris egressam, suo sibi oculos inserere, et videre.* Philostratus de vita Apollonii Tyanæi, lib. IV, cap. 8, λαμίας inter τὰ φάσματα, id est *spectra* numerat. Ibi quippe dicit, Menippi cujusdam sponsam fuisse unam empusarum, quas lamias et larvas, seu lemures vulgus esse ducit: eas ad amorem pronas esse, et humanas præsertim carnes expetere. Porro cum Apollonius Tyanæus istam Menippi sponsam interrogasset, et acrius instando torsisset, fassam esse merum se spectrum esse, et Empusam, et Menippi corpore voluisse satiari. Duris Samius, *Libycorum* lib. II, narrat Lamiam fuisse mulierem pulchram: cum Jupiter rem cum ea habuisset, a Junone zelotypa adactam ad prolem necandam: ex hoc mœrore factam deformem, aliarum pueros rapuisse et interfecisse: eam Junonis ob iram noctes diesque insomnes duxisse, ut eo majore esset in luctu; Jovis vero miseratione exemptiles tandem nactam oculos, quos pro libito modo tolleret, modo apponere posset, ab eodem obtinuisse ut in quam vellet, se mutaret formam. Testis scholiastes Aristophanis, qui Beli et Libyæ fuisse filiam ait. Alii alia insuper narrant. Vide, si lubet, Diodorum Siculum, lib. XX; Pausaniam in *Phocicis*, etc. CAPPERONN.

asserit, non aliud esse bonum, et aliud ens, et aliud vitam vel sapientiam; neque plures esse causas, aut deitates alias aliarum productivas, alias aliis superiores et inferiores; cur, inquam, cum isthæc audiat Palamas, ipse tamen in omnibus his surdus et cæcus factus tum aliis orthodoxæ doctrinæ adversariis adhæserit, tum præsertim impio Eunomio; qui aliorum sententiis non eo usque assentiendum esse dicebat, ut in Deo substantiam et operationem, unum quid esse putaremus. Quinimo volebat, ut a Dei substantia plane differre ipsius operationem, et hanc substantia atque hypostasi carere crederemus. Quæ refellens divus Gregorius, Nyssenorum **110** episcopus, « Quid per se ipsam, inquit, esse diceret operationem, quæ nec est substantia, neque character, neque hypostasis? Itaque rei non exsistentis imaginem et similitudinem ipsum Christum esse dixit. Atqui quod simile est rei non exsistenti, hoc ipsum nullatenus exsistit. Eo namque tendunt nova illa et portentosa dogmata, ut in id quod non est credatur. Nam quod non enti simile est, istud ipsum nullo modo est. » Per Deum vos obtestor, ut dicatis, quæ præsentior aut efficacior esse refutatio possit novi hujus impi pellit Ecclesiam, ut modo in id quod non est, modo in plures deitates c lamas ob consuetæ sibi ambitionis additamentum, ut magistrum suum hic

XII. Eamdem stoliditatem habet, quod ipse rursus de divinitate in Thaborico monte subostensa profert. Ibi quippe ob ignorantiam, seu potius ob morum perversitatem, in absurdum et alienum sensum detorquet hanc vocem *subostendere*. Unde Thaboricum montem effecit quasi quædam castra diversarum deitatum, quæ secum invicem de superioritate et inferioritate certent. Scilicet necdum didicerat, hoc verbo παραδεικνύειν, subostendere, non puram et evidentissimam designari manifestationem, sed ænigmaticam, quæque sensibilibus signis ea quæ nondum visa sunt prædicat. Hanc esse prædicti verbi significationem, cum ex aliis multis, tum ex divino viro Cosma Melodo patet. Hic enim ita loquitur: « Multiplicatis visionibus, sepulturæ tuæ **1111** symbola subostendisti. » Rursus ex Gregorio Theologo, ubi de Pascha sic disserit: « Quando Verbum in regno Patris novum illud vinum nobiscum bibet, revelans ac edocens, quæ nunc mediocriter subostendit. » Et iterum: « Dedicatur, et quidem magnificentissime, testimonii tabernaculum, quod Deus subostendit, Moses construxit, et Bezeleel perfecit. » « Et angeli, » ait divinus Chrysostomus, « hominibus apparentes, splendidum suæ naturæ subostenderunt. » Nam in hujusmodi sententiis isthæc præpositio

A πολλὰ τα αἴτια, καὶ ἄ
τητας ὑπερεχούσας κα
τοις ἅπασι κωφὸς καὶ
τίοις ἀσμένως προσετ
λιστα Εὐνομίῳ τῷ
γνώμαις ἑτέρων πειθ
ἐνέργειαν περὶ Θεοῦ,
ναι πιστεύειν, καὶ ἅμ
τον. Οἷς ἀνθιστάμενο
ριος (3), « Τί ἄν, » φ
τὴν τὴν ἐνέργειαν, τὴ
οὐδ' ὑπόστασιν; Οὐκ
ὁμοίωμα (4). Τὸ δὲ
αὐτὸ πάντως ἐστίν. Α
τερατεία, τὸ πιστεύει
B ὄντι ὅμοιον οὐκ ἔστι
τῶν ἁπάντων γένοιτ' ἄ
τοῦ νέου τουτουῒ δυ
μὲν τοσαύτην Ἐκκλησ
συνελαύνοντος, νῦν δ'
συνήθους αὐτῷ φιλ
τὸν διδάσκαλον αὐτο
ἔλθῃ;

IB'. Τῆς τοιαύτης
ὅ φησιν αὖθις αὐτὸς
ἐπὶ τοῦ ὄρους θεότητο
ἐξ ἀμαθίας, ἢ μᾶλλον
C ἀλλόκοτον καὶ ἔκφυλο
πεδον θεοτήτων διαφ
ὅρος, ἁμιλλωμένων ἀ
σεως ἕνεκα · μήπω μ
τὴν καθαρὰν καὶ ἀνα
τὴν αἰνιγματώδη, κ
μήπω φανέντα κηρύτ
πολλαχόθεν, οὐχ ἧττο
λῳδῷ καὶ θείῳ ἐπῆει
σκοντι) τῆς ταφῆς σο
θύνας. » Καὶ αὖ ἐξ
περὶ τοῦ Πάσχα λέλεχ
μεθ' ἡμῶν ὁ Λόγος ἐν
καλύπτων καὶ διδάσκ
Καὶ πάλιν (6) · « Ἐ
D [P. 697] τοῦ μαρτυρ
Θεὸς παρέδειξε, καὶ
ἐτελείωσε. » « Καὶ ἄ
μος, « παρ' ἀνθρώπο
φύσεως ἀπαστράπτο
παρὰ πρόθεσις κολο
ἐν τούτοις, ὥσπερ δ

Variorum notæ.

(3) Gregor. Nyss., lib. II *Contra Eunom.*, tom. II, pag. 473. CAPPERONN.

(4) Scilicet paulo supra dixerat Eunomius apud S. Gregorium loco citato, Υἱός ἐστιν εἰκὼν καὶ σφραγὶς τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας. *Filius est imago et sigillum operationis* [Dei] *qui est omnipotens*. CAPPERONN.

(5) Gregor. Nazia pag. 692. CAPPERONN.

(6) Idem, orat. 42, PERONN.

θειαν κρυπτομένην συμβολικῶς ὑπεμφαίνουσα. Εἶεν.

A « sub » emollitivam et castigativam loquendi rationem innuit, et tanquam per velamen absconditam veritatem symbolice subindicatam fuisse declarat. Sit ita sane.

CAPUT III.

Α'. Ἐμοὶ δὲ καὶ μάλα ἐθέλοντι τῶν ἐκεῖ λαληθέντων πάντα διεξιέναι καθ' ἕκαστα, τάς τε ἐκδρομὰς τῶν λόγων ἐκείνων καὶ τὰς ἀγχιστρόφους τῆς μάχης ἐκείνης μεταβολάς, καὶ τὰς κατὰ στόμα τῶν ἀντιθέσεων ἀπαντήσεις· καὶ ὅπως, καθάπερ ἐν ἐρημίᾳ λυσσῶντες κύνες, κυκλώσαντες μονωθέντα με κατὰ ταυτὸν, ὁ μὲν κατὰ τῶν ἐμῶν ὠθεῖν ἠπείγετο στέρνων τῆς ἀσεβείας τὸ ξίφος, ὁ δὲ τὰ τῶν ὀπισθίων μοι κράσπεδα σφόδρα ἐπιβούλως παρέσπα καὶ παρέῤῥηγνυ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν μετὰ τῆς γλώττης ἑκάτερος ὅλον ἀνθεῖλκε τὸν νοῦν ἡμέτερον· καὶ συνελόντι φάναι, τοὺς συχνοὺς καὶ ἐπαλλήλους ἐκείνους ἱδρῶτας, οὓς ἀπαθῶς ὁ τῶν ἀδήλων μόνος ἔβλεπεν ὀφθαλμὸς, διεξιέναι καθ' ἕκαστα βουλομένῳ μοι αἱ τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες οὐκ ἐνεδίδουν. Διὸ παραιτεῖσθαι βουλόμενον δι' αὐτό γε τοῦτο, καὶ πρός γε διὰ τὴν πάλαι τοῦ Καβασίλα φιλίαν ἐκείνην, ἐκπομπεύειν οὐ μάλα ἐθέλων, ὁπόσα κἀκείνῳ κατὰ τῶν πατρίων τηνικαῦτα ἐθῶν καὶ δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας λελάληται δύσφημα δι' ἀμαθίαν (οὐ γὰρ ἄν ποτε φαίην ἐγὼ, μοχθηρίαν ψυχῆς) ἐμποδὼν οἱ φίλοι μοι σφόδρα καθίσταντο. Διὸ καὶ μικρὸν ἀναπνεύσας ἀνελάμβανον αὖθις ἐμαυτὸν, καὶ ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τῆς διηγήσεως ἀνῆγον τὸν λόγον, ἐκεῖνα μεταξὺ παραλείπων, ὅσα τὸ πρότερον ἔτος (7) ἡμῖν λεπτότερόν τε καὶ τεχνικώτερον ἐν τοῖς Ἀντιῤῥητικοῖς ἐκδέδοται, ἢ μᾶλλον ἃ τὴν τοῦ Παλαμᾶ στηλιτεύει κακίαν ἐς τἀκριβέστερον.

I. Jam vero volebam equidem quæcunque illic dicta sunt, sigillatim recensere, sermonum illorum excursiones, subitas illius pugnæ mutationes, adversariorum oppositiones, quæ coram et in os occurrebant; quomodo, ceu rabidi canes, ambo simul me solitarium circulatim illi concluserint, ita ut alter meum in pectus impietatis ensem adigere B festinaret; alter vestium, quas a tergo gestabam, fimbrias insidiosissime avelleret ac dilaceraret; quomodo etiam uterque totam meam mentem ad se cum lingua diversas in partes vicissim traheret. Verbo dicam : erat in animo sigillatim enumerare multos illos, quibus continenter manabam, sudores, quos absque ulla passione solus vidit oculus divinus, qui arcana cuncta perspicit : **1112** sed narrationem persequi capitis dolores non sinebant. Unde cum eam ob causam in hoc excusatum me vellem, et præterea ob antiquam illam, quæ mihi cum Cabasila intercesserat, amicitiam, velut ad pompam evulgare nollem, quascunque adversus patria et antiqua Ecclesiæ instituta et dogmata blasphemias, ob imperitiam (nunquam enim dixe- C rim, ob improbitatem) protulisset; valde obstiterunt amici, quominus institutam narrationem interrumperem. Hinc ut paululum respirare mihi datum est, et me statim recepi; tum ad primum narrationis vestigium orationem revocavi, iis interim prætermissis, quæcunque minutatim anno proxime elapso subtilius, et magis ad vulgares disputandi regulas, in Antirrheticis nostris edidimus, sive potius quæ Palamæ improbitatem accuratius proscribunt

Β'. Πρῶτον μὲν οὖν ἀναλαβὼν ἐξεθέμην εἰς προὖπτον τῶν Παλαμικῶν δογμάτων ἐκεῖνα, ἃ τηνικαῦτα Καβασίλᾳ προενεγκεῖν εἰς αὐτοῦ συμμαχίαν συμπέπτωκεν· ἵν', ὥσπερ οἱ τοξόται κατὰ σκοπὸν, καὶ ἡμῖν ἀσφαλῶς τοξεύειν προσγίγνηται. Ἔχει δ' οὕτως ἐν ταῖς διανοίαις καὶ λέξεσιν ἀμεταποίητα πάντα παντάπασιν. « Ἑρμηνεύων ὁ προφήτης καὶ διακρίνων, τί τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τοῦτο, Πνεῦμα, φησὶ, σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ· ὥστε ταῦτ' ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ἴδοις δ' ἂν καὶ τὸν μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον τοῦτ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι δεικνύντα [P. 698] τὰ ἑπτὰ πνεύματα

II. Primo itaque param in medium rursus adduxi ea Palamæ dogmata, quæ tunc ad ejus defensionem Cabasilas protulerat, ut sagittariorum more ad scopum tuto collimaremus. Sic autem habent citra ullam immutationem Palamæ verba et sententiæ. « Explicans propheta et distinguens, quid sit hic Spiritus Dei : Spiritus, inquit, sapientiæ et intel- D lectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, spiritus timoris Dei [1] : adeo ut hæc omnia sint Dei Spiritus. Videas autem quomodo etiam Gregorius, qui magnum sibi ob theologiam nomen fecit, declaret hos septem spiritus ipsummet sanctum esse Spiritum, ut sermone in

[1] Isa. xi, 1.

Variorum notæ.

(7) Gregoras Acta synodi Palamiticæ et suam hanc cum Cabasila disputationem descripsit anno Christi 1352, mensibus Julio et Augusto. Libros *Antirrheticos*, priores quidem, condiderat antequam Cantacuzenus occupato Byzantio rerum potiretur, hoc est, ante ann. 1347; posteriores vero non edidit, nisi anno demum 1355, ut in ejus Vita dictum est. Itaque hoc loco τὸ πρότερον ἔτος, quo significat editos a se libros *Antirrheticos*, non potest esse *annus proxime clapsus* : nisi *Antirrheticos* priores semel quidem ante ann. 1347, iterum autem ann. 1351 editos ponamus : id quod minus verum puto. Malim igitur τὸ πρότερον ἔτος interpretari *primo* vel *priore anno*, ut intelligatur annus primus susceptæ adversus Palamam disputationis, non autem novissimus, seu proxime elapsus. Sic idem Gregoras, *Hist.*, lib. xxi, pag. 625 E, προτεραίαν vocat eum diem, qui primus fuit, non qui proxime præcessit. Vide notas ad eam paginam, ubi et simile aliud exemplum affertur. BOIVIN.

sanctam **1113** Pentecosten nobis innuit his verbis : Sanctus hic Spiritus prædicatus quidem fuit, etc. » Et paulo post : « Et certe unam e sancti Spiritus operationibus, in Evangelio quidem secundum Lucam, Dei digitum vocat Dominus; in Evangelio autem secundum Matthæum Dei Spiritum appellat. Porro quo in spiritu Dominus dixit a se dæmonia ejici, nisi in sancto Spiritu? Ergo e gratiis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit, una est Spiritus sanctus. Quod si de una dicitur, de cæteris quoque dici poterit. » Et iterum : « Hæc, inquit, sufficiunt ut persuadeatur, neque creatam esse Spiritus sancti gratiam, et operationem, quæ accipitur et datur iis quos ea donare Deus voluerit (hic enim est Spiritus sanctus), neque etiam esse Spiritus sancti substantiam. Nemini quippe Deus suam largitur substantiam. » Et post pauca : « Ergo qui divinæ naturæ fulgorem, cujus participes fiunt angeli Deo ministrantes, et per quem justi fulgebunt sicut sol, neque divinam neque angelicam esse substantiam asserit, is Deum inter et angelos quoddam lumen, quod neque Deus sit neque angelus, nequaquam statuit. Sed magnus Dionysius æternas participationes, principia, et universorum tum rationes tum prædefinitiones, quæ in Deo sunt, quasque angeli pariter ac homines participant, divinam aut angelicam esse substantiam pernegat. Cum vero fulgorem, de quo loquimur, plurali numero fulgores efferat, ostendit eos divinam non esse substantiam. Hæc enim **1114** nunquam plurali numero effertur. Sed quia eosdem divinos fulgores principii ac finis expertes appellat, increatos esse demonstravit. » Et iterum : « Quid igitur? times ne compositio in Deo admittatur, si divinæ operationes increatæ sint et dicantur? Multo magis time, ne Deum in creaturarum numero reponas, dum naturales ejus operationes creatas esse arbitraris. Quid igitur? nonne supremæ Trinitatis supposita multa sunt et increata? Quomodo ergo non sunt multi dii, vel quomodo propterea Deus unus compositus non est? Numquid ea etiam supposita unum et idem esse cum Dei substantia et ab ea plane indistinctum quid, ut et operationem, asseres? » Et iterum : « Nulla unquam nobis persuadebit oratio, ut divini Spiritus operationes, quas propheta septem summatim appellavit, inter creatas res collocemus. Porro divinarum et naturalium Dei operationum una est ipsum judicium, sicut ait Abraham : « Qui judicas omnem terram, non facies judicium [1]? » Num igitur Dei judicium e rerum crea-

[1] Gen. XVIII, 25.

A ταῦτα, ὡς κἀν τῷ εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν λόγῳ αὐτοῦ παρέστησεν ἡμῖν· Τοῦτο, λέγων, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκηρύχθη μὲν, καὶ τὰ ἑξῆς. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Καὶ μὴν τὴν μίαν τῶν τοῦ Πνεύματος ἐνεργειῶν ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις κατὰ μὲν τὸν Λουκᾶν δάκτυλον Θεοῦ, κατὰ δὲ τὸν Ματθαῖον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καλεῖ. Ἐν τίνι δὲ πνεύματι ὁ Κύριος ἐκβάλλειν ἔφη τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; Τὸ ἓν ἄρα τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων (8) Πνεῦμα ἅγιόν ἐστι. Εἰ δὲ τὸ ἓν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα. » Καὶ πάλιν· « Ἱκανὰ μὲν, φησὶ, καὶ ταῦτα πεῖσαι, μήτε κτιστὴν ὑπάρχειν τὴν διδομένην καὶ λαμβανομένην τοῖς κεχαριτωμένοις τοῦ Πνεύματος χάριν τε καὶ ἐνέργειαν (αὕτη γάρ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον), μήτε τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ Πνεύματος. Οὐδενὶ γὰρ ὁ B Θεὸς τὴν οἰκείαν οὐσίαν δίδωσι. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Ὁ τοίνυν λέγων τὴν λαμπρότητα τῆς θείας φύσεως, ἧς καὶ οἱ Θεῷ λειτουργοῦντες ἄγγελοι μετέχουσι, καθ' ἣν καὶ οἱ δίκαιοι λάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, μήτ' οὐσίαν εἶναι θείαν μήτ' ἀγγελικὴν, οὐ τὴν μεταξὺ Θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων φῶς, ὃ μήτε Θεός ἐστι μήτ' ἄγγελος. Ἀλλ' ὁ μέγας Διονύσιος τὰς προαιωνίους μετοχάς τε καὶ ἀρχὰς καὶ τοὺς ἐν Θεῷ τῶν ὅλων λόγους καὶ προορισμοὺς, ὧν ἄγγελοί τε καὶ ἄνθρωποι μετέχουσιν, οὐκ εἶναί φησιν οὐσίαν οὔτε θείαν οὔτ' ἀγγελικήν· πληθυντικῶς δὲ προενεγκὼν ταύτην τὰς ἐλλάμψεις ἔδειξεν οὐκ οὐσίαν οὔσας θείαν. Οὐδέποτε γὰρ ἐκείνη πληθυντικῶς προάγεται. Ἀνάρχους δὲ καὶ ἀτελευτήτους προσειπὼν ἀκτίστους ὑπαρχούσας ἔδειξε. » Καὶ αὖθις· C « Τί οὖν; σύνθεσιν δέδοικας ἐπὶ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐνεργειῶν ἀκτίστων οὐσῶν τε καὶ λεγομένων; πολλῷ μᾶλλον δέδιθι, μὴ κτίσμα ποιήσῃς τὸν Θεὸν, τὰς αὐτοῦ φυσικὰς ἐνεργείας ἡγούμενος κτιστάς· τί δαί; οὐχὶ τὰ ὑποστατικὰ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος, πολλὰ ὄντα, ἄκτιστά ἐστι; Πῶς οὖν οὐ πολλοὶ θεοὶ, ἢ πῶς οὐ σύνθετος διὰ ταῦτα εἷς; ἢ σὺ κἀκεῖνα ἓν καὶ ταὐτὸν ἐρεῖς τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ (9) καὶ ἀδιάφορον παντάπασι, καθάπερ καὶ τὴν ἐνέργειαν; » Καὶ πάλιν· « Ἡμᾶς δ' οὐδεμία ποτ' ἔσται λέξις ἀποχρῶσα πεῖσαι, τὰς ἐνεργείας τοῦ θείου Πνεύματος, ἃς ὁ προφήτης κεφαλαιωδῶς ἑπτὰ προσεῖπε, μετὰ τῶν κτισμάτων τάττειν. Τῶν δὲ θείων καὶ φυσικῶν ἐνεργειῶν τοῦ Θεοῦ μία καὶ ἡ κρίσις, καθὰ Ἀβραὰμ ἔφη· « Ὁ D κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν; » ἆρ' οὖν καὶ αὕτη τῶν κτισμάτων ἕν; ἆρα οὖν καὶ τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν; » Καὶ πάλιν· « Πῶς οὐκ ἄκτιστος ἡ χάρις, δι' ἣν καὶ οἱ μετεσχηκότες [P. 699] αὐτῆς ἄκτιστοι καὶ ἄναρχοι καὶ ἀτελεύτητοι καὶ ἀΐδιοι καὶ οὐράνιοι κατ' αὐτὴν παρὰ τῷ

Variorum notæ.

(8) Sic vocant theologi ea externa Dei dona, quæ potius ad cæterorum utilitatem dantur, quam ad emolumentum illius in quem conferuntur ; ut dona miraculorum, linguarum, etc. CAPPERONN.

(9) Videtur hic Palamas in p… gisse in eum errorem, qui abbati Joachimo tributus est, et in concilio Lateran. IV. sub Innocent. III, anno Domini 1215 damnatus : quod nempe tres personæ divinæ, non tantum inter se, sed et ab essentia divina realiter distinguerentur. Hoc autem catholicæ fidei maxime adversatur. Nam in hoc præcipue stat sanctissimæ Trinitatis mysterium, quod una sit omnino natura, et tres personæ realiter distinctæ : quæ tamen ab unica illa natura realiter non distinguantur. CAPPERONN.

Πατέρων προσηγορεύθησαν; » Καὶ πάλιν· « Ἀλλ' ἐπεὶ πολλὰς καὶ διαφόρους ὑποστάσεις καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας ὁ Θεὸς ἔχει, εἰ μὴ ἕν τι τὸ αἴτιον ἐν αὐταῖς, πολλαὶ καὶ διάφοροι ἔσονται ἀρχαὶ τῆς θεότητος. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Ὁ μὲν Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός· αἱ δὲ δυνάμεις καὶ ἐνέργειαι ἐκ τῆς μιᾶς τρισυποστάτου φύσεως. Καὶ γὰρ οὐχ ἡ οὐσία ἐκ τῆς σοφίας, ἀλλ' ἡ σοφία ἐκ τῆς οὐσίας. » Καὶ πάλιν· « Πῶς δὲ καὶ κτιστὸν, τὸ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου μὴ ἐκτισμένον, ἀλλ' ἡτοιμασμένον (10); » Καὶ πάλιν· « Ποῖος βάσκανος δαίμων τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τολμηρῶς ἐπεισήγαγεν, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, ἐνοικοῦσα τοῖς κτίσμασι, τοὺς καθαιρομένους καθαίρει, καὶ τοὺς ἁγιαζομένους ἁγιάζει; » Καὶ ἐπὶ τούτοις, περὶ τῆς θείας μεταλήψεως (11) καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος, ὅσα καὶ ἀνωτέρω που δεδηλώκαμεν.

A tarum numero erit? Ergo et suum Deus judicium judicabit? » Et rursus: « Quomodo increata non esset illa gratia, per quam qui ejus participes facti sunt, increati, principii et finis expertes, æterni et cœlestes ob eam a sanctis Patribus fuerunt appellati? » Et rursus : « Sed quoniam multas diversasque hypostases et virtutes et operationes habet Deus, nisi in iis una quæpiam esset causa, multa et diversa forent divinitatis principia. » Et paulo post : « Filius quidem et Spiritus sanctus ex Patre procedunt : at virtutes **1115** et operationes divinæ ex unica, quæ tribus in personis subsistit, natura profluunt. Etenim non ex sapientia procedit substantia : sed ex substantia manat sapientia. » B Et iterum : « Quomodo creatum esset illud, quod a constitutione mundi non creatum, sed paratum dicitur? » Et rursus : « Qualis dæmon invidus hoc in Dei Ecclesiam dogma invehere ausus est? quod nempe Dei substantia, in creaturis inhabitans, mundet eos qui mundantur, et eos qui sanctificantur sanctificet. » Ad hæc adduxit impia illa, quæ de divinæ Eucharistiæ participatione et divino Baptismate dogmata propugnavit Palamas, et quæcunque supra declaravimus.

Γ. Ἀλλὰ γὰρ ἡμεῖς ἐνταυθοῖ τὰ καιριώτερα τῶν ἀτόπων, ἃ τοῖς δυσὶν ἐκείνοις ἀνδράσιν, ἐκ μόνων δυοῖν Παλαμικῶν ἀναλεξαμένοις λόγων, εἰς ἀντίπαλον προενεγκεῖν καθ' ἡμῶν τηνικαῦτα συμπέπτωκε, κατὰ τὸ ἀπαράλλακτον ἐξεθήκαμεν ὡς ἐν κεφαλαίῳ. Ὧν γὰρ ἔργον καὶ μόνον ἀκούειν, ἤπου διεξιέναι καθ' ἕκαστον ἐργωδέστατον ἅπαντα· καὶ οὐδὲ πολλοῦ ἂν δεῖν οἶμαι χρῆμα τουτὶ πονηρὸν νομισθῆναι, καὶ ἴλιγγον ἐμποιοῦν ἀκοαῖς εὐσεβείᾳ συντεθραμμέναις, καὶ μηδὲν μηδαμῆ τῶν πατρίων δογμάτων ἐκτὸς εἰθισμέναις ἀκούειν. Ἔξεστι δ', οἷς ἂν ὀρθῶς ἐξείη, σκοπεῖν κἀκ τούτων, ὡς εἰ μικρὸν μέρος δυοῖν τῶν ἐκείνου λόγων τοσαύτας ἔχει τὰς ἀτοπίας, καὶ ταῦτα ἐκ τοῦ παρήκοντος τοῖς θιασώταις ἐκείνου λεχθὲν, πόσας ἄν τις καὶ οἵας εἶναι λογίσαιτο πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ὑπὲρ ἑξήκοντα οὖσι (12); Πολύχους γὰρ ἐν κα-

III. Sed hic præcipuas ineptias, quas duo illi viri ex duobus duntaxat Palamæ libris contra nos tunc pugnando protulerunt, summatim ut se habebant sine ulla prorsus mutatione exposuimus. Nam quæ vel audire solummodo est onerosum, hæc certe omnia sigillatim dicendo percurrere, longe operosissimum fuerit; nec multum abesse puto, quin id malum esse videatur et quamdam quasi vertiginem afferre innutritis pietati auribus, quæ nihil a patriis C et antiquis dogmatibus alienum audire solent. Porro (quod facile ex prædictis animadvertent, qui recto ad hoc perpendendum judicio pollent) si duorum Palamæ librorum particula, obiter ab ipsius gregalibus prolata, tot ineptias continet; quot et quales putarit quispiam in cæteris illius libris, quos plus sexaginta scripsit, contineri? Cum enim in

Variorum notæ.

(10) Alludit Palamas ad Matth. cap. xxv : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* CAPPERONN.

(11) Ita Græci vocant sacræ Eucharistiæ sumptionem : quia ut belle habet S. Joan. Damasc., lib. IV *Orthod fid.*, δι' αὐτῆς τῆς Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν· *Per eam Christi divinitatis participes efficimur.* Differunt autem apud Græcos interdum μετάληψις et μετάδοσις. Quippe μετάληψιν vocant sanguinis, μετάδοσιν vero corporis dominici communionem. Unde in imaginibus quæ depingi solent in sacri altaris conchis, Christus effingitur sacræ mensæ assidens manibus in crucem decussatis : dextra quidem, cui vox μετάληψις inscripta est, calicem; sinistra, ubi vox alia μετάδοσις legitur, panem sanctum porrigens. Hinc in liturgia, Chrysostomi nomine inscripta, μετάδος μοι, δέσποτα, τὸ τίμιον καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Κυρίου, *Domine, impertire mihi honorabile ac sanctum Domini corpus.* Et postea, καὶ μετὰ μετάληψιν σπογγίζει τῷ καλύμματι τὸ ἅγιον ποτήριον, *Et post participationem* [*sacri sanguinis*] *abstergit velamine sanctum calicem.* Μετάληψις sumitur etiam de perceptione τοῦ ἀντιδώρου, seu *panis benedicti.* Pachymer., lib. v, cap. 8 : Ἐν μεταλήψει δὲ θείου ἄρτου ὃν ἀντίδωρον λέγουσι, *In perceptione divini panis quem vocant* ἀντίδωρον, id est, *Eucharistiæ supplementum;* denique de perceptione aquæ benedictæ, Euchołog. Allatian. Πάντων δὲ μεταλαμβανομένων καὶ ἁγιαζομένων ἐκ τῶν ἁγιασμάτων· *Cum omnes participarent aquam benedictam atque sanctificarentur.* CAPPERONN.

D (12) Palamas orationes scripsit multo plures quam sexaginta. Exstant in uno codice Regio (is est codex 2404) homiliæ variaque ejus opuscula plus septuaginta. Exstant et in aliis codicibus non pauca alia. Gregoras hoc loco de Palamæ orationibus iis tantum loqui videtur, quæ de rebus controversis scriptæ erant. Earum multas continet codex Regius 2409. In iis sunt : I. *Libri contra Acindynum decem continui;* qui omnes, exceptis tribus, ἀντιῤῥητικοὶ inscribuntur. II. Libri duo Apologetici : primus περὶ θείων ἐνεργειῶν καὶ τῆς κατ' αὐτὰς μεθέξεως. Secundus περὶ θείας καὶ θεοποιοῦ μεθέξεως, ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφυοῦς ἁπλότητος. III. Liber singularis, ὅτι Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνός εἰσιν οἱ διχοτομοῦντες κακῶς ὄντως καὶ ἀθέως εἰς δύο ἀνίσους θεότητας τὴν μίαν. IV. Dialogi duo. Primus *Orthodoxi cum Barlaamita.* Secundus *Theophanis Orthodoxi cum Theotimo ex Barlaamita.* V. *Refutatio eorum quæ Acindynus contra Palamam scripserat.* In hoc

malis profundendis vir iste sit uberrimus, et artis A regulas longe prætergressus fuerit, integras libellorum quasi legiones, quæ illi sponte ac ultro fluunt, potest evomere. **1116** Hæc tamen iis qui sinceram incorruptamque nutriunt conscientiam, sufficiunt, ut demonstretur :

IV. Primum, quomodo non unum esse sanctum Spiritum, neque septem tantummodo; sed plus etiam septuagies septem spiritus esse statuat, quorum unus sit sanctus Spiritus. Secundo, qua ratione magnum in theologia Gregorium absque horrore ullo calumnietur, et e divinis evangelistis Lucam et Matthæum, quasi Dei digitum appellarent non sanctum Spiritum, sed aliud quidpiam a divina substantia, et unam operationem ex infinitis ac diversis, quas Palamas inducit, operationibus. Tertio, quomodo Deum inter et angelos novum quoddam et proprium genus ponat increatarum operationum, quas Dei fulgorem et lumen ineffabile nominat. Qua in re magnum Dionysium calumniatur, quem sibi adstipulari ostendit; saltem quantum attinet ad hoc divinarum operationum genus, quod principii expers atque increatum esse affirmat. Quarto, quomodo cuilibet homini facile atque, ut ita loquar, in proclivi esse doceat, ut, modo voluerit, increatus et expers principii subito fiat; quandoquidem e copiosis atque arcanis fontibus tantæ munificentiæ rivus absque ullo strepitu promanat. Quinto, quod præparatum est, hoc etiam increatum a Palama prædicari; adeo ut inde neces- C sario concludatur, increatum esse illum quoque ignem, quem diabolo Deus præparavit. Sexto, quomodo non solum increatas hasce operationes multas atque a Dei substantia distinctas esse asserat : sed etiam tres divinæ naturæ hypostases multas et a divina substantia distinctas esse statuat : et confuso paululum **1117** ac perturbato sermone usus hypostases quidem vocet multas illas atque infinitas operationes, et vice versa multas appellet eas ipsas hypostases, quas ad hanc usque diem tres et solas, juxta patriam et antiquam doctrinam, audire et colere omnibus orthodoxis licuit. Septimo, quomodo de sancta Eucharistiæ participatione deque divino baptismo nefanda et impia isti Palamitæ fuerint prolocuti.

V. Hæc autem sigillatim a nobis, si non omnia,

A κεῖς ὁ ἀνὴρ, καὶ τεχνικοῦ κανόνος ὡς πορρωτάτω λεγεῶνας ὅλους δυνάμενος ἐξεμεῖν λογαρίων ἐξ αὐτομάτου. Ὅμως ἱκανὰ καὶ ταυτὶ τοῖς τὸ συνειδὸς ἀδέκαστον τρέφουσι, δεῖξαι·

Δ'. Πρῶτον μὲν, ὅπως οὐχ ἓν εἶναι δογματίζει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ μεντἂν οὐδ' ἑπτά τινων ἕν, ἀλλὰ τῶν γε ὑπὲρ τὰ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Δεύτερον δ', ὅπως ἐν τούτοις οὐ φρίττει διαβάλλων τόν τε μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, καὶ ἅμα τῶν θείων εὐαγγελιστῶν Λουκᾶν καὶ Ματθαῖον, [P. 700] δάκτυλον Θεοῦ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγοντας, ἀλλ' ἕτερον τῆς οὐσίας καὶ μίαν τῶν ἀπείρων καὶ διαφόρων ἐνεργειῶν ἐνέργειαν. Τρίτον δ', ὅπως μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων B καινόν τι καὶ ἴδιον ἀκτίστων τίθησι γένος ἐνεργειῶν, λαμπρότητα Θεοῦ καὶ φῶς ἄῤῥητον ὀνομάζων, ἐν οἷς καὶ τὸν μέγαν διαβάλλει Διονύσιον, συμφωνεῖν αὐτὸν αὐτῷ προβαλλόμενος, ἕς γε τὸ ἄναρχόν τε καὶ ἄκτιστον εἶναι γένος τουτί. Τέταρτον δ', ὅπως ἐστί ποτ' ἀνθρώπων ἀκτίστῳ γε ἐκ τοῦ σχεδὸν ἐθέλοντι γίνεσθαι καὶ ἀνάρχῳ ῥᾷστον καὶ ὡς ἐπὶ πρανοῦς εἰπεῖν, ἐξ ἀφθόνων καὶ ἀποῤῥήτων πηγῶν ἀψοφητὶ καταφερομένου τοῦ τῆς τοσαύτης χορηγίας ῥεύματος. Πέμπτον, ὅτι τὸ ἡτοιμασμένον ἄκτιστον δογματίζει, ὡς ἐντεῦθεν ἀνάγκην εἶναι καὶ, ὃ τῷ διαβόλῳ ἡτοίμασε πῦρ ὁ Θεὸς, ἄκτιστον εἶναι. Καὶ ἅμα ἕκτον, ὅπως οὐ μόνον τὰς ἀκτίστους ταύτας ἐνεργείας πολλὰς καὶ διαφόρους εἶναί φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰς τρεῖς C τῆς θείας φύσεως ὑποστάσεις πολλὰς καὶ διαφόρους εἶναι νομοθετεῖ (13)· καὶ μικρόν τι συγχέας τὸν λόγον ὑποστάσεις μὲν ὀνομάζει τὰς πολλὰς ἐκείνας καὶ ἀπείρους ἐνεργείας, καὶ τοὔμπαλιν πολλὰς τὰς ὑποστάσεις, ἃς ἄχρι καὶ τήμερον δόγμα πάτριον τρεῖς γε καὶ μόνας ἅπασιν ἀκούειν καὶ σέβειν ἅπασιν ὀρθοδόξοις ἐνῆν. Ἕβδομον, ὅπως καὶ περὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος τἀνόσια τούτοις λελάληται.

Ε'. Εἰρήσεται δέ γε καθ' ἕκαστον, εἰ μὴ πάντα,

Variorum notæ.

opusculo proponuntur primum Palamæ verba; deinde ea quæ Acindynus contra objecit; tum denique ea quæ Palamas contra reposuit. VI. *Epistolæ seu potius Orationes dogmaticæ, apologeticæ et antirrheticæ variæ ad varios.* Continet præterea idem codex *Delectum testimoniorum ex S. Scriptura et ex Patrum libris excerptorum et in capita seu hypotheses sexdecim distributorum*; item *Narrationem disputationis coram imperatore inter Palamam et Gregoram habitæ in Palatio*; nec non *Iambicum poema contra Acindynum.* Quæ omnia vel Palamas ipse, vel insignis aliquis Palamita, elucubravit. In codice 2404 duæ sunt homiliæ de re controversa, nempe *de Thaborio lumine*, quod et increatum et a substantia divina diversum Palamas statuit. In codice 2452 Gregorio Palamæ, tanquam auctori, tribuuntur *Capita CL physica, theologica, moralia et practica contra Barlaamiticos errores*; item *Interrogationes* D *et responsiones, de iis qui propriam mentem intra corpus conantur perspicere, an recte agant.* Vide *Historiam Litterariam* Guil. Cave, partis II, pag. 507 et 508. Omitto quæ in aliis codicibus Regiis sparsa et disjecta reperire est. Asservantur in bibliotheca Seguieriana tres tomi Operum Gregorii Palamæ. Sed ad eam bibliothecam aditus non patet. BOIVIN.

(13) *Tres divinæ naturæ hypostases [a divina substantia] distinctas esse statuit.* Ita intelligendum esse Gregoram patet, tum quia non posset Palamæ simpliciter exprobrare divinarum hypostaseon pluralitatem, et distinctionem; tum quia supra Palamas negabat, τὰ ὑποστατικὰ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἓν καὶ ταυτὸν εἶναι τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ, *supremæ Trinitatis personas esse unum et idem cum Dei substantia.* CAPPERONN.

τὰ γοῦν πλείω, μεθ' ὧν ἀντιῤῥήσεων τούτοις καθήκει, A οὐχ ὅσας καὶ οἵας αὐτοῖς ἀντεστήσαμεν τότε, σὺν ᾠδῇ μυρία τῶν θείων λογίων ἀγωνιστικώτερον ἐπιόντες, ὁπόσα ὁ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας πάλαι ὕμνησε χορὸς, ἀλλ' ἃ κατὰ τὸ ἐπιτρέχον ἡ μνήμη σχεδιάζουσα ἡμῶν χορηγήσει τῇ γλώττῃ· οὔκουν δι' ἔνδειαν ἀφορμῶν ἀντιπάλων (τοῦτο γὰρ οὐδέ του τῶν ἐναντίων λέγειν τολμῶντος, οἶμαι, δεήσει ποτὲ), πῶς γάρ; ἀφθονίας μακρᾶς προκειμένης ἡμῖν, ὁπόσην ἐμοὶ τῶν ἁγίων βίβλοι κατὰ τὸ δαψιλὲς ἐπαντλοῦσι. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐνίοις, πρὸς λόγων ἀγῶνας ἰοῦσιν, ἐξ ἀποριῶν ἀπορίας ἐνίοτε ἀντλεῖν περιγίνεται, ὃ καίριον εἴποιεν ἥκιστα ἔχουσιν· ἐμὲ δ' ἐξ ἀπορίας μακρᾶς εἰς ἀπορίαν μακρὰν καινόν τινα καὶ παράδοξον περιίστησι τρόπον τὸ τῶν περιόντων ὅπλων πλῆθος, καὶ βελῶν καὶ τόξων [P. 701] καὶ B δοράτων (φάναι) παντοδαπῶν, εἰς ἄμυναν τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν. Ἀπορεῖν γὰρ ἔμοιγε φαίη τις ἂν ἴσως νῦν περιεῖναι, οὐχ ὁποίων ἂν εὐποροίη ἀφορμῶν ἐς τὴν τοῦ λέγειν παρασκευήν· ἀλλ' ὁπόσας ἂν ἁγίων καὶ οἵας ἂν παραλιπὼν συμμαχίδας γραφὰς, μέρους λαβόμενος βραχυτάτου καὶ ἀποχρῶντος πρὸς ἔνδειξιν τῆς τῶν ἐχθρῶν ἀῤῥωστίας, ἀπαλλαγῆναι γένοιτ' ἂ νὲν βραχεῖ.

A pleraque saltem exponentur; quibus congruas etiam subjungemus refutationes, non quot et quales magis ad pugnam accommodatas tunc opposuimus, cum multis sacrarum Scripturarum oraculis veluti concentum fecimus, recensitis etiam omnibus, quæ sanctorum Ecclesiæ doctorum chorus olim cecinit: sed quæcunque obvia solummodo linguæ nostræ memoria ex tempore suggesserit: non quod argumentis, quibus oppugnemus adversarios, careamus (quod quidem dicere nonnullus, opinor, adversariorum nostrorum semper audebit), qui enim istud fieri posset? cum ingentem argumentorum copiam sepositam habeamus, quantam mihi sanctorum Patrum libri abunde suppeditant. Nam aliorum quidam, dum in disputationis arenam descendunt, B difficultates alias ex aliis exhauriant aliquando necesse est, quia quid præcipuum atque idoneum proferant, minime reperire possunt: me vero e magna difficultate in magnam difficultatem nova quadam et inopinata ratione conjiciunt arma, ut ita loquar, omnis generis, hastæ, arcus, tela, quæ ad expugnandos veritatis hostes multa mihi suppetunt. Jam enim dixerit quispiam, ad maximas me dubitationis **1118** angustias esse redactum, non quidem qualia consecter argumenta, quibus ad dicendum paratus et accinctus abunde videar: sed potius quot et qualia sanctorum Patrum testimonia, quæ plurimum causæ meæ patrocinantur, omittam; ut minimam eorum partem, quæ adversariorum imbecillitati demonstrandæ par sit, seligam: et sic breviter hac tota, quam suscepi, disputatione defungar.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΪΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΚΔ'.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER VICESIMUS QUARTUS.

—

Gregoras cum Cabasila et anonymo theologo disputare pergit.

—

CAPUT PRIMUM.

Α'. Ἐμοὶ δ' ὃ κἀν τοῖς πρόσθεν πολλάκις δεδρακέναι γέγονε, μετρίων διὰ μῆκος ἁπτομένῳ, καὶ ὅσοις ἀφοσιοῦσθαι τὸ τῆς ἀληθείας κράτος ἐνῆν, τοῦτο δὲ κἀνταῦθα δρᾷν οὐκ ἔγωγ' ἂν ὀκνήσαιμι. Τί γὰρ δεῖ πανοπλίας ἐνταῦθα καὶ σπουδῆς πολεμικῆς, τῆς τῶν ἀγώνων παραῤῥυείσης ὥρας, καὶ μαρανθέντος τοῦ ὑπεκκαύματος, καὶ τῶν τότε ἀντιβαινόντων καὶ τὸ C

1119 I. Quod sæpe mihi supra facere contigit, ut ob rerum dicendarum multitudinem pauca solummodo delibarem, quantum nempe ad comparandam veritati, cujus defendendæ officio defungebar, victoriam sufficeret; idem me hoc etiam in loco facere non pigebit. Nam quid hic armatura universa opus est aut bellico studio, ubi jam certaminis tempus

effluxit, ejusque suscitabulum prorsus exstinctum est, neque modo quidquam esse potest eorum, quæ tunc nobis obsistebant et ignem irascentis animi accendebant? Abunde vero pleraque supra, quantum ut opinor satis erat, commemoravimus. Unde mihi superflua et supervacanea res videtur, **1120** neque satis procul ab inutili remota, de iisdem eadem semper verba versare, et aliorum aures obtundere. Nec enim, ut illi tunc multa cæca et sterilia effutierunt, quæ omnia in easdem ineptias veluti præcipitant, ita mihi quoque hac in pugna multorum auxilio opus fuerit. Sed quemadmodum certaminis illius tempore ipsos in suum præcipitium paucis detrusi, et sic eo defunctus sum; ita nunc longe potiori ratione, cum disputationis æstus deferbuerit, pauciora quam pro illius temporis necessitate proferre mihi licebit: nec ullus omnium dicere merito poterit, me animi studio ac voluntate non satis promptum fuisse, licet iis qui ista legent, reipsa persuasero ut hæc evidenter perspiciant. Et certe stultum valde fuerit, eodem semper modo eadem repetere, quæ prius a nobis dicta in promptu est quibuslibet conspicere. Quantum enim necesse est, ut illi adversarii dicta sua indesinenter varient, ob eorum quæ proferunt infirmitatem; tantum necesse habemus ob dictorum nostrorum firmitatem et robur, cætera silentio prætermittere; eo fere modo, quo testibus nullis indigent ii, qui quæ agunt luce et palam fulgente sole faciunt; quandoquidem ipsæ per se res ultro, ut ita dicam, veritati testimonium perhibent: contra vero qui in tenebris et profundæ noctis caligine studii sui fundamenta præcipitanter jaciunt, ii recte conspicere non possunt, neque unde incipiat, neque [...] desinat suppositum operis sui fulcimentum.

A θυμούμενον τῆς ψυχῆς ἀναπτόντων, οὐκ ἐνὸν εἶνα[ι] μηδενὸς ἐν τῷ νῦν εἶναι. Ἄλλως τε κἀπειδὴ τῶν [...] πλειόνων ἔφθημεν ἀνωτέρω μνησθέντες μάλα [...] ἀποχρώντως, ὡς ἔμοιγε φαίνεται, περιττόν μοι [...] καὶ καὶ τῶν περιέργων οὐ μάλα τὸν πόδα κεκτημέ[-] νον ἐλεύθερον, περὶ τῶν αὐτῶν ταυτὰ στρέφοντα[ς] ἀεὶ τὴν ἀκοὴν ἀποκναίειν. Οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ὡς ἐκείνο[ις] δήπου τότε πλεῖστα μὲν εἴρηται, τυφλὰ δὲ πάντα [...] ἄγονα καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν τῆς ἀτοπίας ἄγοντα πάντ[α] κρημνὸν, οὕτω πολλῆς ἐνταυθοῖ κἀμοὶ δεήσει τῆ[ς] συμμαχίας. Ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐν τῷ τοῦ ἀγῶνος ἐκείνο[υ] καιρῷ διὰ βραχίων εἰς τὸν ἐκείνων ἐκείνους ὠθήσ[ας] κρημνὸν ἀπήλλαγμαι, οὕτω καὶ πολλῷ μᾶλλον [...] χίας οὔσης, νῦν μετριώτερον ἢ κατὰ τὴν τότ᾽ ἐκεί[νην ἀνάγ-] κην μνησθέντος, οὐκ ἂν εἴη φάναι οὐδενὶ τῶν ἁπάν-
B των, ὡς οὐχ ἱκανῶς τῆς προθυμίας καὶ βουλήσ[εως] ἔσχον ἐγὼ, κἂν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς αἰσθέσθαι σαφῶ[ς] τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐπεπείκειν. Ἃ γὰρ ἡμῖν [...] πρόσθεν εἴρηται καὶ ὁρᾷν τοῖς βουλομένοις πρόκειτα[ι] ἤπου πολλή τις ἂν εἴη ἄνοια, λέγειν ὁμοίως ἀεὶ [...] αὐτά. Ὅσον γὰρ τοῖς ἀντιθέτοις ἐκείνοις δεῖ τῶν [...] παραλλάξεων, δι᾽ ἀῤῥωστίαν τῶν ἀεὶ λεγομένων [...] τοῖς, τοσοῦτον ἡμῖν, δι᾽ εὐρωστίαν τῶν εἰρημένων, [...] πρὸς τὰ ἑξῆς σιωπᾷν. Παραπλησίως ὥσπερ, οἷς μ[ὲν] [P. 702] ἐν ἡλίῳ καὶ φωτὶ ὁρᾷν ἔνεστιν ἃ δρῶσι, [...] τοις δήπουθεν οὐδὲ μαρτύρων ἄν ποτ᾽ οὐδένων δεή[σει] αὐτῶν ἐξ αὐτομάτου (φάναι) τῶν πραγμάτων τὴν ἀλή-θειαν μαρτυρούντων· οἷς δ᾽ ἐν σκότῳ καὶ [...] ἀδήλοις ἔνεστι βυθοῖς ἐγκυβιστᾷν τοὺς τῆς σπουδ[ῆς]
C θεμελίους, τούτοις οὐκ ἔστιν ὀρθῶς συνορᾷν [...] ὅθεν ἄρχεται, οὐθ᾽ ὅπη τελευτᾷ τῶν δρωμένων [ἡ] βάσις.

1121 II. Et primo quidem de septem spiritibus, quos propheta super Dominum nostrum Salvatorem Christum requieturos esse affirmavit, nobis est disserendum; quoniam amicorum nostrorum optimus ille Cabasilas primum hoc veluti firmum illius dissertationis propugnaculum nobis objecerat. Hos itaque septem omnes omnino increatos et sanctos esse spiritus Palamas ejusque gregales decreverunt. Statim igitur possemus nulla prorsus alia re ad persuadendos auditores indigere, si prima aggressione ipsa hæc nostri Salvatoris in medium proferremus verba, quæ apostolis dixit: «Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [1].» Plurali numero spiritus efferre hic non permisit: alioqui, quomodo divinæ naturæ sarta tecta servaretur personarum Trinitas, si non unus, at plures essent Spiritus? Sed quia jamdiu obtinuit, ut summam breviloquentiam veluti proprio sibi jure Lacones ut plurimum vindicarent, litteratiores autem pluribus hoc in loco testimoniis opus habent, quibus adversarii accuratius refellantur; age um, nos etiam amicorum qui nos audiunt de-

Β᾽. Καὶ πρῶτόν γε δὴ λεκτέον ἡμῖν ἐστι περὶ τ[ῶν] πνευμάτων, ὧν ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμ[ῶν] καὶ Σωτῆρα Χριστὸν ἀναπαύσεσθαι ἔφησεν· ἐπε[ὶ] καὶ ὁ τῶν φίλων βέλτιστος ἡμῖν Καβάσιλας το[ῦτο] πρῶτον ἡμῖν ὡς ἰσχυρὸν ἐπεπράχει τῶν λόγων ἐκεί-νων πρόβλημα. Ταῦτα τοίνυν ἑπτὰ ὄντα ἄκτιστα [...] καὶ ἅγια πνεύματα δεδογμάτικεν ἅπαντα εἶναι κα[θ-] ἅπαξ ὁ Παλαμᾶς, καὶ οἱ θιασῶται. Ἦν οὖν ἐκ πρώ-της ἐπιβολῆς προαγαγόντας εἰς μέσον ἡμᾶς εἰπ[εῖν]
D τοῦ Σωτῆρος τὴν ῥῆσιν, ἣν τοῖς ἀποστόλοις εἰρήκ[ει] μηδενὸς τὸ παράπαν ἑτέρου δεήσεσθαι πρὸς πει[θὼ] τῶν ἀκροωμένων, λέγω δὴ τὴν, «Πορευθέντες μ[α-] θητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς [τὸ] ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύ-ματος.» Οὐ πληθυντικῶς γὰρ ἐνταῦθα πνεύματα [...] δοκεῖ λέγειν· ἢ πῶς ἂν τὸ τρισυπόστατον τῇ [...] φυλάττοιτο φύσει, πολλῶν καὶ οὐχ ἑνὸς τοῦ Πνεύμα-τος ὄντος; Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸ πάνυ βραχυλογεῖν [...] τοῖς Λάκωσιν ἐκλήρωσε χρόνος ὡς τὰ πολλὰ, [...] δὲ φιλολογωτέροις δεῖ πλειόνων ἐνταῦθα μαρτυρ[ιῶν] εἰς ἀκριβεστέραν τῶν ἐναντίων καθαίρεσιν, φέρε [...] ἡμεῖς τὰ τοῦ πόθου τοῖς φίλοις ἀποδῶμεν ἀκροατα[ῖς] ὄκνων ἐκλαθόμενοι πάντων. Μάξιμος τοίνυν ὁ θε[ῖος]

[1] Matth. XXVIII, 19, 20.

τάδε περὶ τῶν ἑπτὰ διέξεισι (14) πνευμάτων (15), ταυτὸν δ' εἰπεῖν, ἀρετῶν. « Καὶ ἐπαναπαύσεται, » φησὶν, « ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα· πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα ἐπιστήμης (16), πνεῦμα βουλῆς, πνεῦμα ἰσχύος, πνεῦμα φόβου Θεοῦ. Ἔστι δὲ ἴδιον τῶν πνευματικῶν τούτων χαρισμάτων· φόβου μὲν, ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν· ἰσχύος δὲ, ἡ πρᾶξις τῶν ἀγαθῶν· βουλῆς δὲ, ἡ τῶν ἀντικειμένων διάκρισις· ἐπιστήμης δὲ, ἡ τῶν καθηκόντων ἀνόθευτος εἴδησις· γνώσεως δὲ, ἡ κατὰ ἐνέργειαν τῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς θείων λόγων περίληψις· συνέσεως δὲ, ἡ πρὸς τὰ γνωσθέντα διόλου τῆς ψυχῆς συνδιάθεσις· σοφίας δὲ, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἀδιάγνωστος ἕνωσις· καθ' ἣν τοῖς ἀξίοις ἡ ἔφεσις ἀπόλαυσις γίνεται, μεθέξει ποιοῦσα θεὸν τὸν μετέχοντα, καὶ τῆς θείας αὐτὸν ὑποφήτην καθιστῶσα μακαριότητος, κατὰ τὴν ἀέναον πρὸς [P. 703] τοὺς δεομένους τῶν θείων μυστηρίων ἀνεκπόμπευτον προβολὴν καὶ διέξοδον. » Ἐξηγούμενος δ' αὐτὸς τὰ αὐτά φησι· « Τὸ πρὸς ἡμᾶς κατ' ἐνέργειαν πρῶτον ἀγαθὸν, ὅπερ ἐστὶν ὁ φόβος, τελευταῖον ἀπηριθμήσατο τῆς Γραφῆς ὁ λόγος, καὶ σοφίας ἀρχὴν ἀφ' οὗ κινούμενοι πρὸς τὸ τῆς σοφίας τέλος, τὴν σύνεσιν, ἀναβαίνομεν· μεθ' ἣν προσεχεῖς αὐτῷ γινόμενοι τῷ Θεῷ, μόνην τὴν σοφίαν τῆς πρὸς αὐτὸν ἑνώσεως μεσιτεύουσαν ἔχοντες· οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἐπιλαβέσθαι σοφίας τὸν μὴ πρότερον διὰ τοῦ φόβου καὶ τῶν διὰ μέσου λοιπῶν χαρισμάτων τήν τε λήμην τῆς ἀγνοίας καὶ τὸν τῆς κακίας κονιορτὸν ἑαυτῷ παντελῶς ἀποσεισάμενον. Διὰ τοῦτο Θεῷ μὲν προσεχῆ τὴν σοφίαν, ἡμῖν δὲ τὸν φόβον, ἡ γραφικὴ τάξις διέθηκεν, ἵν' ἡμεῖς εὐταξίας μάθωμεν ὅρον καὶ νόμον. » Ὁρᾷς ὡς ἀρετὰς, καὶ οὐχ ἅγια ταῦτα τίθησι πνεύματα.

A siderio faciamus satis, et omnem adeundi laboris metum oblivione conteramus. Divus itaque Maximus hæc de septem spiritibus seu (quod idem est) virtutibus disserit : « Et requiescent, inquit, super eum Christum septem spiritus; spiritus sapientiæ, spiritus intelligentiæ, spiritus cognitionis, spiritus scientiæ, spiritus consilii, spiritus fortitudinis, **1122** spiritus timoris Dei. Hæ sunt autem spiritalium horumce donorum proprietates. Timoris proprietas est abstinentia a malis. Fortitudinis, bonorum operatio. Consilii proprium opus est, adversarios nostros dignoscere. Scientiæ proprietas est genuina et sincera officiorum nostrorum notitia. Cognitioni propria est actualis comprehensio divinarum, quæ in virtutibus sunt, rationum. B Proprium intelligentiæ munus est, efficere ut anima rebus in universum cognitis assentiatur. Sapientiæ proprietas est ignota cum Deo unitio, per quam eorum qui digni habentur desiderium in fruitionem vertitur. Hæc enim sapientia Deum participative saltem facit eum, qui particeps ipsius efficitur, eumdemque divinæ beatitudinis interpretem constituit, per jugem et continuam divinorum mysteriorum propositionem, et ab omnis arrogantiæ fastu alienam enarrationem, in gratiam eorum, qui hujusmodi explicatione indigent. » Porro idem sanctus Maximus hæc planius exponens ita loquitur : « Quod respectu nostri primum actu bonum est (nempe timor) hoc sacra Scriptura postremum C numeravit [1], et sapientiæ initium vocavit [2]; a quo nos impulsi, ad sapientiæ finem (scilicet intelligentiam) adscendimus; quam adepti si fuerimus, Deo proximi et, conjuncti, adhæremus : unam sapientiam habentes, qua media et interjecta, cum ipso Deo adunamur. Nec enim fieri potest, ut sapientiam adipiscatur, qui non prius per timorem, et reliqua intermedia sancti Spiritus dona, ignorantiæ lippitudinem et vitiorum pulverem a se prorsus excusserit. Quapropter Deo proximam sapientiam, nobis vero proximum **1123** timorem, a sacra Scriptura factus ordo disposuit; ut recti ordinis normam ac legem disceremus. » Vides ut hæc dona virtutes, non autem sanctos spiritus esse statuat.

Γ'. Περὶ δὴ τῶν τοιούτων ὁμοίως καὶ ὁ μέγας ἔφησε πάλαι Χρυσόστομος τά τ' ἄλλα καί· « Ὅταν τις ἔχῃ χάρισμα ἀγάπης, λέγεται ὅτι πνεῦμα ἀγάπης ἔχει· ὅταν λάβῃ χάρισμα μαρτυρίου, λέγεται πνεῦμα δυνάμεως ἔχειν, τουτέστι χάρισμα. Ἐπεὶ γὰρ τὸ δωρούμενον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, καλεῖται δὲ καὶ

III. Magnus pariter Chrysostomus de iisdem hæc olim inter alia protulit : « Cum quis donum charitatis habet, spiritum charitatis habere dicitur; cum martyrii donum acceperit, spiritum, hoc est donum, virtutis et fortitudinis dicitur habere. Quoniam enim qui donat, Spiritus sanctus est, do-

[1] Psal. cx. [2] Eccles. I.

Variorum notæ.

(14) Locus est tom. I edit. Combefis. in scholiis ad 54 quæstion. in sacram Scripturam. Porro scholia ista sunt ipsiusmet sancti Maximi, qui ea prolixioris explicationis causa subjunxit, ut ipse de se testatur præfatione scholiis præfixa, quam habes tom. I, pag. 13. CAPPERONN.

(15) Sex tantum sunt in Hebraico textu. Nam יראת יהוה *timor Domini* bis reperitur; nempe versibus 2 et 3, licet has voces modo per *pietatem*, modo per *timorem Domini* verterint οἱ LXX et Latinus interpres. Hebræis itaque spiritus pietatis et timoris Domini unicus est, qui iisdem vocibus יראת יהוה designatur. Sed ut a Grotio annotatum est, divinus ille Spiritus crevit in Christianismo : ideo in septem jam diu a theologis Christianis distribuitur, forsan ex Apocalyps. I, v. 4 : *Gratia* D *vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est, et a septem spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt*; quanquam fateatur Grotius ex multorum interpretum sententia, hic a sancto Joanne angelos designari; quia receptum est apud Hebræos, septem esse maximos angelos qui Deo astent, nempe quomodo septem principes astabant regi Persarum, quæ aula quia erat magnificentissima, ideo ad ejus formam Dei aulam formabant veteres Hebræi. CAPPERONN.

(16) Apud τοὺς LXX legitur εὐσεβείας. Apud Latin. vulgat. *pietatis*, recte us. Hinc laboravit sanctus Maximus ut exponeret diversas proprietates γνώσεως et ἐπιστήμης, *cognitionis et scientiæ*. CAPPERONN.

προφήτη φάσκοντας Ἀμὼς ἀκούειν λέγοντος τοῦ Θεοῦ, ὅτι Ἰδοὺ ἐγὼ στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα (20)· « Εἴπατε, » φησὶν, « εἴ που τῆς θείας Γραφῆς εὑρίσκεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰρημένον ἁπλῶς πνεῦμα, χωρὶς προσθήκης τοῦ λέγεσθαι τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ Πατρὸς, ἢ ὅτι ἐμοῦ, ἢ ὅτι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Υἱοῦ, ἢ παρ' ἐμοῦ (ὅ ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ) ἢ μετὰ τοῦ ἄρθρου· ἵνα μὴ ἁπλῶς λέγηται πνεῦμα, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα, ἢ αὐτὸ τοῦτο, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ Παράκλητος, ἢ ἀληθείας· ὅ ἐστι τοῦ Υἱοῦ, τοῦ λέγοντος· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· » ἵνα ἀκούσαντες ἁπλῶς πνεῦμα ὑπονοήσητε εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; » Ἀλλ' ὁ μέγας ἐν προοιμίοις ταῦτ' εἰπὼν, καὶ προκαταστήσας τὸν λόγον, πολὺς ἐῤῥύη παρ' ὅλον τὸν λόγον, τὰς ἐκ τῆς θείας Γραφῆς εἰς πλάτος ἐκτιθέμενος μαρτυρίας, ὡς ἐξεῖναι μανθάνειν τοὺς βουλομένους ἐκεῖθεν ἀρκούντως, ὡς ἕν ἐστι, καὶ οὐ πολλὰ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὡς Παλαμᾶς φησι πάντας Πνευματομάχους ὑπερβαλλόμενος· οὐδ' ἐκ πολλῶν ἕν, ὡς αὐτὸς καὶ τοῦτο προστίθησι, τῇ κακίᾳ κακίαν προσεξευρὼν καὶ ἐπιδαψιλευόμενος. Ὅμως διὰ τοὺς ἀσθενεστέρους ἔνια τῷ παρόντι συντάγματι καὶ ἡμῖν ἐρανισαμένοις ἐκεῖθεν ἐκτέθειται. « Ὥσπερ γέννημα μονογενὲς ὁ Υἱός ἐστιν, [P. 705] οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ διδόμενον καὶ πεμπόμενον καὶ αὐτὸ ἕν, καὶ οὐ πολλὰ, οὐδὲ ἐκ πολλῶν ἕν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ τὸ Πνεῦμα. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ, τοῦ ζῶντος Λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεὰν, ἥτις ἐκ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι. » Ἐντεῦθεν ἔχειν οἶμαι πάντα τινὰ συνιέναι τὴν τῶν παλαμναίων ἀνατροπὴν, καὶ μὴ πλειόνων ἔτι ῥημάτων δεήσεσθαι πρὸς ἀκραιφνῆ μαρτυρίαν. Ὅμως ἐπείπερ καὶ οὕτως ἓν ὂν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πολλοῖς καὶ διαφόροις αὐτὸ τοῖς ὀνόμασι κέκληκεν ἡ Γραφὴ, βραχέα καὶ περὶ τούτου λεκτέον. « Εἰ ὁ Υἱὸς, ἐπεὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐστιν, ἀνάγκη καὶ τὸ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Θεοῦ λεγόμενον, ἴδιον εἶναι κατ' οὐσίαν τοῦ Υἱοῦ. Ἀμέλει τοῦ Κυρίου ὄντος Υἱοῦ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα εἴρηται πνεῦμα υἱοθεσίας.» Καὶ πάλιν· « Τοῦ Υἱοῦ ὄντος σοφίας καὶ ἀληθείας, γέγραπται τὸ Πνεῦμα εἶναι σοφίας καὶ ἀληθείας. » Πάλιν· « Ὁ μὲν υἱὸς δύναμίς ἐστι Θεοῦ καὶ Κύριος τῆς δόξης, τὸ δὲ Πνεῦμα λέγεται πνεῦμα δυνάμεως καὶ πνεῦμα τῆς δόξης. »

A qui sese jactitabant apud **1125** prophetam Amos Deum ita loquentem audire : Ecce ego firmans tonitru et spiritum creans : «Dicite, inquit, an in aliquo divinæ Scripturæ loco sanctum Spiritum dici simpliciter Spiritum reperiatur, sine hac addita voce Dei, vel Patris, vel meum, vel ipsius Christi et Filii, vel a me (hoc est a Deo) vel aliter nisi cum articulo ; ita ut non spiritus simpliciter dicatur : sed ille Spiritus, vel conceptis verbis, Spiritus ille sanctus, vel Paracletus, vel Spiritus veritatis, id est Filii, dicentis nimirum : «Ego sum veritas [1]; ut vos nuda et simplici spiritus voce audita, sanctum Spiritum ibi esse designatum suspicemini ?» Sed magnus iste doctor, cum hæc epistolæ initio dixisset, et veluti futuri sermonis fun-
B damentum præstruxisset, per totam deinceps epistolam multus est in adducendis et fusius exponendis divinæ Scripturæ testimoniis, ut inde satis discere potuerunt, qui eum legere voluerint, quibus probetur unum esse Spiritum sanctum : non vero multiplicem, neque ex multis unum, ut Palamas asserit, omnes Pneumatomachos hac in re superans, et eorum improbitati recens inventam a se magna veluti liberalitate addens improbitatem. Attamen in gratiam infirmiorum huic operi nonnulla inseruimus, quæ ex eadem epistola collegimus. «Quemadmodum, inquit, Filius est unigenita Patris æterni proles, ita Spiritus, qui a Filio datur et mittitur, unus ipse, non multiplex, neque ex
C multis unus, sed solus idem Spiritus est. Cum enim sit unus Filius, Verbum **1126** vivens, necessario etiam una est perfecta et plena, sanctificans et illuminans vita, ipsius videlicet efficacia et gratia, quæ ex Patre procedere dicitur.» Ex his, opinor, perspicere quisque nullo negotio poterit, quomodo prava et conscelerata Palamæ dogmata refellantur, nec pluribus verbis opus erit, ut sincerum atque incorruptum veritati testimonium perhibeatur. Quia tamen, licet unus omnino sit Spiritus sanctus, multa et diversa ipsi nomina Scripturæ sacræ contextus indidit, hac quoque de re paucis disserendum est. «Si Filius, inquit, quia est ex Deo Patre, idcirco proprius est ipsius Dei Patris substantiæ, pariter Spiritus sanctus, qui ex Deo esse
D dicitur, proprius Filii secundum substantiam esse necessario debet. Nimirum sicut Dominus noster Jesus est Filius ; ita Spiritus ipse spiritus adoptionis filiorum dictus est [2].» Et iterum : « Ut Filius est sapientia et veritas, ita scriptum est Spiritum esse sapientiæ spiritum et veritatis [3]. Ut item Filius est Dei virtus et gloriæ Dominus, pariter Spiritus dicitur virtutis et gloriæ spiritus [4].

Ε'. Ἐγὼ δὲ μεταξὺ λέγων ἐμνήσθην καὶ Γρηγορίου (21), τοῦ μεγάλου τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρος,

V. Ego autem inter disputandum de magno Ecclesiæ luminari Gregorio, qui eadem atque Atha-

[1] Joan. XIV, 6. [2] Rom. VIII. [3] Isa. XI ; Joan. XVIII. [4] I Cor. I et II ; I Cor. I ; Sap. I ; Rom. VIII , Joan. IV ; II Cor. III ; Isa. XI.

Variorum notæ.

(20) In Hebræo textu legitur יוצר הרים, id est *formans montes*, ut et vulgatus interpres Latinus vertit. Doctissimus Drusius recte conjicit τοὺς LXX, pro הרים id est *montes*, legisse הרעם hoc est *tonitru*, sicut mox ibidem pro מה־שחו, id est *quæ sit cogitatio ejus*, legerunt conjunctim משיחו quod vertunt τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, *Christum ejus*. CAPPERONN.

(21) Gregor. Nazianz. orat. 37, quæ est postrema de theologia, et inscribitur de Spiritu sancto. CAPPERONN.

nasius delisserit, mentionem feci. Unde mihi visum A est, quoddam saltem illius testimonium hic adhibere. Sic enim habet : «Equidem ipse ad tantam appellationum copiam dum attendo, atque adversus quot et quanta nomina frontem perfricent qui Spiritui sancto adversantur, totus cohorresco. Spiritus **1127** Dei dicitur, spiritus Christi, spiritus Domini, spiritus adoptionis, veritatis, libertatis, spiritus sapientiæ, intelligentiæ, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis, timoris Dei ; utpote cum omnia hæc efficiat, et cuncta per essentiam suam repleat : participatur, non participat : continet, non continetur : dicitur Dei digitus, ignis ut Deus, sapientissimus et in suis operationibus varius ac multiplex.» Quid necesse est plures hic verborum quasi turmas explicare, postquam inde B hæc modica, saltem recordationis gratia, excerpsimus? cum liceat, cuicunque hæc minus sufficientem demonstrationem suppeditarint, non solum septem divini Spiritus nomina ex illa sancti Gregorii oratione nullo negotio desumere, sed etiam pluries et quindecies tanta, atque ut novi doctoris Palamæ verbis utar, infinities infinita; quæ omnia tanquam totidem increatos et sanctos esse spiritus docuit : quæ res post hominum memoriam ne quidem in meram ac simplicem mentis cogitationem cuiquam venit, nedum eorum qui pietatem profitentur, sed nec ulli gentilium aut barbarorum, vel cæterorum, quicunque scilicet naturæ legibus ducuntur. Igitur operæ pretium est advertere, juxta unanimem sanctorum Patrum consensum, C unum esse sanctum Spiritum, non multiplicem, neque ex multis sanctorum et sapientum Ecclesiæ doctorum locis ostendimus, et adhuc evidentius in disputationis nostræ progressu ostendemus.

A τὰ ὅμοια τούτῳ διεξιόντος. Ὅθεν οὐκ ἔμοιγε δέδοκται, μὴ οὐ κἀκείνου τινὰ μαρτυρίαν ἐνταῦθα συνειληφέναι. Λέγει γὰρ οὑτωσίν· « Ἐγὼ φρίττω, τὸν πλοῦτον ἐννοῶν τῶν κλήσεων, καὶ καθ' ὅσων ἀναισχυντοῦσιν ὀνομάτων οἱ τῷ Πνεύματι ἀντιπίπτοντες. Πνεῦμα Θεοῦ λέγεται, πνεῦμα Χριστοῦ, πνεῦμα Κυρίου, πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀληθείας, ἐλευθερίας, πνεῦμα σοφίας, συνέσεως, βουλῆς, ἰσχύος, γνώσεως, εὐσεβείας, φόβου Θεοῦ. Καὶ γὰρ ποιητικὸν τούτων ἁπάντων, πάντα τῇ οὐσίᾳ πληροῦν· μετεχόμενον, οὐ μετέχον· συνέχον, οὐ συνεχόμενον· δάκτυλος Θεοῦ, πῦρ ὡς Θεός· σοφώτατον, καὶ πολύτροπον ταῖς ἐνεργείαις. » Καὶ τί δεῖ πλείους κἀνταῦθα λόγων ἡμᾶς ἀνελίττειν φάλαγγας, μνήμης εἵνεκά γε καὶ ταυτὶ τὰ μέτρια παρειληφότας B ἐκεῖθεν; ἐξὸν, ὅτῳ μὴ ταυτὶ πρὸς ἔνδειξιν ἤρκεσε, οὐ μόνον ἑπτὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἀπονητὶ λαμβάνειν ἐκεῖθεν ὀνόματα (22-23), ὅτι μὴ καὶ πλεονάκις τε καὶ πεντεκαιδεκάκις ταῦτα, καὶ εἰ δεῖ κατ' αὐτόν γε φάναι τὸν νέον διδάσκαλον Παλαμᾶν, ἀπειράκις ἄπειρα, ἅπερ ἄκτιστά τε καὶ ἅγια πάντα δεδογμάτικε πνεύματα· πρᾶγμα τῶν ἐξ αἰῶνος οὐδενὶ, μηδ' ἐς ψιλήν γοῦν ἐπίνοιαν ἀναληφθὲν, μὴ ὅτι γε τῶν εὐσεβεῖν αἱρουμένων· ἀλλ' οὐδ' [P. 706] Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων, ἢ ὅσοι φύσεως γοῦν ἄγονται θεσμῷ. Σκοπεῖν οὖν ἄξιον, ὡς ἐν τοῖς ἁγίοις ὁμολογεῖται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐ πολλὰ, οὐδ' ἐκ πολλῶν ἕν, ὡς Παλαμᾷ καὶ τοῖς αὐτοῦ θιασώταις κηρύττεται νῦν, οὐδ' ἔστιν ἄκτιστον οὐδὲν τῶν ἁπάντων, ὡς ἡμῖν πολλαχῇ τῶν θείων δέδεικταί τε σοφῶν διδασκάλων καὶ C ἔτι δειχθήσεται προϊοῦσι τρανότερον.

VI. Post hæc secundo loco animadvertendum est, tum quod a **1128** magno Gregorio effectus divini Spiritus appellentur (horum enim omnium, inquit, causa efficiens est sanctus Spiritus) eæ ipsæ proprietates, quas Palamas deitates increatas vocat, et propterea ipsum, ut diximus, Gregorium manifeste ac nominatim calumniatur ; tum quod inter hæc multa, quæ divino Spiritui nomina indidit, ipsum etiam Dei digitum nominari divinus ille vir asseruerit. Licet autem supra dictis immorari amplius vellem, hæc tamen, quam sancto Gregorio Palamas impegit, calumnia vi quadam ad se me rapit et manifeste attrahit. Necesse est igi- D tur, ut illa ipsa Palamæ blasphema verba in medium rursus adducam, ne illorum nos memoria fugiat. Parum enim abfuit quin me effugerent, dum Palamæ oblitus ad alia, quæ me distinebant, avocarer. Sic porro habe : Unam e sancti Spiritus operationibus, in Evangelio quidem, secundum Lucam [1], Dei digitum vocat Dominus ; in Evangelio

ϛ'. Δεύτερον δ' ἐπὶ τούτοις σκεπτέον ἐστὶν, ἅ τε ποιήματα τοῦ θείου Πνεύματος τῷ πολλῷ διδασκάλῳ ταῦτ' εἴρηται Γρηγορίῳ (ποιητικὸν γὰρ τούτων ἔφησε πάντων) ἃ Παλαμᾶς ἀκτίστους λέγων θεότητας αὐτὸν (ὡς εἴρηται) διαβάλλει τρανῶς καὶ ὀνομαστὶ, καὶ ὅτι πρὸς τοῖς πολλοῖς τούτοις ὀνόμασι καὶ δάκτυλον τὸ θεῖον ἔφησεν ὁ θεῖος ἀνὴρ ὀνομάζεσθαι Πνεῦμα. Ὃ καὶ βουλόμενον τοῖς προτέροις ἐνδιατρίβειν ἔτι βιαίως ἀπάγει με πρὸς ἑαυτὸ λαμπρῶς ἐφελκόμενον. Δεῖ τοίνυν τὴν ῥῆσιν ἐκείνην τὴν βλάσφημον τοῦ ἀνδρὸς εἰς μέσον αὖθις κομίζειν, ἀναμνήσεως εἵνεκα. Μικροῦ γὰρ κἀμὲ διαφυγεῖν D ἐδέησεν, ἀπασχολησάσης τῆς τούτου λήθης ἐφ' ἕτερα. Ἔχει δ' οὕτως· « Τὴν μίαν τῶν τοῦ Πνεύματος ἐνεργειῶν ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις κατὰ μὲν τὸν Λουκᾶν δάκτυλον Θεοῦ, κατὰ δὲ τὸν Ματθαῖον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καλεῖται. Ἐν τίνι δὲ πνεύματι ὁ Κύριος ἐκβάλλειν ἔφη τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; Τὸ ἓν ἄρα τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν· εἰ δὲ τὸ ἕν, καὶ τὰ ἄλλα

[1] Luc. xi, 20.

Variorum notæ.

(22-23) Et sane permulta ibi sanctus Gregorius recenset sancti Spiritus nomina et attributa, quæ præsertim sacris e Scripturis excerpsit. In ea ipsa duntaxat pagina, unde testimonium hic laudatum sumpsit Gregoras, septuaginta duo numeravi sancti Spiritus nomina, quæ legere poteris tom. I, pag. 610, edit. Bill. CAPPERONN.

πάντα.» Ὁρᾶτε τὴν κηφηνώδη τοῦ δυσσεβοῦς διάνοιαν, οἵας ἐξηγήσεις τοῖς θείοις ἐπάγει ῥήμασι· καὶ ὅπως συλλογίζεσθαι πειρώμενος ὁ ἀμαθὴς ἐκ ψευδῶν τε καὶ ἀσεβῶν προτάσεων ψευδές τε καὶ ἀσεβὲς συνάγει συμπέρασμα. Παρὰ γὰρ οὐδὲν λογισάμενος τῶν ἁγίων ἁπάντων, ἃς ἠκηκόειτε νῦν, ἐξηγήσεις δάκτυλον εἶναι προτίθησι μίαν αὐτὸς τῶν πολλῶν ἐκείνων ἐνεργειῶν, ἃς ἀκτίστους αὐτὸς πεποίηκε τήμερον, διαβάλλων ὁμοῦ Λουκᾶν καὶ Ματθαῖον τοὺς τοῦ Χριστοῦ μαθητὰς, καὶ ἅμα αὐτὸν τὸν Χριστόν. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ τοιαύτη φωνή. Ἔπειτα συμπεραίνει τὴν ἀκόλουθον ὁ μάταιος ἀτοπίαν, «Τὸ ἓν ἄρα (λέγων) τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων Πνεῦμα ἅγιόν ἐστι. Εἰ δὲ τὸ ἓν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πνεύματά εἰσιν ἅγια.» Καὶ μὴν εἴπερ ἐχρῆν κατὰ τέχνην συλλογίζεσθαι τὰ ὑπὲρ τὴν τέχνην, οὕτω πάντως λέγειν ἐχρῆν· ἐπεὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δάκτυλος ὠνομάσθη Θεοῦ μεταφορικῶς, ὁ δὲ δάκτυλος τῷ λοιπῷ [P. 707] καὶ ὅλῳ σώματι πέφυκεν ὁμοούσιος, ἐξ ἀνάγκης ὁμοούσιον ἄρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ δάκτυλος εἴρηται, δηλαδὴ τῷ Θεῷ. Ἀλλ' ἀμαθὴς ὑπάρχων ἐκεῖνος, καὶ συλλογίζεσθαι οὐκ εἰδὼς, ἔδοξεν, ἐν οὐκ εἰδόσι τοιαῦτα βλασφημῶν καὶ συλλογιζόμενος, τῶν εἰδότων πολλῷ γε δήπου πιθανώτερος εἶναι, μήτ' αὐτὸς, ὡς ἔοικε, μήθ' οἱ ἑπόμενοι μήπω καὶ τήμερον αὐτήκοοι τοῦ Εὐαγγελίου γενόμενοι, λέγοντος· ὡς Ὁ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημῶν ἀσυγχώρητόν τε καὶ ἄφυκτον ἕξει τὴν κόλασιν.» Ἆρ' οὖν οὐ τοῦ ἐναντίου πνεύματος σαφῶς ἡ ἐνέργεια, ἣν ὁ ἀσεβὴς ἐνεργεῖται; ἆρ' οὐχὶ καὶ Ἰουδαίων ἐστὶν ἀσεβέστερος; Ὃ γὰρ ὡς ὕβρεων ἐσχάτην προὔφερον τέως ἐκεῖνοι Χριστοῦ, ἐν Βεελζεβοὺλ (24) ἐκβάλλειν λέγοντες αὐτὸν τὰ δαιμόνια, καὶ οὐκ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, εἴτουν ἐν πνεύματι Θεοῦ, τοῦθ' οὗτος ὑμῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ χαρίζεται τήμερον, ὡς ἥδιστον ἀνάθημα· φεῦ τῆς τῶν ἑπομένων εὐηθείας· μᾶλλον δὲ, βαβαὶ τῆς ἀνοχῆς σοῦ, Χριστέ!

A autem secundum Matthæum Dei Spiritum appellat[1]. Atqui quo in spiritu Dominus a se dæmonia ejici dixit, nisi in sancto Spiritu? Ergo e gratiis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit, una est Spiritus sanctus. Quod si de una dicitur, de cæteris quoque dici poterit.» Videtis jam, quid sentiat impius ille ac fuco similis Palamas, qualem divinis verbis interpretationem subjungat, et quomodo iste imperitus, dum syllogismos conficere conatur, ex falsis atque impiis propositionibus præmissis falsam et impiam deducat conclusionem. Nam omnium sanctorum, quas nunc audiistis, interpretationes nihili faciens ipse digitum Dei statuit unam esse ex multis illis operationibus divinis, quas idem increatas esse hodie confinxit; ubi sanctos Christi B **1129** discipulos Lucam et Matthæum, imo ipsum simul Christum, cujus est vox illa: digitus Dei, calumniatur. Deinde absurdam pariter conclusionem futilis iste Palamas his verbis colligit: «Ergo, inquit, e donis gratuitis, quæ Deus diversimode distribuit, unum est sanctus ipse Spiritus. Quod si de uno vere dicitur, alia quoque Dei dona totidem erunt sancti Spiritus.» Attamen si artificialibus uti liceat syllogismis in iis rebus, quæ omnem artem superant, argumentari sic oportebat: quoniam Spiritus sanctus Dei digitus per metaphoram appellatus est, et aliunde reliquo totique corpori consubstantialis est ex natura sua digitus; necessario itaque Spiritus sanctus ei, cujus di- C gitus dicitur, Deo videlicet, est consubstantialis. Verum licet imperitus sit Palamas, neque conficiendorum artem syllogismorum calleat, tamen apud imperitos blasphemas hasce conclusiones deducens dignus visus est, qui longe majorem doctis et eruditis fidem obtineret. Hucusque, ut apparet, necdum ipse, neque sectatores ejus, illud quod in Evangelio dictum est, audierunt: «Qui sanctum in Spiritum blasphemat, is inevitabili nullaque venia digno supplicio subjacebit[2].» Nonne igitur adversarii et diabolici spiritus operatio ea est, qua impius iste possidetur et vexatur? Nonne Judæos ipsos impietate superat? Quod enim illi antea velut summam in Christum contumeliam proferebant, dum in Beelzebub, non vero in Dei digito seu in Dei spiritu, dicebant ab ipso dæmonia ejici, hoc Palamas Ecclesiæ vestræ quasi gratissimum donarium largitur. O sectatorum ejus stoliditatem! potius dicam, o quanta est tua, **1130** Christe, patientia!

Ζ'. «Ἀλλὰ τὸ ποιεῖν,» φησὶ, «καὶ ἐνεργεῖν τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστίν. Οὐ γὰρ τὸ κτίζειν σημαίνει μόνον, ἀλλὰ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις καὶ τὸ φυσικῶς ἐνεργεῖν· ὡς καὶ τὸν ἥλιόν φαμεν ποιητικὸν τῆς ἡμέρας, ἅτε φυσικῶς αὐτὴν ἐκτελοῦντα, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ τούτῳ συναπηριθμημένα, διατελοῦσιν ἄκτιστα, ἐπεὶ ποιεῖ καὶ ἐνεργεῖ ταῦτα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐμφύτους ἐνερ-

VII. «Verum, inquit, verba hæc ποιεῖν et ἐνεργεῖν, id est facere et operari, sunt de illorum numero, quæ plures habent significatus. Nec enim D creare solummodo significant, sed præter alia multa significant etiam naturaliter operari. Nam quemadmodum a nobis dicitur sol diem facere, utpote quam naturaliter perficit; ita tum spiritus veritatis, tum alii, quos eidem adnumeravimus,

[1] Matth. XII, 28. [2] Luc. XII, 10.

Variorum notæ.

(24) Ita Græci pro *Beelzebub* constanter legunt Βεελζεβοὺλ, quam scripturam retinendam esse censet eruditissimus Drusius tantisper dum quis probaverit eam a scribis corruptam fuisse, et non ab usu, et vulgo. Nam si ab usu est illius temporis, et Evangelistæ eam retinuerunt, cur nos mutabimus? Cæterum *Beelzebub* est ab Hebræo זבוב בעל, quod significat *Dominum muscarum*: et est nomen idoli Accaronitarum, de quo IV Reg. cap. I. Hoc nomen Israelitæ postmodum in contemptum hujus idoli dabant dæmoniorum principi, ut patet Matth. X et XII. CAPPERONS.

increati permanent, quoniam eos ipse Spiritus sanctus, ut innatas et insitas operationes, facit atque operatur. » Auditis, ut dicam plane quod res est, nugacium anicularum deliramenta. Cum enim ipsum esse Pneumatomachum liquido constet, ac deinde istam appellationem effugere conetur, Pneumatomachorum improbitatem longo superat intervallo, et mutabile malum se facit, ut nempe clam nobis effugiat, nec ejus improbitas arguatur. Verum undequaque, quod non animadvertit, hac potissimum ratione certe captus est. Nam Palamiticæ improbitatis patres Pneumatomachi, cum sanctum Spiritum esse factum dicerent (sicut Filium divinum Arius factum esse dixerat), necessaria quadam consecutione creatum esse ipsum asserebant; quandoquidem sive arte comparatas, sive a natura insitas hominum cognitiones consulamus, id quod factum est, increatum dici nunquam poterit. Sed Palamas, quem nullius rei pudet, novissimis hisce diebus, id quod factum esset, increatum statuere non dubitavit. Oporteret itaque ut hæc omnia summo prosecuti odio silemus, et obstructis auribus ab auditione mala declinaremus. Verum quoniam (ex eo quod impune mentiatur nefarius ille et suomet **1131** suffragio justus Palamas) principes, potestates, quippe sæcularem hunc in mundum habent imperium, ipsi ob imperitiam suppeditant, unde ad simpliciores decipiendos hoc adversus veritatem tropæum erigat et statuat, necesse est ut hic etiam vigilemus, et assumptum veritatis ensem libere in mendacium exseramus et, quantum in nobis erit, adigamus: arma pariter et aeneum arcis murum orthodoxis præbeamus, nostra videlicet conscripta opera, seu potius sacrarum Scripturarum testimonia; ne illi tenebricosam et caliginosam auditionem sequantur, sicque se ipsos in perditionis gurgitem conjiciant. Cum enim tot, tanta et talia, prius quidem in nostris invectivis et Antirrheticis, nunc autem in ea, quam audiistis, disputatione testimonia ipsi Palamæ protulerim, nec tamen plene huic persuaserim, ut id, quod factum est, minime omnium increatum esse posse intelligeret: agedum de cætero clariora et ipsis fossoribus, ut ita dicam, nota verba usurpemus. Omnibus quippe notum est, sacrum fidei nostræ Symbolum, diebus cunctis et noctibus, communi omnium orthodoxorum confessione ubique jugiter, in pagis, urbibus, montibus et speluncis, atque, ut uno verbo complectar omnia, in universa terra, et quacunque aquarum natura facile pervadit, decantari. Porro sic habet istud Symbolum: « Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium; et in unum Dominum Jesum Christum, **1132** Filium Dei unigenitum, genitum, non factum, Patri consubstantialem; per quem omnia facta sunt. » Videtis ut jam inde ab initio divini Patres Nicæni illum, per quem omnia fuerunt facta, factum esse diserte negarint. Genitum enim inquiunt, non factum.

γείας. » Ἀκούετε γραϊδίων φληνάφων, αὐτόχρημα φάναι, ληρήματα. Πνευματομάχος γὰρ ὑπάρχων σαφὴς, ἔπειτα φεύγειν πειρώμενος τοὔνομα, γίνεται χείρων ἔτι μᾶλλον ἐκείνων μακροῖς τισι μέτροις· καὶ κακὸν ποιῶν ἑαυτὸν ἀλλοπρόσαλλον, ἵνα δῆθεν λανθάνῃ διαδιδράσκων τοὺς τῆς κακίας ἐλέγχους, ὁ δὲ λέληθε μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτὸν ἁλισκόμενος πανταχόθεν. Οἱ γὰρ τῆς αὐτοῦ κακίας πατέρες Πνευματομάχοι, ποίημα λέγοντες εἶναι τὸ Πνεῦμα, καθάπερ Ἄρειος τὸν Υἱὸν, ἀκολούθως καὶ κτίσμα τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης ἔφασκον· ἅτε μὴ δυναμένης μήτε τῆς τεχνικῆς μεθόδου, μήτε φυσικῆς τῶν ἀνθρώπων γνώσεως, ἄκτιστον ποίημα λέγειν ποτέ. Ὁ δὲ μηδὲν αἰσχυνόμενος ἄκτιστον ποίημα τετόλμηκεν ἤδη νομοθετεῖν ἐν ταῖς ἐσχάταις ταύταις ἡμέραις. Ἐχρῆν οὖν καὶ ἡμᾶς ἐνταυθοῖ σιωπῇ τὰ τοιαῦτα μισήσαντάς τε καὶ τὰ ὦτα βύσαντας φυγεῖν ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς. Ἀλλ' ἐπεὶ, [P. 708] διὰ τοῦ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι τοῦτον ἀνέδην τε καὶ αὐτοχειροτόνητον δίκαιον, αἵ τε ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι καὶ οἱ τοῦ αἰῶνος τούτου κοσμοκράτορες χορηγοῦσιν αὐτῷ δι' ἀμαθίαν τρόπαιον τοῦτο κατὰ τῆς ἀληθείας ἐγείρειν εἰς πλάνην τῶν ἁπλουστέρων ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς ἐνταυθοῖ γρηγορεῖν τε ἅμα καὶ τὸ τῆς ἀληθείας ἀναλαμβάνοντες ξίφος παῤῥησίᾳ κατὰ τοῦ ψεύδους ἐλαύνειν, τό γε ἡμῖν ἐφικτὸν, ὅπλα καὶ τεῖχος ἀκροπόλεως ἰσχυρὸν τὰς ἡμετέρας τοῖς ὀρθοδόξοις γραφὰς παρεχόμενοι, ἢ μᾶλλον τὰς τῶν θείων Γραφῶν μαρτυρίας, ἵνα μὴ ἀκοῇ σκοτεινῇ τε καὶ ἀλαμπεῖ κατακολουθήσαντες εἰς βάραθρον ἑαυτοὺς συνωθήσωσιν ἀπωλείας. Ἐπεὶ γὰρ τοσαύτας αὐτῷ καὶ τοιαύτας ἐγὼ συμφορήσας πρότερον μὲν διά τε τῶν στηλιτευτικῶν ἐκείνων καὶ ἀντιῤῥητικῶν, καὶ αὖ δι' ὧν ἠκηκόειτε νῦν, οὐκ ἐμπέπληκα, οὐδέ γε συνιέναι πέπεικα, ἄκτιστον ἥκιστα πάντων εἶναι ποίημα· φέρε λοιπὸν σαφεστέρων τινῶν καὶ αὐτοῖς γνωρίμων εἰπεῖν σκαπανεῦσιν, ἁψώμεθα λόγων. Ἔνδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὅλοις, ὡς τὸ τῆς πίστεως ἡμῶν ἱερὸν Σύμβολον, ἐν ἡμέραις πάσαις καὶ νυξὶν, ὁμολογίᾳ πᾶσιν ὀρθοδόξοις κοινῇ περιᾴδεται πάντῃ διηνεκῶς, ἐν κώμαις ἅμα καὶ πόλεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ὄρεσι καὶ, συλλήβδην εἰπεῖν, ἐν πάσῃ γε τῇ γῇ καὶ ὅπῃ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας διϊέναι ῥᾴδιον. Ἔχει δὲ οὕτως· « Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. » Ὁρᾶτε πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῖς θείοις ἀναιρεῖται Πατράσι διαῤῥήδην τὸ ποίημα εἶναι τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηται. Γεννηθέντα γάρ φησιν, οὐ ποιηθέντα.

VIII. Sed et magnus Athanasius in prima, quam ad Serapionem conscripsit, epistola hæc edisserit. « In hoc, inquit, (Spiritu videlicet) Verbum res

Η'. Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα πρώτῃ τάδε διέξεισιν Ἐπιστολῇ· « Ἐν τούτῳ, » φάσκων (τῷ πνεύματι δηλαδή), « τὴν κτί-

σιν ὁ λόγος δοξάζει θεοποιῶν, καὶ υἱοποιῶν δὲ προσάγει τῷ Πατρί· τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ Λόγῳ τὴν κτίσιν (25) οὐκ ἂν εἴη αὐτὸ τῶν κτισμάτων.» Καὶ μετ' ὀλίγα· «Ὁ γὰρ Πατὴρ διὰ τοῦ Λόγου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τὰ πάντα ποιεῖ, καὶ οὕτως ἡ ἑνότης τῆς ἁγίας Τριάδος σώζεται.» Καὶ πάλιν (26)· «Εἰ τὰ ποιήματα βουλήσει καὶ εὐδοκίᾳ ὑπέστη καὶ ἡ κτίσις πᾶσα θελήματι γέγονεν, ἐκτός ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων (27), καὶ μᾶλλον οὗτός ἐστιν ἡ ζῶσα βουλὴ τοῦ Πατρὸς, ἐν ᾗ τὰ πάντα γέγονε.» Καὶ πάλιν (28)· «Εἰ ἐν χειρὶ Θεοῦ τὰ ποιήματα εἰργάσθη (γέγραπται γὰρ ὅτι διὰ τοῦ Λόγου πάντα γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν), [P. 709] εὔδηλον ὡς οὐκ ἂν εἴη ὁ Υἱὸς ἔργον· ἀλλ' αὐτός ἐστιν ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ καὶ σοφία.» Καὶ τί δεῖ περὶ τὰ αὐτὰ διηνεκῶς ἀνειλουμένους τὰς ὑμῶν ἀκοὰς ἀποκναίειν; παριστᾷν ἱκανῶς τῶν λεχθέντων ἐχόντων, ὡς διῄρηταί τε πανταχοῦ τῆς Γραφῆς τὰ ποιήματα τῆς ποιούσης οὐσίας· καὶ ὡς κτίσματα εἴη ποιήματα πάντως· καὶ ὡς τοὺς θείους διαβάλλει Πατέρας, δέει μὲν τῶν οἰκείων ἐλέγχων τὰ ἐκείνοις λεχθέντα σιγῇ παριὼν, σκιωδῶς δ' ἐνίων ἐνιαχοῦ προσεμβάλλων γυμνά πως ὀνόματα, ἵνα δι' αὐτῶν συναρπάζῃ δῆθεν τῶν ἁπλουστέρων τὰς ἀκοάς. Δῆλον δ' ἔσται μᾶλλον ἐξ ὧν ὀνομαστί τε ἐμνήσθη καὶ ὧν τὰς ῥήσεις ἐκτίθειται, παρασπῶν τὴν αὐτῶν ὁλοκληρίαν, καὶ ἄλλα ἄλλως ἄλλοσε δεικνὺς καὶ διασπείρων τεμάχια, καὶ ἀνελευθέρῳ πανταχοῦ χρώμενος ἀναιδείᾳ, ὅπῃ ἂν καὶ ὅθεν οἴηται τὸ βουλόμενον εὐχερέστερον ἀνύσειν τῆς γνώμης, ὡς ἐκείνους τε προφανῶς διαβάλλοι καὶ ὡς οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτ' ἐξ ἀμαθίας μᾶλλον ἢ κακοηθείας δέδρακέ τε καὶ δρᾷ τουτοὶ, εἴτε τοῦτο μὲν οὐχὶ, διὰ δὲ κακοήθειαν καὶ μάλα μόνην μάλιστα ψυχῆς· εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἡ τῶν πολλῶν μακρὰ κεκράτηκε φήμη, ἥκιστ' ἔγωγε διοίσομαι. Πολλαχοῦ γὰρ (ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν) ἥλωκέ τε καὶ ἁλισκόμενος ὁρᾶται μάλα περιπετὴς καθιστάμενος ἑκατέροις, ὥστε ὁπότερον ἄν τις βούλοιτο προφέρειν κατ' αὐτοῦ, δεξιὸν ὑποκείμενον, οἶμαι, εὑρήσει τὸν ἄνθρωπον καὶ μάλα γέ τοι δεκτικόν. Καὶ εἰκότερον τουτί. Ὡς γὰρ ἂν οἰήσεως ἀωρίᾳ τὴν ἡγεμονίαν τῆς γνώμης πιστεύσας ἐπὶ τὰς τῶν θείων δογμάτων θύρας ἄνευ ἐπιστήμης, ὡς δέδεικται, λεξικῆς ἀφίκηται, αὐτὸς ἑαυτὸν πεπεικὼς ὡς γνοίη καλῶς, ἑαυτόν τε ἔσφηλε

creatas glorificat deificans, et in filios adoptans Patri adducit. Porro qui simul cum Verbo creatas res glorificat, ipse neutiquam creata res esse potest.» Et paulo post: «Nam Pater per Verbum in sancto Spiritu omnia facit, eoque modo sanctæ Trinitatis unitas servatur.» Et iterum: «Si creatæ res voluntate ac mero Dei beneplacito subsistunt, et omnis creatura voluntate Dei facta est, haud dubie istud Verbum extra eorum numerum est, quæ libera Dei voluntate facta sunt, vel potius vivens est Patris voluntas et consilium, in quo facta sunt omnia.» Et rursus: «Si per Dei manum facta sunt ipsius opera, scriptum autem est, omnia per Verbum esse facta, et sine ipso factum esse nihil, clarum est utique Filium non esse opus, sed Dei manum et sapientiam.» Et sane quid necesse est ut, in iisdem perpetuo versati, vestras aures obtundamus, cum ex supra dictis abunde probetur, ubique sacris in Scripturis factas res a causa sua efficiente distingui, neque creatas res inter et factas quidquam esse discriminis? Satis etiam demonstratum est, quomodo sanctos Patres calumnietur Palamas, eorum verba, ne ipse **1133** redarguatur, silentio prætermittens; alicubi tamen mera et nuda quorumdam nomina obscure interserens, ut iis ad se simpliciorum aures rapiat. Hoc autem magis patebit ex illis SS. Patribus, quos nominatim citavit, et quorum verba ita in medium adduxit, ut eorum sinceritatem atque integritatem detruncaret, aliter aliis in locis alia fragmenta exhibens et disseminans. Hinc illiberali ubique impudentia utitur, dummodo animi sui propositum adimpleat, undecunque et quomodocunque facilius sese illud adimpleturum esse opinatur. Hinc etiam sanctos illos Patres manifeste calumniatur: atque haud scio an ex ignorantia potius quam ex improbitate hoc fecerit et faciat: an vero non ita quidem se res habeat, sed sola præsertim animi malignitate id perpetrarit. Quod si, ut multus vulgi rumor obtinuit, per ignorantiam simul et improbitatem ita se gesserit, ego minime repugnabo. Nam ut plurimum multis in locis deprehensus est, et etiamnum deprehenditur in utrumque vitium impegisse; adeo ut utrumlibet adversus ipsum proferre quispiam voluerit, idoneum,

Variorum notæ.

(25) In editionibus Athanasii veter. et nov. legitur συνάπτον, sensu minus commodo. Nam ex Athanasii sententia Spiritus sanctus creaturas Verbo non conjungit, sed Spiritus sanctus simul cum Verbo eas Patri conjungit, seu adducit, προσάγει, ut hic habetur. Rectius itaque legitur συνδοξάζον, ita ut τῷ λόγῳ συνδοξάζον τὴν κτίσιν sit idem quod supra, ἐν τούτῳ [πνεύματι] τὴν κτίσιν ὁ λόγος δοξάζει. Editionis novæ auctor eruditissimus recte jam adnotarat in 4 mss. cod. legi συνδοξάζον. CAPPERONN.

(26) Athanas. orat. olim 4, jam 3, contra Arianos. CAPPERONN.

(27) *Verbum est extra numerum eorum, quæ libera Dei voluntate facta sunt.* Hoc solemne est apud S. Athan. et alios SS. Patres, ut dicant Filium divinum τῇ φύσει genitum esse, non autem θελήματι factum; ita ut τὸ φύσει intelligatur de operatione Dei, ut jam in scholis loquimur, *ad intra*; et τὸ θελήματι de operationibus *ad extra*, non quod Filius sit ἀθέλητος τῷ Πατρὶ, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ Πατρὸς, id est, *præter voluntatem Patris et nolente Patre*; hoc enim diserte negat Athanasius ibidem: sed quod non sit productus in tempore quando Deus primum voluerit ita ut potuerit nolle. Hoc quippe sensu creaturas duntaxat voluntate Dei factas fuisse docet eodem loco sanctus doctor. CAPPERONN.

(28) Athanas. orat. olim. 3, jam 2, contra Arianos. CAPPERONN.

opinor, subjectum et hominem ad utrumque A maxime habilem sit reperturus. Et hoc profecto longe probabilius est. Qui enim importunæ, quam de se imbibit semel, opinioni principalem animæ partem concredidit, ac deinde ad aperiendas quasi divinorum dogmatum fores accedit, ea, quæ verborum rationem ut ostendimus expendit, scientia destitutus, et tamen sibi se illam pulchre callere persuasit; is maximos primum se in errores inducit, et tum in se tum in alios multa mala creat, unde ipsorum animæ non leve **1134** detrimentum accipiant.

τὰ μέγιστα καὶ σύν γε αὐτῷ πολλοῖς πολλῶν καὶ ἑτέροις γίνεται τὰ ἐς ψυχὴν αἰτιώτατος.

IX. Quæ cum ita sint, restat ut horum verborum (parare et judicare) significationem Palamam doceamus. Hic enim, sicut nonfactum et increatum existimavit esse illud, quod revera factum creatumque fuit, ita vocibus his (præparatione et judicio) res increatas designari putat, quæcunque tandem præparentur et judicentur. Statim itaque magnus Athanasius ita loquitur: « Nolunt impii Filium esse Verbum et vivens consilium; sed contendunt ipsum esse apud Deum voluntatem, prudentiam et sapientiam, quæ velut habitus quidam B ei adveniant. Salomoni potius fidem adhibeant dicenti: « Deus terram sapientia fundavit, et cœlos in prudentia paravit [1]. » Sic in Psalmis dicitur: « Omnia quæcunque voluit, fecit [2]. » Quodsi voluntas Dei sit sapientia et prudentia, et alinnde Filius ipsa sit sapientia, cavendum est, ne qui Filium voluntate factum esse asserit, idem omnino dicat, ac si sapientiam in sapientia factam esse, Filium in Filio esse factum, et Verbum per Verbum creatum fuisse, affirmaret. » Videtis ut verborum fundare, facere et creare significationem eamdem esse, quæ verbi parare propria est, censeat sanctus Athanasius. Sed et David, animata C illa Spiritus divini cithara et harmonica musa, « Præparans, inquit, in fortitudine sua montes [3]. » Et iterum: « Tu parasti directiones; judicium et justitiam in Jacob tu fecisti [4]. » Ecce hic etiam Propheta verborum facere et parare unam eamdemque esse significationem ostendit. Nec enim cœlos increatos, nec increatos terræ **1135** montes Dominus creavit. Et certe neque directionem, neque judicium, neque quidpiam eorum omnium, quæ fecit et præparavit Deus, increatum dixerit quis, neque dicet unquam, nisi desipiat. In divinis etiam Evangeliis diabolo et ejus angelis paratum esse ignem audimus. Igitur si secundum Palamam increatus ignis ille sit, idem quoque increatus Deus et principii expers erit; ac proinde diabolus D erit increatus et principii expers Deus, increato igne illo, quæ ipsius hæreditas est, deificatus; et pœna ipsi debita, ob mala quæ a sæculo in universum genus humanum cumulavit, in hujusmodi præmium convertetur. Etenim istud ipsum præcipue videtur esse, quod semper tanto molitur opere Palamas, ut, cum ad Dei conditionem diabolum evexerit, simul cum eo ignis illius increati hæres

Θʹ. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑπόλοιπόν ἐστι διελέγξαι τὸν ἄνδρα καὶ τῆς τοῦ ἑτοιμάζειν τε καὶ κρίνειν λέξεως τὸ σημαινόμενον. Ὁ μὲν γὰρ, ὥσπερ τὸ ποιούμενον καὶ τὸ κτιζόμενον ἀποίητόν τε καὶ ἄκτιστον ἥγηται, οὕτω καὶ τὸ ἑτοιμαζόμενον καὶ τὴν κρίσιν ἄκτιστα εἶναι σημαίνειν ἡγεῖται, ἅττα ποτ' ἂν εἴη τὰ ἑτοιμαζόμενα καὶ κρινόμενα. Ὁ μέγας τοίνυν φησὶν εὐθὺς Ἀθανάσιος (29), ὡς « Οἱ ἀσεβεῖς οὐ θέλουσι Λόγον μὲν καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν Υἱὸν, περὶ δὲ τὸν B Θεὸν βούλησιν καὶ φρόνησιν καὶ σοφίαν, ὡς ἕξιν συμβαίνουσαν· [P. 710] πειθέσθωσαν οὖν Σολομῶντι λέγοντι· « Ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει. » Οὕτως ἐν ψαλμοῖς· « Πάνθ' ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν. » Εἰ δὲ βούλησις τοῦ Θεοῦ ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἡ φρόνησις, ὁ δὲ Υἱός ἐστιν ἡ σοφία, ὅρα μὴ ὁ λέγων βουλήσει τὸν Υἱὸν, ἴσον λέγῃ τὴν σοφίαν ἐν σοφίᾳ γεγονέναι, καὶ τὸν Υἱὸν ἐν Υἱῷ πεποιῆσθαι, καὶ διὰ τοῦ Λόγου τὸν Λόγον ἐκτίσθαι. » Ὁρᾶτε πῶς εἰς ταυτὸν συνάγει τὴν σημασίαν τοῦ θεμελιοῦν καὶ ποιεῖν καὶ κτίζειν τῇ σημασίᾳ τοῦ ἑτοιμάζειν. Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, ἡ τοῦ θείου Πνεύματος ἔμψυχος κιθάρα καὶ μοῦσα ἁρμονικὴ, « Ἑτοιμάζων ὄρη, φησὶν, ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. » C Καὶ πάλιν· « Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας· κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. » Ἰδοὺ καὶ οὗτος ταυτοσήμαντον ἔδειξεν εἶναι τὴν ποίησιν τῇ ἑτοιμασίᾳ. Οὔτε γὰρ οὐρανοὺς ἀκτίστους, οὔτ' ὄρη γῆς ἄκτιστα Κύριος ἔκτισε. Ναὶ μὴν οὐδ' εὐθύτης, οὐδὲ κρίσις, οὐδέ τι τῶν πάντων, ὅσα τε πεποίηκε καὶ ἡτοίμασεν, ἄκτιστον οὐδὲν οὔτ' ἔφησέ τις, οὔτε φήσειέ ποτε, πλὴν εἰ μὴ μαίνοιτό τις. Ἀκούομεν δὲ κἀν τοῖς Εὐαγγελίοις, πῦρ ἡτοιμασμένον εἶναι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Εἰ οὖν ἄκτιστον κἀκεῖνο κατὰ τὸν Παλαμᾶν, καὶ Θεὸς ἄκτιστός τε καὶ ἄναρχος εἴη ἂν αὐτό. καὶ ἔσται διὰ ταῦτα θεὸς καὶ ὁ διάβολος ἄκτιστός τε καὶ ἄναρχος, θεωθεὶς τῷ ἀκτίστῳ κλήρῳ αὐτοῦ τῷ πυρί· καὶ γενήσεται τὸ τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ κολάσεως, ὧν κατὰ τῆς ἀν- D θρωπίνης ἁπάσης ἔδρασε φύσεως ἐξ αἰῶνος, ἔπαθλον τοῦτο. Καὶ γὰρ τὸ κράτιστον καὶ τοῦθ', ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ὃ παρὰ πάντα μοχθεῖ τὸν χρόνον ὁ Παλαμᾶς, ἵνα Θεὸν τὸν διάβολον καταστησάμενος ἅμα αὐτῷ καὶ τοῦ πυρὸς κληροῦχος ἐκείνου γένοιτο τοῦ ἀκτίστου, καὶ οὐκ ἔτι φοβοῖτο τὴν κρίσιν τοῦ πάντων δημιουργοῦ καὶ Θεοῦ, πρόξενον οὖσαν τοσούτου κακοῦ κατ' αὐτόν. Ἀλλὰ γὰρ ἐλάθομεν ὁρῶντες ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν (30-31), ἕτερον τρόπον αὐτῷ

[1] Prov. III, 19. [2] Psal. CXIII, 9. [3] Psal. LXIV, 7. [4] Psal. XCIII, 4.

Variorum notæ.

(29) Athanas. orat. olim 4, jam 3, in Arianos. CAPPERONN.

(30-31) Proverbium est, quod varie simul atque erudite Desiderius Erasm. exponit chiliad. I, centur. 6, proverb. 15. Ipsum consule, si lubet. CAPPERONN.

γηρῶντα παιδεύοντές τε καὶ ἀσκοῦντες ἄνθρωπον τὴν A τῶν λέξεων σημασίαν καὶ τέχνην, ἃ πεντεκαιδεκέτην μανθάνειν ἐχρῆν· καὶ δέος, μὴ οἱ φιλοσκώμμονες αἴσθωνταί τε ἡμᾶς περὶ τὰ τοιαῦτα ἀσχολουμένους καὶ οὐ ῥᾷστα καταγελᾷν ἡμᾶς γε ἀπόσχωνται. Διὸ δὴ τῶν τοιούτων ἀπαλλάττεσθαι τάχιον χρὴ, μὴ ἀσθενέστερα γένηταί πως εἰς τοὔμπροσθεν τὰ τῆς σπουδαιοτέρας ἡμῶν ἀσχολίας, ἀνακεραννύμενα πολλαῖς τε καὶ πολλάκις ταῖς ἐκείνου τἀνδρὸς μειρακιώδεσι παιδείαις, καὶ τοσοῦτον οἴκοθεν ζημιούμενα, ὅσον τῆς ἐκεῖθεν μεταλαμβάνει φαυλότητος.

efficiatur; neque amplius omnium opificis et Dei judicium pertimescat, utpote quod juxta 'ipsius opinionem tantum bonum conciliet. At enim non advertimus nos in dolio figlinam exercere, dum jam senem hominem dedocentes, verborum significationem docemus, et ea instituimus arte, quam decimo quinto ætatis anno discere debuerat; et locus timendi est, ne qui mordacibus dicteriis et scommatis gaudent, nos hujusmodi rebus occupari animadvertant, et a deridendis nobis ægre abstineant. Unde his defungi citius nos oportet, ne deinceps in gravioris momenti negotiis defetiscamur, neve multis et juvenilibus Palamæ disciplinis nostrum studium commiscentes **1136** tantum in nobis ipsis detrimenti patiamur, quantum inde vitii participando contraxerimus.

Γ'. Καὶ μὲν δὴ λοιπόν ἐστιν ἡμᾶς ἀναδραμόντας B ἐκεῖσε δεικνύειν περί τε τῆς θείας μεταλήψεως καὶ ἅμα τοῦ θείου βαπτίσματος. [P. 711] « Μέμνησθε γὰρ (σφίσιν ἔφην) εἰπόντες, ὅσα καὶ περὶ τουτωνὶ τῷ ὑμῶν ἑταίρῳ νενομοθέτηται Παλαμᾷ καὶ πρός γε Ἡρακλείας τῷ τούτου θερμῷ θιασώτῃ· ὡς δαιμόνιων εἴη σκοτεινων εὕρημα, μὴ τὴν διάφορον τῆς οὐσίας ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὴν θείαν εἶναι νομίζειν οὐσίαν αὐτὴν τὴν ἁγιάζουσαν ταῦτα. Μήτε γὰρ τὴν θείαν πεφυκέναι βαδίζειν οὐσίαν ἐς ὅσα ὑφ' ἥλιον, μήθ' ὅσιον αὖθις εἶναι πιστεύειν, αἷμα καὶ σῶμα τόν τ' οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνου, καὶ οὐκ ἐκεῖνον αὐτόχρημα (32). » Μακρὸς δ' ἂν εἴη χρόνος μηκύνειν, ἃ περὶ τῶν τοιούτων αὐτοί τε ἔφασαν καὶ C τοῖς γε σφετέροις συνέθεσαν γράμμασι· καὶ ἅμα οὐχ ὅσιον ὁσίων ἀνδρῶν ἀκοὰς ἐμπιπλᾷν ἀσεβείας τοσαύτης· ἐξὸν ἐνί γε τῷ τρόπῳ ταυτὶ προεμένους ἐκεῖνα διεξιέναι, ἃ ἂν λέγων οἴομαι τοῖς τὰ ὅσια βουλομένοις λαμπρῶς χαριεῖσθαι.

X. Et sane superest, ut ad propositum reversi, quæ divinam Eucharistiæ participationem ac divinum simul baptisma spectant, declaremus. « Nam (illis aiebam) meministis vos dixisse, quæcunque de his amicus vester Palamas, et insuper Heracleensis episcopus, ardentissimus ipsius assecla, statuerunt; a tenebrionibus videlicet dæmonibus adinventam esse opinionem, qua quis a divina substantia operationem non distingui, sed ab ipsa divina substantia isthæc, Eucharistiam et baptismum, sanctificari existimet. Nec enim, inquiunt, divina substantia ejusmodi naturæ est, ut ad ea quæcunque sub sole sunt descendat: neque rursus fas est credere, vinum et panem Christi sanguinem et corpus unquam fieri. Illa quippe Christi figuram, non autem re ipsa Christum esse dicunt. » Porro multum temporis insumerem, si fusius vellem recensere, quæ de istis dixerunt ipsi, suisque scriptis consignarunt: aliunde vero nefas est aures piorum impietate tanta implere, cum his omissis una et eadem ratione liceat ea dicendo percurrere, quæ ubi protulero in medium, iis qui sancta piaque desiderant rem, ut opinor, gratissimam fecero.

ΙΑ'. Ὁ τοίνυν ἐκ Δαμασκοῦ φησιν εὐθὺς Ἰωάννης (33), ὅτι « Καθάπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος [ὁ Θεὸς], καὶ ἐποίησεν αὐτὰ λουτρὸν ἀναγεννήσεως, οὕτως ἐπεὶ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ἐσθίειν ἄρτον, ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῶν συνήθων καὶ D κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γενώμεθα. Σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου σῶμα· οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα

XI. Statim itaque sanctus Joannes Damascenus ita loquitur: « Quemadmodum in baptismate, quia hoc est in more positum apud homines, ut aqua laventur et oleo ungantur, sancti Spiritus gratiam oleo et aquæ conjunxit Deus, et fecit ut ea regenerationis lavacrum essent; ita quoniam **1137** moris est hominum, panem manducare, et aquam ac vinum bibere, suam iis divinitatem conjunxit, et eadem corpus et sanguinem suum effecit, ut per consueta et naturalia ad supernaturalia perveniamus. Vere corpus est divinitati unitum, quod ex sancta Virgine sumptum est corpus; non

Variorum notæ.

(32) *Μήθ' ὅσιον εἶναι πιστεύειν, ... καὶ οὐκ ἐκεῖνον αὐτόχρημα.* His Palamitarum verbis errorem Sacramentariorum contineri, non omnino negaverim. Verum illorum patrocinio haud scio an suam opinionem tueri velint recentiores hæretici, cum in hanc Palamitarum sententiam tam acriter invehatur Gregoras, eam impietatis ream arguat, et luculentis SS. Patrum testimoniis confodiat. Aliquando, fateor, apud plurimam Ecclesiæ Græcæ partem obtinuit Palamitarum doctrina, ut patet ex Palamitica synodo: sed nonnisi quod spectat essentiæ divinæ ab attributis distinctionem, et Thaborici luminis divinitatem: nec enim obtinuit quantum ad illa consectaria, quæ Palamitis exprobrabat Gregoras. Sic verbi gratia Palamitis Iconomachorum errorem sæpius objicit Gregoras: at Palamitas revera Iconomachos fuisse, aut Iconomachorum errorem apud Orientalem Ecclesiam tum instauratum et approbatum fuisse, nemo dixerit. CAPPERONN.

(33) S. Joan. Damasc. lib. IV *Orthod. fid.* cap. 14. CAPPERONN.

quod assumptum in cœlos corpus inde descendat, sed quia ipse panis et vinum in corpus et sanguinem Christi convertuntur. Si autem quæras, quomodo hæc fiant, satis tibi sit audire, per sanctum Spiritum hæc fieri. »

XII. Auditis, quomodo magnum Ecclesiæ luminare non operationem substantia vacuam et a divina substantia distinctam, sed ipsam divinam sancti Spiritus substantiam, neque salutaris illius corporis figuram, sed ipsum illud corpus nec ab illo aliud esse, panem eucharisticum asserat. Porro, quod majus est, non simpliciter neque in transcursu paucis hæc verbis protulit: sed solidum atque integrum libri quarti caput magno studio hanc in rem elaboravit, et valde prolixas demonstrationes, tum ex naturalium rerum penu, tum sacris e Scripturis deprompsit. Tunc enim Ecclesia gravi bello velut marina tempestate jactabatur, et valde intumescebat illorum moles fluctuum, quos vehementissime concitabant Iconomachi, tum de prædictis, tum de Thaborico lumine, disceptantes. Hinc erroris occasionibus, quas impie confinxerant, captatis, hæreseos iconomachicæ tumultum excitabant, et domini Jesu incarnationem calumniabantur, ut supra exposuimus, ubi nec nos piguit prolixiorem hac de re sermonem instituere. Tunc certe magistratus **1138** omnes, et cæteras imperii dignitates, hujus, quæ velut morbus cunctos infecerat, hæreseos ministri distribuebant, et certatim omnes maxima contentione ad similem currebant improbitatem; quin et illius ætatis homines, ob vitæ delicias et luxum, eo fere inclinabant animum, ut sanctionibus imperatoriis adularentur. Supererant paucissimi, quorum generosus ac liberior animus, itemque ardentissimus in corde ignis, contra inimicum illum ignem fortiter decertabant; et hoc in bello sapientis hujusce viri sancti Joannis Damasceni sermonibus pro sua quisque facultate, alii verbo, alii opere, utroque alii, opitulabantur. Horum unus fuit Theodorus Graptus, qui multam tum scriptis in sermonibus sapientiam, tum ad perferendas hostium illorum plagas corporis patientiam demonstravit. Unde firma et inconcussa, quæ e majoribus accepimus, dogmata servavit, et grassantem ubique malitiam compescuit. Porro magnus hic doctor scripsit plures et Dei Ecclesiæ reliquit libros, qui uberem sapientiam cum scientia conjunctam et pietatem augusto splendore festam continent; ex quibus nonnulli quidem maximum et necessarium ad superiorem controversiam adjumentum nobis attulerunt: attamen perlibenti animo, nec sine quadam voluptate, rursus ex ipsius libris, ceu sacro ex armamentario, nunc opportunam ad p[ræ]sentis disputationis necessitatem gladium educam. Ibi quippe statim proponit verba, quæ velut d[i]sicum canentia proferebant Iconomachorum hæreseos antistites. Sunt autem hujusmodi:

XIII. « Christus, **1139** inquiunt, cum suam

ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτο[ς] καὶ ὁ οἶνος μεταποιεῖται εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. Εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς γίνεται, ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι ὅτι διὰ Πνεύματος ἁγίου. »

ΙΒ'. Ἀκούετε, πῶς οὐκ ἐνέργειαν ἀνούσιόν τε κα[ὶ] διάφορόν φησι τῆς θείας οὐσίας ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας φωστήρ, ἀλλ' αὐτήν γε τὴν θείαν οὐσίαν τ[οῦ] Πνεύματος· οὐδὲ τύπον γινόμενον σώματος ἐκείν[ου] τοῦ σωτηρίου τὸν ἄρτον, ἀλλ' αὐτό γε ἐκεῖνο, κα[ὶ] οὐκ ἄλλο ἐκείνου. Καὶ τό γε μεῖζον, ὡς οὐχ ἁπλῶ[ς] οὑτωσὶ παρῆλθεν εἰπὼν ἐν βραχεῖ, ἀλλ' ὅλον π[...]ται λόγον, καὶ λίαν πεφροντισμένον, καὶ σύν γε μακραῖς ἐπιεικῶς ἀποδείξεσι φυσικαῖς τε καὶ γραφ[ι]καῖς. Πολλὴ γάρ τις τότ' ἦν ἡ θάλασσα τῶν τῆ[ς] Ἐκκλησίας πολέμων, καὶ ὁ τῶν κυμάτων ἐκεί[νων] ὄγκος σφόδρα γε ᾤδει πρὸς τῶν Εἰκονομάχων τ[...] σφοδρῶς ἀναῤῥιπιζόμενος, περί γε δὴ τῶν εἰρημέ[νων], καὶ πρός γε τοῦ ἐν Θαβωρίῳ φωτός· [P. 11[...]] ἐξ ὧν ἀφορμὰς οὐχ ὁσίας ἀναπλάττοντες τὸν τ[ῆς] εἰκονομαχίας ἠρέθιζον θόρυβον καὶ τὴν ἔνσαρ[κον] τοῦ Κυρίου διέβαλλον παρουσίαν· ὡς ἀνωτέρω [...]που διελάβομεν καὶ ἡμεῖς, οὐκ ἐῤῥᾳθυμηκότ[ες] μηκύναντες λόγον· ὅτε δὴ καὶ πάσας μὲν ἀρχ[ὰς] πάσας δ' ἐξουσίας, οἱ τῆς νόσου ταύτης ὑπηρέτ[αι] διενενέμηντο, καὶ πᾶσα πάντων ἅμιλλα πρὸς τ[ὸν] ὅμοιον τῆς κακίας ταύτης ἐτέτακτο δρόμον, καὶ σ[χε]δὸν ὁ τῶν τηνικαῦτα βίος ἀνθρώπων, διὰ τρυφ[ὴν] καὶ βλακείαν, εἰς τὴν τῶν βασιλικῶν θεσπισμά[των] ἔκλινε κολακείαν, καὶ πάνυ βραχεῖς τινες ἦσαν, ὧ[ν] ἐλεύθερον τῆς ψυχῆς ὑπῆρχε τὸ φρόνημα, καὶ [...] τὸ τῆς καρδίας πῦρ, μεθ' οὗ καὶ πρὸς τὸ πολέμ[ιον] ἐκεῖνο γενναίως ἀντεστρατεύοντο πῦρ, καὶ τοῖς λ[ό]γοις τοῦ σοφοῦ τοῦδ' ἀνδρὸς συνεμάχουν ἐκ τ[ῶν] ἐνόντων, οἱ μὲν λόγοις, οἱ δ' ἔργοις, οἱ δὲ δι' ἑκατέ[ρων]. Ὧν εἷς καὶ Θεόδωρος ἦν, ὁ πολλὴν μὲν τ[ὴν] ἐκ λόγων σοφίαν, πολλὴν δὲ τὴν τοῦ σώματος κα[ρ]τερίαν πρὸς τὰς τῶν πολεμίων ἐκείνων πληγὰς [ἐν]δειξάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς πατρίοις τὸ βέβ[αιον] καὶ ἀσάλευτον χαρισάμενος δόγμασι τὸ νεμόμ[ενον] ἔπαυσε τῆς κακίας ἐκείνης. Καὶ μὲν δὴ πολλῶν [...]των, ἃ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ καταλέλοιπε συγγράμ[ματα], πλήρη σοφίας ἐπιστημονικῆς καὶ ἅμα [εὐ]σεβείας σεμνῶς πανηγυριζούσης, ὁ μέγας [...] διδάσκαλος, ἔνια μὲν καὶ ἡμῖν εἰς τὴν ἀνωτέρω [...]που χρείαν μεγίστην παρέσχετο συμμαχίαν· [...] νῦν δ' αὖθις κατὰ γνώμην ἂν εἴη καὶ οὐ μὴ[ν ...]τοι ἀηδὲς ἐμοί, τῶν ἐκείνου βίβλων, ὡς ἐξ ἱερ[ᾶς] τινος ὁπλοθήκης, τὸ καίριον καὶ τῇ παρούσῃ χ[ρείᾳ] πάλιν ἀνειληφέναι ξίφος. Προτίθησι γὰρ ἐκεῖ τὰ [τῶν] προέδρων τῆς εἰκονομαχίας ἐναγώνια ῥήματα [...]τερον, ἔχοντα οὕτως·

ΙΓ'. « Προγνούς, » φησίν, « ὁ Χριστὸς τὸν [...]

Variorum notæ.

(34) Lib. XIX, cap. 3 et 4. CAPPERONN.

(35) Vide lib. XIX, cap. 3 et 4. CAPPERONN.

τον αὐτοῦ ἠθέλησε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις παραδοῦναι, δι' οὗ ἠράσθη πράγματος (36), τύπον εἰς σῶμα αὐτοῦ· ἵνα διὰ τῆς ἱερατικῆς ἀναγωγῆς λάβωμεν ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα αὐτοῦ (37). » Εἶτα ἐπιφέρει τὴν ἐκείνην οὗτος καθαίρεσιν οὑτωσί· « Ἡμεῖς δὲ, » φησὶν, « οὔτε εἰκόνα οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκείνου ταῦτα λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ τεθεωμένον. Τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ παρεδίδου, «Λάβετε, φάγετε τὸ σῶμά μου,» λέγων, οὐχὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου. Ὡς γὰρ ἐκ τῆς Παρθένου τὴν σάρκα διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἑαυτῷ ὑπεστήσατο· εἰ χρὴ δὲ κἀκ τῶν καθ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι, [P. 713] ὡς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλεται (38), καὶ οὐκ ἂν εἴπομεν ἕτερον σῶμα γίνεσθαι παρὰ τὸ πρότερον, οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυῶς ἐπικλήσει τοῦ ἱερατεύοντος, ἐπιφοιτήσει τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταβάλλεται. » Ἰδοὺ καὶ ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος ταυτὰ τῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ φθέγγεται Πατρὶ, καὶ πολλῷ πλέον, ἢ Παλαμᾶς τοῖς ἀτοπωτάτοις ἐκείνοις Εἰκονομάχοις. Ἁλίσκεται γὰρ κἀνταῦθα καὶ τούτους ἐς τὴν ὁμοίαν κακίαν ὑπερβαλλόμενος, εἴ τις τὰ ἀμφοῖν παράλληλα θέμενος συνορῴη ἐγκλήματα· μάλα εἰκότως. Τὰ γὰρ θεῖα δόγματα, κανόσι Πατέρων ὀρθῶς ῥυθμιζόμενα, παραλύειν οὐκ οἶδεν οὔθ' ἣν ἅπαξ ἥρμοσται συμφωνίαν πρὸς ἑαυτὰ, οὔθ' ἣν αὖ πρὸς τὰ ὁμόστιχα. Τὸ δὲ κακὸν, οὐδέσι κανόσιν ἑπόμενον, συμφωνεῖν οὐκ οἶδεν οὐδέσιν· ἀλλὰ μάχεται μὲν τῷ φύσει καλῷ, μάχεται δ' οἷς ἔναγχος γέγηθε συμφωνῶν, μάχεται δ' ἐπίσης καὶ ἑαυτῷ. Οὕτως ἐμμανῆ τε καὶ ἄτοπον ἔσχε τὴν ἕξιν ἀεὶ τὰ κακά.

ΙΔʹ. Προσοιστέον δ' ὑμῖν καὶ ἃ Γρηγορίῳ τῷ Νυσσαέων εἴρηται πρότερον, ἵνα γνῶτε τὴν τοῦ καλοῦ συμφωνίαν ἑκασταχόθεν καὶ πολλαχόθεν ὁμοίως ἔχουσαν. « Ὁ ἄρτος, » φησὶν (39), « ἄρτος ἐστὶ τέως κοινός· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα Χριστοῦ λέγεταί τε καὶ γίνεται. » Ἦ που μακρά τις ἂν εἴη σχολῆς ἀωρία, μὴ τοῖς οὕτω λ. χθεῖσιν ἀρκουμένους πλείω ζητεῖν εἰς ἐκλογὴν τοῦ κα-

A prænovisset mortem, sanctis discipulis et apostolis suis, per id quod valde concupivit, figuram sui corporis tradere voluit, ut, accedente mystica sacerdotis benedictione, velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus. » Deinde illorum verborum refutationem ita subjungit hic doctor : « Nos autem, inquit, neque imaginem neque figuram illius corporis hæc sacra Eucharistiæ mysteria esse dicimus, quanquam symbolice conficiantur ; sed ipsum Christi corpus deificatum. Hoc et suis discipulis tradebat : « Accipite, manducate corpus meum, » dicens, non mei corporis imaginem. Ut enim ipse sibi per Spiritum sanctum carnem ex Virgine produxit ; aut, si exemplo a nobis petito istud explicari oporteat, sicut panis et vinum B et aqua naturaliter in corpus et sanguinem comedentis et bibentis transmutantur, nec dicemus unquam aliud a priori diversum corpus fieri ; ita hæc etiam Eucharistiæ symbola, sacerdotis invocatione et sancti Spiritus adventu, in corpus et sanguinem Christi supernaturaliter transmutantur. » Ecce hic quoque magnus doctor eadem profert, quæ protulit olim sanctus ille Pater Joannes Damascenus, et quidem multo magis quam Palamas eadem cum ineptissimis illis Iconomachis proferat. Hos enim hic etiam in similis malitiæ collatione superat, si quis ea secum invicem collata conspiciat, quæ possent ambobus exprobrari. Nec sane immerito. Nam divina catholicæ fidei dogmata, C cum sanctorum Patrum regulis apprime **1140** congruant, quem inter se semel effecerunt aut cum similibus aliis servant concentum, hunc dissolvere nequaquam possunt : malum autem, cum nullis regulis accommodatum sit, nullis consonat ; sed ei, quod ex natura sua bonum est repugnat, ut et iis, quorum concentu, paulo ante gaudebat, imo secum etiam peræque pugnat. Adeo insane semper et absurde mala sese habuerunt.

XIV. Verum operæ pretium est ut ea vobis afferam, quæ sanctus Gregorius, Nyssenorum episcopus, olim protulit, ut multis e locis et undecunque bonum sui semper esse simile cognoscatis. « Panis, inquit, hucusque communis est panis : cum autem eucharistico mysterio fuerit consecratus, Christi corpus dicitur et efficitur. » Certe multo intempestivoque otio abundarent, qui supra

Variorum notæ.

(36) Alludunt, opinor, ad Christi verba, Lucæ cap. XII, v. 15 : Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν· *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* CAPPERONN.

(37) *Velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus.* Notanda sunt hæc verba, quibus Iconomachi realem Christi præsentiam in Eucharistia videntur admisisse, aut sibi ipsis contradixisse ; quod eis exprobrat Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, *Antirrhetico II*, apud quem tamen (ubi Iconomachorum verba refert) deest vocula ὡς, quæ hic emollitiva videri possit. Vide clarissimum auctorem *Perpetuitatis fidei circa Eucharist.* tom. I, lib. VII, cap. 5, CAPPERONN.

(38) Locus hic Theodoro Grapto attributus jacet in fragmento ejus operum apud Combefisium libro D cui titulus : *Manipulus originum Constantinopolitanarum*. Idem locus reperitur ad verbum in Nicephoro patriarcha Constantinopolitano (Tarasii successore) *Antirrhetico II*, apud Allatium lib. III *De perpet. consens.* cap. 15, ubi plenior describitur : atque hinc etiam possit confirmari, Nicephorum patriarcham auctorem esse illorum operum quæ sub Theodori Grapti nomine circumferuntur. CAPPERONN.

(39) Locus hic ad verbum non legitur, cap. 37 Orationis catecheticæ, ubi de Eucharistiæ mysterio agit S. Gregorius : sed in eumdem sensum ibidem plurima edisserit sanctus doctor. An vero alium sancti Gregorii librum hic citaverit Gregoras, ut negare non ausim, ita nec affirmare vellem. CAPPERONN.

dictus minime contenti adhuc plura quærerent, ut A boni ac pejoris delectus haberetur. Ipsi enim videtis, ut nullo negotio atque, ut ita loquar, sponte ac ultro erumpant undequaque nefanda hominis istius festa, et impia mysteria retegantur. Omnium hæreseon Palamam reum evidenter peregimus; demonstravimus omnes hæreticos ab ipso ubique superari; cunctas ab eodem connecti simul hæreses, ut divinæ incarnationis mysterium evertat, quemadmodum sæpe supra et nostris in *Antirrheticis* multa antea ostendimus. Illorum autem omnium fons atque causa malorum est ignorantia et arrogans de se concepta opinio, quibus nullum omnino inveniri potest remedium; neque ars ulla est, quæ qualibet ratione possit hæc sanare. Alio- B qui artem hujusmodi nosset ipse Palamas, qui a sacris et sapientibus Ecclesiæ doctoribus audiit, **1141** in simplici atque incorporea et omnium maxime in divina illa, quæ omnem intellectum superat, natura, nullum essentiæ et operationis esse discrimen, nec eas inter se tantopere differre, ut essentia quidem ab nulla creatura possit ullo modo participari, et cœlestibus locis quodammodo circumscripta sit. Operatio autem, seu efficacia per se minime subsistens, ad res terrenas descendat, libenter et hilare carnem gestet, ipsa increata et inconsumpta manens conservet humanitatem, cum qua insuper sibi propriam increati conditionem communicet, quod in divinam substantiam convenire Palamas inficiatur. « Caro enim, C inquit, prius absumeretur, quam divinæ fieret substantiæ particeps. » Cum itaque sancta Virgo divinæ substantiæ igne combusta aut consumpta non fuerit, colligitur secundum ejus opinionem, divinam Verbi substantiam ex ipsa beata Virgine non fuisse incarnatam, sed operationem seu efficaciam quamdam duntaxat, increatam quidem, sed per se minime subsistentem, quæ inferiorem seu remissum igneam nec omnino combustivum possidebat. Nunquam enim ullum e sanctis Patribus, sanctum præsertim Athanasium, audiit Manichæis clamantem: « Dicite, auctores novi secundum vos Evangelii, undenam vobis prædicatum est, carnem increatam esse dicendam, ita ut aut deitatem verbi in carnam dilapsam et mutatam fuisse communi- D niscamini, aut œconomiam passionis, mortis et resurrectionis, meram apparentiam et phantasiam existimetis? Sola enim sancta deitatis Trinitas est increata et æterna, **1142** immutabilis et invariabilis. » Et post pauca: « Nam quod increatum est, natura sua increatum dicitur, nec accessionem vel diminutionem admittit. » Et iterum: « Quis enim, increatum si audiat Domini corpus,

A λοῦ τε καὶ χείρονος
ἀμογητὶ, καὶ κατὰ τὸ
ται πανταχόθεν τὰ τῆς
ἀνακαλυπτήρια, καὶ
αἱρέσεσιν ἔνοχος ὤν,
πάσας δ' εἰς ἀναίρεσιν
οἰκονομίας· ὡς ἀνωτέ
καὶ πολλῷ πρότερον
Πηγὴ δ' ἁπάντων κακῶ
καὶ οἴησις, οἷς φάρμακ
των οὐδὲν οὐδαμῇ· οὐ
ἂν οὐδενί γε τῷ τρόπῳ
ᾔδει καὶ αὐτὸς, ἀκούω
σκάλων τῆς Ἐκκλησι
καὶ ἐνεργείας ἐφ' ἁπλ
B μάλιστα πάντων τῆς
μηδ' ἐς τοσαύτην ἥκει
θέκτον εἶναι παντάπα
που περιγεγραμμένην
τὰ περίγεια κατιοῦσα
φορέσαι μεθ' ἱλαρότη
ἄκτιστον ἄφλεκτόν τε
καὶ πρός γε μεταδιδό
τος αὐτῇ· ὃ τῇ θείᾳ
ταί οἱ. Φθείρεσθαι γά
μετασχεῖν. Τῆς γοῦν
χθείσης μηδ' ἀναλωθ
σίας, συνάγεται κατ'
αὐτῆς σεσαρκῶσθαι
C ἄκτιστον οὖσαν μὲν κ
μένον πως καὶ μὴ π
μένην. Οὐ γάρ πωτ' ο
οὖν Ἀθανασίου τοῦ θ
νιχαίοις (40)· « Εἴπα
καθ' ὑμᾶς Εὐαγγελίο
σάρκα ἄκτιστον λέγ
λόγου εἰς μετάπτωσι
οἰκονομίαν τοῦ πάθο
ἀναστάσεως, δόκησιν
στος μὲν γὰρ πέφηνε
τος, ἀΐδιός τε καὶ ἄτ
μετ' ὀλίγα· « Τὸ γά
ἄκτιστον, μήτε αὔξη
νον. » Καὶ πάλιν· «
D τοῦ Κυρίου σῶμα, ἐκ
εἰδὼς, οὐκ ἐννοήσει,
Γραφὰς, ἑαυτὸν δὲ μ
νωνίαν; » Καὶ μετ' ὀ
μόνη ἡ τῆς θεότητος
παθητὴν λέγειν ἀσεβ
ὀνομάζειν. » Καὶ πά
τὸ λεγόμενον ἄκτιστο
ὅτι μὴ γέγονε. » Καὶ

Variorum notæ.

(40) *Manichæis clamantem*, seu potius Apollinaristis; ut patet oratione S. Athanasii de incarnatione Christi, ubi in Apollinaristas totus invehitur. Et certe oratio illa inscribitur κατὰ Ἀπολλιναρίου, et postea dicit S. Athanasius, Apollinaristas κατὰ τὴν τῶν Μανιχαίων ἀσέβειαν ὑπολαμβάνειν, *Manichæorum sententiam*

(41) Alludit Grego
titulos: κατὰ Ματθαί
κῶν. CAPPERONN.

(42) Nempe oration
spurium esse hunc se

τικοί φασιν, ὅτι ἐνέργεια παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐγένετό τις (43) ἐν τῇ Παρθένῳ, τοῦ τελεσθῆναι τὴν σάρκωσιν. »

sequeque factum et creatum agnoscat, non conjectabit falsas quidem esse Scripturas divinas, et sibi nullam esse cum Christo communionem ? ». Et paucis interjectis : « Nam sola deitatis substantia increata esse intelligitur, ita ut impium sit, vel increatam substantiam vocare patibilem, vel patibilem increatam appellare. » Et rursus : « Profecto inter creatas res illud increatum dicitur, quod nondum exsistit, quia factum non est. » Et alibi : « Non, quod aiunt hæretici, aliqua energia, seu operatio, a sancto Spiritu facta est, ut incarnatio compleretur. »

ΙΕ'. Τὰ δ' αὐτὰ περὶ ἀκτίστου καὶ ὁ Νυσσαεὺς πρὸς Εὐνόμιον φάσκει Γρηγόριος · « Μόνη τῆς κτίσεως ὑπέρκειται ἥ θεία τε καὶ ἄκτιστος φύσις τοῦ Θεοῦ.» Καὶ πάλιν· «Ἄκτιστον, πλὴν θείας φύσεως, οὐδέν. » Ὁρᾶτε πῶς ὑπὸ τῶν ἁγίων περιφανῶς ἀναιροῦνται Μανιχαῖοί τε καὶ Ἀπολλινάριος, Ἄρειός τε καὶ Εὐνόμιος, οἱ ταυτὰ τῷ Παλαμᾷ πάντες φθεγγόμενοι · ὡς νῦν γε (44) καὶ αὐτὸς ἐκείνοις ταυτὰ φθεγγόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις συναναιρεῖται ξιφῶν. Ὅτι δὲ καὶ Εἰκονομάχος ὢν πεφώραται μὲν καὶ πρότερον ἐκ πολλῶν, ὡς ἐδείξαμεν, [P. 715] οὐχ ἧττον δὲ κἀκ τούτων, ἀκούσατε καὶ Θεοδώρου τοῦ μεγάλου καὶ σοφοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἐκείνου κήρυκος, τηνικαῦτα παρόντος καὶ πολεμοῦντος συχνὰ τοῖς Εἰκονομάχοις, ἅτε ἐν χερσὶ τῆς μάχης καθισταμένης. « Τὸ μὲν φθαρτὸν τοῦτο, » φησὶν, « ἐνδύσασθαι δεῖν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν ἀθανασίαν, ὁ μέγας μυσταγωγεῖ Ἀπόστολος · τὸ δὲ σῶμα ἀσωματότητα ἐνδύσασθαι, ἢ τὸ κτιστὸν γενέσθαι ἄκτιστον, ἢ τὸ περίγραπτον εἰς ἀπεριγραφίαν μετατεθεῖσθαι, οὔπω μέχρι καὶ τήμερον ἤκουσται. » Καὶ πάλιν · « Εἰς θεότητος φύσιν οὐκ ἄν τι τῶν γεννητῶν καὶ τελούντων ἐν κτίσμασι μετασταίη ἄν ποτε, κἂν μυριάκις βλασφημοῦντες οἱ Εἰκονομάχοι φαίνωνται. » Καὶ πάλιν · « Τί οὖν, φθείρει ἡ ἀφθαρσία, καὶ ἡ ἀθανασία ἀπόλλυσιν ; ἀλλ' οὐκ ἔστι λόγον ἔχον τοῦτό γε· » Ἀκούετε πῶς καὶ Εἰκονομάχοις ταυτὰ φθεγγόμενος Παλαμᾶς, ὁ τῆς νῦν Ἐκκλησίας διδάσκαλος, τοῖς αὐτοῖς βάλλεται βέλεσι πρὸς τοῦ στρατηγοῦντος γενναίως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας Πατρὸς καὶ διδασκάλου τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον · καὶ οὕτω σὺν γε Θεῷ τοὺς λόγους ἠνύσαμεν, τούς τε νῦν ὑμῖν προστεθέντας καὶ οὓς μεταξὺ μὲν τότε τοῦ ἀγῶνος ἐνεστηκότος καὶ τῆς χρείας ἀναγκαζούσης διήειμεν, νῦν δὲ διὰ μῆκος παρελίπομεν.

XV. De increato eadem profert sanctus Gregorius Nyssenus contra Eunomium. « Sola (inquit) divina et increata Dei natura supra omnem creaturam posita est. » Et iterum : « Præter divinam naturam nihil est increatum. » Videtis, ut a sanctis Patribus confodiantur Manichæi, Apollinarius, Arius et Eunomius, qui eadem cum Palama dicebant ; quemadmodum nunc etiam ipse Palamas, easdem cum ipsis voces proferens, una cum ipsis eodem gladio jugulatur. Porro Iconomachus esse Palamas ex multis antea deprehensus est, sicut ostendimus, nec minus ex his potest deprehendi : quod ut pateat, audiatis velim magnum et sapientem illum Ecclesiæ prædicatorem Theodorum, qui tunc aderat et cum Iconomachis **1143** assidue decertabat, utpote cum ad manus tunc ventum esset et pugna ferveret : « Quod, inquit, hoc quidem corruptibile oporteat induere incorruptibilitatem, et mortale hoc immortalitatem, magnus nos edocet Apostolus : at hucusque non est auditum, quod corpus incorporeitatem induere debeat, aut increatum fieri, quod creatum est, aut circumscriptum in incircumscriptum commutari. » Et iterum : « In divinitatis naturam nihil rerum factarum et quæ in creaturarum albo recensentur, converti poterit, quamvis id Iconomachi sexcenties blasphemando effutiant. » Et rursus : « Quid igitur ? incorruptibilitas corrumpit, et immortalitas mortem infert ? at hoc ab omni ratione alienum est. » Auditis, quomodo Palamas, præsentis Ecclesiæ doctor, eadem cum Iconomachis verba proferens, iisdem quoque telis configatur a sancto Patre et Ecclesiæ doctore, qui suscepti pro catholica fide belli generosum sese ducem præbuit. Et hæc quidem ita se habuerunt : sicque Deo juvante sermones illos absolvimus, tum quos nunc in medium vobis referendo proposuimus, tum quos calente pugna et cogente tunc necessitate habitos, ob nimiam longitudinem modo prætermisimus.

CAPUT II.

Α'. Ἐκείνοις μὲν δι' ἀπεχθείας καὶ βάρους μακροῦ τὰ λεγόμενα ἦκε, καὶ ἐς πολὺν τὸ θυμούμενον τῆς ψυ-

I. Isti porro sermones illis valde odiosi ac molesti acciderunt, et erumpente ipsorum ex animis

Variorum notæ.

non judicat, cum sole clarior se prodat styli hujusce ab Athanasiano discrepantia. Vide clarissimum et doctissimum auctorem novæ editionis τῶν Athanas. tom. II, pag. 589. CAPPERONN.

(43) Hic auctor, quisquis sit, non negat incarnationem peractam fuisse divina sancti Spiritus virtute : sed vult hocce mysterium non consistere duntaxat in illa speciali sancti Spiritus operatione : vult insuper ut ipsum Dei Verbum cum humana natura hypostatice seu substantialiter unitum fuerit. Non ergo solummodo specialiter operabatur in Christo divinitas, verum ejus humanitati vere conjuncta erat ; et hoc juvare potest, ut catholicæ fidei a Nestoriana hæresi discrimen intelligatur. CAPPERONN.

(44) Si legas ὅς νῦν γε, sic vertendum erit. *Arius et Eunomius proferentes eadem cum Palama ; qui nunc etiam easdem cum ipsis voces emittens, una cum ipsis eodem gladio jugulatur.* CAPPERONN.

ira excanduerunt; et veluti quodam furore perciti e duobus alterum necessario consequi asserebant: « Vel enim, inquiebant, **1144** sancti sunt, et sic ista non dixerunt; vel ista dixerunt, ac proinde sancti non sunt. Absit enim, ut dicamus unquam, non esse dubio procul increata, tum illa sancti Spiritus dona, quæ Deus varie distribuit, tum gratias et operationes, quas ab omni ævo creaturis largitur. Nam si creatas res dari etiam a Deo fateremur, quid egregii præter cætera et eximii divina majestas haberet? Hoc enim facere semper ipsi homines possunt; nempe quibuslibet dare quotquot temporaria et quæcunque creata quispiam voluerit. Deus itaque, cum sit increatus, par est ut increata largiatur. Si quis autem aliter loqui velit, hunc omni prorsus ratione rejicimus, licet cœlestis tonitruum clamor audiatur, licet omnia quoque elementa fiant vocalia et isthæc proferant. »

II. Cum vero me accingerem ad afferendos sanctorum Patrum libros, illi ne tantillum quidem sustinuere: sed statim surrexerunt, valde me irridentes, et hæc inter alia plurima mihi dixerunt: « Næ tu, inquiebant, imprudenter et insipienter adversus temet ipsum agis, quod sanctionibus imperatoriis obsistas; cum liceret (si paulo remissior esses) longe majorem quam antea imperatorum, imperatricum, et omnium quicunque vel senatorii sunt ordinis, vel aliqua dignitate alia et honore fulgent, benevolentiam consequi. Cæterum (aiebant) sermonis nostri summa illa sit: si ita obstinatus permanseris, multorum quidem bonorum jacturam facies, multa vero tristia malaque habebis. Adde, quod sermones tuos omnes, qui per festum sanctorum dies in ecclesia leguntur, **1145** jubente imperatore, inimicus et infestus ignis brevi absumet; tu vero post obitum tuum extra urbem insepultus aliquo projicieris. »

III. Illorum ego sermonem excipiens, « Hæc, inquam, Diocletiano ejusque temporibus verba congruunt. Et certe cum maxima mihi bona gratificantes offeratis, nolite minarum obtentu gratiam istam confundere. Nam dum pollicemini fore ut martyrum mihi coronas impertiatis, res optimas pessimis, ut videtur, nominibus confunditis. Et vos quidem ea minitamini, quæ sunt penes imperatorem: ego autem (quæ juvante Deo constanter servare penes me est) certabo et usque ad mortem stabo, nemini mancipatam mentem conservans. Nam pietatis exercendæ summa est necessitas, nulla autem vivendi: pro pietate quoque mori necesse est, non item sepeliri. » Interim illi abierunt.

IV. Ut autem arctius iterum custodirer, foribus admoventur seræ, pessuli obduntur, et custodes prioribus acerbiores apponuntur. Maxime tamen optarem, ut alteram partem eorum comminationis congruo derisu prosequi coram ipsis mihi licuisset, et ibi luculentius ostendere, quanta fuerit vesanorum hominum amentia et stoliditas. Illi autem, ut

A χῆς ἐξεῤῥάγη σφίσι π
γενόμενοι δυοῖν ἔφασκον
ἢ γὰρ, ἁγίους ὄντας, μὴ
ἁγίους οὐκ ἂν εἶναι·
ἡμεῖς, οὔτε τὰ διειλημμ
τὰς τοῖς κτίσμασι διδο
γείας ἐκ τοῦ παντὸς α
ἀναμφίλεκτον ἄκτιστα.
κτιστὰ συγχωροίημεν,
ροχῆς ἐξαίρετον; Τοῦτο
ποιεῖν ἀεὶ, καὶ διδόναι
τῶν προσκαίρων καὶ
Θεὸς οὖν ἄκτιστος ἄκτι
Εἰ δέ τις ἄλλως ἐθέλοι λ
ἐκ παντός γε τρόπου,
B κἂν στοιχεῖα πάντα
ταυτί.

Β'. Ἐμοῦ δὲ τῶν ἁγ
τος τὰς βίβλους, ἐκεῖνο
μενοι ἐξανέστησαν, πολ
καὶ πλεῖστά τε λέγοντε
δρᾷς κατὰ σεαυτοῦ, βα
τάγμασιν, [P. 716] ἐξ
ἢ κατὰ τὴν πρὶν ἀπολ
λέων καὶ βασιλίδων, κα
τῶν συγκλητικῶν καὶ δ
καὶ τιμῆς. Καὶ μὲν δ
σοι τοῦτο τῶν λόγων,
C ῥότητι πολλῶν μὲν στ
δὲ πειραθήσῃ τῶν λυπ
λόγων ὅσοι ἐπ' ἐκκλησί
νώσκονται μνήμαις, π
ἀντίθετον ἅπαντας ἐν
λέως· σὺ δ' ἄταφος θα
λεως. »

Γ'. Ἐγὼ δ' ὑπολαβὼ
νου καιρῶν ἔφασκον εἰ
μὴ, τὰ μέγιστα χαριζό
τὴν χάριν ἐν τῷ τῆς
μαρτύρων ἐμοὶ στεφάν
κακίστοις ὀνόμασι τὰ β
ὑμεῖς μὲν ὧν βασιλεὺ
D ὧν ἐγὼ κύριος σὺν γε
ἀγωνιοῦμαι καὶ μέχρι
νημα τηρῶν ἀδούλωτον
ζῆν δ' οὐκ ἀνάγκη· κ
θείας ἀνάγκη, θάπτεσθ
νοι μὲν ἐν τούτοις ἀπῄ

Δ'. Ἐμοὶ δὲ πάλιν
ἐπήγοντο, καὶ τῶν πρ
Καίτοι γε ἐβουλόμην
μέρος τῆς σφῶν ἀπειλῆ
ψαι χλεύῃ, καὶ δεῖξαι
τῆς ἀπονοίας τὸ ἀγνωμ
ἔοικε, τὴν ἑαυτῶν αὐτο

φοὶ τοῖς λεχθησομένοις ἀπιόντες ᾤχοντο. Εἶναι γὰρ A Παλαμίταις τὸ σκοπιμώτατον, παῦσαι μὲν τὰς ἑορτὰς τοῦ Θεοῦ, τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν μηδαμῶς αὐτοῦ προσιεμένοις· παῦσαι δὲ καὶ τοὔνομα τοῖς λόγοις τούτοις τοὐμὸν μετὰ τῆς ἐμῆς ἐμφαινόμενον εὐσεβείας. Εἰ οὖν τοῦτο διδοίη τις, οὐκ ἂν φθάνοι τὰς Μωσέως καὶ Δαβὶδ καὶ πάσας Ἰουδαϊκὰς διαγράφων βίβλους, ἅτε χρόνοις ὕστερον ἐκκηρύκτου καταστάντος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἡμῖν. Καί μοι θαυμάζειν περίεστι, πῶς Νεστόριον μὲν καὶ Εἰκονομάχους τἆλλα ζηλοῦσιν αὐτοῖς, ᾧ μάλιστά γε ἐχρῆν ὁπωσοῦν ἐχομένῳ φιλαυτίᾳ, ἐν τούτῳ μάλιστα ζηλοῦν οὐ γεγένηται νῦν. Τὴν γὰρ τοῦ Θεοῦ λόγου συγχέοντες ἐνανθρώπησιν ἐκεῖνοι, καὶ τὰς θείας ἐκ μέσου ποιοῦντες εἰκόνας, ὅσα μουσουργοὶ καὶ λογογράφοι τῇ Ἐκκλησίᾳ [P. 717] καταλελοίπασιν ᾄσματα B καὶ λόγους, τούτων δ' οὐδὲν οὐδαμῇ συνεξώθησαν· ἀλλ' ᾖδον καὶ ἐτησίοις ἐγέραιρον πανηγύρεσιν. Οὗτοι δὲ, τό σφισιν εἰωθὸς κἀνταῦθα ποιεῖν οὐδαμῇ γε ὀκνοῦντες, καὶ ταύτῃ κἀκείνους τῇ κακίᾳ φιλονεικοῦσι νικῆσαι. Αἰσχύνη γὰρ τοῦτο, καὶ μάλα ἀπόβλητον εἶναι νομίζεται Παλαμᾷ, καθ' ὁπόσα τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν αἱρέσεων εὕρηται σπέρμα δυσσεβείας ἀρκεῖσθαι, εἰ μὴ καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέροι κακίαν ἐπὶ κακίᾳ. Ἐνεργὸν γὰρ ἀεὶ τὸ φιλότιμον ὁ ἀνὴρ ἐνδείκνυται, πανταχῇ πάντας κακοὺς ἐν κακοῖς ὑπερβάλλων (1).

A videtur, perspecta sua ipsorum ignominia, obsurduerunt ad res dicendas, et discesserunt. Hunc enim sibi præcipuum Palamitæ scopum proponunt, ut tum omnes Dei festos dies aboleant (quoniam incarnationis ejus mysterium nullatenus admittunt), tum etiam impediant, ne amplius in istis homiliis ac sermonibus nomen meum mea cum pietate appareat. Quod si concederet quispiam, 1146 fieri non posset, quin protinus Mosis, Davidis, et omnes Judæorum libros oblitteraret, utpote cum jampridem Judæorum gens a nobis damnata et proscripta fuerit. Et hoc mihi valde mirum accidit, quomodo Nestorium et Iconomachos in aliis æmulentur, nec tamen eosdem nunc æmulati fuerint, hac præsertim in re, in qua illos æmulari B deberet is, qui qualicunque sui amore teneretur. Nam licet Dei Verbi incarnationem everterent Iconomachi, et divinas imagines e medio tollerent, attamen nullos hymnos, nullas homilias, nulla cantica, ex iis quæ scriptores hujusmodi operum Ecclesiæ reliquerunt, abolevere, imo canebant et anniversariis honorabant solemnitatibus. At vero cum Palamitas, quod sui moris est, hic etiam perpetrare neutiquam pigeat, ista quoque Iconomachos improbitate superare contendunt. Probrosum enim et rejectaneum Palamæ videtur, sibi satis habere quæcunque ab hæreseon ducibus reperta sunt semina impietatis, nisi illorum improbitati suam quoque improbitatem conferat et adjungat. Namque actuosam semper ambitionem præ se fert Palamas, et malitia malos omnes ubique superat.

[Cod. Vat. fol. 95 *a*] Ε'. Ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου C λήγοντος, καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιστάσης ἣ τοῖς ἐμοῖς δεσμοφύλαξιν ἐτήσιος τῇ πανάγνῳ τελεῖται Μητρὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὲν δὴ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀνδρῶν ἀναμὶξ εἰσιόντων ἅμα καὶ ἐξιόντων ἐς τὸ ἱερὸν, ἔλαθέ τις τῶν οὐκ ἀγεννῶν καὶ [fol. 95 *b*] πάλαι φοιτητῶν καὶ ἐς τὰ μάλιστα φίλων ἐμοὶ περὶ δευτέραν ἤδη φυλακὴν τῆς νυκτὸς διὰ θυρίδος τινὸς εἰς τὴν ἐμὴν παρεισρυεὶς οἰκίαν. Ἔτυχε γάρ πως κἀκείνην ἀσέληνον εἶναι τὴν νύκτα, ἅτε καθ' ἓν ζώδιον, δηλαδὴ τὸν Τοξότην, τῶν δυοῖν διατριβόντων φωστήρων τηνικαῦτα, καὶ μόλις που πεντεκαίδεκα μοίρας ἀφισταμένων ἀλλήλων, μετὰ σύνοδον ἤδη τῆς σελήνης φευγούσης τὸν ἥλιον, καὶ μήπω μηδ' αὐτῆς μηδ' ἐπὶ βραχὺ δυναμένης βραχείας γοῦν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ χορηγεῖν τῶν οἰκείων αὐγῶν τὰς λαμπάδας. Ἐγὼ D γοῦν ἀήθους καὶ ξένου τινὸς αἰσθόμενος ἐντεῦθεν πατάγου τὰ μὲν πρῶτα διὰ τὴν ἀωρίαν ἐξεπεπλήγμην· εἶτα φωτὸς κομισθέντος καὶ ἰδὼν οὐδ' οὕτως οὐδέπω τῶν γνωρίμων ἐντὸς ἐνόμιζον εἶναί τινα, μακρῶν διὰ τὴν ἐκδημίαν ἤδη που παραῤῥυέντων ἐτῶν, καὶ αὐτὰ σχεδὸν τῶν χαρακτήρων τῆς ὄψεως αὐτοῦ τὰ σημεῖα τῆς ἐμῆς ἀφῃρημένων μνήμης. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἐπεί τε ἴδοι καὶ ἀναγνοίη βεβαίως ἐμὲ, βύθιόν τι καὶ σφόδρα περιπαθὲς ἀνῴμωξεν, οἷον ἆθρουν τινὰ καὶ ὁμιχλώδη καπνὸν καμιναίας αἰ-

C V. Exeunte jam autumno cum instante festo quod a meis custodibus quotannis castissimæ celebratur Matri Dei, turba hominum omnis generis promiscue intraret templum atque egrederetur, vir nobilis quidam, qui quondam meus fuerat discipulus mihique maxime familiaris, clam secunda jam noctis vigilia per fenestram quamdam in meam irrepsit domum. Evenit enim forte ut illa nox esset illunis, quod in uno zodiaci signo, Sagittario, utrumque lumen tum versabatur et vix quindecim fere partibus alterum ab altero distabat luna post congressum jam solem fugiente, ita ut ipsa ne in breve quidem tempus vel exigua nostram terram luce collustrare posset. Ego autem cum nocte intempesta novum atque insolitum audiD rem strepitum, primum quidem metu perterritus eram; deinde vero lumine allato cum jam cernere oculis possem, nequaquam notum quemdam mihi hominem intus esse putabam. Multos enim jam annos ille peregrinatus fuerat, ita ut temporis longitudine signa atque lineamenta oris ejus ex mea memoria fere excidissent. 1146*a* Ille autem cum me videret atque plane agnosceret, vehementer commotus ab imo pectore suspirium eduxit, et velut densum atque nebulosum fumum et fuliginem fornacalem animi intus summo dolore æstuantis ex

(1) Hic desinit editio Boivini, nempe in libri XXIV parte priori; partem alteram, quam subnectimus, cum libris XXV et XXVI, ex codice Vaticano; libros XXVII-XXXVII ex codd. Paris., primus edidit Imm. Bekkerus, Bonnæ 1855. Quod autem Boivinius libros XXXVIII numeraverit, hoc inde fluxisse videtur quod libri XXIV partem posteriorem pro libro novo habuerit. Edit.

ore exhalavit, neque circumdatis collo brachiis amplexatus a lacrymis sibi temperare non potuit, neque sane se tenere quominus diceret, quæ sensus mœrore atque lætitia commistus, cum secum ipse conflictatur animumque quasi alio colore imbuit, nobis suggerere atque injicere solet. Deinde manibus sublatis, Gratias tibi ago, inquit, Deus omnipotens, quod ante mortem optatissimi mihi hominis aspectu frui permisisti, quem ego adhuc usque omnibus quæ sunt in vita dulcia, semper potiorem habui, adeo ut nunc præ nimia atque immodica voluptate mei ipsius prope oblitus esse videar, neque satis certo sciam utrum dormiens an vigilans immensa hac voluptate perfundar. Tam vehemens enim tamque prorsus insolita commotio invasit animum, ut multo mihi melius videatur, omnibus illis longis terra marique itineribus et tam incertis vitæ erroribus omissis, qui me longum per tempus molestiis perpetuis obruerunt, nunc hic, o venerandum mihi caput, ad pedes tuos miseram finire vitam. » Multa igitur ejusmodi cum ille magna lacrymarum vi ex oculis prorumpente diceret, ego quoque attentius in eum oculis defixis sensim paulatimque signa, quibus eum agnoscerem, quædam in animo colligebam, et posteaquam plane, quinam esset, tandem cognovi, etiam ipse lacrymas fudi oblectatione affectus mœrore temperato. Solet enim etiam ex voluptate interdum flagrans erumpere lacryma, cum contraria animi affectionis vi ægritudinem dissipante atque propulsante natura quasi per foramina oculorum tristitiæ salsuginem exhauriat et grave hoc onus tanquam nothas atque perniciales pestes, quæ irrepserint, morbumque animi adventitium et alienum abjiciat. Affuit autem Agathangelus, Callistrati filiorum major natu. Cum vero uterque postremo animum recepisset, alter cum altero narrationes communicabat cum de aliis rebus tum maxime de calamitatibus, quas fortuna incertis casibus Dei Ecclesiæ rebusque publicis inflixisset, Deo eas admittente ob eversionem patriorum religionis dogmatum, quam ne tibi quidem, ignotam esse ego arbitror. Memini enim te tunc temporis affuisse et accurate Palamam cognovisse, cum dogmata polytheismi simulque atheismi parturiret, interdum vero etiam non solum hæc eructaret, sed etiam varias improbitates quæ passim atque diversis temporibus a veteribus hæreticis inventæ atque memoratæ sunt. Haud ita multo post ea peperit atque in lucem produxit obsecundantibus iis, qui tunc suo arbitrio omnia moderari poterant. Quare eversum est maximum atque celeberrimum templum, eversum est sacrum illud altare Deo iram suam in hisce rebus adumbrante quam ob nefariam hanc impietatem conceperit. Cum autem iis jam procedente tempore honeste agere non liceret, sed improba facinora non possent non edere, factum est ut perpetuo res Romana diriperetur et conturbaretur, neque unquam Dei ira otiosa esse posset **1158b** Hinc nos

A θάλης τῆς ἔνδον ἐπιεικῶς ὀδυνωμένης ψυχῆς ἀναπέμπων τοῦ στόματος· καὶ ἅμα περιχυθεὶς καὶ περιβαλών με οὐκέθ' ἑαυτὸν τοῦ δακρύειν κατέχειν ἐδύνατο, οὐδ' ἀπάγειν ῥᾳδίως ἐκεῖνα δήπου λέγειν ὅσα γνώμη δίδωσιν ἐκ λύπης καὶ χαρᾶς ἀνακεραννυμένη καὶ ζυγομαχοῦσα καί πως μεταχρωννυμένη τὴν τῆς ἔξω βαφὴν τῆς ψυχῆς. Ἔπειτ' ἀνασχὼν εἰς ὕψος τὰς χεῖρας, « Εὐχαριστῶ σοι, παντῶν, » ἔλεγε, « Θεὸς, ὅτι με, πρὶν ἢ θανεῖν, θεατὴν ἐδεδώκεις γενέσθαι τοῦ ποθουμένου, ὃν ἐγὼ μέχρι καὶ ἐς τόδε τῶν ἐν βίῳ πάντων ἡδέων ἐπίπροσθεν διετετελέκειν ποιούμενος· ὡς νῦν γε καὶ τῷ τῆς ἡδονῆς ὑπερβάλλοντι κινδυνεύω ἐοικεῖν ἐκλαθέσθαι πως καὶ ἐμαυτοῦ, μηδ' ἀκριβῶς εἰδέναι εἴτε καθεύδοντος τὸ τοσοῦτον χρῆμα τῆς ἡδονῆς περιγίνεται, εἴτε ἐγρηγορότι. Οὕτω μοι σφοδρὸν τὸ πάθος, καὶ ἐπιεικῶς ἄτοπον ἐνέστακται τῇ B ψυχῇ, καί μοι μακρῷ τινι βέλτιον εἶναι δοκεῖ, πάσας τὰς τέως μακρὰς περιόδους γῆς καὶ θαλάττης ἀφειμένῳ, καὶ τὰς οὕτως ἀτεκμάρτους πλάνας τοῦ βίου, αἵ με μακροῦ τινος περιαντλοῦσι χρόνου μόχθοις ἀνηνύτοις λατρεύοντα, νῦν ἐνταυθοῖ, αἰδεσιμία μοι κεφαλὴ, παρὰ τοὺς πόδας τοὺς σοὺς τὸν ταλαίπωρον κάμψειν βίον. » Πολλά τε οὖν ἐκεῖνα τοιαῦτα λέγοντος, καὶ ἅμα δακρύων ἀναῤῥηγνύντος ἐξ ὀφθαλμῶν ῥύακας, ἀτενέστερον κἀγὼ τὰς ὄψεις ἀπερεισάμενος ἐς αὐτὸν, ἠρέμα καὶ κατ' ὀλίγον ἀναγνωρισμάτων ἴχνη τινὰ συνέλεγον ἤδη καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἐμαυτοῦ διάνοιαν, ὥστε καὶ τελέως ὅστις εἴη ἀναγνοὺς ὀψὲ δακρύων καὶ αὐτὸς ἐπεπλήσμην C τοὺς ὀφθαλμοὺς, ξυμμιγῆ πως τῷ λυποῦντι τὴν τέρψιν καρπούμενος· φιλεῖ γὰρ κἀκ τῆς ἡδονῆς ἐνίοτε θερμὸν ἀναῤῥήγνυσθαι δάκρυον, τοῦ τῆς ἀθυμίας καπνοῦ διαλυομένου τε καὶ ὠθουμένου τῇ τῆς ἐναντίας ἕξεως ἀντικαθέδρᾳ, [f. 96 a] καθάπερ διὰ σωλήνων τῶν ὄψεων τῆς φύσεως τὴν ἅλμην κενώσης τῆς λύπης, καὶ τὸ βάρος ἀποτινασσομένης ἐκεῖνο καθάπερ τινὰς νόθους καὶ παρεγγράπτους κῆρας καὶ νόσημα ἔπηλυ λογισμῶν. Ἦν γε μὴν τῶν Καλλιστράτου παίδων ὁ πρεσβύτερος· Ἀγαθάγγελος ὄνομα τἀνδρί. Χρόνῳ γε μὴν ἑαυτοὺς ἀνειληφότες ἑκάτεροι, ἑκατέροις τῶν οἰκείων ἐχρώμεθα ἐκδασκάλοις διηγημάτων, τά τε ἄλλα καὶ ὅσας τῶν ἀδήλων συμπτωμάτων αἱ τύχαι κεκομίκασι τῇ γε τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ καὶ ἅμα τοῖς πολιτικοῖς πρά- D γμασι τὰς συμφορὰς, τοῦ Θεοῦ συγκεχωρηκότος διὰ τὴν τῶν πατρίων τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἀθέτησιν, ἣν οὐδὲ σὲ λεληθέναι δοκεῖ μοι, ἔγωγε ἔφασκον· ἔτι γὰρ ἐνταυθοῖ παρεῖναί σε μέμνημαι, καὶ εἰδέναι σαφῶς Παλαμᾶν κύοντα μὲν ἔτ' ἐν γαστρὶ μοχθηρὰ, καὶ ὠδίνοντα τὰ τῆς πολυθεΐας ἅμα καὶ ἀθεΐας δόγματα, ἔστι δ' οὗ καὶ ἐξερευγόμενον ταῦτά τε καὶ ὅσα τοῖς πάλαι σποράδην καὶ κατὰ διαφόρους τοὺς χρόνους αἱρέσεως εὕρηται πολυειδῆ κακίας ἐπινοήματα. Ἃ καὶ μικρὸν ὕστερον γεγέννηκέ τε ἐς προὖπτον καὶ ἔθρεψε, μαιευσαμένων τῶν τηνικαῦτα δυναμένων ἄγειν καὶ φέρειν τὰ πράγματα. Διὸ καὶ καθῄρηται μὲν τὸ μέγα καὶ περιβόητον τέμενος, συγκαθῄρηται δ' ἅμα αὐτῷ καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο θυσιαστήριον, τοῦ Θεοῦ ζωγραφοῦντος ἐν αὐτοῖς τὴν

ὀργὴν ἣν διὰ τὸ τῆς ἀσεβείας ταύτης ἔσχεν ἀθέμιτον. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν καλὸν ποιεῖν προϊοῦσιν ἀπῆν, τὸ δὲ κακὸν ἀπεῖναι οὐκ ἦν, ἀνατρέπεται καὶ συγχεῖται διηνεκῶς τὰ Ῥωμαίων ὁρῶν πράγματα, καὶ τὸ νεμόμενον τῆς θείας ὀργῆς οὐκ ἔγνωκεν ἀπρακτεῖν οὐδαμῇ. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ δέσμιοι τήμερον ἡμεῖς, ἀνθιστάμενοι τῇ ῥύμῃ τῆς ἀσεβείας, ὅσον ἐφικτόν.

A in vinculis hodie sumus, quod, quantum fieri potuit, irruenti impietati restitimus.»

ϛ'. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα διεξεληλυθότων ἡμῶν, ἔπειτ' ἐκείνου πυθέσθαι τῆς ἐγγὺς εἰκοσαετοῦς ἐκδημίας τὸν τρόπον ἐζήτουν ἐγώ, ὅπως τε ἔσχε καὶ ὅπως αὐτὸς ἐβίω, καὶ ὅπῃ τὴν δίαιταν ὁ μεταξὺ καὶ οἵαν αὐτῷ παρέσχετο χρόνος. Οἶσθα γὰρ, ἔλεγον, ὡς ἱστορίας ἐμοὶ συγγράφοντι βίβλους μακρά τις οὖσα τυγχάνει καὶ μάλα πεφροντισμένη σπουδὴ, πεῖραν ξυνειλοχέναι παντοίων πραγμάτων, ὅσην ὅ τε χρόνος ἡμῖν ἀκριβέστερον σκοπουμένοις ἀεὶ παρέχεται, καὶ ὅση ἐκ τῆς τῶν ἄλλοθεν ἄλλοτ' B ἄλλως ἡμῖν ὁμιλίας εἵνεκα προσιόντων ἀσχολίας ἀεὶ περιγίνεται, διηγήματα προτιθείσης ὅσα τ' ἐξ ἀκοῆς καὶ ὅσα δι' ὄψεων παρειληφὼς τῷ φανταστικῷ τῆς ψυχῆς ἐνετύπωσεν ἕκαστος πίνακι. Ὑπερφυῶς γὰρ καὶ Διογένης ἐκεῖνος ὁ κυνικὸς εἰρηκέναι δοκεῖ μοι, σχολαζόντων ἀσχολίαν ὧν ἄν τις ἐφίεται λίαν πραγμάτων τοὺς ἔρωτας εἶναι· μικρὰ γὰρ ἢ οὐδὲν τῶν ἔξω θορύβων ἀνθέλκειν ἐχόντων, σχολῇ γ' ἂν ἄλλως φανείη τὸ κινούμενον ἀπρακτοῦν τῆς ψυχῆς. Ἐμοὶ δ' ἣν τῶν ἔξω θεάτρων σχολὴν ὁ τῶν ἐμῶν Προμηθεὺς παρέσχετο λόγων, διπλοῦ καὶ τριπλοῦ τινος ἔρωτος ἀσχολίαν ὅπως ποτ' ἐξεγένετο δρᾷν, νῦν μὲν τοῖς ἀεὶ προσιοῦσιν ἄλλοτ' ἄλλοις, ὁπόσα τῷ καιρῷ καὶ τῇ χρείᾳ προσήκειν δοκεῖ, [f. 96 b] διὰ γλώττης οὐ μάλα ὀκνεῖν ὁμιλοῦντι, νῦν δὲ διὰ γραμμάτων, C οἷς ἡμᾶς καὶ πόῤῥωθεν φιλεῖν προθυμίας ἐμπύρευμα ἔνεστι, δεξιοῦσθαι τὸν ὅμοιον τρόπον, καὶ τρίτον, ὁπόσα τῷ τῆς ἱστορίας ξυντείνει συλλέγειν σκοπῷ· ἥδεται γάρ πως ἡ ψυχὴ καὶ χειραγωγὸν ἐπὶ τὰ κάλλιστα τῶν τῆς ἱστορίας πραγμάτων ἔξωθεν ἔμπρακτον λόγον δανειζομένη, πλὴν εἰ μὴ δύσμαχος κόρου τινὸς αὐτὸν ἐνοχλεῖ τυραννὶς, ἣ τἀναντιώτατα μέν πως ἔχει τῇ τῶν Σειρήνων ἐκείνων ᾠδῇ, πρὸς δὲ τὴν ὁμοίαν ἐκείνῃ φέρει ζημίαν λανθάνουσα, ἐπειδήπερ ἐκείνη μὲν τῇ τῆς ἐμμελοῦς ἁρμονίας ἁβρότητι κατακηλοῦσά τε καὶ γοητεύουσα τὰς ἀκοὰς, δέσμιον, ὅστις ποτ' ἄρ' ἦν ὁ τῆς ᾠδῆς ἐκείνης κατατρυφῶν, πρὸς τὰς τοῦ θανάτου συνώθει πύλας, μηδὲν μᾶλλον ἐκ τοῦ μέλους τῇ ψυχῇ προκατατιθεμένη λυσιτελὲς ἢ βραχύ τι κέρδος ἀκοῆς D ἀκολάστου, ζημίας μεγίστης πρόξενον. Ὁ δὲ παιδείας ἡλικιώτης λόγος ὠφελεῖ μὲν νεαρὸν καὶ χλοάζον εἰπεῖν τὸ ἐπαγωγὸν κεκτημένος, ἕως ἂν καὶ τὴν συμμετρίαν πάρεδρον ἔχῃ καὶ πρὸς βραχύτητα τὸ τοῦ δρόμου συστέλλῃ στάδιον· ἐπὰν δὲ τῇ τοῦ κόρου πλεονεξίᾳ τὰς θύρας ἀναπετάσῃ, πολέμιος εὐθὺς καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ φωρᾶται γιγνόμενος, καὶ ἅμα ἀηδίας μακρᾶς τὸ τῆς ψυχῆς ἡδόμενον ἐμπιπλῶν, καὶ ὅλην ἐκείνην ἀναμοχλεύων καὶ ἀνατρέπων τὴν χάριν. Ἡδέως γοῦν ἔγωγ' ἀκούσαιμ' ἂν, νῦν μᾶλλον, εἴπερ ποτὲ, σχολὴν ἄγων ἀπράγμονα κομιδῆ καὶ ἀθόρυβον, ἅττα ποτ' ἂν αὐτὸς ἐμοὶ προτιθέναι βούλοιο ὧν ἡ μακρά σοι περίοδος ἐχαρίσατο γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάσσης· οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐφραίνειν οἶδεν οὐδένα

VI. Hæc atque alia ejusmodi cum nos locuti essemus, ne peregrinatione, quæ per viginti fere annos duraverat, ex eo quærere tentabam, quomodo sese habuisset, qualem vitam ipse degisset, ubi commoratus esset, ubi sedes per id tempus fuisset. «Scis enim, dixi, mihi historiæ libros conscribenti quam maxime curæ cordique esse variarum rerum usum colligere, qui et tempore nobis res accuratius pervestigando suppeditatur, et studio eorum, qui undecunque nos alii aliis temporibus colloquendi B gratia conveniunt, ad nos redundat, cum quisque enarret quæ vel fando vel videndo accepit atque memoriæ suæ et menti impressit. Ingeniose enim Diogenes ille cynicus dixisse mihi videtur, amores esse otiosorum hominum studia in iis rebus collocata, quæ quis maxime appetat. Cum enim paulum vel nihil externi tumultus nos distrahere possint, in otio motus animi quiescere videbitur. Mihi vero quantum otii ab externis spectaculis meorum verborum Prometheus impertiit, in duplici vel triplici amore explendo, utcunque tempus ferebat, studium licebat collocare, ut tum cum iis, qui me alii aliis temporibus adirent, quæ tempori et rei convenire viderentur, fuse atque copiose C confabularer, tum epistolis amicos, qui etiam mei amore arderent, simili ratione amplecterer, tertium ut colligerem quæ ad historiam pertinent. Delectatur enim animus, cum extrinsecus narrationem efficacem percipit, quæ quasi manu ducat ad pulcherrimas quasque historiæ res, nisi immodica rerum saturitate oppressa teneatur, quæ, quamquam prorsus contraria est Sirenum illarum cantui, attamen eamdem fere clam adducit pœnam. Cantus enim ille concordi vocum concentu aures deliniens atque demulcens, quisquis suavitate ejus delinitur, eum vinculis captum ad mortis compellit portas, quamquam ex eo ad animum nullum aliud commodum redundat nisi brevis aurium oblectatio quam maxima sequitur pœna. Narratio D autem prodest, si quidem juvenile atque floridum, ut ita dicam, incitamentum aptam partium omnium congruentiam habeat brevibusque finibus suum cursum circumscribat. Sin autem nimiæ abundantiæ atque satietati portas patefaciat, statim ipsa sibi inimica evadit animique lætitiam tædio magno implet, atque omnem illam voluptatem sponte 1146 evertit. Libenter vero equidem nunc quam maxime otium omnibus negotiis atque turbis vacuum agens ex te audiverim, quæcunque mihi referre velis de rebus quarum cognitionem tibi longa illa terra marique peregrinatio suppeditavit. Nihil enim animum tanta oblectatione afficere potest quam istæ res, quæ sua sponte et suapte natura ad animi nostri desiderium inclinant. On-

nes enim res in mundo publico cuidam omnium examini subjectae veluti informis materies suam dispositionem ab auctoritate hominis petunt, ut ab eo tanquam artifice atque opifice figura atque forma indutæ in bonam aut malam partem nomina accipiant, et ita vocibus omni tonitru clarioribus dispositionem hominum tanquam præcones prædicent. Si etiam alii eandem quam nos amplectuntur sententiam, res tales cognoscent, quicunque illi sunt: sin minus, at mihi quidem quam maxime ex animi sententia sunt, quæ ad ejusmodi rerum cognitionem pertinent.

εἶεν ἐκεῖνοι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἔμοιγε καὶ σφόδρα ἔχεται.

VII. Quod cum ego dixissem, etiam ille ita exorsus est. Omnia, inquit, tibi enarrare vitæ meæ fata, difficile est; breviter autem aliqua perstringere, id quidem ut non valde operosum non abnegaverim. Tu enim, si quis alius, probe scis quanto ego animi ardore ex hac mea patria abire longum quondam tempus optaverim, ut res omnis generis urbesque ac portus viserem, et quemnam eorum quidque haberet situm inter se et ad totam terræ faciem cognoscerem, quippe cum id plurimum conferat ad scientiam astronomicam perficiendam. Quod autem plurimum me, ut profectionem accelerarem, adhortabatur, Ecclesiæ erat naufragium et qui inde rebus publicis adnascebantur morbi. Quod enim tum vel maxime reipublicæ statum servare potuit, id vehementissime vexabatur et pessime jacebat, religio inquam. Quæ cum commutaret dogmata Palamæ cum iis quæ a patribus nobis tradita sunt, civitatis corpus ægre affectum erat nullamque probam spem præ se ferebat. Homines enim qui tum rebus præerant, qua erant sordida et inculta animi indole, veritatem ipsam impudentissime venditabant et inexorabiles erant obtrectatores spei, quæ tum unice genus servare potuisset. Qua in re cum iram divinam velut typis adumbratam atque veluti incunabulis delitescentem ac lactentem viderem, terram cum terra mihi commutandam esse decrevi, antequam eam armis apertis improbos acriter invadentem viderem. Homo enim cordatus prudentique animo præditus temporis rationem nunquam non habere

1146 debet, neque sese ad rerum fortunæque conditionem applicare quæ firmo fundamento indigeat, præsertim ubi animæ immortali mors sempiterna imminent, non præsentem oportet eum voluptatem captare, sed ea quæ in futurum tempus utilia sint curare, non metu mendaciis indulgere, sed veritatis propugnaculo improbitatis causam reprimere; non detestabilia et odiosa desiderare, sed rebus noxiis rerum salutarium possessionem præferre.

VIII. Statim igitur post æquinoctium vernum navem nactus in Ægyptum profecturam lubenti

A τῶν πάντων, καθάπερ ἐκεῖνα πρὸς τὸ φιλητικὸν τῆς ψυχῆς οἴκοθέν τε κἀκ φύσεως τὴν ῥοπὴν ἐκτήσατο· δημόσιον γάρ τινα βάσανον τῷ κόσμῳ τοῖς πᾶσι προκεῖσθαι γίνεται πράγματα, καθάπερ εἴδους ἄνευ ὕλην τὸ αὐτόνομον τῆς τῶν ἀνθρώπων διαθέσεως προκαλουμένων, οἷόν τινα δημιουργὸν καὶ τεχνίτην πρὸς τὴν αὐτῆς εἰδοποίησιν καὶ μορφήν, ἵνα δὴ τοῦ βελτίονος ἢ τοῦ χείρονος σχῇ τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ πάσης βροντῆς μεγαλοφωνότεροι τῆς τῶν χρωμένων γένωνται κήρυκες διαθέσεως αὐτόθεν τὰ πράγματα. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλοις εἴη πρὸς τρόπου τὰ τῆς ἡμετέρας ἕξεως τῆσδε, εἰδεῖεν ἂν οἵτινές ποτ' ἄρ' γέ τοι κατὰ γνώμην ὁπόσα τῆς τοιᾶσδε μαθήσεως

Ζ'. Καὶ μὲν δὴ ταῦτα διεξιόντος ἐμοῦ, τοιάδε κἀ-B κεῖνος ἀρξάμενος διεξῄει. Πάντα μὲν χαλεπὸν ἂν εἴη, φησί, διηγεῖσθαι καθ' ἕκαστον ὡς ἔσχε τἀμά· ὡς δ' οὖν ἐν κεφαλαίῳ διεξιέναι τὰ πλείω, τοῦτο γ' οὐκ ἄν ποτ' ἀπαγορεύσαιμ' αὐτός, ὡς μάλα δυσάχθη ἐργώδες. Οἶσθα γάρ, εἴπερ τις ἁπάντων, δι' ὅσης ἐγὼ τῆς ἐφέσεως ἦγον πολύν τινα πάλαι χρόνον ταυτησὶ τῆς ἐμῆς ἔκδημος γεγενῆσθαι πατρίδος, ἱστορίας τε ἕνεκα πραγμάτων παντοδαπῶν καὶ ἐμοὶ πόλεων καὶ λιμένων, καὶ οἷαν ἕκαστα τούτων ἔχει τὴν θέσιν πρός τε ἄλληλα καὶ ὅλον τὸ σχῆμα τῆς γῆς, ἅτε τῇ τῆς ἀστρονομικῆς [f. 97 a] ἐπιστήμης χρείᾳ μεγίστην παρεχόμενα τὴν συντέλειαν. Ὃ δὲ με πάντων μάλιστα ἐπεπείκει τὸν ἔκπλουν ἐπιταχῦναι, τά τε τῆς Ἐκκλησίας ναυάγια ἦν, καὶ ὅσα τοῖς C πολιτικοῖς ἐπεφύη τηνικαῦτα νοσήματα πράγμασι τούτων γε ἕνεκα. Οἷς γὰρ τότε μάλιστα πάντων σώζειν ἐνῆν τὰ τῆς πολιτείας πράγματα, ταῦτα τότε μάλιστα πάντων ἠλαύνετο καὶ σφόδρα δυστυχῶς διέκειτο, λέγω δὴ τὰ τῆς εὐσεβείας πράγματα· δόγματα γὰρ ἀλλαττομένης τηνικαῦτα ἐκείνης, τὰ Παλαμικὰ δηλαδὴ τῶν πατρίων, πονηρῶς εἶχε τὸ σῶμα τῆς πολιτείας, καὶ πᾶσαν ἔφραζε χείρω ἐλπίδα χρηστήν· τὸ γὰρ φορτικὸν καὶ ἀμαθὲς τῶν ἡγεμονικῶν ἀνδρῶν αὐτήν τε ἐκαπήλευον ἀσελγῶς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀπαραίτητος ἐγένετο κολαστὴς τῆς μόνης σώζειν δυναμένης τὸ γένος ἐλπίδος. Ὅθεν ζωγραφουμένην ἐν τύποις ἔτι τὴν θείαν βλέπων ὀργήν, καὶ οἷον ἐν σπαργάνοις ἔτι καὶ γάλακτι κρυπτομένην, γῆν ἀλ-D λάττεσθαι γῆς ἐνόμισα δεῖν, πρὶν ἐν ὅπλοις ἀπαρακαλύπτοις στρατευομένης κατὰ τῶν ἀδικούντων αὐτῆς πειραθῆναι κραταιότερον· χρόνου [γὰρ] ἀεὶ στοχάζεσθαι δεῖν ὅτῳ νοῦς συνοικεῖ σωφρονῶν, καὶ μὴ καιρῷ καὶ τύχαις προσομιλεῖν ἀβέβαιον κεκτημένοις θεμέλιον, καὶ μάλισθ' ὅτε ψυχῆς ἀθανάτου θάνατος ἀθάνατος οἰκονομοῖτο, μηδὲ τῷ παρόντι συνεῖναι ζητεῖν ἡδεῖ, ἀλλὰ τὸ μέλλον πραγματεύεσθαι χρήσιμον, μηδὲ διὰ φόβον τοῖς παροῦσιν ἡττᾶσθαι ψεύδεσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τἀληθοῦς προβολὴν τοῦ κακοῦ κολάζειν τὴν πρόφασιν, οὐδὲ τὸ μίσους ἄξιον εἰς τὴν χώραν εἰσάγειν τοῦ πόθου, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ βλάπτοντος τὴν τῶν ὠφελίμων ἀνθαιρεῖσθαι συνοίκησιν.

Η'. Ἄρτι τοίνυν τὰς ἠρινὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς παραλλάττοντος νεὼς ἐπιτυχὼν ναυστολίας ὡρμημένης

A νης ἐπ' Αἴγυπτον, ἄσμενος εὐθὺς αὐτῇ φέρων ἐμαυτὸν ἐνεβίβασα. Καὶ μὲν δὴ ἄραντος ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐκ Βυζαντίων λιμένων ἑβδομαῖοι τοῖς Ῥοδίων προσέσχομεν λιμέσιν, ἔνθα συχνὰς διατετριφότες ἡμέρας οὐρίων πνοῶν ἀπορίᾳ περιῄειμέν τε τὴν νῆσον, καὶ περιεργότερον ἄττα ἦν θέας ἄξια ἐθεώμεθα. Κολοσσοῦ μὲν οὖν ἐκείνου μνημεῖον οὐδέν τι ἐλέλειπτο, οὐ μέντ' ἂν οὐδ' εἴ ποτε γέγονεν ὅστις ποτ' ἄρα ἦν ἐκεῖνος, εἰκασίαν ἐδίδου τινά· οὔτε γὰρ χαλκοῦ μόριον οὐδὲν, οὐ μὴν οὐδ' εἴ τινες εἶεν ἐκ λίθων ἐκείνῳ κρηπῖδες, ἐλέλειπτο λείψανον πάντων οὐδέν. Πόλεων δὲ τῶν πάλαι αἱ μὲν σεισμοῖς ἐκτριβεῖσαι κατέδυσαν, ὧν ἡ καλλίστη Ῥόδος ἦν ἡ τῇ νήσῳ ὁμώνυμος, καὶ σημεῖα τούτων ἐδείκνυσαν ἡμῖν οἱ ἐγχώριοι· αἱ δ' ἔτι σωζόμεναί τε διαμένουσι B καὶ λαμπραὶ λαμπρῶς ἑστηκυῖαί εἰσι. Τούτων δ' εἶναι κατ' ἐμαυτὸν ἐνενόουν ἐκ σημείων τινῶν Λίνδον Ἰηλυσσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον, ὧν ἡ τοῦ Μελησιγενοῦς Ὁμήρου μέμνηται Καλλιόπη. Πρόσοικοι δ' ἦσαν τῇ νήσῳ, τὸ πλεῖστον εἰπεῖν, ὁμόφυλοί τε ἡμῖν καὶ τὴν πίστιν ὀρθόδοξοι, καὶ ταύτῃ δὴ τῇ καθ' ἡμᾶς Ἑλλάδι χρώμενοι φωνῇ· παῖδες γάρ εἰσι τῶν οὐ πάνυ πρὸ μακροῦ τεθνηκότων ἐκείνων ἀνδρῶν, οἳ πλεῖστα μὲν ἠγωνίσαντο, Λατίνοις μαχόμενοι τριήρεσί τε καὶ ὅπλοις παμπόλλοις τὴν ἔφοδον ἐπ' αὐτοὺς ποιουμένοις, [f. 97 *b*] ἡττήθησαν δὲ δι' ὀλιγότητα καὶ ὑπετάγησαν ἄκοντες. Ὧν ἔνιοι κἂν γήρᾳ ζῶσιν ἔτι βαθεῖ, τῆς πρίν τε εὐδαιμονίας ἀεὶ μεμνημένοι, καὶ διήγημα ταῦτα τοῖς παριοῦσι τῶν ξένων ἡδὺ προτιθέντες, οἳ καὶ δυστυχεῖν μέν C πως ἔλεγον ὅτι ζυγὸν ἐλευθερίας ἠλλάξαντο δούλειον, εὐτυχεῖν δ' ἄλλως, πολεμίων μὲν ἥκιστα ἔξωθεν ἐνοχλεῖν μὴ δυναμένων τὴν νῆσον ἔτι, ἅτε τῶν τῆς νήσου κρατούντων ἐν ὅπλοις ζῆν εἰωθότων, καὶ ὅσα εἰς πόλεμον ἐπεφύκει ἐπιτηδεύματα, καὶ ἅμα εὐνομίας ἐν ἀγοραῖς καὶ δίκαις ἐπιπολαζούσης τῇ νήσῳ, πλεονεξίας ἀπούσης ὡς τὰ πολλὰ, καὶ πρὸς τούτοις εὖ ἐχόντων κράσεως ἀέρων λαχόντων τὴν νῆσον, ἔτι τε λιμένων καὶ νεωρίων παγκάλην ἐχόντων τὴν θέσιν, καὶ πάντας μετὰ ῥᾳστώνης ὑποδεχομένων τοὺς ὁθενδήποτε χρείας ἐμπορικῆς καταίροντας ἕνεκα, ὡς γίνεσθαι διὰ ταῦτα τὴν τῶν ὠνίων χρείαν ἀφθονωτέραν πλουσίοις καὶ πένησι, καὶ βίον ἀταλαίπωρον ἄγειν τοὺς προσοικοῦντας ἐντεῦθεν. Εἰ δὲ διὰ ταῦτα καὶ χρυσόν ποτε Ῥοδίοις ὗσαι νεφέλας κατέ- D χει λόγος τοῖς τῶν Ἑλληνικῶν μύθων ἀποῤῥήτοις ἐνδιαιτώμενος, ἐγὼ μὲν οὐκ ἄν ποτ' εἰδείην, τοιούτων ὑπολήψεων ἀμείνω κτησάμενος ἄνωθεν γνώμην, λεγέτω δ' ὅστις ἄμεινον εἰδείη ἂν ἐμοῦ.

Θ'. Εἶεν. Ἦρος δ' ἤδη χωροῦντος, ἐν ᾧ καὶ πλειάδες ἄρχονται κήρυκές τε καὶ πρόδρομοι γίνεσθαι τῆς ἡμέρας, οὐρίοις κἀκεῖθεν χρησάμενοι πνεύμασιν ἀνήχθημεν, ὡς πεμπταίους ἡμᾶς ἐς μεγάλην τε καὶ λίαν εὐδαίμονα ἀφικέσθαι πόλιν, τὴν Ἀλεξάνδρειάν φημι, πεντακισχιλίους σταδίους ἀπέχουσαν Ῥόδου, κειμένην δ' ἐν δεξιᾷ, εἴ τις ἐς τὸ Ἡρακλεωτικὸν καταίρειν ἐθέλοι στόμα τοῦ Νείλου. Μέγιστος γὰρ ὢν ποταμῶν ὁ Νεῖλος, καὶ ὅλην ἄρδων ἐκ μέσου τὴν Αἴγυπτον μόνος αὐτὸς, ὁλόκληρος κάτεισι ζωννύων

A animo statim conscendi, atque anchoris insequenti die sublatis ex portubus Byzantinis die septimo ad Rhodiorum portus pervenimus, ubi ventorum secundorum inopia multos dies commorati perlustravimus insulam resque visu dignas aspeximus. Colossi vero illius vestigium exstabat nullum, imo ne conjecturæ quidem dabat locum, num unquam exstitisset, quisquis ille fuit; nulla enim æris particula, nullæ prorsus erant lapidum reliquiæ, si forte ex iis fundamenta exstructa fuerant. Urbium antiquarum aliæ terræ motibus absumptæ erant atque submersæ, quarum pulcherrima erat Rhodus insulæ cognominis, earumque vestigia nobis ab indigenis monstrabantur: aliæ adhuc servatæ sunt atque splendidæ exstant, in quorum numero B esse ex indiciis quibusdam credidi Lindum, Jalysum et splendidam Camirum, quarum urbium Homeri Melesigenis meminit Calliope. Incolæ insulæ erant maxima ex parte nostri populares atque orthodoxæ fidei, nostraque utuntur Græca lingua. Filii enim sunt virorum illorum, qui abhinc non ita longo tempore interiere, et quanquam plurima certamina serebant cum Latinis, qui triremibus armisque multis eos adoriebantur, ob paucitatem tamen inferiores discessere et sese inviti subjecere. Eorum nonnulli prægrandes natu adhuc in vivis sunt, pristinæ felicitatis nunquam non memores, et peregrinis, qui illuc transeunt suaviter hæc enarrant; hi dicebant sese quidem infelices esse, quod ju- C gum servitutis cum libertate commutassent, attamen alioquin bona fortuna uti, quod externi hostes, cum insulæ domini in armis studiisque, quæ ad bellum pertinent, vivere assueti essent, non amplius infestare insulam possent, et quod bonæ leges in foris judiciisque insulæ versarentur, avaritia autem fere abesset. Huc accedere quod sortiti essent insulam, quæ gauderet bona cœli temperie et portuum ac navalium præclarum haberet situm, ut omnes facile accipere possent qui mercaturæ faciendæ causa undecunque advenirent. Inde factum ut rerum venalium facultas largior et divitibus et pauperibus contingeret, atque vitam sine molestia incolæ agerent. Num ideo fama orta sit, quæ inest in Græcarum fabularum arcanis, auro quon- D dam Rhodiis pluisse nubes, id equidem nescio, talibus opinionibus meliorem sententiam cœlitus adeptus: dicat, quisquis me melius scit.

IX. Ceterum vere jam procedente, quo tempore etiam Pleiades incipiunt præcones esse et præcursores diei, ventis secundis usi in altum provecti sumus, ut quinto die Alexandriam, maximam et opulentissimam urbem, veniremus, quæ quinque millia stadiorum distat a Rhodo, dextra sita, si quis in Heracleoticum Nili ostium decurrere velit. Nilus enim, fluviorum maximus, qui totam Ægyptum ex medio solus irrigat, ex superioribus regionibus alicunde ortus cingens eam universus atque integer

A descendit, donec Babylonem ad Delta, quod dicitur, sitam veniat. Inde in novem ostia divisus in mare Ægyptium influit, quorum ostiorum alia aliter nominantur, ostium vero occidentem atque zephyrum ventum versus Heracleoticum appellatur. Ad hoc igitur paululum meridiem versus Alexandria sita est, celeberrima atque magnificentissima urbs. Quam cum vidissem, quantum licebat et aspectu rerum visu digniorum, ut nobis consentaneum erat, oblectatus **1146** essem, inde abii post Orionis et Caniculæ ortum, ut viderem celebratas illas pyramides atque Thebas hecatompylas, quæ dicuntur, si forte ea urbs in Ægypto exstaret; præterea valde cupiebam sacros Ægyptiorum scribas convenire, quos, ut scis, magnæ sapientiæ nobiscum B sodales esse veteres libri tradiderunt. Sed hæc erant utique mera vigilantium somnia, nominibus solis nobis servata, quæ vitam semper pervagantur et desideria per aures animis pusillis injecta excitant atque alunt.

A αὐτὴν ἄνωθέν ποθεν ἀρξάμενος, ἄχρι καὶ εἰς Βαβ…
λῶνα τὴν περὶ τὸ Δέλτα καλούμενον οὑτωσί κ…
κειμένην. Ἐκεῖθεν δ' ἐννέα μεριζόμενος στόμα…
εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἐκδίδωται θάλασσαν, ὧν ἄλ…
μὲν τἄλλα, τὸ δὲ πρὸς δύσιν καὶ ζέφυρον ἄνε…
Ἡρακλεωτικὸν ὀνομάζεται. Τούτου τοίνυν νοτ…
τέρα μικρὸν ἡ περιβόητος Ἀλεξανδρέων αὕτη κ…
τι μακρόπολις. Ἣν καὶ αὐτὴν θεασάμενος ἐ…
ἐξῆν, καὶ τῶν ἀξιολογωτέρων κατατρυφήσας αὐ…
θεαμάτων ὡς ἡμῖν γε ἐχρῆν, ἔπειτ' ἐξῄειν ἐκεῖ…
μετά γε τὰς Ὠρίωνός τε καὶ Κυνὸς ἐπιτολάς, …
σασθαι ζητῶν καὶ τὰς ᾀδομένας πυραμίδας ἐκεῖ…
καὶ εἴ τις εἴη πόλις κατ' Αἴγυπτον ἑκατοντάπ…
λεγομένη Θῆβαι, καὶ ἅμα τοῖς τῶν Αἰγυπτίων ἱ…
B γραμματεῦσι μάλα ἐθέλων συμμῖξαι. Μεγάλης γ…
ὡς οἶσθ', αὐτοὺς ἡμῖν θιασώτας εἶναι σοφίας βί…
παρέπεμψαν παλαιαί. Ἀλλ' ἦσαν ἄρα ταυτὶ γρη…
ρούντων ἐνύπνια, μόνοις σωζόμενα τοῖς ὀνόμα…
ὅσα παρὰ τὸν βίον ἀεὶ καλινδούμενα γένεσιν ἔρ…
βόσκει διὰ τῶν ὤτων ἐνσπειρομένην ταῖς μι…
γνώμοσι [f. 98 a] λογισμοῖς.

X. Medio vere autumno profectus sum ad visendos Palæstinæ locos urbesque pedibus Salvatoris calcatas. Ibi cum, quantum fieri potuit, animi amori satisfecissem, abii post brumam. Atque jam dextra et orientem versus montibus Felicis Arabiæ relictis urbes petii mediterraneas Cœlesyriæ, ubi cum complura fecissem itinera, Damascum perveni, quæ ejus regionis urbes quum aliis rebus longe superat, tum C hominum frequentia et fororum æquitate ac publicorum institutorum præclara descriptione, incolarum præterea intelligentia quadam profunda et ad optima quæque egregie comparata, ita ut non multum absit quin æquiparet magnam illam Alexandrinorum urbem. Nam si non ob aliud, vel propter hoc unum, quod religio ibi majorem libertatem assecuta est, pie reticere licet, si quid minus quam illa habeat: superat autem illam jam speciosiore formæ suæ atque habitus amplitudine. Armis enim studiisque rei militaris et imperii administratione atque ædilitiorum munerum atque judiciorum descriptione Alexandriam superiorem esse facile quis dederit; prudentia vero et doctrina reliqua magis quam Alexandrinos Græcis appropinquare, sinceriore præterea religio- D sitate Damascum superiorem esse Alexandria omnes concesserint. Hasce ob causas ego per tres integros annos ibi atque in urbibus circumjacentibus commorari libenter constitui, cum præsertim a bellis externis et ejusmodi turbis illa terra securitatem præberet.

Γ'. Τοῦ μέντοι φθινοπώρου μεσοῦντος ἤδη ὡ…
μαι καὶ ἐς θέαν τῶν ἐν Παλαιστίνῃ τόπων καὶ …
λεων, ὅσαι τῶν σωτηρίων ποδῶν τὰς τρίβους …
ξαντο. Καὶ μὲν δὴ κἀνταῦθα τὸν ἔρωτα καθ' …
ἐξῆν ἀφοσιωσάμενος τῆς ψυχῆς, εἶτα ἀπῄειν …
χειμερινὰς τοῦ ἡλίου τροπάς. Καὶ δὴ λοιπὸν ἐν …
ξιᾷ καὶ πρὸς ἕω τὰ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας …
λιπών, ἐς τὰς μεσογείους τῆς κοίλης Συρίας ἐκ…
C λον πόλεις, καὶ μετὰ πλείους κἀκεῖ περιόδους …
ἐς Δαμασκόν, πολλῶν ὑπερέχουσαν τῶν ἐκεῖ πό…
τά τε ἄλλα καὶ πολυανθρωπίᾳ καὶ ἀγορῶν ἰσον…
καὶ πολιτικῆς καταστάσεως εὐκοσμίᾳ, καὶ πρ…
συνέσει τῶν οἰκητόρων βαθείᾳ τινὶ καὶ γεγυ…
σμένῃ καλῶς πρὸς τὰ κάλλιστα, ὡς μὴ μάλα τι …
στον ἐνδεῖν τῆς μεγάλης ἐκείνης Ἀλεξανδρέων …
λεως. Εἰ γὰρ μὴ δι' ἄλλο γέ τι, διὰ γοῦν ἓν γ…
τὸ τὴν εὐσέβειαν ἐκεῖ πλατυτέραν κεκτῆσθαι …
παῤῥησίαν, ἔχει μὲν εὐλαβῶς συγκρύπτειν εἴ τι …
τὴν ἔτυχεν ἐκείνης ἔχουσα, ἔχει δὲ καὶ θεατρικ…
ραν ἀπὸ τοῦ μείζονος πρὸς ἐκείνην ἤδη …
τὴν τοῦ σχήματος ἕξιν. Ὅπλων γὰρ ἕνεκα καὶ …
λεμικῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἡγεμονικῆς πολι…
ἠθῶν, καὶ ὅσα περὶ ἀγορανόμους ἔχει καὶ δικα…
D λους, προέχειν τὴν Ἀλεξάνδρειαν δοίη τις ἄν· …
νέσεως δὲ καὶ μαθήσεως ἄλλης δι' ἣν τὸ κοινω…
ἐς Ἕλληνας ἀναφέρειν μᾶλλον Ἀλεξανδρέων, …
ἅμα διὰ τὸ τῆς εὐσεβείας εἰλικρινέστερον μ…
τοῖς μέτροις ὑπερέχειν Ἀλεξανδρείας ἅπαντ…
συγχωρήσαιεν Δαμασκόν. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ τρ…
ὅλην αὐτῇ τε καὶ ταῖς πέριξ πόλεσιν ἡδέως ἐ…
ἐνδιατρίβειν, ἄλλως τε καὶ σχολὴν πολέμων ἀλλοφύλων καὶ φόβων τοιούτων ἄδειαν ἐχούσης τῆς ἐκείνης.

XI. Deinde ad maritimas urbes Phœniciæ perveni, in quarum cognitione cum totum annum consumpsissem, Antiochiam abii, urbem maximam Syriæ, quam condidit Antiochus, filius Seleuci, qui post Alexandrum non solum Syriæ imperitavit, sed etiam Babyloni a Semiramide conditæ, præterea

ΙΑ'. Ἐκεῖθεν ἀφικόμην ἐς τὰς παραλίους τῆς …
νίκης πόλεις. Καὶ ὅλον ἔτος ἐν καὶ τῇ τ…
ἀνηλωκὼς ἱστορίᾳ, εἶτα ἀπῄειν εἰς Ἀντιόχ…
πόλιν μεγίστην Συρίας, ἣν Ἀντίοχος ἔκτισεν …
λεύκου τοῦ μετ' Ἀλέξανδρον ἄρξαντος μὴ …
Συρίας ἐκείνης, ἀλλὰ καὶ Βαβυλῶνος τῆς Σε…

ς, καὶ πρός γε Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Μή-
, καὶ ὅσα Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπέκεινα.
ίτην ἔγωγ' ἀκούων ἐκ παλαιοῦ τὸ σωτήριον κή-
μα πρώτην αὐτὴν πρὸς τῶν ἱερῶν δεδεγμένην
στόλων, λίαν ἀσμένως εἶδον ἔτι σημεῖα ψυχῶν
εὐσέβειαν θερμοτέρων. Ταύτῃ τοι καὶ ἐθαύμαζα
λον αὐτὴν δι' αὐτό γε τουτὶ ἢ διὰ τἄλλα, ὁπόσα
πόλει περίεστι τὰ καλά. Τῆς γὰρ ἀλλοφύλου
σκείας συμπεφυρμένως ἐπιπολαζούσης ἐκεῖ παν-
όθεν καὶ πανταχῇ, ἅτε τῆς Ἀράβων ἐπικρατείας
Αἰγύπτου, μᾶλλον δ' ἐκ Κυρήνης καὶ Πενταπό-
ς καὶ τῶν γε ἔτι τούτου προσωτέρω διηκούσης
ι καὶ ἐς τὰ τῆς Ἀντιοχείας ἐπέκεινα, συμβαίνει
τῆς Ἀραβικῆς θρησκείας δείγματα πανταχῇ
γῆς ὑπάρχειν ἐκείνης. Διὸ καὶ ἀντεχομένους
κομιδῇ [f. 98 b] τῶν Ἀντιοχέων αὐτὸς ὁρῶν
ς εὐσεβῶς ἑλομένους ζῆν ὑπὲρ τῶν πατρίων τῆς
εβείας δογμάτων ἄχρι θανάτου δεῆσαν, διὰ μα-
ῦ τοῦ θαύματος ἐποιούμην τέως ἐγὼ τὸ ἐκείνων
γμα, καὶ ἐς τὴν πάλαι μνήμην ἀνῆγον εὐθὺς
νην τὸν νοῦν.

Γ. Εἶεν. Ἀλλὰ μετὰ βραχὺ κἀκεῖθεν ἀπάρας
ειν ἄχρι καὶ εἰς Ἰσσὸν, ἔνθα τοὺς Κιλικίους
ῶνας τῶν Ταυρικῶν παραψαύειν ὀρῶν σχεδὸν
ῖν ἐκ φύσεως συνηνέχθη· ἐς τοσοῦτο γὰρ βρα-
ητος ὁ μεταξὺ συστέλλεται χῶρος ἐκεῖ ἔκ τε
ίττης καὶ ὀρῶν ἐκείνων ὥστε καὶ πύλαι τοῖς
αι προσηγορεύθησαν Ἰσσικαί τε ἅμα καὶ Συ-
αί. Καὶ πόλις δ' ἐστὶν Ἀντιοχείας ἀρχαιοτέρα
ακειμένη, ξύν γε πλείσταις ἑτέραις Ἀλεξάν-
α καλουμένη. Ταύτην γὰρ Ἀλέξανδρος ἀνή-
ε πρώτην ἄγαλμα νίκης εἰπεῖν, ἣν αὐτόθι Δα-
ν τὸν Πέρσην ἐνίκησε πρῶτον, ἐκ Βαβυλωνίας
τῶν γε ἀνωτέρω τόπων μυρίαν μὲν ἵππον
αντα, πάντα δ' Ἀσίας ὅπλα συγκινήσαντα μέ-
αὐτοῦ. Σπεύδων γὰρ, πρὶν Ἀλέξανδρον διαβῆ-
τὰς τῶν εἰρημένων στενῶν ἀποκλεῖσαι παρό-
τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς ἐκείνης, ἔλαθε καθ'
οῦ μᾶλλον ἢ κατ' Ἀλεξάνδρου τὸν ὄλεθρον
ηχανημένος· πλῆθος γὰρ δυσαρίθμητον στρα-
ἐπαγόμενος, καὶ ὀφείλων ἐν ὑπτίοις καὶ ἀνα-
ταμένοις πεδίοις τὰς πολεμικὰς διατάττειν φά-
γας, καὶ ταῦτα γυναῖκας ἅμα καὶ παῖδας ἄγων
ὅλον αὐτοῦ τὸν βασίλειον οἶκον κατὰ δή τι πά-
ν ἔθος, ὁ δὲ τἀναντία πάντ' ἐδεδράκει. Μηδὲ
ἐχούσης τῆς τοσαύτης ἐκείνης ἵππου ῥύμῃ
ῇ φερομένης ῥᾳδίως προχωρεῖν τε καὶ ἀνα-
εῖν ἐν στενοῖς καὶ τάς γε ἀναστροφὰς καὶ συ-
φὰς καὶ ἀγχιστρόφους περιφορὰς καὶ διεξόδους
εσθαι, συνεπάτουν ἀλλήλους αὐτοὶ ὑπ' ἀλλήλων
ποδιζόμενοι, καὶ περιέπιπτον ἑαυτοῖς αὐτοὶ,
οῖς βουλευσάμενοι. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις.

A Assyriis Persis, Medis terrisque ultra Susa et Ecbatana jacentibus. Hanc urbem quum antiquitus salutare Evangelium primam ab ipsis apostolis accepisse audivissem, lætissime adhuc indicia animorum fervidiore pietate accensorum cognovi. Quare ob hanc ipsam rem magis urbem admiratus sum quam ob alia commoda et ornamenta, quæ ei suppetunt. Cultu enim peregrino undequaque promiscue gliscente omnibusque locis exstante (cum enim Arabum imperium inde ab Ægypto aut potius a Cyrene et Pentapoli ac regionibus etiam remotioribus usque Antiochiam et ultra pertineat, usu venit ut Arabicæ religionis vestigia ubique in illa terra occurrant), ubi Antiochenses, qui quidem pie ac recte de religione sentirent, pro patriis pie-
B tatis dogmatis fortiter resistentes videbam, etiamsi mortem perpessuri essent, in summa eam rem admiratione habebam atque ad veterem memoriam talem sentiendi rationem statim referebam.

XII. Cæterum paulo post cum me dedissem in viam, usque Issum profectus sum, ubi convalles Ciliciæ cum Tauri montibus a natura fere ipsa conjunctas esse dixeris. Tam breve enim spatium interest inter mare et montes illos, ut portæ a veteribus et Issicæ et Syriacæ cognominarentur. Urbs ibi sita est antiquior Antiochia, cum plurimis cæteris Alexandria appellata. Eam enim Alexander
C excitavit quasi primum tropæum victoriæ quam ibi de Dario Persa primum reportavit, qui ex Babylonia locisque etiam superioribus innumerabilem equitatum adduxerat omniaque Asiæ arma ad se contraxerat. Cum enim antequam Alexander transgrederetur, angustiarum, de quibus diximus, transitus multitudine illius exercitus intercludere properaret, sibi potius quam Alexandro perniciem sese machinari non intellexit. Nam cum innumerabiles copias secum duceret atque aciem in locis planis atque patentibus instruere deberet, cum præsertim feminas atque liberos et totam regiam domum ex patrio quodam more secum haberet, ipse contraria prorsus fecit. Ita factum est, ut cum equitum ingens turba concitato impetu in
D hostes se inferens, in angustiis nec facile progredi nec se recipere neque se convertere aut contrahere aut celeres circumactiones atque excursus facere posset, ipsi inter se impediti se contererent et in semet ipsos incurrerent malo usi consilio. Sed hæc hactenus.

INDEX

RERUM, NOMINUM ET VERBORUM

TAM IN NICEPHORI HISTORIA

QUAM IN ANNOTATIONIBUS MAXIME MEMORABILIUM.

(*Revocatur Lector ad numeros grandiores textui insertos.*)

—

A

Abasgi, 36.
Ἄβδηρα, Αὔδηρα, Αὔδειρα, Ἄδηλα, Βήρα, 624 not.
Abii, 31.
Abraham, 1114.
Absolutionis syngrapha, 108.
Ἄβυσσος, adjective, 475 not.
Academia, 326, 334, 344, 471, 476, 897.
Acarnania, 658.
Acarnanes, 110. Acarnanum metropolis, 531. Obsidetur ab Andronico juniore, *ibid*.
Acclamationes, 896, 611.
Achaia, 128, 250, 251. Achaiæ et Peloponnesi principis uxor vidua, 546. Achæi, 714.
Achelous, 110.
Achilles, 938. Doloris impatiens, 494.
Achris, 73. Patria Justiniani, 27 not.
Acindynus, 966.
Acroceraunia, 110.
Acronycha lux, 619.
Acropolita. Vide not. ad pagg. 13, 13, 33, 62, 85, 86, 87.
Acta apostolorum, 930.
Actuarius medicus, 568 not.
Adamus, 567.
Ἀδήλων μονή. *Vide* Monasterium.
Adonis, 285.
Adrianopolis, 315, 430, 516, 797, 798. *Vide* Orestias.
Adrianus imp., 824.
Ægæ, 194, 195.
Ægæum mare, 37, 311. Ejus fauces, 766. Insulæ, 98, 283, 323, 534, 597, 797. Littus, 626.
Ægyptus, 323, 348. Primum sapientiæ domicilium, 326. Ægypti imperium divisum, et princeps, 392. Migratio Israelitarum ex Ægypto, 369. Ægyptiorum Arabum imperium latissime patens, 102, 106. Ægyptii, effeminati et imbelles, militibus e Scythia asciiis, Africam et Libyam domant : Gallos Phœnicia et Syria exterminant, 101. Ægyptiis mercatoribus navigatio per Bosporum temere concessa, 101. Ægyptii circulatores Constantinopolin veniunt, 348. Mira spectacula ab iis exhibita, 348, 349, 350. Eæ artes, ut quæstuosæ, ita etiam exitiosæ artificibus : Byzantio egressi Europam pervagantur : Gades usque penetrant, 350. Ægypti et Arabiæ sultanus. *Vide* Sultanus.
Ænus, maritimum oppidulum, 100, 101.
Æolia, 214.
Æquinoctium verum et proprie dictum, 365, 366, 368. Tempore mortis Christi, 366.
Aer, 930.
Ærarii penuria, 834.
Æschylus in Prometh., 383.
Æsopi Phrygii dictum, 814. Fabula de lupo et agno, 018, 1034.
Æstas media, pro vere exeunte, 728 not.
Ætherea Palatii ædicula, 616.
Ætolicæ res, 538, 544.
Africa ab Ægyptiis domita, 102.
Agamemnon, 725.
Agareni Asiam populantes, 304.
Agathangelus Gregoram in monasterio detentum, instante festo Conceptionis SS. Matris Dei, nocte clam invisit, 1146. Lamentationes mutuæ de rebus Ecclesiæ et imperii ob impietatem Palamiticam profligatis, 1146 *a*. Peregrinationes suas narrat Agathangelus, 1146 *c*.
Agathias, 27, 441, in not.
Agesilaus Spartanus, 124. Fugiens, 486.
Cap. II. — Andronicus viduus ab Hispanorum rege uxorem petit. Irene ei datur, idque inconsulto Papa. Mos vetus Latinorum principum. Irenes elogium. Gregorius Cyprius Vecco invidet. Eum relegari curat. Vecci querelæ. Synodus. Vecci eloquentia. Gregorius patriarcha et Muzalo magnus Logotheta eum refellunt. Muzalonis auctoritas. Insigne dignitatis. Veccus disputando nihil proficit. Communionem adversariorum repudiat. In exsilium denuo mittitur cum Meliteniote et Metochita. Crudelitas zelotarum in eos, qui Latinæ Ecclesiæ adhæserant. Justa crudelitatis pœna Andronicus paterni sceleris vindictam timet. Lascarim cæcum invisit et solatur. In Orientem abit. 313

Cap. III. — Quinam Andronico auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem. Quam funestum id consilium rei Romanæ fuerit. Latinorum vires ex eo auctæ. Piraticarum navium audacia. Gasmulica turba ob inopiam dispersa. Neglectæ triremes multæ pereunt. Paucæ incolumes servatæ. 321

Cap. IV. — Gregorius Cyprius Vecco supplici opem negat. Justo Dei judicio punitur. Accusatur a suis ut blasphemus. Ab amicis ingratis proditur. Idem ei accidit quod olim Julio Cæsari. Omni præsidio destitutus secedit in monasterium Hodegetriæ. Inde in aliud transit, a muliere nobili evocatus. Moritur. Chilas et Daniel ejus accusatores animi ingrati dant pœnas. Accusantur ipsi quoque a charissimis. Imperator eos aversatur. Contemnuntur a collegis. Vitam in urbe finiunt mœrore confecti. 325

Cap. V. — Gregorio Cyprio succedit Athanasius, vir illitteratus et austeris moribus. Clericos castigat. Nec pontificibus parcit. Gregorius Cyprius viros doctos et eruditos ecclesiis præfecerat. his Athanasius residendi necessitatem imponit. Ipsos principes censuræ metu continet. Quas res monachis interdixerit. De equitatione quid statuerit. In monachos hypocritas severe animadvertit. Item in fanaticos. Pœnæ impositæ. Athanasii constitutiones non diu viguerunt Mos antiquus interpretandi publice sacras Scripturas; item prædicandi verbum divinum. Uterque mos novissime abrogatus. Status Ecclesiæ in pejus mutatæ. Morum depravatio. Jurandi licentia. Rationis et doctrinæ lux exstincta. Ejus mutationis causæ expenduntur. Cur Ecclesiam Græcam desolari oportuerit. Mirum eam cladem in Athanasii tempora incidisse. 329

Cap. VI. — Andronicus Constantinum Porphyrogenitum fratrem suspectum habet. Prima simultatis causa. Secunda. Tertia. Priores duæ prorsus iniquæ. Tertia paulo justior. Cyrus junior cur fratrem in se armaverit. Cur Augustum Antonius. Porphyrogenitus uxorem ducit. Studii monasterium instaurat. Andronicus in Asiam transit. Porphyrogenitum in carcerem conjicit: item ejus amicos. 341

Cap. VII. — Tumultus publicus contra Athanasium. Irarum causa. Athanasius secedit. De excommunicationis sententia manu ejus clanculum scripta. Ut a pueris inventa sit. Quos motus excitaverit. Athanasii fama imminuta. Ut is apud imperatorem se excusaverit. Veniam dat et petit. De Joanne Sozopolitano. Eo patriarcha, monachi improbi respirant. Michael Andronici filius diademate ornatur. 345

Cap. VIII. — Italus et Armenus affinitatem imperatoris ambiunt per legatos. Italus cur non auditus. Metochites et Glycys, qui et quales viri. Eunt in insulam Cyprum legati de affinitate. Re infecta in Armeniam proficiscuntur. Suum illud iter Glycys descripsit. Maria regis Armeniæ soror Byzantium adducitur. Turci Romanos fines populantur. Philanthropenus et Libadarius in Asiam mittuntur. Eorum elogium. Philanthropeno omnia prospere succedunt. Multi ad illum se adjungunt. Libadarius eum suspectum habet. Cretenses transfugæ ipsum hortantur ad defectionem. Philanthropenus hæsitat. Consentit. Imperii insignia non admittit. Ejus defectio nuntiatur Libadario et imperatori. Philanthropenus imprudens Libadarium imparatum omittit. Theodorum imperatoris fratrem invadit. Libadarius pecuniam et militares copias cogit. In Lydia castrametatur. Cretenses pecunia corrupti Philanthropenum ei vinctum tradunt. Libadarius capto insultat. Visum adimit. Notatur ut insolens et crudelis. 349

Cap. IX. — Terræ motus. Multæ ædes labefactæ. Michaelis archangeli statua dejecta. Quis illam primum erexerat. Quis lapsam restituit. Moritur Joannes Trapezuntis imperator. Alexius filius ei succedit. Eudocia vidua Byzantium venit. Crali nubere recusat. Cralis inconstantia erga uxores. Imperator filiam suam Simonidem ei despondet. Thessalonicam conveniunt. Porphyrogenitus fratrem vinctus sequitur. Obsides dati a Crale. De Sphendostlavi sorore et de Cutrule. Simonis quinquennis a sponso quadragenario abducitur. 359

Cap. X. — Alani a Scythis subacti legatos mittunt ad imperatorem. Eorum postulata et promissa. Andronicus Romanis diffisus; ad auxilia externa se convertit: quanto rei Romanæ damno. Alani cum uxoribus et liberis admissi. Acerbis exactionibus occasionem præbent. In Asiam transeunt Michaelis imperatoris ductu. Circa Magnesiam castrametantur. Turci eos observant. Inordinatos adoriuntur. In fugam vertunt. Imperator recipit se in urbem Magnesiam. Alani Christianorum agros populantur. Turci usque ad oram Lesbi progediuntur. 361

Cap. XI. — Veneti a Genuensibus sæpius victi magnam classem instruunt. Genuenses Galatæi ut sibi et rebus suis consuluerint. Eorum domus et naves vacuæ incenduntur. Byzantini ob incensa suburbia in Venetos sæviunt. Veneti satisfieri sibi ab imperatore postulant. Non audiuntur. Byzantinos ob abjectam rei navalis curam injuriæ expositos despiciunt. Iisdem superbe illudunt. Præda onusti domum redeunt. Joannes patriarcha contemnitur, ut simplex et indoctus. Secedit. In patriam revertitur. 365

LIBER SEPTIMUS.

Cap. I. — Provinciæ Asianæ a Turcis occupantur. Earum partitio. Nomina Satraparum. Athanasius imminentem Dei iram prænuntiat. Terræ motus. Imperator Athanasium præ cæteris patriarchatu dignum judicat. Restituendum censet. Plurimi refragantur. Quidam obtemperant. Athanasius Constantinopolitanæ Ecclesiæ iterum præficitur. Patriarcha Alexandrinus fabellam imperatori narrat et Athanasium notat. 369

Cap. II. — Italiæ rex Siciliæ regem imparatum terra marique oppugnat. Variis cladibus afficit per biennium. Rogerius Catalanus, maris et insularum terror. Quas copias secum habuerit. A Siciliæ rege arcessitur. Ejus adventu urbes redeunt ad dominum legitimum. Italiæ rex eas armis repetit. Re male gesta discedit. Bellum reparat. Vincitur. Pacem petit et affinitatem. 373

Cap. III. — Rogeriani milites, rebus Siciliæ tranquillis, incerti quo se vertant. Byzantium eunt ab Andronico acciti; Catalani mille; Almugavari totidem. Honores Rogerio delati; item Berengario Entencæ. Catalani in

Asiam missi; hospites et socios vexant. Philadelphiam obsessam liberant. Episcopi Theolepti virtus. Asiæ recuperandæ occasio cur omissa. Romani et Alani domum revertuntur. Catalani stipendiis fraudati Romanas urbes hostili more pervadunt. Eorum crudelitas. Imperator cur hæc tulerit. Rogerius ex Asia in Thraciam redit. Juniorem imperatorem adit. Stipendia persolvi postulat. Obtruncatur. 377

Cap. IV. — Milites Romani, occiso Rogerio, cum Catalanis debellatum putant. Providentiæ divinæ decretis non resistendum. Majorum consiliorum malos exitus. Romanarum cladium causæ. Catalani Calliupolin, cæsis oppidanis, muniunt. Terra et mari bellum apparant. Mari vincuntur a Genuensibus. Berengarius, navarchus captus; deinde redemptus. Catalanorum consternatio. Omnia ipsis infesta. Tolerandæ obsidioni se accingunt. Turcos auxilio arcessunt. Prædas agunt. Michael imperator in eos movet. Turcopulos et Massagetas secum ducit. Juxta Apros castrametatur. Exercitum instruit. A Massagetis et Turcopulis deseritur. Turbatam aciem frustra conatur restituere. In hostes temere invectus vix evadit. Equitis fidelis virtus. Andronicus filium objurgat ut vitæ prodigum. Romanorum fuga et clades. Turcopulorum ad Catalanos transitio. Catalanorum duces inter se dissident. Berengarius occiditur. Ximenes Byzantium se recipit. Ornatur magni ducis titulo et affinitate imperatoris. Massagetæ in Scythiam transituri a Turcopulis et Catalanis profligantur. 385

Cap. V. — Imperatrix, privignum exosa, liberos suos conatur ei exæquare. Mos succedendi apud Latinos principes receptus. Andronici uxores duæ: liberi sex. Andronicus uxoris petitioni refragatur. Hæc virum fastidiis lacessit. Unde dissidium. Irene Thessalonicam secedit. Maritum traducit. Mulierum impudentia. Andronici lenitas. Irene filio suo Theodoro uxorem quærit. Conditione ab Athenarum duce repudiata, ad Spinulam itur. Latini nobiles imperatorum Byzantinorum affinitatem vix dignantur. Irenes genus. Marchionum dignitas. Digressio de dignitatum titulis. Marchionum Longobardorum provincia. Theodorus eo mittitur. Multas opes secum transfert. Joannes, alter Irenes filius, Nicephori Chumni filiam uxorem accipit. Sine liberis decedit. Irenes profusa liberalitas erga Cralem generum. Spes delusæ. Cralis uxor cur sterilis. Crales, Irene urgente, successorem sibi designat, primo Demetrium; deinde Theodorum Marchionem, uxoris suæ fratres. Neuter in Triballia assuescit. 397

Cap. VI. — Catalani Thraciam vastant. Locum quærunt, in quo consistant. Quantæ eorum copiæ fuerint. In Macedonia apud Cassandriam hibernant. Urbibus Macedonicis imminent: in primis Thessalonicæ. Andronicus Christopolitanas angustias munit. Milites conscribi curat, qui urbes defendant. Hostes commeatu destituti reditum in Thraciam parant. Audiunt præclusum sibi iter. In magno metu versantur. Thessaliam petunt. Juxta Olympum castrametantur. Agros finitimos populantur. Qui et quot Turci fuerint in exercitu Catalanorum. Quos duces habuerint. Ut in itinere Thessalico prædam partiti discesserint a Catalanis. 409

Cap. VII. — Catalani Turcis dimissis in Thessaliam irrumpunt. Principum sebastocratorum hæres ultimus morti vicinus. Ejus uxor. Liberi ex ea nulli. Thessali Catalanos sibi conciliare amicitia statuunt. Catalani Thessalorum pecuniam et societatem incertæ spei præferunt. Superatis Thermopylis juxta Cephissum castra ponunt. Cephissi cursus. Athenarum princeps Catalanis transitum negat. Eosdem contemnit. Catalanorum vires. Callidum stratagema. Atheniensis exercitus numerosus in limum impingit. Internecione deletur. Catalani Thebas et Athenas capiunt. In iis locis considunt. 415

Cap. VIII. — Turci relictis Catalanis suos duces sequuntur. Meleccus recipit se ad Cralem. Chalel in Macedonia subsistit. Pacem offert Romanis. Pacis conditiones. Magnus stratopedarcha Turcos ad Hellespontum perducit. Romani fidem violant. Turci castellum occupant. Auxilia arcessunt. Regionem vastant. Michael imperator ad eos debellandos evocatur. Militum rusticanorum temeritas, Romanorum socordia. Barbari sibi et rebus suis optime consulunt. Vexillum imperatorium adoriuntur. Imperator a militibus destituitur. Flebilis et invitus discedit. Duces resistunt. Ab hostibus capiuntur. Imperii insignia direpta et ludibrio habita. 423

Cap. IX. — Athanasii patriarchæ altera secessio. Secessionis causa. Nipho in ejus locum succedit, vir illiteratus. Ejus studia et malæ artes. Uno hoc laudandus, quod Arseniatas ad communionem admiserit. Arseniatarum petitiones. Quinam ex his schisma renovaverint. 427

Cap. X. — Turci Thraciam vastant. Imperator mercenarios milites peregre accire statuit. Fisci inopia. Petitum a Crale auxilium. Philes Palæologus Turcicum sibi bellum deposcit. Ejus elogium. Ab Andronico ob innocentiam vitæ laudatus postulata impetrat. Militum animos sibi mancipat. Hostium consiliis per exploratores cognitis legiones educit. Apud Xerogypsum fluvium castra ponit. Turcorum adventus. Pugnæ apparatus. Ut aciem inclinatam Philes restituerit. Barbarorum strages. Romani instant fugientibus. In Chersoneso castrametantur. Imperatoriæ triremes Hellespontum obstruunt. Auxilia Romanis a Crale et a Latinis missa. Turcici præsidii oppugnatio. Latinorum machinæ. Barbari nocturnis eruptionibus frustra tentatis spem salutis abjiciunt. Se et sua omnia Latinis dedunt. Multi per noctem a Romanis intercepti et trucidati. De cæteris quid actum sit a Latinis. 433

Cap. XI. — Niphoni ob sacrilegia expulso Joannes Glycys laicus in patriarchatum succedit. Hujus elogium. Cur habitum monasticum non induerit. Gregoras juvenis. Eloquentiæ studiosus. Glyceos auditor assiduus. Theodori Metochitæ auctoritas. Filia Joanni Panhypersebasto nupta. Laus Metochitæ. Animi et corporis dotes. Summa eruditio. Dicendi genus. Ut litterarum studium cum rei publicæ administratione conjunxerit. 441

Cap. XII. — Irenes imperatricis obitus. Sepultura. De ejus pecuniis quid actum sit. S. Sophiæ templum ruinam minatur. Duabus pyramidibus exstructis fulcitur. Andronicus mavult vetera ædificia instaurare, quam nova exstruere. Ejus modestia laudatur. Templa ab eo restituta. Ejusdem opera alia publica. De columna, statua et cruce in vestibulo templi S. Sophiæ erectis. Crux dejecta reponitur. Cætera longo tempore labefacta renovantur. Statuæ dimensio. Item crucis et globi. 445

Cap. XIII. — Andronico juniori uxor datur Irene Alemana. Michael imperator Thessalonicam abit. Abeundi causæ. Ibidem moritur. Oraculum de ejus morte. De rebus Thessalicis repetuntur ea, quæ jam dicta fuerant. Joannis Ducæ sine liberis defuncti provinciæ et urbes distractæ. Quædam Romano imperio adjectæ. Cæteris pœnæ a synodo frustra indictæ. 453

LIBER OCTAVUS.

Cap. I. — Michaelis imperatoris filiæ duæ. Quos maritos habuerint. Ejusdem filii duo. Avus Andronicum cæteris omnibus præfert. Eam apud se educat. Andronici junioris mores, consilia, ambitio. Meretricem amat. Rivali insidias struit. Manuel frater pro rivali occiditur. Patris tristitia, morbus, obitus. Avi mœror. De urbe Genua. Ubi sita. Guelphorum et Gibellinorum factiones. Earum propagatio. Cranæla ad maritum redire cunctatur. Cralis minæ. Mulier ad virum redire jussa cucullum induit. Constantinus frater cucullo discisso Triballis abducendam tradit. 455

Cap. II. — Glycys patriarcha morbo ingravescente in monasterium secedit; minime avarus, adeoque parum dives. Gregoram arcessit, cui ultimam voluntatem dictet. Patriarchæ testamentum. Luculentior narratio ab auctore indicata. Gerasimus monachus, vir simplex et indoctus, Glyci subrogatur. Quales patriarchæ imperatoribus placeant. 463

Cap. III. — Constantini despotæ mater. Prima uxor. Filius ex ancilla susceptus, nomine Catharus. Cur a patre neglectus. Eudociæ Palæologinæ elogium. Ut Constantino despotæ nupserit. Catharus nothus apud seniorem imperatorem potens et gratiosus. Junioris Andronici indignatio. Iræ causa justior, populus insolito sacramento adactus. Syrgiannes custos nepoti additus ab avo. 467

Cap. IV. — Syrgiannis genus, institutio, virtutes. Provinciæ præfectus omnium animos sibi devincit. Mira hominis solertia. Perfidus et fœdifragus populos finitimos vexat. Provinciam ademptam ut recuperaverit. Pincernæ dignitate ornatur. Rebellat. Comprehenditur. In carcerem conjectus precibus matris restituitur. Jurat se fidelem fore. Junioris imperatoris consilia jubetur explorare. Senioris consilia juniori aperit. Oratio, qua istum hortatur ad defectionem. Pactiones et juramenta. Conjurationis socii tres Syrgiannes et Cantacuzenus, corruptis aulæ primoribus, provincias Thraciæ administrandas obtinent. Variis artibus viam defectioni muniunt. 471

Cap. V. — Avus nepotem judicio publico reum agere constituit. Metochita differendum censet, donec geniales dies effluxerint. Equi picti hinnitus. Metochita de ea re consultus in Choræ monasterio. Ejus responsum. Verior interpretatio. Byzantii columna dies complures agitata. Imperatoris et Metochitæ arcanum colloquium. Libri fatidici. Sortes. Sinistra auguria. Metochitæ stupor et silentium. Uxoris et liberorum anxietas. Filiæ Panhypersebastæ elogium. Ejusdem verba. Metochita oratione filias

excitatus lamentatur. Magnam cladem prædicit. Iterum silet. Recumbit. Ejus merita erga Gregoram. Ipsius Gregoræ officia erga Metochitam et ejus liberos. Oratio, qua eum afflictum solatur. 479

Cap. VI. — Imperator pontifices convocat. Nepotem arcessit. Nepos armatos secum adducit. Paterna objurgatio. Jusjurandum ultro citroque præstitum. Conjuratorum querelæ. Andronicus junior pro illis intercedit apud logothetam. Graviter increpatur. Redit ad priora consilia. Avi indignantis exclamatio. Anxietas. Deliberatio de nepote comprehendendo. Patriarcha commissum sibi arcanum prodit. Nepotis fuga. Providentia Dei. Vires Romanæ adversus Turcos infirmæ. Vectigalia aucta, ut pax auro redimeretur. Publicanorum aviditas. Fisci opulentia, in quos usus reservata. Indulgens Dei severitas. Vicinorum principum obitus. Mors patriarchæ. Pœnæ factiosis ab Ecclesia indictæ. Populus novo sacramento adactus. Thraces oblata immunitate allecti juniorem sequuntur. In publicanos sæviunt. Constantinopolin expugnatum eunt. Legati ab avo ad nepotem missi. Syrgiannes matris precibus mollitur. Pacta inter avum et nepotem. 489

Cap. VII. — Gregoras Andronici senioris familiaritatem expetit : philosophiam et astronomiam jam tum a logotheta edoctus. Qualem hunc initio expertus fuerit. Oratio, qua hortatus est ut philosophiæ et astronomiæ præcepta plenius sibi traderet. Quantum ea oratio apud logothetam valuerit. 501

Cap. VIII. — Aula studiis bonarum artium floret sub Andronico seniore. Idcirco hujus familiaritas a Gregora expetitur. De usu cum doctrina conjungendo. Gregoras benigne ab imperatore exceptus. Orationem apud illum habet. Duas in eo virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudat. Panegyricum voto concludit. 507

Cap. IX. — Senioris Andronici benevolentia erga Gregoram; unde quorumdam invidia et indignatio. Chartophylacis dignitas eidem oblata. Cur eam repudiaverit. Oratio, quam de ea re coram imperatore habuit. Repudianti vis pene illata. 519

Cap. X. — Funamboli aliique Ægypti circulatores, multis regionibus pererratis, Byzantium veniunt. Mira spectacula ab iis exhibita. Eæ artes ut quæstuosæ, ita etiam exitiosæ artificibus. Byzantio egressi Europam pervagantur. Gades usque penetrant. Turci classibus tunc primum constructis maria et terras infestant. Fisci inopia. 529

Cap. XI. — Syrgiannes ab Andronico juniore neglectus clam cum seniore agit. Mutatæ sententiæ speciosam causam affert. Seniori optatissimus, fide data et accepta Byzantium ingreditur. Ejus rei nuntio quinam lætati sint. Junior prope urbem castra ponit. Audita Syrgiannis excursione territus fugit. Constantinus despota Thessalonicam proficiscitur sinistris ominibus. Junioris imperatoris matre Byzantium missa, exercitum per Christopolitanas angustias traducit. Junior Synadenum Syrgianni opponit. Despotam edictis terret. Rumores spargit de avi nece. Despota Thessalonicam se recipit. Cives factiosos comprehendere jubetur. Seditione ab iis excitata cogitur cucullum induere. Juniori Andronico traditus vix mortem effugit. Didymotichi in teterrimum carcerem conjicitur. Inde tandem in alium tolerabiliorem transfertur. Senior, consulto psalterio, pacem spectat. Junior, pacis et ipse cupidus, cum matre deliberat. Imperatorum colloquium et reconciliatio. Junioris mater et amita ubinam inter hæc diversatæ sint. 533

Cap. XII. — Esaias, vir simplex et indoctus, multorum criminum accusatus, favente imperatore creatur patriarcha. Favoris injusti merces. Esaiæ opera. Philanthropenus in pristinum gratiæ locum restituitur. Hujus elogium. Turci Philadelphiam obsident. Audito Philanthropeni adventu arma ultro abjiciunt. Cur illum reveriti. Maxima frumenti copia in urbem liberatam invecta. Syrgiannes imperatorum concordia minime lætus. Asanis Andronici fidem tentat. Ab eo apud imperatorem delatus in carcerem conjicitur. Omnibus bonis multatur. 541

Cap. XIII. — Disputatio de Paschate ut primum in palatio nata sit. Eam Gregoras cupide amplexus, favente imperatore, refragantibus frustra adversariis. Exponit sententiam suam de die paschali constituendo. Imperator consilium probat. Rem aggredi metuit. 547

Cap. XIV. — Junior Andronicus coronatur. Senior equo dejectus; sinistrum omen. Panhypersebastus Cralis socer. Generi armis adjutus rebellat. Oblata Cæsaris dignitate contentus arma ponit. Moritur. Legatio de ejus uxore Byzantium reducenda. Gregoras legatus cum aliis missus. Quæ sibi et sociis suis in itinere acciderint, narrat. Scythicæ incursionis fama. De Strymone fluvio, ut eam legati trajecerint. Errores, pericula et alii casus. De Strummitza oppidulo. Pascha ab oppidanis ritu barbaro celebratum. Scopiorum situs. De Axio flumine. Cæsarissa a legatis convenitur. Ejus mulieris mœror et habitus miserabilis. Crales audita legatione, Cæsarissam dimittit. Abeuntem prosequitur, non satis splendide. Barbarorum mores notati. Cæsarissa Thessalonicam abit, ut viro justa persolvat. Gregoras, acceptis ab ea mandatis, Byzantium revertitur. 559

Cap. XV. — Andronicus junior, mortua Irene Alemanna, Annam Longobardam uxorem ducit. Cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur. Bithyniæ magna pars a Turcis subacta. Manichæi aliquot insignes, abjuratis erroribus suis, baptizantur. Ostenta ac prodigia, futuram imperii calamitatem portendentia. 571

LIBER NONUS.

Cap. I. — Junioris factio seniorem tollere e medio statuit. Michael Bulgarus, Venceslai uxore vidua et principatu potitus, per legatos arcessitur a juniore Andronico, uxoris suæ fratre. Didymotichum venit. Societas adversus seniorem inita; quibus conditionibus. Nepos avo insidiatur. Pecuniam per vim a publicanis aufert. Thraciæ urbes sibi mancipat. Byzantium multis comitantibus proficiscitur; quo prætextu. Avus de ejus consiliis per transfugam certior factus. Urbis aditu ei interdicit. Multa crimina eidem objicit. Litteris ad Cralem et ad Demetrium despotam scriptis copias cogi et urbes præsidiis firmari jubet. Chartaceæ litteræ interceptæ. Linteæ quo oportebat perlatæ. Omnium animi in juniorem propensiores. Senex ab ipso filio Theodoro marchione proditur. Hujus socordia, ambitio, vitæ genus, religio. Demetrius despota factiosorum bona diripit. Junior magnificis promissis multos sibi devincit. 573

Cap. II. — Nepos duorum alterum petit; ut aut Byzantium ingredi sibi liceat; aut ii ad se mittantur, quibus internuntiis uti possit. Mittuntur ex omnibus ordinibus delecti. Oratione artificiosa seipsum apud eos commendat. Avum insectatur. Causam rebellionis probabilem affert. Crimina objecta diluit. Postulata sua exponit. Ejus blanditiis corrupti internuntii Byzantium redeunt. Ei apud omnes aperte patrocinantur. 585

Cap. III. — Senior suorum perfidia irritatus animum patriarchæ explorare statuit : idem aliorum pontificum. Oratione coram iis habita rationem affert cur imperium non abdicet. Nepotem notat. Pœnis ecclesiasticis coercendum censet. Perorationem ejus explodit. Sapientissimi quique assentiuntur. Patriarcha cum reliquis dissentit. In seniorem conspirat. Junioris nomen sileri in ecclesiis vetat. Adversæ factioni sacris interdicit. Senioris dolor et acerba conquestio. Ipse patriarcha sententia canonica damnatus in monasterium Manganorum ablegatur. 589

Cap. IV. — Junior Andronicus ad Urbis mœnia accedit. Ab ingressu contumeliose arcetur. Quidam ex populo operam suam ei promittunt. Navicula conscensa aditus omnes vestigat. Re infecta discedit. A Thessalonicensibus clam evocatus protostratorem Byzantio insidiari jubet. Thessalonicam, adversariis dissidentibus, astu occupat. Arcem vi expugnat. Demetrio et aliis ducibus fœde dissipatis, Serrhas in deditionem accipit. Cæteris Macedoniæ urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus et aliis rebus potitur. 595

Cap. V. — Senior belli pertæsus; inita cum Bulgaro societate animum erigit. Cralæna filia, ab ariolis decepta, eumdem vana spe implet. Logotheta de se admodum anxius. Somnio terretur. Suis rebus consulit. Secedit in palatium. Præfecti urbium Macedonicarum capti a juniore in carcerem conjiciuntur. Demetrii despotæ fuga. Protovestiarii exitus miserabilis. Asam Prosiacum occupat. Ad Cralem se recipit. Basilicus Nicephorus castellum Melenici munit ac tuetur, juniori non dediturus, nisi post mortem senioris. Junior ejus fidem ut remuneratus sit. Philippi Macedonis apophthegma. Pugna ad Mauropotamum. Senioris copiæ vincuntur. Junior Bulgaros avertere ac Byzantium ire properat. Tria Urbis pericula. Classis Veneta, Genuensibus Galatanis infensa. Ponti fauces obsidet. Plurimas naves onerarias intercipit. Unde fames Byzantii. Venetorum æquitas ac moderatio. Auxilium ab iis juniori denegatum. Bulgaricus exercitus, alterum Urbis periculum. Junior Urbem ingredi frustra conatur. Senior ab eo exorari non potest. Dux Bulgarorum, juniori reconciliatus, copias suas domum reducit. 597

Cap. VI. — Duo urbis custodes cum juniore agunt de proditione. Aliis custodibus astu circumventis illum noctu intromittunt. Senior bis præmonitus cavendum censet. Magnus logotheta providentiam ejus non probat. Imperator valde anxius. Nepotis adventu cognito ad imaginem Dei Matris confugit. Nepos injuriam avo fieri

vetat. Suos, ne victoria abutantur, admonet. Avi supplicatio miserabilis. Humanitas nepotis. Patriarcha triumphans reducitur. Triumphi pompa immodesta. Opulentissimæ ædes diripiuntur : in primis domus logothetæ. Ejus bona omnia aut expilata, aut in fiscum redacta. Ipse maledictis vexatus. Civiles discordiæ junioris imperatoris prudentia compressæ. Gregoras seniori addictus. Calamitatis particeps. 607

Cap. VII. — Niphon seniori cur infensus. Ejus male tractandi auctor. Invidus. Ingratus. Andronicus senior sola imperii insignia retinet. Annuus reditus ei assignatus. Logotheta Didymotichum relegatur. Isaias patriarcha seniori insultat. Episcopis et sacerdotibus pœnas irrogat. Joannes, Heracleæ metropolitanus, Gregoræ avunculus, moritur. Ejus elogium. De eodem plura in ejus vita, quam Gregoras scriptam a se testatur. 615

Cap. VIII. — Michael Bulgarus bellum Andronico juniori infert. Legatis ad se missis quid responderit. Utrinque se ad pugnam parant. Imperatrix filio timet. Eum cum Michaele genero reconciliat. Metochites exsul stranguriæ doloribus cruciatur. Senior utroque oculo captus omnibus ludibrio est. Synadeni inhumanitas. Solus Cantacuzenus fortuna moderate utitur. Ejus elogium. Apophthegma. Syrgiannes, fide variis modis sancita, e carcere educitur. Annonæ copia apud Byzantios. 619

Cap. IX. — Turci, duce Orchane, Nicæam obsident. Imperator in Asiam transit. Quales ejus milites fuerint. Orchanes ei occurrit. Romani apud Philocrenen castra ponunt. Velitationes. Pugna, Romani cæduntur. Imperatoris vulnus. Orchanes, relictis equitibus trecentis, recedit. Imperator Philocrenen ingreditur. Romanorum consternatio. Præceps ac turpis fuga. Equites trecenti partim castra diripiunt, partim instant fugientibus. Imperator Byzantium redit. Deum offensum putat : quibusnam delictis? Patriarcha populum absolvit : non item episcopos, neque sacerdotes, nisi quosdam tantum. Viri quatuor selecti jure dicundo præficiuntur. Annui reditus iis assignati. Cassis imperatoria. Martinus Chii rector. Ejus insulæ præfecturam ut adeptus sit. Multis rebus gestis clarus, ideoque suspectus. Ab imperatore capitur et Byzantium vinctus mittitur. 623

Cap. X. — Junior ægrotat Morti proximus cucullum petit. Reos carcere educi jubet. Ultimam voluntatem dictat. Uxori et postumo imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit. Mater præteritam se dolet. Syrgiannem adoptat. Thessalonicenses sacramento sibi obligat. Constantino despotæ libertas datur et adimitur. Prima nominis littera imperium ei portendere credita. Senior Synadeno instante habitum et nomen invitus mutat. Junior aquam poscit ex sacro Deiparæ fonte : qua capiti inspersa convalescit. Patriarcha senioris calamitate lætus. Ex ipso quærit, qualem sui mentionem in Ecclesia fieri velit. Senior suam sortem deflet. In patriarcham invehitur. Ad interrogata nihil respondet. Ex magno dolore stupor et silentium. Vetus apophthegma regis Ægyptii. De senioris nomine in Ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit. Populi murmur et indignatio. Senior Synadeni minis territus imperium ejurat. Scriptam formulam ut consignaverit. Auri nummi antiqui in finibus Persarûm inventi. Multi a Latinis mercatoribus in varias oras transmissi. Quanti apud Byzantios æstimati sint. 631

Cap. XI. — Vanæ prædictiones ex Italia et Colchide Byzantium afferuntur. Gregoras, amicis instantibus, eas refellendas suscipit. Epistola, quam de ea re ad amicum scripsit. 639

Cap. XII. — Michael Bulgarus cur bellum Crali intulerit. Imperator in belli societatem ascitus. In Pelagonia castrametatur. Solis defectus. Bulgarus Triballorum agros vastat. Crales cum eo confligit. Gallorum equitum virtute adjutus eumdem vincit et capit. Michael ex vulneribus moritur. Imperator nulla re gesta Byzantium redit. Fortunæ inconstantia. Cralis uxores duæ. Filius ex prima susceptus rebellat. Potitur principatu. Ipse Crales a factiosis in carcere suffocatus. 647

Cap. XIII. — Bulgaris per interregnum dissidentibus, imperator Mesembriam et alia oppida invadit. Alexander, Bulgariæ principatum adeptus, Romanorum fines vastat. Urbes amissas recipit. Turci Nicæam capiunt. Imagines, libros et sacras reliquias vendunt Byzantiis. Maritimam Bithyniæ oram occupant. Tributarios omnibus modis vexant. Choræ monasterium a quo conditum; a quibus instauratum. Metochitæ ab exsilio reversi domicilium. Hujus ædes ut dirutæ sint. De evulso pavimento. Adempta libertas alloquendi seniorem. 651

Cap. XIV. — Varia ostenta, solis et lunæ defectus. Terræ motus. Cruces et columnæ dejectæ. Vox temere emissa; ipso eventu probata. Gregoras seniorem invisere solitus. Cum eo ultimum colloquitur. Senior, amissis dimissis, cibum capit. Frigidam potat. Subito morte corripitur. Peccata precibus et lacrymis expiat. Sacris mysteriis destitutus. Dei matris imaginem ori suo admovet. Exspirat. Liber, in quo imperatorum facta figuris ænigmaticis involuta fuerant. Oraculum de seniore Andronico explicatur. Corpus ejus quonam perlatum. Justa de more persoluta. 655

LIBER DECIMUS.

Cap. I. — Cralæna, defuncti filia, luctui præest. Gregoras, ea hortante, ad canendam lamentationem prodit. Funebris lamentatio. Auditores ut ea oratione commoti sint. Principis mortui ætas. Forma. Mores. Ejusdem in summa inopia liberalitas duobus exemplis declarata. Æs alienum post ejus mortem repertum. Annus mundi. Ætas nepotis. 661

Cap. II. — Metochites tribus malis afflictus. Habitum monasticum induit. Moritur. Gregoras lamentandi munus suscipit. Monodia, seu funebris lamentatio. Luctus cognatorum. Breve elogium Metochitæ. 671

Cap. III. — Joannes Palæologus nascitur, Andronicus pater, ea re audita, lætus Didymotichum redit. Vestem mutat. Ludos celebrat. Duo certamina : Justa et Torneamentum; utrumque periculosum. Imperator utrique se immiscet, senioribus frustra reclamantibus. Ludorum missio. 679

Cap. IV. — Imperator bellum infert Alexandro. Bulgarorum agros vastat. Castella aliqua recuperat. Alexander pacem per legatos petit. Non impetrat. Quot castella in monte Hæmo ab Andronico seniore exstructa aut munita fuerint. Alexandri copiæ et improvisus adventus. Romanæ vires Bulgaricis impares. Acies utrinque instruuntur. Imperator suos hortatur ad pugnam. Cruentum prælium. Cantacuzenus et Protosebastus quantum virtute præstiterint. Equi mira constantia. Romani effuse fugiunt. In castellum proximum vi irrumpunt. Laborant omni parte. Præsidia Romana Mesembriæ et alibi exterminantur. Cum Alexandro offenso nulla spes pacis componendæ. Imperator consilii inops spem in Deo collocat, stimulante tamen conscientia. Alexander misericordia motus pacem ei ultro concedit. Benigna admonitione castigatum dimittit. 681

Cap. V. — Syrgiannes cur suspectus. Læsæ majestatis accusatur a Zamplacone. Non convincitur. Vades dare non potest. Fugit. Litteris ex Eubœa datis veniam petit et locum, in quo cum suis consistat. Aula ei minus tuta. Jusjurandum ab eo oblatum. Non impetrata venia ad Cralem transit. Ei gratissimus advenit. Magna pollicetur. 687

Cap. VI. — Imperatoris mater Thessalonicæ moritur. Oratio consolatoria, quam Gregoras apud imperatorem habuit. 689

Cap. VII. — Crales exercitum cogit. Syrgiannes populorum fidem promissis tentat; nec frustra. Imperatoris anxietas, metus, fiducia. Palatium munit. Patriarcham creat Joannem Aprenum. Conjugem et liberos ei commendat. In Macedoniam sine exercitu proficiscitur. Romani omnes ei suspecti, præter Cantacuzenum et paucos domesticos. Hostem dolo aggredi statuit, illustrium virorum exemplo. Sphrantzes, doli fabricator, fuga simulata ad hostem transit. In absentem sævitur. Syrgiannes ab amicis admonitus fraudem non sentit. Perjurus perjurio decipitur. Thessalonicam contendit. Urbes interjectas occupat. Sphrantzes, Syrgianne deluso, nuntios mittit ad imperatorem. Quid significaverit. Imperator, rebus pene desperatis, fugæ subsidia sibi et Sphrantzi providet. Sphrantzes fingit, se urbis Thessalonicæ mœnia exploratum ire. Cum duobus famulis exit. Syrgiannes solus sequitur. Obtruncatur. Percussores in urbem se recipiunt. Crales pace facta discedit. 695

Cap. VIII. — Latini duo episcopi de Ecclesiarum concordia disputatum veniunt. Patriarcha suæ et suorum facundiæ diffisus Gregoram, quanquam laicum, advocandum censet. Hic primo silentium suadet. Deinde patriarcham et selectos episcopos privatim convenit. Orationem coram iis habet, qua sententiam suam fusius exponit. Assentiuntur cum alii, tum Dyrrhachii episcopus. Quis vir et qualis. Constantinus Despota moritur. 701

LIBER UNDECIMUS.

Cap. I. — Turci Latinos ac Romanos terra et mari infestant. Latini principes cum Italiæ rege et cum imperatore agunt de ineunda adversus communem hostem societate. Imperator pecunias cogit. Classem apparat. Latinorum adventum exspectat. Latini inter se dissidentes ejus exspectationem frustrantur. Rhodii, Phocæenses et Cycladum rector in imperatorem conspirant. Mitylenen

prædictione capiunt. Catanes Genuita, dux Phocæensium, eam sibi vindicat; navium numero sociis superior. Uxorem et liberos Phocæa arcessit. Quonam jure huic urbi præfuerit. Genuenses Galatæi insolescunt. Eorum opulentia unde creverit. Variis artibus castellum suum amplificant ac muniunt. Imperator munitiones eorum incendit. Eosdem bellum aperte molientes oppugnare negligit, ad majora intentus. Galatæi in summas angustias redacti ferociam exuunt. Pacem impetrant. Imperator Mitylenen proficiscitur. Naves quinque hostiles comprehendit et Chium perducit. Interim Catanes Mitylenen munit. Romani adjunctis sibi Turcis Phocæam obsident. 723

Cap. II. — Absente imperatore factiosi quidam res novas in Urbe moliuntur. Eorum conatus compressi Cantacuzenæ et imperatoris prudentia. Latini Phocæenses, longa obsidione fracti, Rhodiorum interventu pacem impetrant. Pacis conditiones. Imperator Byzantium redit cum omni classe. Quæstionem habet de conjuratis. Eos pro concione convincit. Ejus clementia. Orationis exordio lacrymas elicit. In Demetrium despotam inquiri vetat, Cralænæ amitæ reverentia adductus, item Gregoræ acclamationibus et applausu delinitus. Solos Asanis filios in custodiam includit, eamque minime duram. Alexius Philanthropenus Lesbum missus Mitylenen astu recuperat. Ejus viri elogium. 731

Cap. III. — Scythæ prædabundi Thraciam pervadunt. Turcos prædones opprimunt. Diebus quinquaginta continuis Romanos fines vastant. Captivorum ingens numerus. Causa incursionis. Eam cladem eclipses duæ præcesserant. Basilio Trapezuntis principi uxor datur Eudocia, filia imperatoris notha. Joannes Ætoliæ et Acarnaniæ princeps, cæso fratre, rerum potitus, veneno tollitur ab uxore. Crimina juratis judicibus objecta. Unus absolvitur. Pœnæ cæteris irrogatæ. 737

Cap. IV. — Turci Chersonesum et Thraciam incursant. Cæsi lectissimi. Reliqui pace impetrata domum redeunt. Imperator Byzantium reversus ire in Ætoliam parat, oblatum principatum accepturus. Nuntius affertur de futura postridie in Thraciam gravi Turcorum impressione. Orchanis Turci spes et consilia. Romani sexaginta, Cantacuzeno duce, prædatoribus occurrunt. Ipse imperator cum tribus navibus hostilem classem invadit. Ingens Barbarorum strages. Ex Romanis ne unus quidem desideratus. Captæ hostium naves quatuordecim. Deus tantæ victoriæ auctor. Imperator postridie ad fretum Hieri progressus hostes avectos comperit. Stadiorum quadraginta quinque iter noctu pedibus emensus Deiparæ Hodegetriæ templum ingreditur ad agendas gratias. 739

Cap. V. — Cometa apparet; qua forma; ejus ortus; progressus; interitus. Scythissæ erga Thracem et Threissam, quos captivos redemerat, summa æquitas. Justum Dei judicium. 743

Cap. VI. — Imperator, Epirum invasurus, Illyriam vastat. Turcos auxiliares præda onustos dimittit. Epiri principatu potitur. Nicomedia amissa. Thracia incursionibus Turcicis vexata. Princeps Epiri fuga elabitur. Ejus mater Thessalonicæ subsistit. Theodorus Synadenus, Epiro præfectus, principi reverso vinctus traditur. 747

Cap. VII. — Imperatoris filia impubes Alexandri Mysi filio nuptum datur. Pax eo pignore firmata. Partus monstrosus. Triennis puer robore virili; anno ætatis quinto moritur. Mortis causa physice explicata. Genuenses, optimatibus Urbe exactis, unum sibi ducem more Venetorum præficiunt. Cometa ei qui triennio ante apparuerat similis vultu, at motu diversus. Turci Thraciam vastant. Diu immorantur nemine obsistente. 749

Cap. VIII. — Basilius princeps Trapezuntiorum obit. Uxor Irene prælatam sibi cognominem meretricem indignata, adeoque clandestini facinoris suspecta, viro mortuo pellicem foras ejicit. Legatis ad patrem Andronicum semel et iterum missis alium sibi maritum petit. Imperatoris absentia; morbus; in Epirum profectio, atque utriusque legationis moræ. Rumor de Irenes cum magno Trapezuntis domestico consuetudine bellum civile excitat apud Trapezuntios. Zanychites et alii multi interempti. 753

Cap. IX. — Acarnaniæ urbs primaria obsidetur ab imperatore, cui Cantacuzenus egregiam operam navat, vir magnæ indolis, apud milites gratiosissimus. Res eo tempore diversis locis ejus prudentia administratæ. Conjurati oppressi. Deprehensa Sphrantzis Palæologi perfidia. Mors istius. Phocæam Romani recuperant. Epirus imperio adjecta. Epiri princeps Thessalonicam abductus. Cantacuzenus ipso silentio magnas res gerit. Imperator Byzantium venit, infirma admodum valetudine. Medicis undecunque accitis, suo arbitratu vivit. Morbo ingravescente Deiparæ Hodegetriæ templum petit. 755

Cap. X. — Barlaamus advena Italus, non tam Græce quam Latine eruditus; Byzantinos contemnit. Aliis obtrectando gloriam sibi quærit. Traducitur et exsibilatur. Gregoras ea de re dialogum scripsit. Dialogi titulus et initium. Fictorum nominum explicatio. Idem Barlaamus monachos Græcos oppugnat. Palamam, pro iis propugnantem, hæreseos et blasphemiæ accusat. Convocata synodo disputatur de sola precatione. Aliarum quæstionum tractatio vel consulto omissa, vel dilata. Imperator egregiam orationem habet. Gregoram absentem desiderat. Causæ absentiæ. Barlaamus victus ad suos et ad patria instituta revertitur. 759

Cap. XI. — Imperator, morbo ingravescente, monasterium Hodegetriæ denuo ingreditur. In lethargum incidit. Ægre expergefactus medicos arcessit. Ad Gregoram mittit qui interrogent, an castra amica sint. Moritur. Quo anno mundi; quo die. Vitæ et imperii tempus. Lamentandi munus Gregoræ impositum. Monodia ab eo recitata. Mores et ingenium principis defuncti. Romanorum imperatorum instituta neglexit. Aves et canes aluit maximis sumptibus: quem morem Cantacuzenus eo mortuo abolevit. Deo fretus pericula contempsit. Dignitati suæ non satis consuluit. Triclinii imperatorii suggestus eo imperante omnibus patuit. Pileorum et vestium discrimina sustulit. Hæc et alia imminentem imperii ruinam portendere credita. 763

LIBER DUODECIMUS.

Cap. I. — Rerum gestarum narratio fusior promittitur. Earum cognitio quem lectoribus fructum allatura sit. Divinæ justitiæ ratio et summa æquitas. Historia, sæpius jam celebrata, rursum laudatur. Cum speculo confertur. Principibus maxime utilis. Naturæ ipsi præcellens Scriptoris mores informat. Animum varietate delectat. Hujus partis initium unde repetendum. 777

Cap. II. — Cantacuzenus juniorum principum saluti consulit. Alexii Apocauci perniciosa consilia, dotes eximiæ, genus, fortuna, malæ artes. Cantacuzenum hortatur ad capessenda imperii insignia. Eumdem calumniatur. Imperatrix Anna tertio luctus die in palatium se recipit. Apocauco suadente Joannes patriarcha codicillos profert a defuncto imperatore scriptos. Tutelam et imperii administrationem variis rationibus conatur sibi arrogare. 783

Cap. III. — Cantacuzenus respondet: administratam a se rempublicam etiam vivo imperatore, cum quo semper conjunctissime vixerit. Sua erga illum merita commemorat. Illius erga se benevolentiam et gratum animum prædicat. Imperii consortium cur eo superstite repudiaverit. Codicillos a patriarcha prolatos ad aliud tempus pertinuisse. Tutelam et imperii administrationem ipso jure penes se residere. Reliquum esse, ut filiæ suæ et junioris imperatoris nuptiæ perficiantur. 789

Cap. IV. — Apocaucus et patriarcha imperatrici persuadent, ut omnem Cantacuzeno auctoritatem abroget. Prudentium conjecturæ de Apocauco. Cantacuzeni potentia et moderatio. Apocauci vires infirmæ. Animus perversus. Immoderata ambitio. Arx Epibatarum et alia castella ab eo exstructa, in quos usus. 793

Cap. V. — Milites Cantacuzeno palam favent. In solemni sacramento mentionem ejus faciunt. Unus stricto gladio in Apocaucum irruit. Imperatrix cum suis Cantacuzenum supplex orat. Eo conspecto tumultus sedatus. Oratio, qua ille adversariorum improbitatem notat, clementiam et constantiam suam commendat. Demosthenis dictum, a Gregora correctum. Cantacuzeni et Apocauci diversa instituta, diversi exitus, et inceptis convenientes. Cantacuzenus eo uno damnandus, quod pacem Ecclesiæ turbari permiserit. 795

Cap. VI. — Apocaucus incepto non desistit. Cantacuzenum, de se optime meritum, perdere conatur. Persarum lex adversus ingratos. Cladium Romanarum causæ. Cantacuzenus imperatricem et patriarcham privatim convenit. Oratio, quam apud eos habuit. Imperatrix et patriarcha jusjurandum dant et accipiunt. Cantacuzenus multa et præclara meditatur. Pacis bellique consilia ab eo inita. Propensa erga ipsum voluntas finitimorum populorum. 801

Cap. VII. — Cantacuzenus in Mysos exercitum educit. His sibi reconciliatis, Thraciam lustrat et præsidiis munit. Futurus Amurii adventus nuntiatur. Persicorum satraparum varia fortuna. Amurius, Lydiæ et Ioniæ princeps, reliquis potentior. Maris imperio potitur. Cantacuzeni amicus fidelissimus. Ejus auctoritatem oppugnatam defensurus magnam classem apparat. Eodem jubente domi remanet. Vetus Romanorum potentia. Ejus imago quædam sub Cantacuzeno oblata. Spes bello civili exstincta. 807

Cap. VIII. — Imperatrix ægrotat. Apocaucus pene

metu in castellum Epibatarum se recipit. Patriarcha pro eo apud imperatricem agit. Cantacuzenus Byzantium redit. Patriarchæ inconstantiam mollibus verbis castigat. Jusjurandum duplex ab eo accipit horrendis exsecrationibus confirmatum. Rursum urbe egreditur. Magnam pecuniæ vim et omnis generis vasa exportat. Earum rerum usus. Apocaucus, suo castello inclusus, Cantacuzeno insultat. Hujus responsum. 811

Cap. IX. — Apocauci molitiones detectæ. Deprehensi diffidentia ac fuga. Consilium de invadendo imperio. Arx Epibatarum omnibus rebus ab eo instructa. Imperatoris defuncti judicium de ea arce et de ejus conditore. Cantacuzenum sero pœnitet, quod illius de eo mandatis non paruerit. Patriarchæ in Cantacuzenum perfidia. Ejusdem officia erga Apocaucum; quem oblata impunitate ex arce evocat. Apocaucus Cantacuzeno obviam prodit. Imperatorii honores huic delati in salutationibus. Multi ut Apocaucum in vincula conjiciat hortantur, sed frustra. 815

Cap. X. — Reverso Apocauco patriarcha vitæ institutum mutat. In Cantacuzenum ipse quoque conspirat. Imperii procuratorem se instituit. Apocauco urbis præfecturam et alias dignitates confert. Pactio diris juramentis firmata, ne Cantacuzenus unquam recipiatur. Apocaucus, Octavii Cæsaris exemplo, nobilibus curam et civilia negotia committit; bellum sibi sumit administrandum. Res adversus Cantacuzenum a patriarcha designatæ. 819

Cap. XI. — Factionis Cantacuzenianæ nobiles a patriarcha et ab Apocauco petunt, ne secum durius agatur. Hi plebem in eos incitant. Nobilium fuga. Eorum domus eversæ, bona direpta. Cantacuzeni mœror et anxietas. Tristes nuntii de matre in carcerem conjecta aliisque domesticis cladibus. Viri constantia. Litteræ sigillo imperatorio munitæ, per quas ipse in ordinem cogitur. Alia ex aliis gravia ei nuntiata. Animus inter has angustias anceps et fluctuans. Mors intentata, nisi se imperatorem salutari patiatur. Eo recusante alius statim salutandus. Imperatrix per legatos officii admonita contumeliose respondet. 821

Cap. XII. — Cantacuzenus imperii insignia coactus induit, jam olim sibi variis auguriis promissa. Actum in die festo S. Demetrii. Annæ et Joanni prius acclamari jubet quam sibi. Defuncti imperatoris mandata nihilominus observat. Tertio post die purpuram exuit. Tum inde usque ad captam urbem albis vestibus utitur. Causæ ejus rei tres ab eo allatæ. Patriarcha et Apocaucus, nova Cantacuzeni dignitate audita, ut se gesserint. Duæ apud Byzantinos factiones diversissimæ. Cantacuzeniani anathemate perculsi. Irritata plebis audacia. Cantacuzeni cunctatio. Ejusdem copiæ miliares. Legationes subinde ab eo Byzantium missæ. Postulata æquitatis plena. Byzantii implacabiles; aperte et clam exitium ei moliuntur. Multi e suis illum ut desidem et ignavum deserunt. Commeatuum inopia. Hiems asperrima. Litteræ a Byzantiis interceptæ. 825

Cap. XIII. — Joannes Palæologus die non festo præter morem a patriarcha coronatur. Id statim post imperatoris mortem majore apparatu fieri voluerat Cantacuzenus, patriarcha prohibuerat. Novus imperator in ætherea palatii ædicula per solennem πρόκυψιν denuo inauguratur. Plausu et lætis clamoribus excipitur a populo. Jacta in Cantacuzenum probra. Cantacuzenæ hæc audientis, idque e carcere, dolor et gravis morbus. Ejusdem obitus duodecimo post die, inter similes plebis acclamationes. Nocturna præsagia, quæ ejus mulieris calamitatem antecesserunt. 831

Cap. XIV. — Cantacuzenum res adversæ non frangunt. Ejus nuntiis contumeliose a Byzantiis illuditur. Monachorum interventu pacem petit, sed frustra. Ab Orestiadis primoribus vocatus eam urbem occupatum venit. Fluvii interjecti repentino auctu bis repulsus re infecta discedit. Ejus prodigii ratio expenditur. Hostiles ultro citroque excursiones. Belli civilis mala. Ejus cum bellis externis comparatio facta a Cantacuzeno. Hujus fautores vana spe recreantur. 837

Cap. XV. — Præcipuarum urbium præfecti Theodorus Synadenus et Guido Armenius. Hujus ex Armenia migratio; uxores duæ. Hostilis animus in Cantacuzenum affinem, cujus et bona diripit et amicos vexat. Sinistra auguria. Solis ac lunæ defectus et colores. Arbores nive oppressæ et ramis excisæ. 839

Cap. XVI. — De educendis carcere ambobus imperatricis Irenes fratribus Byzantii et Cantacuzeniani certant. Irenes prudentia et aliæ virtutes. Egregiam Cantacuzeno operam navat. Ut fratres ei conciliaverit. Cantacuzenus, Thessalonicæ invadendæ spe oblata per litteras Synadeni, Didymotichum uxori et Manueli Asani custodiendum committit. Polystylum instaurat et munit. Chreles Triballus perduellis; Strummitzæ principatu potitus; Crali ipsi metuendus. A Romanis adulatur. Cantacuzeno suppetias venit; per Christopolitanas fauces transituro. Ducum et militum enumeratio. 843

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Cap. I. — Cantacuzenus Christopolitanas angustias ut evaserit. Circa Philippos castrametatur. Oblata ei auxilia a Chrele: quem suspectum amice excipit; mox dimittit. Rhentina in deditionem accepta, Thessalonicam ire cunctatur, suo more. Melenici castellum ei deditur. Parergon de occasione non negligenda. Item de occasionis effigie. Synadenus et alii Cantacuzeno faventes, Thessalonica per seditionem pulsi, Gynæcocastrum se recipiunt. Guido Armeniacus Thessalonicenses armis adjuvat. Classis Byzantina, Apocauco duce, Thessalonicam appulsa. Cantacuzenus Gynæcocastrum usque progressus cum Synadeno colloquitur. Hic animum mutat, et illi insidiatur. 849

Cap. II. — Synadeni insidiæ deprehensæ. Tumultus in castris. Cantacuzenus dispersos milites cogit. Acie instructa Apocaucum exspectat, suos quoque instruentem, at congredi non audentem. Pedetentim et composite recedit ad Triballos, exteris magis quam popularibus suis confisus. Ubinam pernoctarit. Legatos ab eo ad Cralem præmissos homo Triballus comprehendit et ad Apocaucum deducit. De Liberio Triballo; cur nuntius ad eum missus. Exercitum transeuntem rustici lacessunt. Liberius Cantacuzenum hospitio excipit. Hic hospiti vasa pretiosa dono dat. Generum eidem pollicetur Manuelem filium. Crali per litteras commentatus Scopiam venit, ad Axium flumen. Tolerabili hospitio contentus illic cum exercitu subsistit. Cralem postridie convenit, mutuæ salutationes. Dispar utriusque magnificentia. 855

Cap. III. — Quandiu apud Triballos Cantacuzenus manserit. Quæ et quam gravia milites perpessi sint. Quinam facilius mala toleraverint. Habitæ in iis locis orationes quare omittantur. Conditiones Crali oblatæ a Byzantiis, ut Cantacuzenum proderet. Venena ab iisdem etiam submissa. Parergon de Mithridate. Insidiæ variæ. Omnes irritæ. Quam ob causam Deus tot pericula averterit. Cantacuzenus, injuriarum immemor, Augustæ et pupilli dignitati ubique consulit. Lex ab eo imposita Joanni Angelo, Ætolis et Thessalis imperatum misso. Patientiæ diuturnæ merces. Gregoras alienus ab omni affectu veritatis studium profitetur. Qualia seu laudare seu vituperare decreverit. Quid ostendere, quid persuadere lectoribus cupiat. Expeditio capta adversus Serrhas. Morbus Triballorum. Re infecta domum reditur 859

Cap. IV. — Amurius media hieme Hellespontum trajicit, Cantacuzenum quæsiturus. Didymotichum usque progreditur. Irenen imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat. Acre et vehemens amici desiderium verbis declarat. Mira in homine barbaro humanitas. Utri prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio. Quid amicitiam conciliet. Ejus cum musico concentu comparatio. Amurius, de amico sollicitus, oblata ab Irene cibaria ac vestimenta repudiat. Eamdem in summas angustias adductam solatur. Hieme exercitum infestante domum redit. Manuelis Tarchaniotæ elogium. Ut Cantacuzeno quæsito et invento Didymotichum reversus anxiæ imperatrici gratissimus advenerit. 869

Cap. V. — Altera ad Serrhas Cantacuzeni expeditio irrita. Didymotichum usque transire eum non sinit Triballorum timiditas. Ad Cralem invitus redit. Comitem secum ducit Joannem Asanem, jussum Chreli tradere arcem Melinici. Legati Berrhœenses, Crale iniquas conditiones proponente, cum Cantacuzeno clam agunt. Hic Berrhœam ex pacto ingreditur. Cralis inconstantia. Melior ex eo Cantacuzeni fortuna. Triballus dolet se elusum. Pactionum memor bellum indicere non audet. 875

Cap. VI. — Joannes Angelus Berrhœam ad Cantacuzenum venit, Thessaliæ rebus præclare administratis. Ejus provinciæ ante Angeli adventum status perturbatissimus. Catalanorum illic dominantium vires luxu debilitatæ. Angelus, maxima Thessalici principatus parte recuperata, Ætolos, Locros et Acarnanas subegit. Annam rebellem cepit. Quibusdam ut occideret suadentibus, eam dare in custodiam maluit. 879

Cap. VII. — Cantacuzenus Thessalonicam dolo aggressus: irrito conatu, discedit. Byzantiorum et Persarum classis numerosa ad Thessalonicensem portum appulsa. Dux classis Apocaucus: Cantacuzenum abeuntem persequitur. Fluvius trajectu difficilis. Triballorum duo millia in insidiis collocata. Imperator in magnas angustias adductus. Ut indicato tandem transitu salvus evaserit. Apocauci timiditas. 881

Cap. VIII. — Apocaucus, viribus suis merito diffisus, auxilium petit a Crale. Munit fluvii ostia, ne illac possit legatio ad Amurium mitti. Ex Cantacuzeno sciscitatur,

quid de se ipse statuat. Cantacuzenus eum verbis castigat. Fabellam narrat de avi et aucupe. Sumptus æstimat, quorum magnitudine obrutum tandem adversarium succumbere necesse sit. Gratulatur sibi Thessalica auxilia in opportunum tempus reservata. Funestos exitus prædicit Apocauco, sive abituro, sive Thessalonicæ mansuro. Minatur se Persica auxilia ejus exemplo acciturum. Mala enumerat, quorum causam fuisse ait illius ambitionem. Animum durum et immitem exprobrat. Admonet divinæ justitiæ, quæ se manifestatis indiciis prodat. Fugam denique jubet maturare. Cymba in mare clam deportata, legatos ad Amurium mittit. 883

Cap. IX. — Apocauci responsum; cujus duæ partes : prima, de mendacii crimine; altera, de arcessitis Barbaris. Ejus viri mos perversus. Ut tentata per exercitum urbe Berrhœa, ipse Thessalonicæ manserit : arrogans idem et timidus. Sagittarium summittit, qui Cantacuzenum noctu occidat. Sagittarius ter frustra rem aggressus veniam petit ac dimittitur. Apocaucus pericula impendentia celeri fuga prævertitur, insciis Thessalonicensibus. Persæ apud eos relicti fœde et impune grassantur. 891

Cap. X. — Classis Persica, duce Amurio, multis navibus tempestate amissis, ad Eubœam primum, deinde prope Thessalonicam appellitur. Persæ prædatum in Triballorum fines exeunt. Cantacuzenus Berrhœæ urbis cura commissa Manueli filio, indolis eximiæ adolescenti, confert se ad Amurium. Thessalonicensium res valde angustæ. Divitum et pauperum studia contraria. Tertia factio, duabus illis pejor. Divites in proditionis crimen vocantur. Pauperes ambitiosi, qui et zelotæ, in illos insurgunt. Plebem infimam sibi adjungunt. Vi, rapinis et cædibus grassantur. Divitum miserrima conditio. Eorumdem spes irritæ. Amurius urbem vi expugnandam censet. Cantacuzenus, Demetrium martyrem reveritus, mavult deditionem exspectare. Soluta obsidione, milites Amuriani alii domum redeunt, alii cum duce Cantacuzenum sequuntur. Quem Amurius partim joco, partim serio reprehendit. Uterque junctis copiis urbes Thraciæ sollicitatum eunt. 897

Cap. XI. — Gregoras non simplicem historiam scribit. Res toto orbe gestæ quatenus ad Byzantinas pertineant. Byzantii urbis celebritas. De Basilio Trapezuntis imperatore. Ut hujus uxor vidua pellicem Byzantium relegaverit. Ut novum sibi conjugem a patre Andronico juniore petierit. Legationis moræ, Mortuo inter hæc Andronico, Cantacuzenus mulieris postulata neglexit. Familiæ Comnenæ jus præcipuum apud Trapezuntios. Ad eos regendos Michael Comnenus Byzantio mittitur. Senatores Trapezuntini summam rerum sibi vindicant vano prætextu. Advenientem Comnenum honorifice excipiunt. Mox procul exportatum in custodiam includunt. Populo non probante, rempublicam administrant. Scholarii, illorum manibus elapsi, redeunt cum adolescente Michaelis filio. Trapezuntem invadunt. Adversarios puniunt. Princeps junior in luxum effusus Scholarios contemnit. Hi Michaelem carcere eductum in solio collocant. Adolescens in custodiam datur. Scholariorum cum Michaele pactiones. Eorumdem auctoritas maxima : principis nulla. Quam tamen integram postea recuperat. 903

Cap. XII. — Rei frumentariæ inopia Byzantium aliæque urbes laborant. Ejus mali causæ duæ. De Capha Genuensium colonia. Latini mercaturis dediti, præsertim Genuenses. Ut colonias in oris maritimis constituere soleant. Caphæ urbis parva initia. Ejusdem incrementa et vires. Genuensium incolarum fastus. Scytham indigenam unus gladio interimit. Scytharum princeps irascitur. Latinos jubet sua urbe excludere. Contumaces obsidet. Contemnitur ab obsessis, et variis cladibus afficitur. Romanæ urbes interim, solitis commeatibus interclusæ, advecto ex Asia frumento sustentantur. Trapezuntii in Latinos accolas sæviunt. 909

Cap. XIII. — Bella et civiles motus per totum fere orbem. Divinæ providentiæ consilia. Spinula et Sertorius (Sire Doria) Genua exacti. Duces ex plebe creati. Ægypti imperium divisum, et fraternis discordiis debilitatum. Mauri in Hispaniam irrumpunt, Britanni in Galliam. Asiæ principes, ex Scythis oriundi, inter se præliantur. Latini fœderati in piraticas Persarum naves classem armant. Ad Smyrnæorum portum appellunt, Arcem capiunt. Minimum deinde promovent. 915

LIBER DECIMUS QUARTUS.

Cap. I. — Cantacuzenus, cum Amurio Christopolitanas fauces transgressus, oppida sollicitare constituit. Perithorio frustra oppugnato, Didymotichum abit. Ibi se et suos reficit. Irenæ uxori gratias agit ob res præclare gestas. Ejus mulieris strenuitas et solertia. Byzantii Amurio pecuniam offerunt, ut domum redeat. Hic, re cum Cantacuzeno communicata, pecuniam accepit. In Asiam trajicit, brevi rediturus. 919

Cap. II. — Terræ et maris agitatio violentia. Clades ex terræ motu. De exundatione. De terræ motu iterum. Ærei angeli caput inclinatum. Urbis simulacrum excussum e manu statuæ imperatoriæ. Quid ea res portendere visa sit. Templum S. Sophiæ orientem versus dehiscit. 923

Cap. III. — Apocaucus, rebus suis diffisus, patriarcham et Joannem Gabalam sibi mancipare statuit. Patriarchæ familiam numerosam ornat et ditat. Ipsum, ut infulam, calceos et subscribendi morem mutet, hortatur. De Novæ Romæ privilegiis disserit : item de auctoritate patriarchali, quam ait maximum nunc esse. Patriarcha rubros calceos recusat. Cætera admittit; ambitiosus et imprudens. Sacerdotii et imperii diversæ functiones. Utriusque potestatis habitus dispar. Altera alteram quatenus juvet. Joannes patriarcha se et imperium perdidit. Christum imitari pontifex debet. Laudata ab Alexandro Magno Diogenis modestia. Fructus ambitionis. Apocaucus Joanni Gabalæ filiam suam desponsurum se promittit; quid vicissim ab eo pactus. Rerum administrationem eidem committit. Ipse cum patriarcha et juniore imperatore Perinthum abit. Scelus maximum meditatur Annæ imperatricis mens cæca. Spes inanes. 925

Cap. IV. — Cantacuzenus Comotenam et Gratianopolin in deditionem accipit. Momitilæ genus et varia fortuna. Ut per latrocinia metuendus evaserit. Societas ab eo inita cum Cantacuzeno. Viribus majorem in modum auctis despoticæ dignitatis insignia a Byzantiis oblata accipit. Cantacuzeno insidiatur. Hic vere novo Comotenorum urbe egressus apud Mosinopolin castrametatur. Obdormiscit amœnissimo in loco : ubi res visu et auditu mirabiles ei oblatæ. Momitilas imparatum opprimere festinat. Cantacuzenus cum suis in magnas angustias adductus. Tumultuarium et iniquam pugnam committit. Armigeri beneficio salvus evadit. Hostibus tandem coactis recedere, Didymotichum abit. 933

Cap. V. — Apocaucus, opportunam occasionem nactus opprimendi Cantacuzeni, bellum apparat. Didymotichum exercitu infesto petit. Pythium castellum obsidet. Cantacuzenum multi e suis deserunt. Reliquorum intempestiva postulata. Ipsius responsa. Andronicus Palæologus, Apocauci gener, fluvium transnando submergitur. Apocaucus a Joanne Gabala apud imperatricem Annam accusatur. Byzantium redit. Imperatricem placat. Urbis muros reficit. 939

Cap. VI. — Clades ex grandine. De natura grandinis. Grando furoris divini instrumentum. 941

Cap. VII. — Ecclesiæ mala omnium gravissima. De Massalianis et Bogomilis in monte Atho comprehensis. Ejus montis amœnitates. Athos ferociam Xerxæ domuit. Uni virtuti favet. Deprehensorum illic hæreticorum nomina. Eorumdem dogmata impura tomo synodico comprehensa. Piorum monachorum diligentia et zelus. Hæretici variis pœnis coerciti. Quidam fuga elapsi recipiunt se in magnas urbes. Picos Martios imitantur. 945

Cap. VIII. — Quando et cur Gregoras ab aula secesserit. Zenonis philosophi apophthegma. Imperii et Ecclesiæ perturbatio maxima. Veteres philosophi non rixabantur inter se, nisi pacis tempore. Byzantini theologi nec in ipso belli æstu altercari desinunt. Ariolis et ejus generis hominibus fides habita. Gallus astrologus imperatrici placentia prædicit. Gregoras arcessitur, ut cum eo disputet. Astrologorum prædictiones vanas esse arguit et Ptolemæo et S. Basilio : item ex Chaldæorum versibus. Fatum tollit. Providentiam agnoscit. Ariolo refutato, Augustæ odium in se movet. Ad rem redit. 955

Cap. IX. — Gabalas, metu Apocauci, monasticum habitum induit. S. Sophiæ templum, asylum olim inviolatum; a Gabala et a patriarcha temeratum. Amurius, in Thraciam reversus, Byzantium usque cum Cantacuzeno progreditur. Urbis aspectu obstupescit. Pauci murorum custodes. Apocauci diffidentia. Cantacuzenus et Amurius Momitilam debellatum eunt. Romanas urbes invadentem. Juxta Perithorium castrametantur. Momitilæ audacia. Ejusdem circumventi consternatio. Acris pugna. Cadit Momitilas. Ejus milites omnes fere cæsi. 961

Cap. X. — Apocauci cædes quando, ubi, et a quibus perpetrata sit. Illius anxietas; stipatores; immoderata ambitio. Carcer ab eo ædificatus; quem ad finem. Reorum desperatio. Consilium audax. Apocaucus imprudens, stipatoribus in atrio relictis arcem ingressus. A Raule et ab aliis nobilibus interimitur. Documenta ex eo eventu capienda. Interempti caput abscissum : summo muri fastigio imponitur. Cædis auctores, aliique vinculis soluti, partiuntur inter se custodiam arcis. Rebus ad tolerandam

obsidionem necessariis destituuntur. Cibaria accipiunt a Galatæis, qui et promissis eos confirmant. Imperatrix Galatæos aditu arcis prohibet. Obsessi, in maximas angustias adducti, de pace agunt. Apocauci uxor vidua Gasmuloe armat Augustæ permissu. Hi arcem expugnant. Obvios quosque jugulant. Spectaculum miserabile. Aræ ipsæ sanguine respersæ. Contigui monasterii direptio. Cæsorum capita per urbem circumlata. Sicariorum et ipsius Augustæ inhumanitas. Cadavera sepelire vix tandem permissum. Mortui Apocauci filius Thessalonicam tradere Cantacuzeno statuit. Arcem occupat. Impetu plebis opprimitur. 965

Cap. XI. — Batatzes ignobilis genere; ut ad opulentiam pervenerit. Thessalonicæ præficitur: deinde, Apocauco filium suum ei subrogante, ejicitur. Ad Cantacuzenum deficit. Solymanni generi armis adjuvatur. Mortuo Apocauco cum Anna imperatrice reconciliatus majores copias ex Asia arcessit. In Cantacuzenianos sævit. Persæ, præda et viatico defraudati, eum occidunt. Ad Cantacuzenum transeunt. 979

LIBER DECIMUS QUINTUS.

Cap. I. — Crales, Romanis dissidentibus, invalescit. Urbes multas invadit. Serrhas ipsas ad deditionem subigit. Romanum se imperatorem pronuntiat. Imperium cum filio partitur. Quantam eo tempore Cantacuzenus Thraciæ partem tenuerit. Thracia Persarum incursionibus crebris vastata. Cantacuzeni inopia : item Byzantinorum Anna imperatrix pessime res administrat. Sacris imaginibus non parcit. Divites vexat. Ex ipso S. Sophiæ templo abreptos in vincula conjicit. Galatæi profugos excipiunt. Asyli jus vetustissimum : apud omnes gentes sanctum et inviolatum : a Christianis neglectum. Eversa Ecclesiæ dogmata. Ob eas causas templum subita ruina deformatum. 983

Cap. II. — Templum Sanctæ Sophiæ, qua parte orientem spectat, collapso hemisphærio, dehiscit. Ejus cladis magnitudo verbis amplificata. Civium concursus et comploratio. Ipsorum nobilium, ac in primis feminarum in exportandis ruderibus pia sedulitas. Substructa ab imperatore Andronico fundamenta ruinam sistunt. Rei Byzantinæ status miserrimus. Lacedæmonii post Leuctricam, Romani post Cannensem pugnam, mulieribus aurum interdixere. Byzantini cur vestibus pullis passim uti cœperint. Deus hominum morbis lente medetur. Facilius ædificat, quam destruit. 985

Cap. III. — Imperantium culpæ excusantur, rerum causis ad arcanam Dei providentiam relatis. Cantacuzenus nimium supplex et abjectus in epistolis. Multum sibi et reipublicæ obfuit cunctando. Quosnam viros maxime imitari debuerit. Gregoras epistolam ejus selectam prolaturus, qua fide eam exhibiturus sit, docet. Epistola ad patriarcham. Scripta fuit rubris litteris, ipsius Cantacuzeni manu. Recisa sunt, quæ ad rem minus pertinebant. Cætera ornatius enuntiata. 991

Cap. IV. — Patriarcha minore tandem fastu respondet. Sese et Cantacuzenum partim excusat, partim damnat. Rebus lapsis succurrendum censet. Pacem suadendo Annam offendit. Hujus in Cantacuzenum et Irenen odium, ex zelotypia natum; fons malorum omnium. Patriarchæ tamen et totius curiæ Byzantinæ gravior quam Annæ culpa. 993

Cap. V. — Cantacuzenus Selybriam in deditionem accipit. Orestiades ab Hierosolymitano patriarcha coronatur. Byzantium clandestinis molitionibus conatur invadere. Hyrcanum, Bithyniæ satrapam, generum adsumit. Anna quoque Persica auxilia arcessit. Barbari acciti prædas agunt. Captivorum ingens numerus. Animus Augustæ durus et immitis. Persæ Romanos viæ socios ac duces dari sibi frustra postulant. Pace cum Cantacuzeno facta domum redeunt. De cometa, qui superiore anno apparuerat. 1001

Cap. VI. — Nobiles Genua exacti, classe instructa, Chium improviso adoriuntur. Chii se et mœnia sua strenue defendunt. Commeatu interclusi dedunt se hostibus. Idem et Phocæenses faciunt. Phaceolatus imperatorias triremes armat. Duas Latinorum naves capit. Galatæi, ea re offensi, ab advehendo frumento statim abstinent. Receptis rebus suis, redeunt in gratiam cum Byzantiis. Phaceolatum minis terrent, qui idcirco stipatores circa se habere cogitur. 1005

Cap. VII. — Augusta implacabilis; patriarcham dignitate spoliare statuit, idque per Palamitas, ob rescissum Tomum illi infensos. Palamam jampridem carcere incluserat. Quasnam ob causas. Eodem adversus patriarcham adjutore utitur. Magnæ inde rixæ et dogmaticæ altercationes. Gregoras patriarcham inter et Palamam arbiter constitutus. Novas opiniones damnat. Augustam offendit. Sententiam scripto tradere jubetur. Ea occasione data, Novas doctores refellit. Gregorii Nazianzeni verba opponit : item Basilii Magni. Non ideo reprehendendus, quod victoriam de adversariis non reportaverit. Imo constantiæ et religionis ergo laudandus. Exsulaturus fortasse, nisi Cantacuzenus Byzantium interea cepisset. 1007

Cap. VIII. — Cum Phaceolato clam agitur de introducendo in urbem Cantacuzeno. Phaceolatus, aucto stipatorum suorum numero, rem aggreditur. Cantacuzenum urget. Diem condicit. Urbis portas noctu reserat. Cantacuzeni incruentus ingressus. Palatio exclusus in proximo diversatur. Annus et dies captæ ab eo urbis. Augusta, infirmis viribus, ferox et contumax : Galatæos auxilio vocat. Æquissimas pacis conditiones proterve respuit. Galatæorum triremes duæ suppetias ei veniunt. Repelluntur. Cantacuzenus alteram et tertiam legationem mavult mittere, quam vim facere. Eosdem legat, qui biennio ante ad eum missi venerant. Jubet meminisse, quæ tum prædixerit. Legati re infecta redeunt. Cantacuzeni mira clementia. Milites eo inscio palatium oppugnant. Maritimam partem capiunt. Revocantur. Annæ anxietas. Legatio superba. Extremum discrimen. Pacem oblatam vix tandem accipit. 1017

Cap. IX. — Quicunque in palatio vincti tenebantur, liberi omnes dimissi, solo patriarcha excepto, cujus res altius repetuntur. Ejus apud Annam auctoritas summa. Palamas, ob novas opiniones, non quia Cantacuzeno faveret, in vincula conjectus. Ut patriarcha Augustam a se alienaverit. Ut hæc adversus eum cum Palamitis conspirarit. Episcopis dies indicitur ad abrogandam patriarchæ dignitatem. Interim Anna ægrotat. Convalescit. Diem episcopis rursum indicit. Tabellas, per quas officii admonetur, a confessore oblatas, rumpit. Ipsum, minacibus verbis correptum, domo exigit. Patriarcha absens et inauditus damnatur. Synodum mensa sumptuosa et immodesti risus excipiunt. Ea ipsa nocte Byzantium captum. Cantacuzenus, ne aut Annæ aut ejus filio incommodet, palatio cedit. Domicilium sibi constituit circa Alexii triclinium. Qualem se erga patriarcham gesserit. Eum monasterio primum includit; deinde Didymotichum ablegat. Ea omnia Gregoras aliis relinquit accuratius narranda. Ipse ad propositum redit. 1025

Cap. X. — Quibus artibus Palamitæ Annam simul et Cantacuzenum sibi mancipaverint. Palamas, cum se ipsum non posset, patriarcham fecit Isidorum, Monembasiæ episcopum electum. Hujus erga Palamam merita. Episcopi plerique patriarcham novum jubent anathema esse, haud impune. Ut undecunque in eumdem ab orthodoxis scripti, et Byzantium missi anathematismi fuerint. 1031

Cap. XI. — Cantacuzenus et Isidorus mutuam sibi operam ad summos honores adipiscendos præstant. Cur ille iterum inauguratus. Cur ea res non in S. Sophiæ templo, sed in Blachernensi, celebrata sit. Duorum imperatorum et trium Augustarum sedilia. Pompa equestris. Solemnis e palatio prospectus. Epulæ. Stannea et fictilia vasa. Corium inauratum et gemmæ vitreæ in diadematis ac vestimentis. Tantæ inopiæ causa duplex. Pecunias ab iis qui ærarium exhauserant Cantacuzenus non repetit; incertum utrum lenitate, an timiditate. Suorum postulata et querelas ut eluserit. Ejus filia Helena Joanni Palæologo nubit. 1036

Cap. XII. — Isidorus patriarcha pronuntiatum a decessore suo in Cantacuzenianos anathematismum abrogat. Risum et indignationem movet, qui reus sit, et alios absolvat. Episcopos eligit rudes et indoctos. Palamas Thessalonicæ episcopus ab eo ordinatus ejusce urbis ingressu prohibetur. Gregoras ecclesiasticarum rerum fusiorem expositionem aliis relinquit. 1039

LIBER DECIMUS SEXTUS.

Cap. I. — Cantacuzenus totam Thraciam, Medea excepta, Triballus omnem fere Macedoniam jam tum possidebat : ipsam Berrhœam paulo post cepit. Thessalonica neutri parebat. Hujus urbis status perturbatissimus. Medeæ urbis situs. Ut a Cantacuzeno obsessa et ad deditionem compulsa sit. Joannes et Manuel Asanes creantur sebastocratores. Prior uxorem ducit Alexii Apocauci filiam, Andronico Palæologo primum nuptam. Socrui suspectus domum cum uxore dimittitur. Gravis pestilentia. Andronicus, Cantacuzeni liberorum natu minimus, moritur. 1043

Cap. II. — Matthæus, Cantacuzeni filius natu maximus, Thraciæ urbibus a patre præfectus, ab Asane avunculo privatim convenitur. Asanes sua et fratris merita erga Cantacuzenum jactat : quem suorum saluti non consulere queritur. Matthæum ad defectionem hortatur. Matthæus respondet, id ipsum cupere se. Imminentium periculorum metu, et patri exemplo futuram defectionem excu-

sat. Avunculo adjutore rem aggreditur. Orestiadis arcem occupat. Animos sibi conciliat. 1047

CAP. III. — Cantacuzenus anxius et consilii inops. Uxorem Irenen ad filium legat. Hic obviam matri procedit. Irene eum frustrata Orestiadem clam ingreditur. Matthæus eo reversus matrem salutat. Obsequium pollicetur. Rogat, ut se metu liberet. Matris oratio. Quantam apud filium vim habuerit. Irene Byzantium redit. Filii Andronici mortem luget. 1051

CAP. IV. — Cantacuzenus Didymotichum proficiscitur, ut motus componat ab uxore jam sopitos. Joannes patriarcha, ne rebus novis faveat, Byzantium inde transfertur. Moritur non longo post. Ejus elogium. Provinciæ Matthæo Cantacuzeno assignatæ a patre. Cantacuzeni imperatoris oratio ad filium. Reditus in urbem. 1063

CAP. V. — Gregoras, de se ipso dicturus, docet quamobrem id nunc faciat. Ea dicere, quæ principibus haud placeant, periculosum est. Quorumdam aures veritate offenduntur. Idcirco ait se multa omissurum. De Cantacuzeno, antequam is rerum poliretur, præclaras spes conceperat. Eumdem sua spe deceptus, errore liberare statuit. Dicendi libertas quantum et quibus id rebus silentio præstet. Ea multum valet, si et opportunitas adsit, et amicitia antecesserit. Cantacuzeni et Gregoræ crebra colloquia. Patrum dogmata quo studio quibus verbis ad hoc defensa. Contraria factio Cantacuzenum in Gregoram instigat. Hic imperatorem confidentius arguit, non ideo irascentem sed lenitate Hadriano similem. Irenen adit, filii morte afflictam. Eam mortem pœnam corruptorum dogmatum esse affirmat et persuadet. Ita partes suas Augustæ patrocinio roborat. Isidorus et alii Palamitæ Irenen a Gregora conantur alienare. Ab ea male accepti Cantacuzenum arcessunt. Cantacuzenus, tumultum veritus, Byzantium statim venit. Gregoram hortatur ut sileat. Idem etiam suadet Isidorus. Quem Gregoras variorum errorum accusat. Isidori canones musici seu hymnodiæ igni damnantur. Loquendi libertas reddita iis, quibus adempta fuerat. Concordia sumptuoso convivio sancita. Palamas, Didymoticho accitus, lites renovat, Cantacuzeno adjuvante. Negat Gregoras nova disputatione opus esse. Palamam redarguit. Item Cantacuzenum. Assentatorem quemdam objurgat. Scripta testimonia proferri a Palama non sinit. Concilium dimittitur. 1069

CAP. VI. — Cantacuzenus Cralem officii admonet. Non auditur. Bellum parat. Amurius, cum copiis mare transmissurus, Smyrnæam Latinorum arcem it expugnatum. Missili telo occisus cadit. Cantacuzenum a suscepto bello tres causæ deterrent : nempe mors Amurii; renum morbus; et Galatæorum rebellio. 1087

CAP. VII. — Persæ prædones in Thraciam ex Asia trajiciunt. Equites circumjecta Bizynæ urbi loca incursant. Pedites ulterius pergunt. Matthæus Cantacuzenus cum parva manu his occurrit. Barbari Romanos conspicati quid egerint. Acris pugna. Matthæi strenuitas. Ejusdem in hostes temere invecti periculum. Barbari internecione deleti. Præclaræ spes ex illustri victoria. Equestre prædonum agmen ab ipso imperatore partim cæsum, partim præda crepta fusum et dispersum. 1089

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

CAP. I. — De bello a Latinis Galatæis illato. Quibusnam artibus ii opulenti potentesque evaserint. Classem a Cantacuzeno construi cur ægre ferant. Cædes ab iis perpetratæ. Byzantii pacis cupidi, iidemque infirmi injurias patienter ferunt. Salutis publicæ præsidia a principibus neglecta. Latini viribus prævalentes. Inita cum imperatoribus fœdera aperte violant. Piscatoriam navim per latrocinium capiunt. Homines occidunt. Bellum clam apparant. Navale muniunt. Portæ Byzantii clauduntur. Orto inter Latinos dissidio, legati de pace ad imperatricem Irenen veniunt. Eorum postulata iniqua et superba. Irenes responsum. Byzantii omnes bellum deposcunt. 1095

CAP. II. — Galatæi præmeditati Byzantios imperatos adoriuntur. Oram maritimam incendiis vastant. Aliquot naves, ad fluvii ostia noctu deductæ a Byzantinis navarchis, in totum evadunt. Reliquæ igni absumptæ. Alteram oram iidem Latini incendunt. Castellum suum amplificant et muniunt. Byzantium et naves elapsas oppugnant. Repelluntur. Frumentarias et onerarias intercipiunt : unde rerum necessariarum inopia apud Byzantios. Irene imperatrix Manueli filio bellum foris administrandum committit. Hic suburbana hostium ædificia incendit. Milites et nuntii a Cantacuzeno missi Byzantiorum animos confirmant. 1101

CAP. III. — Galatæorum spes deceptæ. Nova consilia. Byzantii urbis ingens circuitus. Militum paucitas. Civium ardor. Galatæi copiis domesticis et aliunde accitis instructissimi. Byzantios facile repellunt. Machinam ingentem navi imponunt. Ea urbis muro admota, acerrimam pugnam committunt. Multis suorum amissis consternati recedunt. Antequam domum redeant, mortuos clam sepeliunt. Pace per legatos petita, nec impetrata, sese ad bellum diuturnius parant. 1105

CAP. IV. — Cantacuzenus (Orestiade) reversus bellum terra et mari apparat. Advocata concione, Byzantios negligentiæ arguit : pecuniam in classem contribui jubet. Pecunia promittitur. Ingens omnium ardor. Exactiones. Latini suas naves subducunt. Auxilia et pacis arbitros arcessunt. Rhodiorum legati de pace; legatione irrita domum redeunt. Galatæorum pretiosam supellectilem, quorumdam etiam uxores ac liberos, rogati secum exportant. Byzantii coactis undique navibus classem instruunt. Obsident et obsidentur. 1109

CAP. V. — Byzantii e portu in altum provehuntur : rudes plerique et inexercitati. Hostium navem onerariam incendunt. Latinorum anxia deliberatio. Omnes cedendum esse statuunt. Solus navarchus refragatur. Instructa suorum classe Byzantinam exspectat, consilium ex re capturus. 1113

CAP. VI. — Terra et mari ad pugnam itur. Quid Byzantinæ classi obfuerit. Quo ordine naves processerint. Notatur trierarchorum culpa. Byzantii omnes subito metu perculsi ; in mare desiliunt. Clades maxima. Justum Dei judicium. Latinorum navarchus rei miraculo obstupescit. Vacuis navibus potitur. Byzantinæ classis altera pars in eamdem calamitatem incidit. Terrestrium copiarum trepidatio non minor. Latinorum æquitas et clementia. 1117

CAP. VII. — Latini castelli obsidio soluta. Obsidentium fuga et pavor. Latini victoria moderate usi; pacem petunt. Legati ab urbe Genua missi veniunt. Eorum interventu Galatæi, quanquam victores, iniquas pacis leges subeunt. Imperatoris, in summas angustias adducti, animus fortis et invictus. 1123

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

CAP. I. — Cantacuzenum res adversæ non frangunt. Classem reparat. Vectigalia imposita auget ; nova imponit. Isidori patriarchæ falsa prædictio, tristitia, morbus, obitus. De eligendo ejus successore deliberatur. Qualem patriarcham Palamitæ voluerint. Callistus ex Atho monte arcessitur. Gregoras blanditiis, largitionibus, promissis frustra tentatus. Etiam patriarchalem dignitatem oblatam repudiat. Imperatorem et Augustam officii admonet. Callistus cur promotus. Ejus viri inhumanitas, in ipsos mortuos sævientis. Cantacuzeni politica prudentia. Consilium de cogenda synodo. Palamæ tergiversationes. Episcopi novum patriarcham Massalianismi accusant. Variorum criminum ab eo vicissim accusantur. Veniam dant et accipiunt. 1125

CAP. II. — Cantacuzenus Thessalonicam abit, Palæologum generum ei urbi præfecturus. Classis Veneta Genuitis infesta Byzantium advenit. Genuitarum arrogantia. Pontus Euxinus Byzantiis et Venetis per illos clausus. Quænam causæ Venetos coegerint Galatæ obsidionem cito deserere. Cantacuzenus admodum lætus Byzantium redit. Concilium convocare cogitat. Palamæ fiducia. Junioris Andronici et Isidori patriarchæ commemoratio in sacris per errorem omissa. Hominum sermones de ea re. Error postmodum correctus. Triremes Venetæ quatuordecim Ponti Euxini fauces obsident. Bellum Latinorum internecinum. Catalani socios se Venetis adjungunt. 1133

CAP. III. — Historiæ dogmaticæ exordium. Generalis concilii convocatio diu promissa. Palamæ auctoritas. Ejusdem malæ artes, publicum judicium metuentis. Quale tandem concilium haberi placuerit. Quot et cujus notæ episcopi adesse jussi. 1139

CAP. IV. — Gregoræ apud Cantacuzenum oratio. Orationis capita : Expostulatio et acris reprehensio. Synodus dici non debet, quæ fit præter ecclesiasticas regulas. Palamæ doctrina quas clades importaverit iis qui primi eam defenderunt, nempe Cantacuzeno et ejus matri. Quas Annæ Augustæ. Quas Cantacuzeno rursus; cui mors filii prænuntiata erat a Gregora. Vanæ hujus adhortationes. Hæretici difficillime corriguntur. Justum Dei judicium. Paterna bonitas. Anxius oratoris affectus. Amica obtestatio. Cantacuzenus ambigue respondet. Gregoræ verbis exacerbatur. Coacta synodo ulcisci eum statuit. Gregoras pro religione pugnaturus habitum monasticum induit. Vitæ aulicæ renuntiat. 1143

CAP. V. — Mane diei, habendo concilio indicti, frequentes orthodoxi ad Gregoram conveniunt. Illustriorum elogia; ac primum metropolitarum Ephesi et Ganr. Cur præter hos unus tantum episcopus affuerit, nempe Tyrius. Quæ ejus partes fuerint. Laus Dexii. Athanasii. Laus discipulorum Gregoræ. Cæterorum sociorum com-

mendatio. Gregoras circumstantes alloquitur. Suorum vires verbis extenuat. Principis iniquitatem amplificat. Leonidæ Spartani apophthegma ad præsens institutum accommodat. Orthodoxis in aulam cum Gregora euntibus passim acclamatur. Multi se ad illos adjungunt. 1151

CAP. VI. — Palamitis in interiore aula epulantibus, Gregoras et socii excluduntur. Per atrium dispersi diu exspectant. Palamitæ post epulas in Alexii triclinium transeunt. Illic inter se primum consultant; deinde et orthodoxi introducuntur. Concilii auspicandi ratio ab his præscripta. Cantacuzenus perplexis et ambiguis verbis jurat. Ejus adversus orthodoxos iniquitas manifesta. 1157

CAP. VII. — Gregoras, antequam actorum synodicorum fusiorem narrationem ordiatur, negat se omnia posse sigillatim persequi; ætate debilem; captis morbo et aliis malis afflictum; antiquo sensuum vigore destitutum. Victum olim a se Barlaamum gloriatur, varias lucubrationes suas enumerat. Nunc sibi obstare queritur senectutis incommoda; adversariorum violentiam; hominum judicia, vel ambigua, vel metu corrupta. Cantacuzenus antea laudatus cur in hac historiæ parte vituperetur. Ubi de Deo agitur, nefas mentiri aut dissimulare. Cum imperatore, velut cum æquali, disputare quando liceat. 1161

CAP. VIII. — Convocata synodo Cantacuzenus orationem habet, cujus hæc summa est : Idololatriam et hæreses a diabolo invectas. Eo impellente produisse Barlaamum, et Acindynum, et cæteros idem cum Barlaamo sentientes. Futurum se deinceps severiorem quam antea fuerit. Imperatoris munus et partes. Qua sententia Barlaamus damnatus sit, eadem istos quoque damnari. Denique æquum se utrisque fore jurejurando interposito promittit. 1165

LIBER DECIMUS NONUS.

CAP. I. — Imperator et Palamas totam rem uno die transigere cupiunt. Oratio apud synodum habita a Gregora. Cantacuzeni impatientia, lenitas. Palamas, ironice dicto offensus, obstrepit. Cantacuzenus Gregoram interpellat, et ut brevior sit admonet. 1169

CAP. II. — Imperator Palamæ uni favet. Gregoram ab instituto orationis cursu abstrahit. Liberius loqui solitum regiæ majestatis reverentia comprimit. De constituendo disputationis argumento utrinque certatur: Cantacuzenus Gregoræ tria objicit. Palamæ scripta quanti a Palamitis facta. Gregoras suam dicendi libertatem defendit exemplis et rationibus : ita ad tertium accusationis caput respondet. Refellit id, quod primo loco objectum fuerat. De Thaborio lumine dictorum se promittit. Dicere exorsus subinde interpellatur. 1199

CAP. III. — Prooemium disputationis de lumine Thaborio. Palamas eam quæstionem frustra proponit. Iconomachiæ nomine notatur Iconomachorum error de Domini transfigurati carne. Theodori Grapti verba. Sacræ imagines a Palamitis in ignem conjectæ. Palamæ cum Eusebio Iconomacho consensus. Palamas plura increata statuit. Eusebio pejus sentit in iis, quæ de lumine, operatione, substantia divina, et sacramento Eucharistiæ loquitur. Palamæ impietas cum Theodori Grapti argumentationibus conferenda. Illius de lumine opinio quam absurda sit. 1203

CAP. IV. — De corpore Domini, an increatum fuerit; et de hominibus, quos Palamas dixerat fieri increatos. Verba Theodori Grapti. Palamas una cum Eusebio Iconomacho refutatur. Energiæ nomen ab Eunomio introductum, ab Iconomachis receptum, a Palama revocatum in lucem. Theodori Grapti cum sanctis Basilio et Gregorio consensus. Conclusio : Palamam Iconomachorum vestigiis insistere. Substantiæ et operationi eadem definitio convenit. Si corpus Christi incorporeum et increatum fieri non potest, multo minus hominis corpus. Qui virtute proficiunt, ii de novo creari dicuntur. 1215

LIBER VICESIMUS.

CAP. I. — Soluta quæstione de lumine Thaborio, Gregoras ad alteram criminationem refellendam transit. De Deo disputare periculosum est. Quid sancti Patres super ea re præceperint, et quatenus ipsi de Deo disputarint. Gregorius Nazianzenus. Basilius Magnus. Chrysostomus. Athanasius. Isaac monachus. Joannes Climacus. D. Paulus. Acta conciliorum generalium. 1223

CAP. II. — Cantacuzenus, pauca locutus, respondendi munus Palamæ concedit. Hujus imparati, et nihil tale præmeditati, anxietas. Judicium de Palamæ doctrina, stylo, ingenio. Ejus auctoritas apud Cantacuzenum nimia. In maximas angustias adductus orationem a lumine Thaborio orditur. Operationem et substantiam in Deo differre ait. Qui operationes participent, eos affirmat increatos fieri. Plura increata statuit. Substantiam divinam negat posse participari. Adversarios contemnit. Acta concilii generalis sexti perperam interpretatur; item verba S. Basilii. 1231

CAP. III. — Quo consilio Palamas D. Basilii et concilii œcumenici sexti verba protulerit. Sanctos Patres laudat, nec nominat. Operationem et substantiam idem esse in Deo constat ex illis ipsis testimoniis ab eo allatis. Item ex verbis sanctorum Athanasii et Cyrilli. In divinis notiones nominibus minime respondent. Quæ ex duabus rebus (substantia et operatione) constant, ea non sunt simplicia, sed duplicia. D. Maximus de binario numero. Conclusio. 1239

CAP. IV. — Gregoras æger et jejunus disputandi munus sociis tradit, qui et ipsi commentarios scripsere de suis cum Palama certaminibus. Vetera in Barlaamum decreta rursus leguntur. Palamitæ ad lumen Thaborium perpetuo recurrunt. De gloria divina impium dogma apud synodum explicant. Orthodoxorum unus indignabundus exclamat. Minis terretur et obmutescit. Concilium dimittitur. Populus in Palamitas sævit. Orthodoxis favet et gratulatur. Hi, quanquam superiores, tamen suam sententiam adversariis approbare non potuerunt. Animus principi aversus et durus. Quinam vere injuriam patiantur. 1245

CAP. V. — Palamas Cantacuzenum adit. In Gregoram et in cæteros orthodoxos acri oratione invehitur. Ut Palamæ jussa imperator executus sit. Orthodoxorum diversi affectus, fiducia, trepidatio, mœror. 1251

CAP. VI. — Gregoras sese in concilio iterum sistere recusat. Socios hortatur ad veritatem fortiter defendendam. Illi ut secum veniat, ægre tandem persuadent. Ab imperatore seorsum seductus promissis et aliis artibus tentatur. Proponitur ei quæstio de substantia et operationibus divinis. Testimonium D. Basilii. Respondet Gregoras. Cantacuzenus de nova disputandi ratione ineunda deliberat cum Palama. Episcopum Tyri excludere statuunt. Item contumeliis et calumniis orthodoxos terrere. Palamas socios suos advocatum adit. 12 5

CAP. VII. — Gregoras aliique orthodoxi introvocantur. Cantacuzenus minatur gravissima. Ejus cum Xerxe, Persarum rege, comparatio. Episcoporum Palamitarum imperitia. Orthodoxi frustra conantur contradicere. Cantacuzeni vultus et verba. Gregoram discipuli timidiores deserunt; alii silent. Gregoræ et orthodoxorum episcoporum secessio; quos imperator primum exire vetat; deinde, suadente Palama, abire patitur. Palamitæ, egressis orthodoxis, imperatorem adulantur. Quidquid libuit decernunt. 1263

LIBER VICESIMUS PRIMUS.

CAP. I. — Cantacuzenus Gregoram arcessit. Animum ejus tentat solitis artibus; nullo autem successu. Quæ hactenus in concilio dixerit, ea pacis et concordiæ studio dixisse se affirmat. Majorem in posterum æquitatem suam fore promittit. Palamitarum doli, consilium, fiducia. 1269

CAP. II. — Sessionem tertiam orthodoxi a fidei professione auspicantur. Excerpta ex libris Palamæ leguntur et expenduntur. Illius in se defendendo labor irritus. Gregoras unum ex discipulis producit, qui disputandi munus excipiat. Palamas, victus ab adolescente, omnibus deridiculo est. Ex viginti capitibus tria tantum excussa. Exitus tertiæ sessionis. 1271

CAP. III. — Acta post sessionem tertiam. Sessio quarta, eademque ultima. Orthodoxi partim volentes, partim etiam nolentes adsunt. Imperatoris iracundiæ, protinus erupturæ, Gregoras caute occurrit. Recitantur aliquot capita, ex libris Palamæ excerpta. Episcopi nonnulli, ex illius amicis, dogmatum novorum insolentia offensi, turbas cient. Palamæ violentia. Cantacuzeni iniquitas. Testimonia a Palamitis allata examinantur. Gregoras fusiorem narrationem et accuratas refutationes editurum se promittit, si mortis pericula imminentia effugiat. Redit ad propositum. Tumultus et confusio. Quid tandem decretum sit. Orthodoxi vapulant. Episcopis duobus adempta insignia dignitatis; barba vellicata. Gregoræ discipulis quid acciderit. Episcopus Tyri cur sessioni ultimæ haud interfuerit. Gregoras et alii ut dimissi sint. 1275

CAP. IV. — Gregoras domo includitur. Silentium ei perpetuum indicitur. Consolatur se melioris fortunæ spe, quam ei spondet ipsa rerum humanarum mutabilitas. Idem cum illustrium sanctorum casibus suam calamitatem comparat. S. Basilii verba ad præsens tempus accommodat. Alia sanctorum Patrum dicta subjuncturum se promittit, quæ tamen haud profert. 1283

CAP. V. — Palamitæ victores impudenter exsultant.

Præmia eis data. Pœnæ orthodoxis irrogatæ. Palamitarum dogma impium. Sævitia. Tomus synodicus. Gregoram multi ex amicis deserunt; atque etiam Cabasilas. Hujus ingenium et studia. Ut Gregorius Nazianzenus ejusmodi homines allocutus sit. Gregoras suam sortem deplorat. Salomonis verba. Darii morientis apophthegma. 1293

Cap. VI. — Tomus synodicus inusitatis cæremoniis consecratus Auctoribus probro est. Palamitæ magna et præclara imperatori promittunt. Byzantina suburbia a Genuitis Galatæis incenduntur. Palamitarum promissa exitu ipso refutata. Rerum hodiernarum cum antiquis comparatio. Qui hodie persecutionem patiuntur, eorum conditio pejor est quam antiquitus fuit. Orthodoxi non habent quo fugiant. Imperium angustissimis finibus comprehensum. Somnia prophetica explosa; idque verbis D. Basilii. quæ in Palamitas apte admodum cadunt. 1303

LIBER VICESIMUS SECUNDUS.

Cap. I. — Internuntii, ab imperatore et patriarcha missi, ad Gregoram veniunt. Mandata exponunt. Nova decreta et Palamæ libellum jubentur exhibere. Negant libellis opus esse: decreta allaturos se promittunt. Gregoras, ut utrumque exhibeatur, multis rationibus contendit. Internuntii, re infecta, discedunt. 1313

Cap. II. — Palamas negat se libellos daturum. Nova decreta omnibus ostenduntur, præterquam Gregoræ. Monachorum custodum sævitia: Gregoræ in eos merita. Davidis prophetæ verba in similibus rerum angustiis. Experientiæ vis. 1319

Cap. III. — Patriarcha ipse Gregoram invisit. Eum amice alloquitur. Ut omne contentionis studium abjiciat, stolide admonet. Gregoras persistat in proposito. D. Basilii verba sibi accommodat. Tentatores, et in his discipulus, magistri proditor. Frustra isti quoque discedunt. Custodia ex eo durior. Alii rursus tentatores a patriarcha submissi. 1323

Cap. IV. — Cum Cabasila et anonymo de Palamæ erroribus disputatio. 1327

LIBER VICESIMUS TERTIUS.

Pergit Gregoras disputare cum Cabasila. 1339

LIBER VICESIMUS QUARTUS.

Gregoras cum Cabasila et anonymo theologo disputare pergit. Carceri mancipatus ab Agathangelo invisitur, qui peregrinationes suas enarrat. 1105

INDEX in tomum priorem. 1451

FINIS TOMI CENTESIMI QUADRAGESIMI OCTAVI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

[redacted]

Stanford University Libraries
Stanford, California

Return this book on or before date due.

DOES NOT CIRCULATE

[redacted]

[redacted]